NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
31 N
4

M

Digitized by Google

Digitized by Google

P. F.
CHRISTOPHORI
DELGADILLO
MINORITAE, LECTORIS
Iubilati Complutenſis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

DE
VENERABILI
EVCHARIS-
TIAE MYSTERIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE VENERABILI
EVCHARISTIÆ
MYSTERIO.
IN QVO

LEGITIMA SVBTILIS DOCTORIS IOANNIS
DVNS SCOTI MENS ET APERITVR,
ET PROPVGNATVR.

AVCTORE P.F. CHRISTO.

PHORO DELGADILLO MATRITENSI,
REGVLARIS OBSERVANTIÆ ORDINIS MINORVM
LECTORE COMPLVTENSI IVBILATO, ARCHIEPIS-
COPATVS TOLETANI EXAMINATORE SYNODALI,
CASTELLÆ PROVINTIÆ HABITVALI DIFFINITORE,
IN CONVENTV REGALI DESCALCEATARVM
MADRITI CONFESSARIO.

Anno  1660.

CVM PRIVILEGIO.

Complutі. Ex Officina Mariæ Fernandez.

Digitized by Google



Google

MAGNO ILLI VIRO; QVEM

NOBILITAS INGENITA, SVPREMÆ DIGNITATES, merita præclara, atque eximiæ virtutes certatim exornant.

EMINENTISSIMO CARDINALI, ARCHIEPISCOPO TOLETANO DIGNISSIMO, Maximo Hiſpaniarum Primati, Principi Excellentiſsimo,

DOMINO, AC SEMPER DOMINO MEO
D. BALTHASARI
DE SANDOVAL, ET MOSCOSO

F. CHRISTOPHORVS DELGADILLO MINORITA *hunc de Auguſtiſsimo Euchariſtiæ Myſterio Tractatum ex corde dicat, conſecrat, atque vtramque fœlicitatem precatur.*

QVamquam ob largiſsimas eleemoſynas, quas Veſtra Eminentia, celebre Complutum luſtrans, Religioſiſsimo S. Didaci Cœnobio, vbi tunc temporis Guardiani officium mihi incūbebat, pia prodigalitate deſtribuiſti, me obligatum cognouerim, aliquē ex Theologiæ tractatibus, quos typis mandabam in horum beneficiorum gratitudinem dedicare. Et quamuis tot, tantique illuſtriſsimi tituli in Veſtra Eminentiſsima Perſona præfulgeāt, quibus nos veſtri ex corde Capellani, immò & clientuli, non tàm allecti, quàm ſponte coacti, omnia noſtra veſtris pedibus ſubijcere cogamur. Hunc tamen noſtrum de Euchariſtiæ Auguſtiſsimo myſterio tra-

ctatum (quintum ex his, quos typis dedi) tibi meritò, & iure dicandũ duæ veſtræ religioſiſſimæ, huius tanti Sacramenti valde veneratoriæ, actiones me omnino conſtringunt.

Prior eſt illa, quam Madriti inhabitans veſtra Eminentia miro virtutis plauſu exercuiſti; dum diligenter conquiſita cuiuſdam egenorum (Eſportilleros vocant) generis turba, propria manu hoc venerabile Euchariſtiæ Sacramentum, vt præceptum annuæ cõmunionis adimplerent, piè diſtribuiſti: eoſque eleemoſyna accepta, etiam corporaliter recreaſti.

Poſterior eſt, quam, dum Compluti exiſteres, ſingulari piorũ exẽplo, omniumque admiratione in venerationẽ huius Auguſtiſſimi Sacramenti fuiſti executus; dum in Eccleſia illa Collegiali Sanctorũ Iuſti, & Paſtoris (litterarum matrice) in die Paraſceves, ſeu Veneris Sancti, præſentibus, tibiq; aſſiſtentibus tantæ Eccleſiæ Præbendatis, publicè communicaſti, ſeu Sacrã Euchariſtiã recepiſti. Quo facto, quavis tuæ pietatis actione opinio illa (mihi quidẽ anteà, & propter ſua fundamenta, & propter Auctores illam propugnantes, ſatis probabilis) quæ affirmat, in die Veneris Sancti communionẽ non eſſe prohibitam, & conſequẽter licitè, & laudabiliter fieri poſſe, cæpit eſſe certa, & indubitata.

Igitur, Eminentiſſime Præſul, Princeps Excellentiſſime, hæ duæ veſtræ Eminẽtiæ actiones (Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ veneratoriæ) adeò meum impellunt animum, vt hũc potiùs quã aliũ ex meis tractatibus prælo cõmendatis, tibi dicarim; oſtendãque me, atque omnia mea veſtræ Eminẽtiæ pedibus obuoluta. Et licet fatear, omnia alia mea multiplici titulo veſtræ Excellentiſſimæ perſonæ eſſe debita; hoc tamen Euchariſtiæ opus præſertim ob duas pijſſimas præmemoratas actiones neceſſitate potiùs quàm electione tibi dicandũ iudicaui. Vale.

Veſtræ Eminentiſsimæ amplitudini deditiſsimus ſervus;

Frater Christophorus Delgadillo.

Digitized by Google

Suma del Priuilegoi

TIENE Privilegio el M.R. P.Fr.Chriſtoval Delgadillo, de la Orden de N.P.S.Franciſco, Lector Iubilado, Difinidor de la Prouincia de Caſtilla, y Confeſſor de las Señoras Deſcalzas Reales de Madrid, para que por tiempo de diez años pueda imprimir vn libro, que ha compueſto, intitulado *Tractatus de Venerabili Euchariſtiæ Myſterio*: como parece por vna cedula de ſu Mageſtad: ſu fecha en Madrid à 6. de Diziembre de 1658. deſpachada en el oficio de Miguel Fernandez de Noriega, Secretario de Camara de ſu Mageſtad.

Suma de la Taſſa.

LOs Señores del Conſejo Real taſſaron eſte libro Intitulado *Tractatus de Venerabili Euchariſtiæ Myſterio*, compueſto por el M.R.P.Fr.Chriſtobal Delgadillo, Lector Iubilado, Difinidor de la Prouincia de Caſtilla, y Confeſſor de las Señoras Deſcalzas Reales, à cinco marauedis el pliego, como conſta del teſtimonio que dello diò Miguel Fernandez de Noriega Secretario de ſu Mageſtad, à tres de Diciembre de 1659.

ERRA.

Google

ERRATA SIC CORRIGE.

Pagina	Columna	Linea	Erratum	Correctum.
2.	2.	26.	gratiam	gloriam.
2.	2.	27.	continuata	conſumata
24.	1.	31.	futuro	præterito.
46.	2.	16.	&iam	etiam.
56.	2.	30.	conceptum	præceptum.
73.	2.	10.	efficaciam	efficacem.
74.	1.	8.	proferens	præferens.
77.	2.	5.	89.	69.
82.	1.	6.	prodria	propria.
85.	2.	35.	Hugonem	Brunonem.
108.	1.	17.	Angelum	Anglum.
113.	2.	25.	pag.	parte.
121.	2.	19.	retributiones	retributionẽ
135.	2.	35.	diſp.	diſt.
139.	1.	13.	conſilium	concilium
141.	1.	15.	externam	heſternam
215.	2.	27.	deſtruendum	diſtribuẽdum.
224.	1.	31.	Hinc	Hic
229.	1.	18.	Hanc	hæc
259.	1.	25.	fortiter	fortè
259.	1.	32.	fortiter	fortè
266.	1.	2.	panis	vini.
299.	1.	38.	cœna	ſcena
373.	1.	5.	recitata	reiecta.
436.	2.	6.	duo	quatuor fere.
436.	2.	29.	propoſitionem	proportionem.
439.	2.	5.	quantitatem	qualitatem.
544.	2.	6.	tamen	
554.	1.	12.	effuſio	
554.	1.	30.	eſt	ex
556.	2.	5.	tum	tamen
560.	2.	26	fracta	fruſta
582.	2.	37.	tantum	tamen
585.	2.	vlt.	ita	
589.	1.	18.	Manualis	Manuelis
608.	2.	13.	profati	præfati
609.	1.	6.	ab	eo

Fr. D. Franciſcus Ignatius de Porras.
Corrector Vniuerſitatis.

IN-

Facultas Ordinarij.

DOn Baltaſar de Sandoual y Moſcoſo por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica Presbytero Cardenal de la Sãta Igleſia de Roma del titulo de Sãta Cruz en Ieruſalen, Arçobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller Mayor de Caſtilla, del Conſejo de Eſtado de ſu Mageſtad, &c. Por la preſente damos licencia para que ſe pueda imprimir vn libro intitulado *Tractatus de Venerabili Euchariſtiæ Myſterio*. Que ha eſcrito el P. Fr. Chriſtoual Delgadillo Lector Iubilado de la Orden de S. Franciſco, Difinidor de la Prouincia de Caſtilla, y Examinador Synodal de eſte nueſtro Arçobiſpado: por quanto por comiſſion nueſtra le ha viſto, y aprobado el Dr. Don Iuan de Zafrilla y Azagra, Canonigo de nueſtra S. Igleſia Colegial de nueſtra Villa de Alcala de Henares, y Catredatico de prima de S. Thomas en la Vniuerſidad de dicha nueſtra Villa, y Examinador Synodal de dicho nueſtro Arçobiſpado: Dada en Toledo à 2. de Iulio de 1658.

El Cardenal Sandoval.

Por mandado del Cardenal mi Señor

Ioán Iſidro Pacheco
Secretario.

CEN-

CENSVRA DOCTORIS D. IOANNIS ZAFRILLA DE Azagra olim D. Ildephonſi Maioris Togati, atque totius Vniuerſitatis Complutenſis Rectoris: nunc in eadem Vniuerſitate Cathedræ S. Th. Primariæ Digniſsimi Profeſſoris; necnon in Sancta Eccleſia Magiſtrali Complutenſi Canonici.

DE mandato Eminentiſsimi Domini mei Cardinalis de Sandoval Archiepiſcopi Toletani, Primatisque Hiſpaniarum: Quid plura ſi nemo tãta! Ego Dr. D. Ioannes Zafrilla de Azagra olim Collega, & Rector in florentiſsimo Maiori D. Ildephonſi præclaræ Vniverſitatis Complutẽſis, & nunc publicus Profeſſor, & actu Regens præcipuã Primariã Cathedram orthodoxæ Theologiæ Angelici Præceptoris, Canonicus in Complutenſi Eccleſia venerabili, atque Magiſtrali Inclytorũ Martyrũ Sanctorum Iuſti, & Paſtoris, necnõ Examinator Synodalis Archiepiſcopatus Toletani vidi auſcultè, & attẽtè perlegi librum, qui inſcribitur *Tractatus de Venerabili Euchariſtiæ Myſterio*, elaboratũ à R. P. Fr. Chriſtophoro Delgadillo Ordinis Seraphici S. Frãciſci, Lectore Iubilato, Examinatore Synodali Dioeceſis Toletanæ, Definitore Prouinciæ Caſtellæ, in quo nihil ſanæ ac Sacræ Doctrinæ, bonęque Philoſophię repugnans deprehẽdi, quin potius in eo maximus authoris labor, ac ingenij acumẽ elucet, & quæ difficillima captu ſunt perſpicuè declarat: difficultates paſsim ex proprio ingenio acutè excitat, & cum Subtili Doctore ſubtiliter reſolvit. Omnia deniquè Sacrorum Cõciliorũ, Summorum Põtificum, & Sanctorum Patrum authoritatibus, ac firmiſsimis rationibus comprobantur. Quarè tãta eruditione refertum opus, tãtaque vtilitate præditum librum luce dignũ ſine vlla hæſitatione exiſtimo, & vt typis mandetur aviditate magna deſidero. Compluti hac die 25. Iunij. Anno Domini noſtri Saluatoris 1658.

Dr. D. Ioannes Zafrilla de Azagra.

APRO-

Facultas Ordinis.

FRater Ioannes de Robles Vicarius Generalis, & ſeruus totius Ordinis Fratrum Minorum. Dilecto nobis in Chriſto P. Fr. Chriſtophoro Delgadillo Doctiſsimo Lectori Iubilato, & Prouinciæ noſtræ Caſtellæ Diffinitori; ſalutem in Domino ſempiternam.

Opus, à te methodica, & accurata doctrina, de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, compoſitum, unoque tomo cõprehenſum; his noſtris, cum ſalutaris Obediẽtiæ merito. P. Fr. Alonſo Vazquez, eiuſdem noſtræ Prouinciæ Lectori emerito, atque Diffinitori, examinandum, & in Ordine ad Prælum, iuxta Sacroſancti Concilij Tridenti, Regij Senatus, noſtrique Ordinis Sanctiones approbandum, remittimus: Dati Matriti die 14. Maij Anni 1659.

Fr. Ioannes de Robles.
Vicarius Generalis.

De mandato Reuerendiſ. Pat.
Fr. Michael Angelus à Neapoli.
Secretarius Gen. Ordinis.

CEN-

Digitized by Google

CENSVRA

R.P. Ioannis de Igarza è Societate Ieſu Supremæ Inquiſitionis Qualificatoris, Lectore Theologiæ Profeſſoris, & Sacrarum littera- rum interpretis pro Scholis Regijs in Collegio Imperiali Matritenſi.

MAndato Supremi Senatus vidi tractatum de Venerabili Euchariſtiæ Sacramento à Sapientiſsimo, ac R.P.M.F. Chriſtophoro Delgadillo Ordinis S.P.N. Franciſci Lectore Iubilato, ac in Caſtellæ Prouinciæ Definitore, elaborato. In quo vti plurimum ingenij, ac iudicij ita multum eruditionis, & perſpicuitatis inuenitur. Doctrina ſolida, tuta Patrũ, & Doctorum auctoritate munita, nervoſis argumẽtorum momẽtis probata cum pulchra inuentione optima diſpoſitio cohæret. Opus vndequaque perfectum iudico. In quo nihil a fide, & bonis moribus ab horrens, omnia ad ingeniorum, animorumque profectum accommodata: quo continget, vt tyrones legentes docti, & docti Doctiſsimi euadant. Quare luce, & omnium eruditorũ occulis dignum cenſeo, &c. Matriti in hoc Imperiali Collegio Societatis Ieſu Augſt. 12. Ann. 1658.

Ioannes de Ygarza.

Su-

APROBATIO

R.P. Fr. Ildephonſi Vazquez Lectoris Iubilati Supremæ Inquiſitionis Qualificatoris, Examinatoris Synodalis Archiepiſcopatus Toletani, & Prouintiæ Caſtellæ Diffinitoris habitualis.

BOna mihi gratia, iuxta Euchariſtiæ etymon, affulſit, dùm ex præſcripto ſpeciali Reuerendiſ. P.N. Fr. Ioannis de Robles totius Seraphici ſodalitij Vicarij Generalis has de Sacratiſsimo Euchariſtiæ Myſterio valdè doctas, & accuratè elaboratas lucubrationes capitibus quindecim comprehenſas, quarum author R.P. Fr. Chriſtophorus Delgadillo Matritenſis, S. Theol. quondam in Complutenſi Lycæo Prælector iam emeritus, Prouintiæ Caſtellæ Definitor, ac huius Toletanæ diœceſis Synodalis deputatus Cēſor, perlegi ſupra modum oblectatus: eaſque meritiſsimas iudico, vt quā citiùs aureis characteribus excuſæ, & publicis viris factæ, lucē aſpiciant fauſtæ ominatam in communem Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatē, & Scoticæ Doctrinæ maximum ſplendorem. Omnia, & ſingula in illis contēta vndequaq; ſolida, vndequaque docta, eruditione referta, & cum præciſione fecunda, ac demùm orthodoxæ fidei dogmatibus, probatorūmque honeſtati morū valde cōſonant. Nec mirū, ſi Scoti placita recenſent, & propugnāt, quæ Doctorum hominū cōmuni exercitatione, & plauſu trita, & ſemper intacta, inuiolataque per tot annorum ſeries vbique terrarum glorioſè perſtiterint, aiente Poſſeuin. de Script. Eccleſ. *Scoti Doctrinæ graue illud teſtimonium extat, quod abſque vllo erroris neuo vſque in hanc diem, trecentos circiter annos in œcumenicis Concilijs inuiolata permãſerit, &c.* Et quamuis profundus ſemper, & vſque ad miraculum in Theologicis, ſupernaturalibusque diſciplinis ſpeculatus, terreni ſenſus obtutum, velut inter nubes aquila, ſupervolitauerit Scotus, *cuius laus, quanta ſit in Eccleſia, ſoli prauè affecti mente nō conſpiciunt*, inquit Catherinus diſp. de Concept. ad Trid. p. 1. Præcipue tamen in ea Theologiæ parte, quæ de Auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento tractationem comprehendit, & quam commentationibus planè diuinis elucidauit, ſe ipſum ſuperexcelluit. Idcircò B. Amadeū (quem à Sixto IIII. P. Max. ob probatiſsimum viuendi genus in pretio habitum, & pro ſuis excipiendis confeſsionibus in Vrbem accerſitū refert Vvading. tom. 5. ad an. 1472. n. 26.) inter alia diuinæ inſinuationis accepta cœlitus oracula, *monuit Angel⸗ crudiis*

ipſum

¶

ipſum, vt in diſſertationibus, & difficultatibus ſubertis de Sacramento Altaris cum Scoti Doctrina conſuleret, vt, qui ſine cuiuſquam offenſione dictum, probatiſsimo, & ſolidiſsimo rationum pondere rē diſſeruerit, & ſubtiliori indagatione perſcrutauerit, vt author eſt Nitel. Franciſcana fol. 67. Iſtæ ergo lucubrationes Euchariſticæ nil, niſi Scoti ſpiritum redolent, nil niſi Scoti mētem ſpirant, nil niſi limpidiſsimos ex ſubtilitatis fonte latices hauriunt, exhauriunt, & alijs propinandos ſalubriter adminiſtrāt. Si verū fatear, non tam deprędicem Scotum his commentarijs illuſtratum, quā ipſummet exurgentem rediuiuum, è cathedra docentem, dictātem, arguentem, atque aduerſantium impetus diſcutientem, infringentemque. Tam multis, nouiſque petitis, & dubijs abſtruſa diuiſiſsimi Myſterij Author ſinus exviſcerat, tam æquiſsima lāce ad veritatis trutinam ſingulari cum delectu decidenda perpēdit, vt in hoc dicendi genere ab alijs novum quidpiam, vel perēdum, vel dubitandum vltra non ſinat. Id quod Doctiſsimi quique votis in edito conteſtatis vltro confirment. Laudabilis apprimè ſtylus in quo conciſè, & perſpicue ratio ādſuadet, & petitis interrogationibus propoſitæ veritatis reſolutio vllis abſque anfractibus, vel dilationibus protracta ad oculos ſtatim reſerata patefcit, *nam propoſitis interrogationibus cunctatio rerum excluditur, & latens veritas approbatur. Quod enim obſcurum, aut dubium eſt, conferendo cito perſpicitur*, Iſidor. lib. 3. ſent. c. 14. Sed quid lucē rebus ex ſe notis adferam, vel meridiano ſoli collucentem facem adhibeam? Recte Symachus lib. 3. epiſt. 48. *ſuperuacanei laboris eſt, commendare conſpicuos, vt ſi in ſole poſitis facem præferas.* Subſiſto calamo parcens vel inuitus, ne potius encomiaſten videar agere, quod magis optarim, quam cenſorem. Dat. in hoc Seraphici Parentis Mantuæ Carpentanorum domicilio die 18. Maij Anni 1658.

Fr. Alfonſus Vazquez.

Fa-

INDEX
Capitum, & Dubiorum tractatus de Euchariſtia.

PROOEMIVM. Pag. 1.

CAP. I.

De ſignificatione, eſſentia, vnitate, & dignitate Euchariſtiæ. 2

De ſignificatione. 2.

Dub. 1. De ſignificatione huius nominis Euchariſtia: & an alijs nominibus hoc ſacramẽtum inſigniatur? 2.

De ſpectantibus ad eſſentiam Euchariſtiæ. 3.

Dub. 2. Quid ſit Euchariſtia? 3.

Dub. 3. In quo conſiſtat Euchariſtia? 4

Reijcitur ſententia affirmans, Sacramentum Euchariſtiæ conſiſtere in ſolo corpore, & ſanguine Chriſti D. 6.

Reijcitur ſententia affirmans, ſumptionem ſpecierũ pertinere ad eſſentiam Sacramẽti Euchariſtiæ. 7.

Reijcitur ſententia affirmans verba conſecrationis cōponere intrinſecè Sacramentũ Euchariſtiæ. 7

Reijcitur ſententia affirmans, Euchariſtiæ Sacramentũ cōſtare ex ſpeciebus, & corpore, & ſanguine Chriſti D. 10.

Reijcitur ſententia affirmans, actionem tranſubſtantiatiuã pertinere intrinſecè ad hoc Sacramentum. 12.

De ſpectantibus ad unitatem Euchariſtiæ. 13.

Dub. 4. An ſpecies panis, & vini ſint unum Sacramentum in ſpecie athoma? 13.

Dub. 5. An ad multiplicationẽ hoſtiarum multiplicetur numero ſacramentum Euchariſtiæ? 15.

Dub. 6. An Euchariſtia ſit vnum ex ſeptem Sacramentis legis gratiæ? 18.

Dub. 7. An Euchariſtia ſit Sacramentum diſtinctum à quocũque alio ex ſex legis gratiæ? 19

De ſpectantibus ad dignitatem Euchariſtiæ. 20.

Dub. 8. An Euchariſtia ſit digniſſimum, & præſtantiſsimum Sacramentũ legis gratiæ? 20.

CAP. II.

De exiſtentia Euchariſtiæ; & de illius convenientia, atque neceſſitate.

De ſpectantibus ad exiſtentiã, & inſtitutionẽ Euchariſtiæ? 20.

Dub. 1. An exiſtat Euchariſtia? 20.

¶ Dub.

Dub.2. Quando fuerit instituta Euchariſtia? 21.
Dub.3.(incidens) Vtrùm Chriſtus D. celebraverit paſcha agni eo anno, quo mortuus eſt? 24.
Dub 4.(Incidens) quo die Chriſtus D. celebrauerit paſcha Iudæorum? 26.
Dub.5.(incidens) An Iudæi eo anno, quo Chriſtus Dominus mortuus eſt celebraverit paſcha luna quartadecima? 29.
Dub.6. (incidens) An Chriſtus D. & reliqui Iudæi celebraverint paſcha agni in priori, an in poſteriori veſpera diei decimæquartæ lunæ? 32.
Dub.7. An Chriſtus Dominus celebrauerit in azymo? 34.
Dub. 8. An Euchariſtia inſtitui potuerit ante Incarnationē. 35.
De ſpectantibus ad conuenientiam inſtitutionis Euchariſtiæ. 38.
Dub. 9. An conveniens fuerit Euchariſtiæ inſtitutio. 38.
De ſpectantibus ad neceſsitatem Euchariſtiæ. 38.
Dub. 10. An Sacramentum Euchariſtiæ ſit neceſſarium neceſsitate medij ad conſequēdum vitam æternam. 38
Dub. 11. An Euchariſtiæ ſumptio ſit neceſſaria neceſsitate præcepti ad conſequendum vitam æternam. 44.
Dubium 12. An præceptum diuinum communicandi ſufficienter adimpleatur vnica communione. 48
Dub.13. An præceptum Eccleſiaſticum annuæ communionis debeat impleri tempore paſchæ. 51.
Dub. 14 An in mortis articulo, (aut periculo) debeat infirmus communicare. 54.
Dub. 15. An in mortis articulo teneatur communicare ille, qui iam in paſcha communicauerat. 55.
Dub. 16. An in mortis articulo teneatur communicare ille, qui paulò anteà communicaverat. 56.
Dub. 17. An in articulo, aut periculo mortis congruentius ſit communicare, quàm à communione abſtinere illū, qui paulò antea communicaverat. 59.
Dubium 18. An, qui in articulo mortis ſumpſit viaticum, teneatur iterum communicare, ſi poſteà peccavit mortaliter. 59.
Dub. 19 An impleverit præceptum communicandi, qui indignè communicavit. 60.
Dub. 20. An qui non communicavit tempore à lege praſcripto, teneatur communicare poſteà quàm primùm poſſit. 61.
Dub. 21. An, qui prævidet impedimentum futurum ad cōmunicandum tempore à lege præſcripto, teneatur anticipare

cipare communionem. 62.
Dub. 22. An ſaltem, qui intra tempus paſchale ſe in vltimo die à communione impediendum, teneatur anticipare communionem. 63.
De illis, qui obligantur præcepto communionis. 64.
De infantibus, & pueris. 64.
Dub 23. An infantes teneantur præcepto communionis. 64.
Dub. 24. An infantes ſint capaces fructus huius Sacramenti, hoc eſt, gratiæ ſanctificantis collatæ vi Euchariſtiæ? 64.
Dub. 25. An pueri obligentur præcepto annuæ communionis ſtatim, ac annos diſcretionis attigerint? 65.
Dub. 26. An pueri priùs obligentur præcepto confeſsionis, quàm communionis? 66.
Dub. 27. An puero danda ſit Euchariſtia pro viatico, quando dubitatur de eius capacitate. 67
Dub. 28. An confeſsarij, & puerorum parentes peccent mortaliter non permittẽdo illos communicare ſtatim, ac ad vſum rationis pervenerint? 68
Dub. 29. An pueri non communicantes in paſchate ligentur pœnis canonis (ſcilicet priuatione ſepulturæ, & ingreſſu Eccleſiæ) ſi nondum pubertatem attigerint. 68
De amentibus, & fatuis ab infantia. 69.
Dub. 30. An Iſtis concedendum ſit communicare? 69.
De amentibus, qui aliquando uſi ſunt ratione. 70
De ſemifatuis. 74.
Dub. 31. An ſurdus, & mutus à natiuitate debeat communicare? 74
De excommunicato. 75.
Dub. 32. An excommunicatus teneatur præcepto annuæ cõmunionis, necnon & ad quærendum abſolutionem, vt impleat præceptum communicando quando urget? 75.
De non baptizatis. 76.
Dub. 34. An infideles non baptizati teneantur præcepto diuino communionis. 76.
De damnatis ad mortem. 77.
Dub. 35. An damnatus ad mortem teneatur communicare. 77.
De perſonis Religioſis. 79.
Dub. 36. An perſonæ Religioſæ (aliæ a Benedictinis) teneantur communicare plus quàm ſemel in anno? 79.
De Papa. 80.
Dub. 37. An Papa teneatur præcepto annuæ communionis. 80.
De ænergumenis. 81.
Dub. 38. An ænergumeni, ſeu à dæmone poſſeſsi corporaliter poſsint, & debeant cõmunicare. 81.
Dub. 39. An tempore interdicti teneantur fideles adim-

eplere prȩceptum communionis, &c. 81.
De loco, ubi implendum eſt præceptum annuæ communionis. 84.
Dub. 40. An hoc præceptum ſit adimplendum in propria parochia? 81.
Dub 41. An hoc præceptum poſsit adimpleri communicando in Eccleſia Cathedrali? 82
Dub 42. An hoc præceptum poſſit aliquando adimpleri communicando in Eccleſijs Mendicantium? 82
Dub. 43. An ſæculares ex ſola tacita, & præſumpta Parochorū poſsint adimplere præceptum annuæ communionis in Eccleſijs Mendicantium? 82.
Dub. 44. An communicantibus nō ex præcepto, ſed ſolum ex devotione poſsimus Mendicantes miniſtrare Euchariſtiam in die Reſurrectionis? 83
Dub. 45. An quilibet Sacerdos poſsit miniſtrare Euchariſtiam moribundo in abſentia Parochi; aut ipſo præſente, ſed nolente communicare? 84.
Dub. 46 An extet aliquod privilegium, vi cuius poſsit cōmunicari extra parochiam pro implendo præcepto annuæ communionis? 85.
Dub. 47. An Religioſi poſsint Euchariſtiā miniſtrare in paſchate, & in articulo mortis ſuis familiaribus intra monaſteria commorentibus? 86.
De communione ſub vtraque ſpecie. 87
Dub. 48. An laici teneantur cōmunicare, ſub vtraque ſpecie. 87.
Dub. 49. An communicans, ſub utraque ſpecie plus gratiȩ recipiat, quām communicans ſub vna tantum? 90.
Dub. 49. An Sacerdos more laicorum communicans poſsit communicare ſub vtraque ſpecie? 92.
Dub. 50. An ſit improbanda cōſuetudo communicandi ſub vtraque ſpecie aliquas perſonas? 93.
Dub. 51. An ſit debilis caſus, in quo liceat laico ſumere calicem, abſque ſpeciali diſpenſatione? 93.
Dub. 52. An quotidiana communio omnibus ieiunis exiſtentibus in gratia ſit indifferenter conſulenda? 95.
Dub. 53. An ſit peccatum veniale communicare cum peccatis venialibus? 103.
Dub. 54. An committat peccatum veniale ille, qui cum diſtractione voluntaria communicat? 106.
Dub. 55. An ſit peccatum veniale communicare eo die, quo quis habuit pollutionem involuntariam? 107.

Dub. 56. An ſit peccatum communicare eo die, quo quis habuit pollutionem mortaliter peccaminoſam, aut fornicationem (præcedente cõfeſsione) 108.
Dub. 57. An ſit aliquod peccatũ communicare ipſo die copulæ coniugalis? 110.
Dub. 58. An ſit conſulendũ coniugatis, ut ipſo die, & nocte ante communionẽ abſtineãt â copula coniugali? 115.
Dub. 59. An poſt communionẽ eodem die ſit peccatum veniale petere debitum cauſa voluptatis explendæ? 118.
Dub. 60. An ſit vituperabile cõmunicare ex conſuetudine? 119.
Licitum eſt communicare die Veneris, & Sabbati Sãcti. 122
Invalidum eſt votum non communicandi quotidie etiam poſt uſum matrimonij, &c. 123.
Quod etiam imperfectis eſt cõſulenda quotidiana communio. 124.
Non poteſt imponi in pœnitẽtiam communionis abſtinẽtia. 125.
Pueris ſtatim, ac vſum rationis attingunt, eſſe etiam conſulendam quotidianam communionem. 126.
Minùs prudenter arcetur communio mortificationis gratia. 127
Obiectio de fame, & ſiti ſpirituali. 128
Obiectio de prohibitione cõmunicandi pluries quotidie. 130
Obiectio de independentia cõmunionis à confeſſore. 131
Si Pater ſpiritualis, & confeſſor diſsideant de communione alicuius, quid agendum? 133.

CAP. III.

De diſpoſitionibus ad dignam communionem requiſitis. 133.

De diſpoſitionibus ex parte corporis. 133.
De ieiunio ad communicandũ petito. 133.
Dub. 1. An communicans debeat eſſe ieiunus? 133.
Dub. 2. An præceptum ieiunè communicandi ſit divinum. 135.
Dub. 3. An ieiunium ad communionem petitum debeat eſſe naturale? 139.
Quælibet minima quãtitas ſolvit ieiunium naturale. 140.
Sumptio reliquiarum dentibus inhærentium non ſolvit ieiunium naturale. 140
Aqua, vel alius liquor in ſtomachum attractus non ſolvit ieiunium naturale. Idem eſt de ſanguine dẽtium, &c. 141.
Tabachus non ſolvit ieiunium naturale. 141.
Aliquæ guttæ aquæ, præter intentionem abluentis os, deſcen-

Digitized by Google

cendentes in ſtomachum , non ſolvunt ieiunium naturale. 141.
Oſsiculum, aut aliud non comeſtibile non ſolvit ieiuniū naturale. 142.
Mulieres terram comedentes non ſolvunt ieiunium naturale. 143.
Oſsiculum aliquorum fructuum, aut auellana non frangit ieiunium naturale. 143.
Muſca caſu in ſtomachum traiecta non ſolvit ieiunium naturale. 144
Bucella ante ſonum duodecimæ horæ noctis ori impoſita non ſolvit ieiunium naturale, etiam ſi poſt ſonum deglutiatur. 144.
Aliquid ſacchari ori ante mediam noctem impoſitum nō ſolvit ieiunium naturale, etiam ſi poſtea deglutiatur. 145.
Cibus, quem quis integrum evomit ſolvit ieiunium naturale. 146.
Dub. 4. An dubitans de ſuo ieiunio naturali poſsit communicare? 146.
De manducante, aut bibente in dubio an ſonuerit hora duodecima noctis? 147.
De dubitante propter diverſa horologia. 148
De dubitante propter diverſos pulſus eiuſdem horologii. 149.
De dubitante propter diverſa ieiunia. 150.
Dub. 5. An liceat aliquando communicare, aut celebrare abſque ieiunio? 153.
De infirmo recipiente Viaticum. 154.
De infirmo ob devotionem communicante. 155.
De infirmo ſæpe, aut quotidiè ob devotionem inieiunè cōmunicante. 156.
De infirmo extra periculū mortis. 156.
De infirmo non potente communicare. 157.
Proponuntur caſus, in quibus licet Sacerdoti ſano Euchariſtiam ſumere inieiunê. 158.
De Sacerdote infirmum communicaturo. 158.
De Sacerdote pro infirmo extra Miſſam conſecrante. 160.
De Sacerdote caſu inieiunè invento. 162.
De Sacerdote aliquando licitè celebrante ſub vnica ſpecie. 163.
De Sacerdote, qui ante conſecrationem meminerit ſe nō eſſe ieiunum. 164.
De Sacerdote, qui poſt conſecrationem meminit, ſe nō eſſe ieiunum. 164.
De Sacerdote non valente Miſſam finire. 164
De Sacerdote ieiuno. 165.
De Laico valente tunc ſumere ſpecies. 166
De Sacerdote poſt ablutionē particulas â ſe conſecratas re-

reperiente. 166
De Sacerdote ad Sacriſtiã iam reverſo. 167.
De particulis præconſecratis ab alio. 168.
De particulis poſt communionem manentibus. 169.
De ſæculari recipiente illas particulas. 169.
De ſumente Euchariſtiam iuieiunè ad vitandum aliquod incommodum. 170.
De communicante ante ſomnum captum, aut cibum digeſtum. 171.
De manducante ſtatim poſt cõmunionem. 172
De expuente ſtatim poſt communionem. 172
De munditia corporali ad dignam communionem petita. 172
Dub. 6. An mulieri patienti fluxum ſanguinis, aut tempore menſtrui, vel partus ſit cõſulenda Euchariſtiæ abſtinentia? 173.
Dubium 7. An non lotis manibus celebrare ſit peccatum veniale? 174.
Dubium 8. An ſit veniale non abluere manus poſt celebrationem Miſſæ? 174.
De diſpoſitione ex parte animæ ad dignam communionem petita. 174.
Dubium 9. Quæ ſint certa de hac diſpoſitione. 174.
Primum certum. 175.
De communicante cum pluribus mortalibus. 176
De gravitate peccati indignè communicantis. 176
De infideli comparato cum fideli indignè communicante. 178.
De communicante cum peccato carnali comparato cum communicante cum ſpirituali. 178
De confeſsione peccati indignæ communionis. 179.
Dubium 10. An in aliquo ſpeciali caſu liceat alicui communicare cum conſcientia peccati mortalis? 180
Secundum certum. 181.
Dubium 11. An ille, qui dubitat, an habeat peccatum mortale? poſsit contritus communicare ſine prævia confeſsione? 182
Dub. 12. An præceptum præmittendi confeſsionem cõmunioni ſit merè humanum? 182
De defectu copiæ confeſſoris. 184.
Dub. 13. An diſtantia vnius leucæ inter pœnitentem, & confeſſarium ſit ſufficiens, vt pœnitens dicatur non habere copiam confeſſoris? 184
Dub. 14. An dicatur non habere copiam confeſſoris ille, qui tantum habet confeſſorem, cum non ſolum non habet coniunctionem, ſed etiam habet rixas? 185

Digitized by Google

De ſperante confeſsorem, cui deuotiùs, & ſecurius ſolet cõfiteri. 185.
De habente cõfeſſorem ex privilegio. 185.
Dubium 15. An deſit copia confeſſoris illi, qui habet reſervatum, & non poteſt recurrere ad ſuperiorem, benè tamen ad alium confeſſorem, qui non habet facultatem abſolvendi à reſervato. 186.
Dub. 16. An deſit copia confeſſoris illi, qui habet excommunicationem reſervatam, & alias non habet recurſum ad legitimum ſuperiorem? 188.
Dub. 17. An deſit copia confeſſoris illi, pro cuius abſolutione à reſervato ſuperior non vult concedere facultatem? 188
Dubium. 18. An illi, qui hic, & & nunc non poteſt integrè confiteri, deſit copia confeſſoris? 189.
Dub. 19. An deſit copia confeſſoris illi, qui ſolum habet confeſſarium alterius idiomatis, & ideò ſine interprete confiteri non poteſt? 190.
De neceſsitate urgente. 190.
Dub. 20. An quoties omittendo communionem, timeret quis gravis admirationis periculum, ſit urgens communicandi neceſsitas? 190.
De Religioſo cum nota non cõmunicante. 191
De iam ad altare pro communione ſiſtente, qui meminit mortalis non confeſsi. 191.
De Sacerdote iam in altari exiſtente, qui meminit mortalis non confeſsi. 192.
De exiſtenti in articulo mortis. 193.
De impleturo præceptum communicandi in paſchate. 193.
De Sacerdote, qui poſt inceptam Miſſam meminit mortalis non confeſsi. 194.
Dub. 21. An ille, qui confeſſionem præmiſerat ad communicandum, ſed antequam ad altare accederet, meminit alicuius mortalis non confeſsi, teneatur illud confiteri antequam communicet? 196.
Dub. 22. An communicare infirmum pro Viatico ſit urgens neceſsitas, ut Sacerdos, cui deeſt copia confeſſoris, celebret contritus ſine prævia confeſsione? 197
De Sacerdote cum contritione celebrante, ut alius impleat præceptum annuæ cõmunionis. 199
De Parocho celebrante in die feſto, ut alij impleant præceptum audiendi Miſſam. 199.
De Sacerdote non parocho celebrante in die feſto, ut alij Miſſam audiant. 200.
De Sacerdote celebrãte, ut impleat.

pleat præceptum audiendi Miſſam. 201.
Dub. 23. An celebrare pro defuncto, cuius animam multũ indigere Sacrificio prudenter exiſtimatur, ſit neceſsitas urgens, ut Sacerdos, cui alias deeſt copia confeſſoris, poſſit contritus celebrare? 201.
Dub. 24. An Sacerdos, qui ex obligatione capellaniæ, aut ex accepto ſtipendio tenetur offerre Sacrũ, habeat urgentem neceſsitatẽ, ita, ut deficiẽte confeſſore, poſsit abſque prævia confeſſione, celebrare? 202.
Dub. 25. An ſpes magni fructus ex communione percipiendi ſit neceſsitas urgẽs ad communicandum ſine confeſsione, ſi deſit copia confeſſoris? 203.
De illo, qui ex cõmunione ſperat magnum iuvamen cõtra peccatum. 204.
Dub. 26. An in caſibus, in quibus licitũ eſt ſumere Euchariſtiã ante confeſsionem, opus ſit elicere actũ cotritionis? 204.
Dub. 27. Quando in prædictis caſibus eſt elicienda contritio? 206.
Dub. 28. An cõmunicaturus, qui confeſsionem præmiſerat, & tunc meminit alicuius mortalis, teneatur elicere contritionem ante cõmunionem? 208.
Tertium certum. 209.
Dub. 29. An hæc Tridẽtini diſpoſitio contineat præceptum? 209.
In aliorum ſententia.
An præceptum quam primum confitendi ſit divinum? 212.
An hoc præceptum obliget laicos? 213.
An hoc præceptum obliget Sacerdotem celebrantem officia in die paraſceves? 213.
An hoc præceptum cõprehendat Sacerdotem, qui in Miſſa meminit peccati; aut tunc peccat? 213.
An hoc præceptum cõprehendat illum, qui ex malitia celebrat, non præmiſſa confeſſione? 214.
An vi huius præcepti teneatur Sacerdos ſtatim poſt finitam Miſſam quærere confeſſorem, & confiteri? 214.
Dub. 30. An qui celebrat, aut communicat, non præmiſſa confeſsione, caſu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatũ? 215.

CAP. IIII.

De Miniſtro Euchariſtiæ. 215.
De Miniſtro Euchariſtiæ quoad conſecrandum. 216.
Dub. 1. An ſolus Sacerdos ſit miniſter Euchariſtiæ quoad conſecrationem? 216.
Dub. 2. An plures Sacerdotes valide poſsint ſimul eamdẽ hoſtiam conſecrare? 216.

Dub. 3. An licitè poſsint plures Sacerdotes conſecrare eamdem hoſtiam? 217.
Dub 4. Quomodò licitè poſsint plures Sacerdotes eãdẽ hoſtiam conſecrare? 218.
De Miniſtro Euchariſtiæ quoad eius adminiſtrationem. 224.
Dub 5. An Sacerdos in ſua conſecratione recipiat officiũ, ſeu poteſtatem completam miniſtrandi Euchariſtiam alijs? 224.
Dub 6. An omnes Sacerdotes licitè poſsint omnibus indifferenter Euchariſtiam miniſtrare? 225.
Dub. 7. An aliquis nõ Sacerdos poſsit licitè miniſtrare Euchariſtiam? 231.
De Diacono. 231.
De ſubdiacono. 232.
De Laico. 232.
De Miniſtro miniſtranti ſibi ipſi. 236.
Dub. 8. An Sacerdos poſsit cõmunicare ſe ipſum extra caſum neceſsitatis, ſi non adſit alius Sacerdos, qui id poſsit, aut præſtare velit? 236.
Dub. 9 An Diaconus poſsit extra urgentem neceſsitatem, abſente Presbytero, ſe ipsũ communicare? 237.
De Miniſtro miniſtrante alijs tempore peſtis. 238.
Dub. 10 An Parochus tempore peſtis teneatur miniſtrare ſuis ovibus Euchariſtiã, etiã cum periculo vitæ? 238.
Dub. 11. An tempore peſtis liceat miniſtris miniſtrare Euchariſtiam aliquo apto, ſeu decenti inſtrumento, ut ſic contagium effugiant? 239.
De decentia in adminiſtratione à miniſtro, & à recipiente ſervanda. 241.
Dub. 12. An Sacerdos, qui ob aliquod impedimentum nequit miniſtrare Euchariſtiã digito pollice, & indice, poſſit illam digitis alijs miniſtrare? 241.
Dub. 13. An mortaliter peccet Sacerdos qui exiſtẽs in mortali Euchariſtiam alijs adminiſtrat? 241.
De Diacono miniſtrante. 243.
De illo qui exiſtens ſub mortali tangit Euchariſtiam. 243.
Dub. 14. An peccet mortaliter Sacerdos, qui miniſtrat alijs Euchariſtiam? 243.
Dub. 15. An peccet mortaliter Sacerdos qui miniſtrat alijs cum ſuperpelliceo, ſed ſine ſtola? 244.
Dub. 16. An peccet mortaliter Sacerdos qui adminiſtrans Euchariſtiam omittit alias cœremonias, ut ſunt luminis incenſi, confeſsionis generalis, & abſolutionem venialium? 244.
Dub. 17. An Sacerdos extra Miſſam communicans, teneatur geſtare ſtolã è collo pendẽtem? 245.
Dub. 18. An ad communicandũ laicum ob ſolam devotionem poſsit celebrãs partem

ſuæ hoſtiæ illi præbere? 245.
Dub. 19. An in articulo mortis liceat accipere Euchariſtiam à Sacerdote hæretico, ſchiſmatico, excommunicato nõ tolerato? 246.
CAP. V.
De materia Euchariſtiæ. 247.
De materia cõſecrationis corporis. 247.
Dub. 1. Quæ ſit materia neceſſariò requiſita ad conſecrationẽ corporis? 247.
Dub. 2. An panis conſecrationis debeat confici ex frumẽto? 247.
Dub. 3. An panis cõſecrationis debeat eſſe triticeus? 248.
Dub. 4. An panis cõſecrationis debeat eſſe non ſolum triticeus, ſed etiam uſualis? 250.
Exploduntur errores circa materiam conſecrationis corporis. 250.
De pane, qui non abſolutè panis nuncupatur? 251.
De pane hordaceo. 251.
De pane confectõ ex tipha, ſeu centeno. 252.
De quocumque alio pane. 254.
De pane cofecto ex ſpeltra. 254
De pane cõfecto ex ſiligine. 254
De pane confecto ex farre. 254.
De pane confecto ex maiſio (Hiſpane trigo de las Indias.) 255.
De pane confecto ex amylo (Hiſpanè almedon.) 255.
De maſſa cruda. 256.
De maſſa oleo, aut butyro in ſartagine frixa aut aqua, elixa. 257.
De pane confecto ex farina triticea, & aqua artificiali. (roſacea, Angelica, &c.) 257.
De pane tàm azymo, quàm fermentato. 258.
Dub. 5. An Sacerdotes omnes teneantur cõſecrare in azymo? 259.
Dub. 6. An in caſu neceſsitatis (v. g. ad dandum Viaticum infirmo aliàs non confeſſo, & non communicaturo) poſſit Latinus exiſtens apud ſuos cõſecrare in fermẽtato? 259.
Dub. 7. An præceptum Florentini, aut Eugenij IV. (ſtatuẽtis, tam Latinum, quã Græcum debere ſervare morem ſuæ Eccleſiæ) obliget exiſtẽtem in alia Eccleſia; ibique habẽtem domicilium? 260.
Dub. 8. An Græcus, qui peregrinando inter Latinos inveniret templum pro Græcorum ritibus dicatũ, poſſet in fermentato celebrare? 260.
Dub. 9. An Græcus, qui peregrinatur per Eccleſiam Latinã, poſsit pro libito celebrare in azymo, vel fermentato? 261.
De materia conſecrationis ſãguinis. 262.
Dub. 10. quæ ſit materia neceſſariò requiſita ad conſecrationem ſanguinis? 262.
Refelluntur errores oppoſiti. 262.
Refelluntur vina, quæ non ſunt ex vite. 263.
Refelluntur aliquot, quæ ſiunt
ex

ex vite. 263.
Dub. 11. An muſtum ſit materia conſecrationis? 164.
Dub. 12. An vinum congelatũ ſit materia conſecrationis? 265.
De aqua vino ante cõſecrationem miſcenda. 267.
Dub. 13. An expediens ſit aquã vino cõſecrãdo miſcere? 267.
Dub. 14. An mixtio aquæ vino conſecrando ſit de neceſsitate Sacramenti? 268.
Dub. 15. An miſcere aquam vino conſecrãdo ſit neceſſariũ neceſsitate præcepti? 269.
De auctore hui' præcepti. 270.
Pontifex poteſt diſpenſare In hoc præcepto. 171.
Aliquando ſufficit implicita diſpenſatio. 271.
Chriſtus D. miſcuit aquam vino. 272.
Dub. 16. Quæ ſint ſeruanda in mixtione aquæ cũ vino conſecrando. 272.
Dub. 17. An aqua vino conſecrando admixta convertatur in sãguinẽ Chriſti D. 273.
Dub. 18. An aqua vino admixta convertatur in ſanguinem Chriſti D. ſi tempore conſecrationis non fuerit in vinũ converſa? 274.
Dub. 19. An gutta aquæ, quæ poſt inchoata verba conſecrationis converteretur in vinum, tranſeat in ſanguinẽ Chriſti D. 278.
De pręſentia requiſita in materia conſecranda. 278.
Dub. 20. An materia cõſecrãda debeat eſſe præſens Miniſtro? 278.
Dub. 21. Quomodo ſit explicãda materiã cõſecrandæ præſentia requiſita? 279.
Dub. 22. An ad validam conſecrationem ſit neceſſarium, quod ſonus verborum formę perveniat ad materiam cõſecrandam? 280.
Dub. 23. An ſufficiat ad conſecrãdum, quod materia quovis ſenſu percipiatur? 280.
Dub. 24. An ad valorem conſecrationis ſufficiat, Sacerdotem fieri certiorem de materia coram ſe poſita ex relatione alterius? 281.
Dub. 25. An materia conſecrãda debeat eſſe præſens ſecũdũm ſe totam? 282.
Dub. 26. An Sacerdos intendẽs eadem forma conſecrare duplicem materiam, unã præſentem, & aliam abſentem, validè cõſecrat præſẽtẽ? 283
De definitione, aut determinatione; quam materia conſecranda expoſcit ex parte Sacerdotis. 284.
Dub. 27. An materia conſecrãda debeat à Miniſtro definiri, aut determinari? 284.
De volente aliquot indeterminatè conſecrare. 284.
De conſecrãte ſub determinatione Dei, vel alterius. 284.
De proferente formam ſuper duas exiſtimante eſſe unicam. 285.

De

De formulis, quarum non meminit Sacerdos, cùm profert verba. 284.
De formulis, quæ in altari extra aram ſunt appoſitæ. 285.
De formulis, quas alter, inſcio Sacerdote, in corporali conſecrandas appoſuit. 286.
De reliquiis mixtis cũ formulis conſecratis. 286.
De formula non conſecrata cũ cõſecratis caſu admixta. 287.
De guttulis vini, quæ intra calicis latera ſeparatæ continentur. 287.
De quantitate materiæ conſecrandæ. 288.
De cõſecratione facta in magna quantitate. 289.
De conſecratione facta in minima quantitate. 290.
De particula ſeparata ab hoſtia conſecrata. 290.

CAP. VI.

De forma Sacramenti Euchariſtiæ. 291.
Dub. 1. Quæ ſit forma cõſecrationis? 291.
Dub. 2. An Chriſtus D. prædictis verbis conſecrarit? 291.
Dub. 3. An Chriſtus D. eiſdem verbis gratias egerit Patri, benedixerit Panem, & vinũ, & conſecraverit? 293.
Dub. 4. An præter verba, quib⁹ Chriſtus D. conſecravit, ſint neceſſaria alia, ut nunc fiat à Sacerdotib⁹ cõſecratio? 296.
Dub. 5. An forma conſecrationis incipiat ab illis verbis (*Hoc eſt corpus meum*: & *Hic eſt ſanguis meus*) ut abſq; præcedentibus poſſit fieri conſecratio? 297.
Dub. 6. An ly *enim* in forma cõſecrationis ſit de neceſſitate ſacramenti? 300.
Dub. 7. An Chriſtus D. in conſecrationis uſus fuerit particula *enim*? 300.
Dub. 8. Quæ verba ſint eſſentialia, ſeu omnino neceſſaria pro cõſecratione calicis? 301.
Dub. 9. An verba conſecrationis mutari poſſint? 304.
De forma iſta: *Hoc eſt corpus Chriſti.* 304.
De forma iſta: *Hic eſt corp⁹ meũ.* 305.
De hac forma: *Ecce corpus meũ.* 305.
De hac forma: *Hæc eſt caro mea.* 306.
De aliquibus alijs formis. 306.
Dub. 10. Quomodo verba conſecrationis proferãtur à Sacerdote? 308.
Dub. 11. Quo pacto ſint veræ hę propoſitiones, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, aut *Hic eſt calix ſanguinis mei?* 311.
Dub. 12. Quid demõſtretur pro nomine *Hoc*, & *Hic* in formis conſecrationis? 316.

CAP. VII.

De Converſione, ſeu tranſubſtantiatione panis, & vini in corpus, & Sanguinem Chriſti D. ſeu de reali præſentia illius in Euchariſtia. 322.
Dub. 1. Quid ſit converſio? Et quas

Digitized by Google

quas conditiones requirat? 323.
Dub. 2. An quælibet creatura poſsit coverti in quamlibet creaturam? 325.
Dub. 3. An creatura poſsit converti in Deum? aut ècontra, Deus in creaturam? 328.
Dub. 4. Quid ſit tranſubſtantiatio? Et an ſit poſsibilis? 329.
Dub. 5. Quid neceſſariò ad trãſubſtantiationem requiratur? 330.
Dub. 6 Per quam actionẽ Chriſtus D. ponatur præſens ſub ſpeciebus? 330.
Reijcitur ſententia affirmans, Chriſtum D. fieri præſentem ſpeciebus vi modi ſubſtantialis. 334.
Reijcitur ſententiam ponens converſionem Euchariſticã in conſervatione. 336.
Reijcitur ſententia affirmans, converſionem Euchariſticã conſiſtere in hoc, quòd id, quod erat panis, fiat corpus Chriſti D. 337.
Reijcitur ſententia affirmans, converſionem Euchariſticã conſiſtere formaliter in deſitione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti D. 338.
Reijcitur Durandus affirmans converſionem Euchariſticã ſitam eſſe in hoc, quòd materia panis, & vini continuetur cum materia prima corporis, & ſanguinis Chriſti D. & incipiat eſſe ſub forma eorum. 339.
Reijcitur error hæreticorum negantium veram & realem præſentiam Chriſti D. in Euchariſtia. 340.
Dub. 7. An in Euchariſtia maneat ſubſtantia panis, & vini? 342.
Dub. 8. An in Euchariſtia ſaltẽ aliquid ſubſtantiæ panis, & vini perſeveret? 347.
Dub. 9. An Chriſtus D. poſsit ſimul eſſe cum ſubſtantia panis? 349.
Dub. 10. An ſalva veritate verborum conſecrationis, poſſet ſubſtantia panis cõſervari cũ corpore Chriſti D. 349.
Dub. 11. An ſubſtantia panis, & vini in Euchariſtia annihilẽtur? 352.
Dub. 12. Quid ſit præſentia Sacramentalis? 356.
Dub. 13. Qualem unionem habeat Chriſtus D. cum ſpeciebus Sacramentalibus? 360.
Dub. 14. Quomodo loquendum ſit de hoc Sacramento? 364.

CAP. VIII.

De modo, quo Chriſtus D. eſt in Euchariſtia? 366.
Dub. 1. Quod ſit concomitantia? Aut in quo fũdetur? 367.
Dub. 2. An totus Chriſtus D. ſit in Euchariſtia ſub qualibet ſpecie? 368.
Dub. 3. An totus Chriſtus D. ſit in qualibet parte ſpecierum ante diviſionem? 370.
Dub. 4 An totus Chriſtus D. ſit in indiuiſibilibus ſpecierum Eu-

Euchariſtiæ? 374.
Dub. 3. Quid Chriſti D. ex vi verborum ponatur ſub accidentibus panis, ſeu in hoſtia? 376.
Quid de cõpoſito naturali ſubſtantiali ſit tenendum, aperitur. 376.
Dub. 5. Quid ponatur in calice ex vi verborum? 385.
Dub. 7. An totus Chriſti D. ſanguis ponatur ſub ſpeciebus vini ex vi verborum? 385.
Dub. 8. An modo ponatur ſub ſpeciebus vini totus ſanguis Chriſti D. qui effuſus eſt in paſsione? 386.
Dub. 9. An ſi fieret conſecratio tempore paſsionis, quando pars ſanguinis Chriſti D. erat effuſa, & pars effundẽda deberet utraq; poni ex vi verborum? 386.
Dub. 10. An in caſu dubij præcedẽtis utraque pars ſanguinis eſſet unita, ſeu continua? 387.
Dub. 11. An quãtitas, & alia accidentia corporis, & ſanguinis Chriſti D. ſint in Euchariſtia? 388.
Dub. 12. An quantitas ponatur in Euchariſtia ex vi verborum? 392.
Dub. 13. An divinitas, divinæq; perſonalitates ſint in Euchariſtia? 393.
Dub. 14. An exiſtentia Chriſti D. in Euchariſtia pendeat ab illius exiſtẽtia naturalis? 396
Dub. 15. An Chriſtus D. ſit in Euchariſtia, tamquam in loco? 395.
Dub. 16. An Chriſtus D. habeat unionem cum ſpeciebus Sacramentalibus? 396.
Dub. 17. (incidẽs) An unum, & idẽ corpus poſsit aliquo modo divinitus eſſe ſimul in pluribus locis? 397.
Dub. 18. (incidens) An idẽ corpus quãtum poſsit divinitus eſſe ſimul in pluribus locis adæquatis circumſcriptivè? 398.
Dub. 19 (incidens) An idẽ corpus exiſtens in duobus locis circumſcriptivè utrobique haberet eaſdem affectiones, ſeu accidentia? 402.

CAP. IX.

De his, quæ Chriſtus D. prout exiſtit in Euchariſtia, agere, & pati poteſt. 407.
Dub. 1. An Chriſtus D. prout in Euchariſtia poſsit exercere actiones immanẽtes? 407.
Dub. 2. An Chriſtus D. prout in Euchariſtia poſsit moveri ad formam abſolutam? 412.
Dub. 3. An Chriſtus D. prout in Euchariſtia moveatur motu locali ſibi proprio, & intrinſeco? 414.
Dub. 4. A quo Chriſtus D. in Euchariſtia exiſtens moveatur localiter? 415.
Dub. 5. An Chriſtus D. prout exiſtens in Euchariſtia, poſſit videri ab intellectu creato? 417.
Dub. 6. An corpus Chriſti D. in Eu

Euchariſtia poſsit videri oculo corporeo? 424.
Dub. 7. Quodnam iudicium ſit ferēdum de apparitionibus, quæ aliquādo fiunt circa Euchariſtiam? 428.
Dub. 8. An, quando apparet caro, vel ſanguis in ſpeciebus, maneat ſimul Chriſtus D. ſacramentaliter ſub illis? 430.
Dub. 9. An Sacerdos debeat apponere novam materiam, quando propter aliquam apparitionē in Euchariſtia factam oportet ſervare priorē materiam? 431.
De Chriſto D. deſerente ſpecies. 432.
Dub. 10. Quandiù Chriſtus D. perſeveret ſub ſpeciebus cōſecratis? 432.
De ſpeciebus panis. 432.
De ſpeciebus vini. 433.
Dub. 11. An Chriſtus D. aliquo modo mutetur, quando deſinit eſſe ſub ſpeciebus? 435.
Dub. 12. Intra quod temporis ſpatium ſpecies Sacramentales ſumptæ corrumpuntur, itaùt ſub illis deſinat eſſe Chriſtus D. 435.

CAP. X.

De accidētibus panis, & vini, quæ manent in Euchariſtia? 437.
Dub. 1. Quæ accidentia panis, & vini manēt in Euchariſtia poſt conſecrationem? 437.
Dub. 2. An ſit de fide certū, manere in Euchariſtia accidentia illa, quæ non pendent à ſubſtantia? 438.
Dub. 3. An omnia accidētia panis, & vini, quæ manent in Euchariſtia, ſint ſine ſubiecto? 438.
Dub. 4. An non ſolum quātitas, ſed etiā qualitas poſsit eſſe ſine ſubiecto? 440.
Dub. 5. An ut quantitas Euchariſtiæ ſit ſine ſubiecto, ſuper addendus ſit illi aliquis modus poſitivus? 442.
Dub. 6. An ſpecies Sacramentales idē poſsint agere, ac ante ſeparationem? 445.
Dub. 7. An ſpecies Sacramentales poſsint pati idem, ac in ſubiecto? 450.
Dub. 8. A quo producetur illa nova pars quātitatis, quæ in Euchariſtia, acquiritur per rarefactionem? item à quo, & quomodo deſtruatur pars illa quantitatis, quæ per cōdenſationem ſpecierum ſacramentalium deperditur? 451.
Dub. 9. Quomodo ex accidētibus ſeu ſpeciebus Sacramentalibus poſsit ſubſtantia aliqua produci? 453.
Dub. 10. Quomodo nutriamur ſpeciebus Euchariſtiæ. 456.
Dub. 11. An deſitio Chriſti D. ſub ſpeciebus ſit cōverſio ipſius in ſubſtantiam ſuccedentem? 457.
Dub. 12. An aliquo modo mutetur Chriſtus D. quando deſinet eſſe ſub ſpeciebus? 457.
Dub. 13. An per mixtionem liquorum cum ſpeciebus vini deſi-

deſinat eſſe Chriſtus D. ſub ſpeciebus conſecratis. 457.

CAP. XI.

De effectibus Euchariſtiæ. 458.

Dub. 1. An Euchariſtiæ ſacramentum habeat aliquem effectum circa recipientem. 458.
Dub. 2. An gratia ſanctificans collata vi Euchariſtiæ ſit prima: an ſecunda. 459.
Dub. 3. An, vt vi Euchariſtiæ recipiatur gratiæ augmentum, requiratur aliqua actualis deuotio in recipiente? 459.
Dub. 4. An peccatum veniale impediat augmẽtum gratiæ, quod confert Euchariſtiæ. 461.
Dub. 5. Quando communicans recipiat augmentum gratiæ ſanctificantis? 462.
Dub. 6. Quanto tempore duret cauſatio gratiæ Euchariſtiæ? 464
Dub. 7. An Euchariſtia aliquando remittat peccata mortalia; aut conferat primam gratiam? 467.
Dub. 8. An, vt Euchariſtia conferat primam gratiam, ſufficiat bona, & inculpabilis fides? 468.
Dub. 9. An vtraque ſpecies Euchariſtiæ conferat maiorem gratiam, quàm ſinguiæ ſeorſim. 470.
Dub. 10. An Euchariſtia habeat aliquos alios effectus, præter gratiam ſanctificantem. 472
De præſeruatione à mortali-bus. 472.
De remiſsione venialium. 474.
De diſpoſitione ad deletionem venialium petita. 474.
Cuncta venialia deleantur vi Euchariſtiæ. 474.
Euchariſtia delet pœnam temporalem. 475.
Dub. 11. An Euchariſtia operetur aliquos effectus in corpore communicantis. 477
Euchariſtia extinguit ardorem concupiſcentiæ. 477.
De vnione reperta inter Chriſtum Dominum, & corpus cõmunicantis. 478.

POSTERIOR PARS HVIVS tractatus, in qua de ipſa Euchariſtia, quatenus eſt Sacrificium, diſputatur.

CAP. XII.

De natura, & eſſentia ſacrificij Miſſæ. 479.

Dub. 1. Quid ſit Sacrificium? 479
Dub. 2. Quotuplex ſit diuiſio ſacrificij. 485.
Dub. 3. An in Miſſa verum, & proprium ſacrificium reperiatur? 486.
Dub. 4. In quo eſſentialiter, & totaliter ſacrificium Miſſæ conſiſtat? 489.

¶¶ Re-

Reijcitur ſententia affirmans, eſſentia Sacrificij Miſſæ ſalvari in quaſlibet ex ſex actionibus vagè ſumptis. 489.

Reijcitur ſententia ponens rationem Sacrificij Miſſæ in oblatione præcedente conſecrationem. 490.

Reijcitur ſententia affirmans, Sacrificium Miſſæ conſiſtere in oblatione ſubſequente cō ſecrationem. 490.

Reijcitur ſententia affirmans, fractionem hoſtiæ conſecratæ ſpectare ad eſſentiam ſacrificij Miſſæ. 494.

Reijcitur ſententia affirmans, ſacrificium Miſſæ conſiſtere in ſumptione ſpecierum. 495.

Dub. 5. An ad eſſentiam Sacrificij Miſſæ requiratur vtriuſque ſpeciei conſecratio? 498.

Dub. 6. An conſecratio vtriuſque ſpeciei ſimul ſit iure diuino præcepta? 499.

Dub. 7. An in Miſſa ſit vnum tātum ſacrificium? 501.

Dub. 8. An in feria ſexta paraſceves ſacrificium Miſſæ celebretur? 502.

Dub. 9. Quomodo ſacrificium Miſſæ comparetur cum Sacrificio tàm cruento, quàm incruento, quod Chriſtus D. obtulit. Necnon & una Miſſa cum altera? 503.

Dub. 10. An ſacrificium Miſſæ ſit propiciatorium? 505

Dub. 11. An ſacrificium Miſſæ habeat etiam alias qualitates? 506

Dub. 12. An in Eccleſia de facto ſit aliud ſacrificium præter ſacrificium Miſſæ? 507

Dub. 13. An Eccleſia poſsit inſtituere novum ſacrificium, præter ſacrificium Miſſæ. 508.

CAP. XIII.

De offerentibus ſacrificium Miſſæ. 508.

Dub. 1. An ſoli Sacerdotes poſſint Sacrificium Miſſæ offerre, tamquam miniſtri illius? 508.

Dub. 2. An Chriſtus Dominus ſimul cum Sacerdote offerat Sacrificium Miſſæ? 509.

Dub. 3. Quomodo Chriſtus Dominus offerat ſacrificiū Miſſæ? 509.

Dub. 4. An omnes Sacerdotes poſsint valide efficere, & offerre Sacrificium Miſſæ? 511.

Dub. 5. An alij fideles, præter ſacerdotem, ſacrificium Miſſæ offerant? 512.

CAP. XIIII.

De his, pro quibus Miſſæ ſacrificiū poteſt offerri. 513.

Dub. 1. An ſacrificium Miſſæ poſſit pro omnibus vivis offerri? 513.

De ipſo Sacerdote, necnon & de tota Eccleſia Militante, ac de

de ſingulis eius membris. 513.
De paganis, Iudæis, & cathecumenis. 514.
De baptizatis hæreticis, & ſchiſmaticis. 515.
De alijs baptizatis excommunicatione maiori excommunicatis. 516.
De indirecta oblatione Miſſæ. 517.
De Sacerdote in momento Miſſæ pro prædictis orante. 518.
De Sacerdote excludente aliquem. 518
Dub. 2. An Sacrificium Miſſæ poſſit pro omnibus exiſtentibus extra viam offerri. 518
De damnatis, ſeu de illis, qui ſunt in inferno. 518.
De beatis, ſeu de hominibus exiſtentibus in cœlo. 521
De exiſtentibus in Purgatorio, 522.
Obſeruatio 1. Circa infallibilitatem ſacrificij Miſſæ pro animabus Purgatorij. 524.
Obſeruatio 2. Quòd non requiritur ſtatus gratiæ, vt ſacrificium Miſſæ proſit animabus Purgatorij, 524

CAP. XV.

De effectibus ſacrificij Miſſæ. 525.

Dub. 1. An ſacrificium Miſſæ, quatenus expiatorium, aut propitiatorium, habeat aliquos effectus? Et quales ſint? 525.
Dub. 2. An ſacrificium Miſſæ cauſet ſuos effectus ex opere operato? An ex opere operantis? 525
Dub. 3. In quibus Sacrificium Miſſæ cauſet ſuos effectus? 527.
Dub. 4. Quæ diſpoſitio requiratur in eo, pro quo offertur ſacrificium Miſſæ, vt eius fructum ex opere operato percipiat. 528.
Dub. 5. Cuius applicatio ſit attendenda. 528.
Dub. 6. Cui applicationi ſit ſtādum. 530.
Dub. 7. An ſacrificium Miſſæ pro pluribus oblatum tātum proſit ſingulis, ac ſi pro vnoquoque ſeorſim offerretur. 531.

CAP. XVI.

De illis, qui tenentur aliquando Miſſæ ſacrificium celebrare; & aliquando ab illius celebratione abſtinere. 534.

De obligatione aliquando celebrandi. 534.
Dub. 1. An omnes Sacerdotes teneantur aliquando Sacrificium Miſſæ celebrare. 534.
Dub. 2. Quando Sacerdos præciſè ratione Sacerdotij teneatur celebrare. 535
Dub. 3. An Sacerdos non impeditus poſſit quotidie celebrare. 536
Dub. 4. An liceat eidem Sacerdoti

¶¶ 2 doti

dori in eadem die plures Miſ-
ſas celebrare. 538
De die Natiuitatis Domini. 539
De parrocho pluries celebrante. 540.
Dub. 5. An admittendi ſint alij caſus, &c. 540
De hora ad celebrandum conveniente. 543.
Dub. 6. An ab Eccleſia ſit præſcriptum tempus diei, in quo debeat, & non extra illud celebrari? 543
Quid nomine Auroræ intelligatur. 544
De priuilegijs Religioſorum. 545.
De Epiſcopis, & Cardinalibus. 546.
De quolibet Sacerdote iter agente. 546.
De Sacerdote celebrante ante lucem pro infirmo Viaticum recepturo. 546.
De meridie. 547
Dub. 7. An inceptio celebrationis miſſæ differri poſſit uſque ad horam nonam, hoc eſt uſque ad horam tertiam poſt meridiem? 547.
De loco ad celebrandum conueniente. 550.
Dub. 8. An ſit illicitum, Miſſæ ſacrificium extra Eccleſiam celebrare? 550.
De Religioſis. 550.
Dub. 9. An in mari, vel flumine poſſit aliquando celebrari? 551.
Dub. 10. An liceat celebrare in Eccleſia polluta? 552.
De modis, quibus Eccleſia violatur 553
De modis reconciliandi Eccleſiam pollutam. 556
Quid agendum, ſi violatio contingat, quando Sacerdos actu celebrat. 556.
De altari ad celebrandum conveniente. 557.
Dub. 11. An ad Miſſæ ſacrificium neceſſario requiratur altare? 557.
Dub. 12. Quotuplex ſit altare apud Catholicos ad Miſſæ ſacrificium neceſſarium? 557.
Dub. 13. An ſit peccatum mortale celebrare Miſſam ſine altari? 557.
Dub. 14. An altare fixum amittat conſecrationem motione, aut fractione illius? 558.
Dub. 15. (incidens) An particulæ conſecratæ debeant apponi ſuper aram non ſolum quando conſecrantur, ſed etiam poſt earum conſecrationem? 561.
Dub. 16. An altare debeat eſſe lapideum? & cōſecratū? 561.
Dub. 17. An, ut conſecratio altaris fixi ſit rata, neceſſariò requiratur, quod in eo reliquiæ Sanctorum reponātur? 562.
De ornatu altaris. 562.
Dub. 18. An altare debeat operiri mappis, ſeu tobaleis? 562.

Dub. 19. An mappæ altaris debeant eſſe benedictæ? 563.
De corporalibus. 563.
Dub. 20. Quid de corporalibus diſponat Eccleſia? 563.
De purificatorio. 564.
De lumine. 564.
Dub. 21. An ſit peccatum celebrare cum uno lumine? 564.
Dub. 22. An ſit mortale celebrare cum lumine olei, aut à dipis in caſu neceſsitatis? 565.
De Miſſali. 566.
Dub. 23. An ſit illicitum, ſacrũ facere abſque libro continẽte ſaltem canonem? 566.
De cruce. 567.
De calice, & patena. 568.
Dub. 24. An calix, & patena neceſſario debeant eſſe ex argento, aut auro? 568.
De cõſecratione calicis, & patenæ. 570.
Dub. 25. An Sacerdos poſsit celebrare in calice, & patena nondum conſecrata, ſi alias bona fide cum ipſis fuerit celebratum? 570.
Dub. 26. An calix perdat conſecrationem per ſeparationem pedis a cuppa? 571.
Dub. 27. An calix amittat conſecrationem, quando iterum inauratur? 571.
De pyxide, ſeu vaſe, in quo ſervatur corpus Chriſti D. 574.
Dub. 28. An pyxis debeat benedici? 574.
Dub. 29. An intra pyxidem ſit ponẽdus aliquis linteus? 574.
De veſtibus ſacris. 575.
Dub. 30. An ſit illicitum celebrare Miſſæ Sacrificium ſine veſtibus ſacris? 575.
Dub. 31. Quando? & quomodo perdatur benedictio veſtium Sacerdotalium? 578.
De illo, qui pedibus omnino nudis celebraret. 579.
De celebrante cooperto capite. 580.
De benedictione veſtium Sacrarum. 582.
Dub. 32. An privilegium conſecrandi calices, & veſtes ſacras ſit aliquibus conceſſum? 583.
De conſecratione, ſeu benedictione veſtium. 583.
De benedictione corporalium. 585.
De Calice, & patena. 585.
De benedictione, & reconciliatione Eccleſiæ. 585.
De conſecratione Eccleſiæ, & altaris. 586.
Notanda circa vivæ vocis oracula. 589.
De acolyto, ſeu miniſtro Miſſæ. 591.
Dub. 33. An ut Sacerdos licitè celebret, ſufficiat unus tantũ reſpondens? 591.
Dub. 34. An liceat Sacerdoti Miſſam ſine miniſtro celebrare? 592.
Dub. 35. An miniſter celebranti reſpondens, & reliqua miniſteria exequens poſsit eſſe fœmina? 595.
De orationibus à Sacerdote dicen-

Digitized by Google

cendis ante & poſt miſſæ celebrationem 598.
Dub. 36. An Sacerdos peccet mortaliter hæc omittendo? 598.
De obligatione obſervandi ritum præſcriptum in Miſſali, & eius regulas, vel Rubricas. 598.
Dub. 37. Quomodo diſcernendum ſit, an aliqua rubrica, aut regula Miſſalis ſit merè inſtructiva? an præceptiva? 599.
De Rubrica illa non celebrandi ante recitationem matutini cum laudibus. 600.
De Regula illa, quòd in duplicibus Miſſæ votivæ non dicantur; & alijs diebus non paſsim, ſed ex rationabili cauſa. 601.
De Regula illa quòd nihil præſcriptum omittatur. 602.
De voluntariè omittente *Credo*, vel *gloria*. 602.
De voluntariè omittente in Miſſa ſolemni Epiſtolam, & Evangelium. 603.
De modo occurrendi defectibus, qui in Miſſa poſſunt occurrere. 603.
De integritate Miſſæ. 604.
De ſupplemento materiæ non conſecratæ. 604.
De venenoſo aliquo incidente intra calicem. 605.

CAP. XVII.

De iuſto Miſſæ ſtipendio. 606.
Dub. 1. An ſtipendium Miſſæ à labe ſimoniæ ſit immune? 606.
De Sacerdote divite. 607.
De accipiente plura ſtipendia pro pluribus Miſsis in eodẽ die celebratis. 608.
Dub. 2. An pro una Miſſa plura ſtipendia integra poſsint recipi? 608.
Dub. 3. An plura inadęquata ſtipendia, quæ unum integrẽt, poſsint pro una Miſſa recipi. 610.
Dub. 4. An Sacerdos poſsit duplex ſtipẽdium pro una Miſſa reciperè, applicando uni partem ſolitam, & alteri ſuã partem? 611.
Dub. 5. An Sacerdos, qui, ut celebrat, cogitur emere ſacras veſtes, candelas, &c. poſsit ſtipendia Miſſæ augere? 612.
Dub. 6. An idem Miſſæ Sacrificium poſsit offerri pro integrum ſtipendium largiente, & ſimul pro alijs ex charitate, gratitudine, liberalitate, &c. 612.
Dub. 7. An Religioſus, qui vi ſuæ Regulæ, aut conſtitutionum tenetur certis diebus offerre Sacrificium pro defunctis ſui ordinis, aut benefactoribus, aut pro alia neceſsitate, poſsit offerre idẽmet Sacrificiũ pro alijs dantibus ſtipendium? 613.
Dub. 8. An Sacerdos, qui liberaliter promiſit alteri unũ Sacrificium animo ſe obligan-

di peccet mortaliter promiſſum non adimplendo? 614.
Dub. 9. An peccet mortaliter Sacerdos, qui acceptat eleemoſyna diu differt Miſſæ celebrationem? 615.
Dub. 10. An poſsit Miſſa celebrari pro illo, qui poſteà primò Miſſam poſtulabit? aut pro primò eleemoſynam daturo? 615.
De celebrante pro illo, qui ſolet mihi Miſſas commendare. 616.
De capellano, qui tenetur Miſſas celebrare. 617.
Dub. 11. An liceat exequias ante mortem celebrare? 617.
De celebrante in Eccleſia, aut altari determinato. 618.
Dub. 12. An Sacerdos, qui ex capellania, aut aliò titulo tenetur Miſſas celebrare in altari, aut Eccleſia determinata, peccet mortaliter alibi celebrando? 618.
Dub. 13. An, quando altare, aut Eccleſia à teſtatore determinata eſt ita impedita, aut deſtructa, ut nequeat ibi celebrari, teneatur Sacerdos alibi celebrare? 620.
De Sacerdote diſtribuente minora ſtipendio aliis. 621.
Dub. 14. An liceat aliquid ſtipendij accepti retinere, dùm Sacerdos Miſſas ſibi cõmiſſas aliis Sacerdotibus dicendas diſtribuit? 621.

CAP. XVIII.

De præcepto audiẽdi Miſſam. 621.

Dub. 1. Quænam ſint certa in præſenti? 622.
Dub. 2. An ad ſatisfaciendum præcepto audiendi Miſſam ſit neceſſaria attentio interna ad Miſſam? 623.
Dub. 3. An ad ſatisfaciendum præcepto audiendi Miſſam requiratur animus, ſeu intẽtio ſatisfaciendi? 625.
Dub. 4. An præceptum audiendi Miſſam impleatur illam audiendo a duobus? 626.
Dub. 5. An aliqui excuſentur ab audiendo ſacrum in diebus feſtis? 627.

TRAC.

Digitized by Google

TRACTATVS DE VENERABILI Euchariſtiæ Myſterio.

PROOEMIVM.

AGVNT de Euchariſtia Scholaſtici. *Diſtinctioniſtæ cum Magiſtro ſententiarum in 4. à diſt. 8. vſque ad 14. excluſivè: ubi Scotus, & Scotiſtæ. Thomiſtæ autem cum Angelico Præceptore 3. p. à q. 73. uſque ad 83. Alij verò in tractatibus de Sacramentis. Præſertim videndi ſunt noſter Villalobos tom. 1. tract. 7. G. Hurt. tract. de Euchar. Ægidius Coninch tom. de Sacramentis à q. 73. Vazq. Suar. Diana, Leandrus à Sacramento, & Eminentiſsimus Lugo locis citandis.* E quibus omnibus, atque ex quibuſcumque alijs, etiam ex illis, qui ſua ſcripta typis non mandaverunt, omnia illa ſeligemus, quæ hac noſtra tempeſtate ab Auctoribus examinantur; & quæ Scoti doctrinæ ſint magis conſona, & germana. Tractatum iſtum in duas partes ſecabimus. In priori agemus de Euchariſtia, vt Sacramento. In poſteriori de ipſa, vt Sacrificio tractabimus. Vtramque autem partem in capita; & hæc in dubia more noſtro dividemus.

(·.·)

A PRIOR

Digitized by Google

PRIOR PARS HVIVS TRACTATVS, IN QVA DE VENERABILI Euchariſtia, quatenùs eſt Sacramentum diſſeritur.

CAP. I.

De ſignificatione, eſſentia, vnitate, & dignitate Euchariſtiæ.

De ſignificatione.

1 PER hanc vocem *Euchariſtia* intelligunt PP. & Scholaſtici unum ex ſeptē Eccleſiæ Sacramentis; in quo verè, & realitèr continentur corpus, & ſanguis Chriſti D. Quod non eſt probandum, ſed ſupponendum ex convenientia loquētium de Euchariſtia: ut notat Scotus *num*.4. citandus.

DVB. I.

2 PEtes primò, ſignificationem huius nominis *Euchariſtia*. & an hoc Sacramentum alijs nominibus inſigniatur? Reſp. quòd *Euchariſtia* eſt vox Græca ſignificans gratiarum actionem. ¶ Dicitur autem hoc Auguſtiſsimum Sacramentum *Euchariſtia*, ſeu gratiarū actio: eo quòd inſtitutū eſt à Chriſto D. dùm gratias ageret Patri, iuxta illud *Luc.*22. *n.*17 *Et accepto calice, gratias egit.* Vndè conſuevit Eccleſia ante conſecrationem recitare, quòd Chriſtus D. ante inſtitutionem huius Sacramenti egerit gratias: ut conſtat communib⁹ illis verbis a Sacerdote ad cōſecrationem præmiſſis: *Qui pridiè quàm pateretur, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas; & elevatis oculis in cælum, tibi gratias agēs, &c.* ¶ Alij dicunt, quòd *Euchariſtia* idem eſt, ac bona gratia, ſeu magna gratia: ſicque appellatur (inquit G. Hurt. *diſp.* 1. *diff.* 1.) vel, quia continet realitèr Chriſtū D. qui eſt pleniſsimus gratia, & fons omnium gratiarum. Vel, quia ſignificat, & confert copioſiſsimam gratiam. Vel, quia ſignificat futuram gratiam: quæ eſt magna, & continuata gratia. Vel, quia conficitur, & conſecratur in gratiarum actione. ¶ Igitur, cùm res iſta ſit Grāmatici inſtituti; liballe, ſufficiat, *Euchariſtiā* apud nōnullos (in-

(inter quos Calepinum enumera) gratiarum actionem; apud alios verò bonam gratiã, ſeu magnam gratiam ſignificare.

3 Gaudet item hoc Auguſtiſsimum myſterium multis alijs nominibus: quia *tanta eſt dignitas huius Sacramenti, vt vno vocabulo comprehendi non poſſit*; aiebat D. Chryſoſt. *hom.* 24. *ſuper Paul. ad Chorint. cap.* 10. Et ideò Canones Apoſtolorũ hoc altiſsimum myſterium vocant (*can. 3. & 5.*) *Sacrificiũ*: eoquod in eo verè ſacrificatur Deus pro hominũ peccatis. Et *Ioan,* 6. vocatur *panis vitæ*: eoquòd panis iſte manducatus confert gratiam; quæ eſt vita animæ. Et 1. *ad Corint.* 6. vocatur *cõmunio*: eo quòd eſt comunis vnio, ſeu communicatio fideliũ, & inter ſeſe, & cum ſuo Capite Chriſto D. cuius corpus myſticum fiunt, & ſub quo, tamquã ſub capite, media ſumptione huius panis, coadunãtur: propter quod dixit Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 8. hoc Sacramentum eſſe ſignũ unitatis, vinculum charitatis, pacis, & concordiæ ſymbolũ. Et *in Concilio Nizeno c. 2. & Cartagin. 4. c. 77.* vocatur viaticũ: eoquòd in egreſſu vitæ præparat viã ad gloriã. Et à Dionyſ. *c. 3. de Eccleſiaſt. Hierarchia* vocatur finis, & conſumatio Sacramentorum; (iuxta tranſlationem Camaldulẽſis) aut Sacramentorum præſtantiſsimũ, (ut tranſfert Perionius apud Vazq. *diſp.* 167. *c.* 1. *n.* 8.) hoc eſt Sacramentorum Sacramentũ, ſeu ceremoniarium ceremonia. Sicuti dici ſolet locus ſacratiſsimus Sancta Sanctorum; & canticum præſtantiſsimum Canticum canticorum. Quarè non eſt immorandum in hoc, ut explicemus, quomodò cætera Sacramenta ad hoc, tãquã ad ipſorum conſumationẽ referantur: non enim à Dionyſ. aut ab alio vocatur cõſumatio Sacramentorum propter aliquem ipſorum ad illud Sacramentum ordinem, aut reſpectum, ſed propter præſtabilem excellentiam, & dignitatẽ: ut notat præcitatus Vazq. ¶ Pluribus adhùc nominibus inſignitur præſtantiſsimũ hoc Euchariſtiæ Sacramẽtum; ab illorum tamẽ aſsignatione ſuperſedeo: quia omnia, & ſingula aſsignare res eſt non nimis vtilitatis.

De ſpectantibus ad eſſentiam Euchariſtiæ.

DVB. II.

4 PEtes ſecundò, quid ſit Euchariſtia? Reſp. eſſe *Sacramẽtum corporis Chriſti, & ſanguinis veracitèr contenti, ſub ſpeciebus panis, & vini poſt conſecrationem factã à Sacerdote, ſub verbis certis cum debita intentione prolatis, ex inſtitutione diuina veracitèr ſignificans, corpus Chriſti,* &

& ſanguinem ſub eis realitèr contineri. Ita Scot. *diſt.* 8. *q.* 1. § *Hic tria verſ. Ratio*: eſtque optima definitio: cùm explicet naturam definiti; conſtetque genere, & differentia.

5 Eſt tamen notandum, in prædictis verbis duas Euchariſtiæ definitiones contineri. Aliam, conſiderando hoc Sacramentum ſecundùm ſuũ eſſe phyſicum. Aliam vero, ipſum conſiderando ſecundùm eſſe metaphyſicum. Secundùm eſſe metaphyſicũ definitur per verba illa: *eſt Sacramentum* (hoc eſt, ſignum ſenſibile) *ex inſtitutione divina veracitèr ſignificans, corpus Chriſti, & ſanguinem ſub eis realitèr contineri.* In qua definitione ponitur pro genere ly *Sacramẽtũ*, ſeu ſignum ſenſibile; in quo Euchariſtia convenit cum reliquis Sacramentis. Cæteræ autem particulæ ponuntur pro differentia; nullum enim aliud Sacramẽtum habet ſignificare, corpus, & ſanguinem Chriſti D. contineri realitèr ſub hoc ſigno ſenſibili, hoc eſt, ſub ſpeciebus panis, & vini. ¶ Per verba autem illa, *eſt Sacramẽtũ* (hoc eſt ſignum ſenſibile) *corporis Chriſti, & ſanguinis veracitèr contenti ſub ſpeciebus panis, & vini poſt conſecrationem factam à Sacerdote, ſub verbis certis cum debita intentione prolatis*, definitur, ſeu declaratur eſſe phyſicum, ſeu materiale Sacramenti Euchariſtiæ. Itaquè declaratur, relationem ſigni, quam Sacramẽtum Euchariſtiæ dicit ad corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. fundari in ſpeciebus, ſeu accidẽtibus panis, & vini poſt cõſecrationem. In prædicta autẽ definitione ponitur pro genere ly *Sacramentum*, ſeu ſignum ſenſibile, hoc eſt ſpecies, aut accidentia panis, & vini. pro differẽtia vero ponuntur reliqua verba, nempè *poſt cõſecrationẽ, &c.* per quæ denotatur, ſpecies ipſas, ſeu accidẽtia panis, & vini ante *conſecrationem factam à Sacerdote, &c.* non eſſe Sacramentum; ſicuti neq; ſunt Sacramẽtum cuiuſcumque alterius panis, & vini ſpecies, ſeu accidentia. ¶ Si autem aliquis ſcrupulus maneat contra hanc definitionẽ, dicendo eſſe orationem longam (ut ait Sotus in 4. *d.* 8. *q.* 1. *art.* 1.) facilè evaneſcet recolendo dicta in alijs tractatibus de Sacramentis; præſertim *in tract. de Baptiſmo c.* 1. *à n.* 3.

DVB. III.

6 PEtes 3. in quo conſiſtat Euchariſtia? Reſp. conſiſtere in ſolis ſpeciebus conſecratis. Quia illis ſolùm convenit definitio Euchariſtiæ *n.* 4. tradita, nẽpè eſſe ſignum ſenſibile veracitèr ſignificãs corpus, & ſanguinẽ Chriſti Domini, qui eſt terminus ſignificatus per relationem ſigni in hoc Sacramento; ut docet Scotus ſtatim citandus. Confirmatur

ex

ex Innoc. III. *cap. Cùm Marthæ de Celebratione Miſſarum*, qui contendens explicare, quid in Euchariſtia ſit Sacramentum tantùm, hoc tribuit ſpeciebus. Et idem ſignificat Trident. dũ *ſeſſ.* 13. ſæpe ſpecies ſacramentales appellat Sacramentum. Ita Scotus *in* 4. *diſtinct.* 8. *q.* 1. §. *Hic verſ. De tertio, &* §. *Ex his patet verſ. Si autem. Et in Report. ibidem* §. *Circa quæſt. verſ. Tertiò, Fab. ſuper* 4. *diſput.* 28. *Rada, Iribar. Ricard. & aliqui RR. quos citat, & ſequitur Gaſp. Hurt. diſput.* 1. *diffic.* 3.

7 Ex hac concluſione conſtat, ſolas ſpecies conſecratas eſſe fundamentũ proximũ relationis ſignificationis in hoc ſacramento. Ita expreſſè Scot. *diſt. illa* 8. §. *Ex his patet verſ. Et ſi quæras.* Vndè reijcio Iribar. & aliquos alios Scotiſtas dicentes, quod ex ſpeciebus, tanquam ex materia, & ex cõtinentia activa ſpecierum erga corpus Chriſti D. tanquàm ex forma, fit integra materia, & fundamentum proximum relationis ſigni. Falluntur tamèn. Quia continentia activa oritur in ſpeciebus ex ſignificatione: ergo ſignificatio priùs natura denominat ſpecies, quã habeant talem continentiam: & ita talis continentia non eſt fundamentum ſignificationis, ſed ſolæ ſpecies conſecratæ, & dicentes ordinem ad verba.

¶ Præterea AA. illi philoſophantur contra Scotum citatum. ¶ Dices: Sacerdos verbis hoc efficit ſacramentum: ſed non efficit ſpecies, adhuc ut conſecratas: ergo efficit illas, vt continentes corpus Chriſti D. ergo continentia actiua intrat in materiale ſacramenti, ſeu in fundamentum proximũ relationis ſigni ad corpus, & ſanguinem Chriſti D. Reſp. negãdo minorem: etenim Sacerdos facit, quod ſpecies ſint ſignum ſacrum, ad cuius poſitionẽ ponantur corpus, & ſanguis Chriſti D. Et ita priùs eſt ſignũ practicum, quam continentia activa, & paſſiva: quæ eſt quaſi effectus huius ſacramenti, ſeu huius ſigni. ¶ Dices ſecundò: ſolæ ſpecies, & ſignificatio ſũt ſacramentum? Ergo non eſt adorandum adoratione latria; contra Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 5. Patet conſequentia: quia ſine cõtinentia Chriſti D. non apparet, cur latria adoretur: quia ſecundùm VII. Synodum neque imago, neque crux Chriſti D. neque aliud præter Deum, debet latria adorari. Reſp. negãdo conſequẽtiam; ſi loquamur de ſacramento involvente ſuũ ſignificatum, nempè corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. (in quo ſẽſu loquitur Trid. cit.) Si tamẽ loquamur de Sacramẽto Euchariſtiæ præſcindendo a ſuo ſignificato, non eſt ſtatutum, qua adoratione ſit adorandum; ſicuti, neque eſt certũ, qua adoratione

ratione ſit adorāda imago Dei, Chriſti D. Virginis, & Sanctorum. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Adoratione cap. 5. n. 50.* vbi quid intēderit VII. Synodus explicuimus: & reſolvimus, quod, dùm hoc ſit certū, quòd imaginis adoratio eſt inferior adoratione prototypi, parū eſt curandū, quòd differat ſpecificè, ſivè nō differat ab adoratione prototypi; ſivè hoc, ſive illo nomine vocetur. Et reſolutoriè dixi, quòd ego adorationē imaginis Dei, & Chriſti D. vocarem latriam participatam; adorationē imaginis Sacratiſsimæ Virginis hyperduliam participatam; adorationemque aliorum Sanctorū duliam participatā: quia hoc addito *participatam* ſatis declararem, adorationē imaginis eſſe longè inferioris dignitatis, ac eſt adoratio prototypi. Ex qua doctrina dicerem in præſenti, Sacramentum Euchariſtiæ, ſeu ſpecies conſecratas, vt præſcindunt à ſuo ſignificato, ſeu à corpore, & ſanguine Chriſti D. adorandas eſſe latria participata.

8 Ex dictis reiectæ manent diverſæ ſentētię, (paſsim à Recentioribus relatæ præ cæteris legātur *Ægidius q. 73. art. 1. dub. 1. à n. 2. G. Hurt. diſp. 1 dif. 3. & Lugo diſp. 1. à ſect. 2. vſque ad 7.*) quæ alitèr, ac nos, philoſophātur: claritatis tamē, & amplioris notitiæ gratia placuit, ſingulas ſingillatim cū ſuis patronis, & recēſere, & illarū argumentis ſatisfacere.

Reijcitur ſententia affirmans Sacramentū Euchariſtiæ conſiſtere in ſolo corpore, & ſanguine Chriſti D.

9 Pro hac ſententia cōmuniter refertur Vvalbenſis *to. 2. cap. 21. n. 1. ad 2. & 3* quē excuſat Vazq. *diſp. 169. cap. 2* Sed, quidquid ſit de hoc, ſententia iſta reijcitur ex noſtra concluſione poſita *n. 6.* Inſuper, & ex hoc, quòd ſacramētum debet eſſe quid ſenſibile: corpus autē, & ſanguis Chriſti D. in Euchariſtia ſūt indiuiſibili modo; & conſequentèr nullo modo ſunt ſenſibilia. ¶ Sed pro hac ſentētia obij. Illud eſt Sacramētū Euchariſtiæ, quod cauſat gratiam nutritivā: ſed ſolus Chriſtus D. hāc cauſat: ergo ipſe ſolùs, quatenùs continetur, ſub ſpeciebꝰ, eſt ſacramētū. Reſp. negādo minorē: nā ſpecies cōtinētes Chriſtū D. cauſant gratiā: ut dicit Cyprian. *ſer. in Cœna D.* ubi ſic loquitur: *Cibus hic verus, & ſincerus per ſpecies nos ſanctificat.* ¶ Obi. 2. ſpecies nō ſignificāt gratiā accidētalem, ſed ſolum Chriſtū D. ergo non ſunt ſacramētū. Reſp. negādo cōſeq. ſufficit enim, quod Sacramentū ſignificet gratiā, vel effectū Dei gratuitū. Recolātur, quæ diximus *in tract. de Sacram. in gen. c. 1. à n. 6.* Reſp. 2. negando antecedēs: quàvis enim

nim Euchariſtiæ Sacramentum primò, & per ſe ſignificet Chriſtũ D. cōtētũ ſub ſpeciebus; ſecũdario tamē ſignificat gratiã accidētalē cōferēdã ei, cui applicatæ fuerint prædictę ſpecies. ¶ Obi. 3. Patres vocãtes hoc ſacramentũ corpus, & ſanguinē Chriſti D. Reſp. loqui methonymicè; id eſt ſumēdo cōtentũ pro cōtinente, ſeu effectum pro cauſa.

Reijcitur ſentētia affirmãs, ſumptionē ſpecierũ pertinere ad eſſētiã Sacramēti Euchariſtiæ.

10 Pro hac ſentētia in cōmuni, & abſolutè prolatã afferri poſſunt (teſte Lugo *diſp. 1. n.* 100.) *Gab. in 4. diſt. 8. & Aureol. apud Capreol. ibi art.* 2. licet in modo eam explicãdi differãt: nam Aureolus videtur cōcedere, vſum eſſe partē Euchariſtię; Gabriel vero, eſſe aliud Sacramentũ diverſũ. ¶ Sed hæc ſentētia à cōmuni opinione, necnō à noſtra cōcluſione *n.* 6. poſita reijcitur. Itē ex hoc, quòd ante ſumptionē verè eſt Chriſtus D. ſub ſpeciebus: (ut docet *Trid. ſeſſ. 13. can.* 4.) Ergo tũc eſt integrũ ſacramētũ. Præterea, quia hoc ſacramentũ eſt cibus: ſed cibus ſupponitur ante ſũptionē: ergo indepēdēs eſt ab ipſa ſumptione. Et demũ (contra Gab.) quia ex Florētino *in decreto Eugen. IIII.* Sacramētũ novæ legis tribus perficitur, nēpè rebus, ut materia; verbis, ut forma; & intentione miniſtri. ſed hæc nō reperiũtur in ſumptione præciſè ſumpta: ergo ipſa nō eſt ſacramētũ. ¶ Dices: ſumptio eſt cæremonia ſacra inſtituta à Chriſto D. ad ſanctificãdũ fideles: ergo eſt ſignũ collativũ gratiæ: ergo eſt ſacramētũ. Reſp. negãdo vlt. conſeq. quia ſolùm eſt conditio applicans ſacramētũ, vt cauſet gratiã. Sicût approximatio ignis eſt conditio ad comburendum.

Reijcitur ſententia affirmans, verba conſecrationis cōponere intrinſecè ſacramentum Euchariſtiæ.

11 Hanc ſentētiam docent *Suar. & Valētia, quos citat, & ſequitur Lugo diſp. 1. n.* 47. & pro ipſa alij ab alijs adducũtur AA. Quæ ſentētia diverſimodè explicatur ab illis: quidam enim dicũt, verba cōſecrationis eſſe integrum ſacramētũ. Pro quo modo philoſophandi referunt D. Thom. Sed reijcitur ex eo, quòd hoc ſacramentum mãducatur, portatur, & ſervatur: quod verbis convenire nō poteſt. ¶ Alij dicunt, hoc ſacramentũ intrinſecè cōponi, aut conſtare ex ſpeciebus, & verbis. Sed reijcitur ex eo quòd, trãſactis verbis, permanet hoc ſacramētũ. Et ideò verba cōſecrationis nō pertinere intrinſicè ad cōſtitutionē Euchariſtię abſolutè defendunt *Scot. in 4. diſt. 8. q. 1. §. Ad ſecundum, verſ.*

Digitized by Google

Ad tertium, Gab. Victoria, Ledeſma, Catharinus, Claudius Alanus, & Vazq. quos citant Suar. diſput. 42. ſect. 2. & Lugo diſp. 1. n. 46.

¶ Sed obij. Scotum *diſt. 14. & 16.* dicentem, ſacramentũ pœnitentiæ ſolùm ſupponere pro abſolutione, licèt connotet actus pœnitentis: ergo ſimilitèr Euchariſtia poterit conſiſtere in verbis, ſeu pro illis ſolis ſupponere. (Inquit primus modus philoſophandi) Reſp. diſparitatem eſſe, quòd pœnitẽtia eſt iudicium; quod ſtat formalitèr in ſententia iudicis: (recolantur, quæ diximus *in tract. de Pœnit. cap.* 10. à *n.* 10.) Euchariſtia autem eſt convivium quod nõ capitur, quomodo conſiſtat in verbis.

12 Obij. 2. (pro ſecũdo modo philoſophãdi) verba permanent moralitèr: ſed hoc ſufficit adhoc vt cũ ſpeciebus phyſicè permanentibus fiat ſacramẽtũ permanens, qualis eſt Euchariſtia: ergo verba poſſunt intrinſecè cõponere Euchariſtiam. Quod confirmat inſtantia matrimonij, quod, ſi fuit nullũ defectu cõſenſus vnius coniugis, perficitur, accedẽte ipſi⁹ coniugis cõſenſu; quia, dũ alter non retractat ſuũ cõſenſum, cẽſetur moralitèr permanere: quæ moralis permanentia ſufficit ad cõſtituẽdũ verũ ſacramẽtũ matrimonij: ergo ſimiliter ſufficiet ad cõſtituẽdũ ſacramẽtũ Euchariſtiæ moralis permanẽtia verborũ adiũcta ſpeciebus. Reſp. negãdo maiorẽ: ad inſtãtiã dico, diſparitatẽ eſſe, quod ſecundũ comunẽ æſtimationẽ hominũ, & frequẽtẽ modũ loquẽdi permanet conſenſus, etiã tranſactus; non vero verba cõſecrationis, ſeu ſufficit ad contractũ matrimonialẽ moralis permanẽcia conſenſus; nõ vero ſufficit ad cõficiẽdũ Euchariſtiã verborũ conſecrationis moralis permanẽtia. Alias poſſet cõfici Euchariſtia apponẽdo de novo panẽ, aut vinum, poſtquã iam phyſicè tranſierũt verba formæ, ſi manerent moralitèr, aut ſi ad cõficiendum ſufficeret moralis verborum permanentia.

13 Obi. 3. alia Sacramenta verè dicuntur eſſe, & cauſare, dũ eſt ultimũ eſſe actionis Sacramentalis, quamvis actio Sacramentalis iam præceſſerit: ergo ſimiliter Euchariſtia poterit conſtitui per verba, etiã ſi hæc phyſicè deſierint. Reſp. (omiſſo antecedente: quod negant Vazq. & Coninch; & poſſunt negare, quotquot affirmant, Sacramẽta ſolũ moralitèr cauſare. Recolantur dicta *in tract. de Sacr. c. 5. n 8.*) diſparitatẽ eſſe, quòd reliqua Sacramẽta cõſiſtũt in fieri, ſeu in eſſe ſucceſsivo: & ideo nõ poſſunt alio modo eſſe, aut cauſare: Euchariſtia verò habet eſſe permanens. Quarè omnes eius partes debẽt ſimul exiſtere ad

hoc

Digitized by Google

oc, vt verificetur, quòd eſt. Si-
ut non verificatur, quod equus
v.g. exiſtat, corrupta eius for-
ma, & ſolùm permanente ma-
teria. ¶ Obi. 4. in aliꝭs ſacra-
mentis verba ſunt forma: (ex
Florẽtino) ergo & in Euchari-
ſtia. Reſpondetur diſtinguen-
do conſequens: ipſiuſmet Eu-
chariſtiæ, nego: hæc enim eſt
quid permanens; & ideò non
poteſt habere pro forma ali-
quid tranſiens: qualia ſunt ver-
ba: cõſecrationis, ſeu effectio-
nis Euchariſtiæ, concedo. (Le-
gatur Scotus *d. 8. q. 1. §. Ex his verſ. Ad tertiũ. & q. 2. §. & verſ. Reſpondeo.*) Hocque intẽdit Eu-
genius IIII. dicens, formã Eu-
chariſtiæ eſſe verba conſecra-
tionis. Non enim intẽdit, quòd
in Euchariſtia reperiatur for-
ma aliqua intrinſeca; ſed quòd
verba ſunt quib⁹ peragitur cõ-
ſecratio. Dicuntur autem for-
ma; quia, ſi comparentur ad pa-
nem, aut vinum, habent ſe ad
modum formæ, eo quod illam
materiam tranſmutant ad eſſe
corpus Chriſti D. ¶ Sed inſtat
Lugo *diſp. 1. num.* 49. quòd ver-
ba non ſunt forma productio-
nis Euchariſtiæ adhùc in fieri:
Euchariſtiæ enim effectionis
verba potiùs ſunt principium
efficiens, quàm forma. Reſpon.
idem contingere in effectionẽ
baptiſmi, & aliorum ſacramẽ-
torum; in quibus etſi conficia-
tur ſacramentũ per verba, tã-
quam per principium efficiens;
tamen verba comparata cum
aqua in baptiſmo, v. g. dicun-
tur forma propter rationẽ di-
ctam, nempè quia illam mate-
riam tranſmutant ad eſſe ablu-
tiva animæ a peccato mortali:
ad modum, quo forma phyſica
ignis, v. g. trãſmutat, ſeu tranſ-
fert materiam de ſe indifferen-
tem ad quamcumque formam
ſubſtantialem, ad eſſe ignis.
¶ Obi. 2. Lugo *diſp. 1. num.* 55.
ſpecies, prout diſtinctæ à ver-
bis, non poſſunt habere inte-
gram, & completam ſignifica-
tionem ſenſibilem gratiæ nu-
trimentalis, qualis requiritur
ad Sacramentum Euchariſtiæ:
ergo in ratione Sacramenti re-
duplicant ipſam conſecratio-
nem, ſeu verba conſecrationis.
Antecedẽs probatur, quia ſpe-
cies panis de ſe non ſignificant
præſentiam corporis Chriſti D.
nec gratiã, nec ad hoc ſunt in-
ſtitutæ, nec ad hoc excitãnt mẽ-
tem videntis, niſi ſciamus, eſſe
conſecratas, ſeu ſuper illa pro-
lata fuiſſe verba conſecratio-
nis. Reſpond. diſtinguendo, aut
explicando antecedens: quam-
vis enim verum ſit, ſpecies,
ſolùm, quatenùs ſunt conſecra-
tæ, ſignificare proximè præſen-
tiã corporis Chriſti D. Falſum
tamẽ eſt, verba, quibus peracta
fuit cõſecratio, ſpectare ad eſ-
ſentiam Sacramenti Euchari-
ſtiæ. Sicuti, quamvis verum ſit,
cathedram v. g. fieri non poſſe
ſine ſerra, & aliꝭs inſtrumentis
arti-

Google

artificialibus; eſt tamē falſum, iſta inſtrumēta, aut illorum actiones permanere in cathedra, aut ad eius eſſentiam; ſed ſolùm ad eius effectionem ſpectare. Item quamvis ignis ſolùm cremet, quatenùs approximatus, & cauſa efficiens efficiat, vt exiſtens: approximatio tamen, & exiſtentia non ſpectāt ad cōſtitutionē ignis in eſſe cremativi; aut cauſæ efficientis in eſſe talis; ſed ſolùm ſunt conditiones in igne ad cremandum; & in cauſa efficienti ad efficiēdū. Et tamen abſolutè eſt verum, & dicimus, ignem non cremare niſi approximatum, & cauſam efficientem non efficere, niſi vt exiſtentem. Sic ergo contingit in præſenti: quamvis enim verū ſit, ſpecies panis non ſignificare preſentiam corporis Chriſti D. niſi quatenùs ſunt conſecratæ; conſecrationis tamē verba ſolùm ſunt conditio; vt ſpecies ſignificent; non verò forma, per quam ſpecies conſtituuntur in eſſe Sacramenti, ſeu in eſſe ſigni ſignificativi præſentiæ corporis, & ſanguinis Chriſti D.

Reijcitur ſententia affirmans, Euchariſtiæ Sacramentum cōſtare ex ſpeciebus, & ex corpore, & ſanguine Chriſti D.

15 PRo hac ſententia Gaſp. Hurt. *diſp. 1. diff. 3. adducit Caiet. Valentiam, Bellarminum, Suar. Vazq. & Ægidiū. Quibus adde Lugo diſp. 1. à n. 16. Et n. 24.* qui affirmat, corpus, & ſanguinē Chriſti D. pertinere intrinſecè ad conſtitutionem Sacramenti Euchariſtiæ eſſe ferè omnibus Theologis communē ſentētiā. Immeritò tamen hoc affirmat Lugo: conſtat enim *ex num. 6.* Scotum, & conſequenter omnes Scotiſtas, ueenō, & AA. ibi relatos affirmare, ſolas ſpecies conſecratas pertinere intrinſecè ad conſtitutionem Sacramenti Euchariſtiæ. ¶ Sed obi. *D. Ignatium Martyrem epiſt. ad ſmyrmenſes, & Iuſtinum Martyrem dial. 3.* dicentes, Auguſtiſſimū Sacramentum Euchariſtiæ eſſe corpus, & ſanguinē Chriſti D. & D. Auguſtinum *can. Hoc eſt de conſecrat. diſt. 2* dicentem, Sacramentum Euchariſtię conſtare corpore, & ſanguine Chriſti D. Alios itèm PP. dicentes, Sacramētum Euchariſtiæ eſſe panem vitæ, & cibū animæ. Reſp. loqui per figurā methonymiā, ſecundùm quam nomen contēti tribuitur continenti, iuxta illud *Matth. 26. n. 27.* vbi de calice dicitur. *Hic eſt enim ſanguis meus.* Cum tamen non calix, ſed vinū in calice contentum convertatur in ſanguinē Chriſti D. Itaq. hi, & quicumque alij PP. explicandi ſunt per Tridentinum *ſeſ. 13. can. 1.* dicens: *ſi quis negaverit in Euchariſtiæ Sacramento cōtineri verè, &c. corpus, & ſanguinem, &c. anathemà ſit.* Vbi expendo (non ſolùm pro ſolutione harū

aucto-

auctoritatum, ſed etiam ad reijciendum iſtam ſententiam, & ad noſtram confirmandum) cōcilium docere, Sacramentum Euchariſtiæ continere Chriſtū, non verò eſſe Chriſtum D. Vnde efformatur ratio, nam nihil continet ſe ipſum: ergo Sacramentum Euchariſtiæ debet eſſe diſtinctum à Chriſto D. in eo cōtento. Præterea de ratione Sacramenti eſt, quod ſit ſignū practicum, ſeu effectivum ſui ſignati: ergo priùs natura ponitur Sacramentum Euchariſtiæ, quā Chriſtus D. qui eſt ſuum ſignatū primarium. Sicuti in baptiſmo (idem eſt de alijs ſacramentis) priùs ponitur Sacramentum, quàm gratia, quæ eſt ſuum ſignatum. Immò contingere poteſt, poni Sacramentum baptiſmi, (Idem contingere poteſt in confirmatione, ordine, & matrimonio ſine controverſia, & probabilitèr in Pœnitentia, & extrema Vnctione) ſine eo, quòd conferatur gratia: vt videri eſt in Sacramēto informi. Quotieſcumque enim homo indiſpoſitus (hoc eſt, adultus, ſine dolore de mortalibus perſonalibus) recipit baptiſmum, datur verum baptiſmi Sacramētum, ſine eo quod tunc producatur gratia.

16 Igitur PP. vocantes Euchariſtiam corpus, & ſanguinē Chriſti D. figuratiuè loquuntur ſumendo contentum pro continente. (Per figuram, aut potiùs per tropum metonymiā) Verum eſt, Gaſparem Hurt. citatum affirmare, quod nullus Patrum aſſerit, Sacramentum Euchariſtiæ conſtare ſanguine, & corpore Chriſti D. Tamen, cū facilè explicari poſsint iuxta ſenſum Tridētini citati, ſeu per prædictum tropum metonymiam, in hoc non eſt nimis immorandum. PP. enim ſolùm curant, (quos vtinam Theologi RR. imitarentur) ſtabilire id, quod ad dogma fidei poteſt ſpectare in hoc myſterio, (ſicùt & in alijs) nempè in Euchariſtię Auguſtiſsimo Sacramento verè, realitèr, & præſentialitèr contineri corpus, & ſanguinem Chriſti D. Quòd autem ipſemet Chriſtus D. ſit pars ſacramenti, aut cōnotatum illius; ſive quod intret in recto, aut in obliquo; ſive quòd in ipſo partialiter, aut totaliter conſiſtat eſſentia hui⁹ Sacramēti, potiùs eſt metaphyſici, quā Theologi inſtituti: & cōſequēter Eccleſia, cōcilia, & PP. de hoc parū curārūt. Quod meritò in ſimili dixit Scotus.

17 Cum ergo Patres figuratè, ſeu tropicè loquantur, ſumendo contentum pro continente, facilem eorum auctoritates, aut loquutiones habent ſenſum. Qui enim dicunt, Euchariſtiæ Sacramentū eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti D. aut conſtare corpore, & ſanguine Chriſti D. ſolùm intendūt, hoc Sacramentum (hoc eſt, ſpecies

con-

conſecratas) verè, & realitèr continere Chriſtum Dominũ, aut eius corpus, & ſanguinem. ¶ Irinæus autem *lib. 4. adverſus hæreſes cap. 34.* affirmans, Euchariſtiam duabus rebus conſtare, terrena, & cœleſti, ſolum vult, Chriſtum D. qui in Euchariſtia continetur, conſtare natura divina, & humana. ¶ Qui verò dicunt, Euchariſtiam eſſe cibum ſpiritualem, ſeu panem vitæ, ſolum intendunt, Euchariſtiam, ſeu ſpecies ſignificare, cauſare, & verè continere corpus Chriſti D. quod comeditur: ex qua comeſtione cauſatur in anima gratia reficiens. Et cum Euchariſtia contineat in ſe corpus Chriſti D. qui per modũ cibi datur, fit, quod vocatur panis cœleſtis, & cibus animarũ. ¶ Dices: corpus Chriſti D. cauſat gratiam, prout eſt in Euchariſtia? ergo eſt Sacramentum. Reſp. negando totum: etenim ſolæ ſpecies applicatæ cauſant gratiam. cùm tamen ſub ſpeciebus ſit Chriſtus D. dicitur cauſare gratiam: quod ſolùm concomitanter eſt intelligendum. ¶ Sacerdotes demùm dicuntur conficere Euchariſtiã; non quia efficiunt ſpecies ſecũdùm ſe; ſed quia efficiũt, quod contineant Chriſtum, ſeu quia efficiunt illarum conſecrationem, ſeu efficiunt illas conſecratas, & vt continentes corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. qua ratione ſunt Sacramentum.

Reijcitur ſententia affirmans, actionem tranſubſtantiativam pertinere intrinſecè ad hoc Sacramentum.

18 Actionis tranſubſtantiativę nomine intelligitur in præſenti actio, qua ponitur corpus Chriſti, & eius ſanguis ſub ſpeciebus loco panis, & vini; & vi cuius deſinit ſubſtantia panis, & vini eſſe ſub ſpeciebus, ſeu accidentibus panis, & vini. Quam actionem intrinſecè pertinere ad Sacramẽtum Euchariſtiæ, dixerunt aliqui. Pro qua ſententia Lugo *diſp. 1. n. 97. affert D. Thom. in 4. d. 8. q. 1. art. 1. in corpore quæſtione 1. iuxta intelligentiam Soti ibi q. vni. art. 1. qui Sotus addit, eſſe ſententiam Marſily ibi q 1. art. 1. & q. 6. art. 6. Prædictus autẽ Lugo dicit, quod pro hac ſententia poteſt afferri Durand. ibi q. 2. n. 5 & Viguerius in Summa inſtit. cap 16. §. 3. in principio*: quatenùs apertè dicunt, ſanctificationem, ſeu conſecrationem materiæ conſtituere intrinſecè hoc ſacramentum; & in hoc differre ab alijs, in quibus per conſecrationem materię non perficitur ſacramentum. Sed omiſſo examinare, quo iure AA. illi citentur a Lugo pro hac ſententia, eam ipſe defendit *ibi a num. 95.* Et *num. 96.* addit, poſt tranſubſtantiationem factam manere actio-

ctionem, non quidem ſub cõceptu primæ poſitionis; ſed ſub conceptu conſervationis corporis Chriſti D. ſub illis accidentibus. ¶ Tamen cõtra hanc Lugo opinionem ſtat, quòd actio tranſubſtantiativa, ſeu qua panis cõvertitur in corp' Chriſti D. eſt quid inſenſibile, & indiviſibile: ergo nequit ſpectare intrinſecè ad Sacramētū: quod neceſſariò eſt ſenſibile. Præterea actio illa eſt via ad Euchariſtiã: ergo non poteſt intrinſecè pertinere ad ipſam, ſeu in illa manere. Quarè meritò Suarez, *diſp. 42. ſect. 2. in principio* ſupponit, prædictam actionem non pertinere intrinſecè ad Euchariſtiam.

19. Dices cum Lugo cõtra primum, quod etiam corpus Chriſti D. non ſentitur per ſe in Euchariſtia, ſed per ſpecies: & tamen conſtituit intrinſecè Sacramentum: ergo ſimiliter, etiam ſi actio non ſentiatur per ſe, ſed per verba, & ſpecies, poterit intrinſecè pertinere ad Euchariſtiã, nõ vt pars propriè loquendo, ſed vt vnio partium inter ſe ſe. Reſpon. in noſtra ſententia corpus Chriſti D. non ſpectare intrinſecè ad Euchariſtiæ Sacramentum. Et generalitèr loquendo nihil inſenſibile poteſt in noſtra ſentētia eſſe pars, aut quid intrinſecè ſpectans ad aliquod ſacramentum; ſed ad ſummum eſſe cõnotatum illius. Et ideò Scotiſtæ affirmamus, peccatorum diſplicentiam, contritionem, aut dolorem non eſſe partem Pœnitentię Sacramēti, ſed cõnotatū illius. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Pœnit. c. 10. num. 15.* ¶ Dices cum eodem Lugo contra ſecundum, quòd actio tranſubſtãtiativa eſt quidem via ad Euchariſtiam; tamē ad ipſam intrinſecè pertinet, ſeu in illa manet ſub conceptu conſervationis corporis Chriſti D. ſub illis accidētibus. Reſpond. illam actionē ſolùm poſſe manere moralitèr: cùm phyſicè tranſierit; & conſequentèr non poterit (admiſſa gratis tali permanentia) cõſtituere ſacramentum, ſeu ad eius phyſicam conſtitutionem ſpectare propter dicta *à num. 11.* in ſimili cõtra ipſum Lugo loquendo de verbis conſecrationis.

De ſpectantibus ad vnitatem Euchariſtiæ.

DVBIVM IV.

20 Petes 4. an ſpeciès panis, & vini ſint vnum Sacramentū in ſpecie athoma? Reſp. affirmativè. Quia vtraque ſpecies integrant vnum ſignificatum, ſcilicèt vnum corpus perfectum conſtans carne, & ſanguine, & habens vnitatē athomam. Secundò, quia Euchariſtia inſtitutum eſt per modum convivij; ſed convivium integra-

gratur, ſeu conſtat pane, & vino, aut cibo, & potu: ergo vtraque ſpecies facit vnum ſacramentum. Ita *Scotus d. 8. q. 1. §. Hic à verſ. De vnitate, & Scotiſtæ: ex alijs autem D. Tho. D. Bonaven. D. Albertus, Ricardus, Marſilius, Durandus, Capreolus, Paludanus, Ledeſ. Turrecramata, Gab. (etſi pro oppoſita ſent. citetur) Sotus, Valentia, Vazq.* Ægidius, & *Becanus, quos citant, & ſequuntur Gaſp. Hurt. diſp. 1. diff. 4. Lugo diſput. 2. ſect. 1. num. 1. & Suar. diſp. 1. ſect. 3.*

21 Sed pro oppoſita ſententia citatur à prædictis *Suar. Lugo, & Hurt. N. Aureolus Maior Gab. & Gloſa*, qui dicunt, ſpecies panis, & vini eſſe duo ſacramenta in ſpecie athoma. Et obi. Eccleſiam dicētem in quadam collecta: *Purificent nos Domine ſacramenta quæ ſumpſimus, &c.* Reſp. etiam ibi, & alibi ſępè dici, *hoc tuum ſacramentum.* Quare, ſicùt priorib⁹ verbis denotatur, quod quælibet ſpecies ſeorſim eſt verè, & propriè ſacramentum perfectum in eſſe metaphyſico (vt ita loquar) ſeù in eſſe indiviſibilitatis; (vt loquitur Scotus citatus) non tamèn in eſſe cōvivij, ſeù in eſſe integritatis: (vt loquitur Scotus, & cōmuniter AA.) ita poſterioribus verbis declaratur vnitas huius ſacramenti in eſſe convivij, ſeu integritatis. Hoc que intendit Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3. & can. 3.* Diffiniens *in altera tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum verumque ſacramentum ſumi.* Intendit, (inquam) ſub vnaquaque ſpecie ab altera ſeparata contineri totum Chriſtum D. & conſequentèr quamlibet ſpeciem ſeorſim ſumptā eſſe verè, & propriè ſacramentum perfectū in eſſe metaphyſico, aut phyſico, ſeu in eſſe indiviſibilitatis; non autem in eſſe convivij, ſeu integritatis. Sicùt in alijs convivijs cibus indepēdentèr à potu, & potus indepēdentèr à cibo habent eſſe perfectum in eſſe phyſico, & metaphyſico; quamvis alias ſint partes cōvivij, ſeu partialiter cōcurrant ad integrandum idem convivium.

22 Obi. 2. ſpecies panis habet diverſum effectū, ac ſpecies vini, ergo ſunt duo ſacramenta ſpecificè diſtincta. Antecedens conſtat ex modo loquendi, Eccleſiæ, & PP. dicentium, quod corpore Chriſti D. nutrimur, & inebriamur ſanguine. Reſp. (omittēdo intelligentiam antecedentis, & eius probationis) negando conſequentiam: quia ab eadem cauſa poſſunt produci diverſi in ſpecie effectus. ¶ Obi. 3. tantam gratiam confert quælibet ſpecies, quātam vtraque ſimul: ergo quælibet ſpecies eſt integrum ſacramentum. Reſp. (omiſſo antecedenti (diſtinguēdo conſequens: eſſentialiter, ſeu in ratione talis ſigni, concedo:

edo: in modo ſignificādi prædictam gratiā, nego. Quia, cùm virtute huius ſacramenti detur gratia per modum convivij, à quacumque ſpecie ſignificatur partialiter; ab vtraque autem totaliter, ſeu per modum convivij perfecti.

23 Nota, ſequi ex dictis, quòd relatio ſigni, quàm pro formali dicit hoc ſacramētum ſicùt & quodcumque aliud; vt ſuppono *ex tract. de Sacramentis in genere cap. 1. num. 3. & alibi*) eſt quaſi cōpoſita ex duplici quaſi partiali; vel, propriùs loquēdo, non eſt vna, ſed duplex: Eſt enim alia relatio, qua ſpecies panis referuntur ad corpus, à relatione ſigni, qua ſpecies vini referuntur ad ſanguinem Christi D. Ita ſatis inſinuat Scotus *diſt. 8. §. Ex his verſ. Ad quartū, tenent que Fab. diſp. 28. cap. 2. num.*). *& aliqui alij Scotiſtæ contra Capreolum, & Ricard. citatos ab eodē Fab. necnon, & contra Valen. qui dicunt, eſſe vnam ſimplicem relationem.* ¶ Nota inſupèr, quòd hæc relatio ſigni quaſi compoſita in noſtra ſententia non eſt diſtincta ab vtraque relatione, ſeu ſignificatione partiū. Quia, etſi in noſtra, & Scoti ſententia totum ſubſtantiale phyſicū diſtinguatur à partibus ſuis ſimul ſumptis, & vnitis; non tamèn totum metaphyſicum: neq; totum accidētale, ſeu per aggregationem plurium. (qualitèr ſe habēt omnia, quę ex parte materiæ, ſeu fundamentalitèr cōcurrunt ad quodlibet ſacramētum: & coſequenter ad Euchariſtiam) Atque adeò, etſi in toto ſubſtantiali phyſico admittamus relationem, qua refertur ad efficiens, diſtinctam à relationibus, quibus materia, & forma referuntur ad ſuas cauſas: ſimilem tamen relationem diſtinctam à relationibus partium non admittimus in toto metaphyſico, neque in toto per accidens, aut per aggregationem: & conſequenter neque in Euchariſtia materialiter, aut fundamētaliter ſumpta. Ita mihi inſinuat Scotus *ibi*; & dicere debemus Scotiſtę cōtra Suarez *diſp. 1. ſect. 3. ſub finem.* ¶ Dices: Sacramentum Euchariſtiæ eſt vnum: ergo eius ſignificatio eſt vna. ergo, præter ſignificationem ſpecierum panis, & vini, datur tertia ſignificatio ab his diſtincta. Reſp. negando ſecundam conſequentiam: quia ad unitatē entis per accidens, ſeu per aggregationem ſufficit multiplex entitas concurrens cùm aliquo ordine, aut ſubordinatione: vt patet in exercitu, domo, &c. & conſequentèr ſufficit multiplex relatio prædictarum entitatum.

DVBIVM V.

24 PEtes 5. Añ ad multiplicationē hoſtiarū multiplicetur numero ſacramentū Eu-

Euchariſtiæ? Reſp. affirmativè. Quia Sacramentum Euchariſtię conſtit in ſolis ſpeciebus: ergo, iſtis multiplicatis, multiplicatur numero Sacramentum. Cõfirmatur ex eo, quòd quæcumque hoſtia habet ſuam ſignificationem, ſeu relationem ſigni diſtinctam ab alia; neque apparet, quomodè poſsint vniri ad faciendum vnum numero Sacramentum. Vndè conſtat, eodem omninò modo eſſe loquẽdum de multis particulis eiuſdem hoſtiæ, vel eiuſdem vini poſt factam ſeparationem. Ita *Vazq. diſp. 168. c. 2. Henriquez, & Ochagavia, quos citat, & ſequitur Hurt. diſp. 1. diff. 5.*

25 Vndè reijcitur ſetentia affirmans, plures hoſtias eſſe vnum numero ſacramentum, ſi ſimul, aut eodem tempore ſumantur. Ita *Sotus in 4. d. 8. q. un. art. 2. Ledeſma, Bellar. Bonac. & Puteaneus citati à prædicto Hurt.* Falluntur tamen; quia vnitas, aut pluralitas numerica (ſicùt ſpecifica) Euchariſtiæ independens eſt ab vnitate ſumptionis, vel ab vnitate temporis ſumptionis: (vt explicat Valencia exiſtimans, plures hoſtias efficere vnum numero Sacramentum, ſi eodem tempore ſumantur) alias ante ſumptionem, ſeu ante ſumptionis tempus nõ eſſet Sacramentum, aut omnes hoſtiæ mundi forent vnum numero ſacramentũ. ¶ Sed obi. Euchariſtia eſt convivium ſpirituale: ſed convivium idem numero eſt, etiã ſi in eo ſumantur plura fercula: ergo etiam erit vnum numero ſacramẽtũ, etiam ſi plures hoſtię ſumantur ſimul, ſeu in eodem tempore. Reſp. diſtinguẽdo conſequens: in ratione convivij, concedo: (præcipuè ſi adſit vtraquę ſpecies, panis ſcilicet, & vini) in ratione ſacramẽti perfecti, nego. Cuius ſimile apparet in cõvivio humano: etſi enim cibus non integret totaliter convivium (ſicùt neque potus) tamẽ tam cibus, quàm potus habent ſuum eſſe completum, & perfectum ante ſumptionis tẽpus. ¶ Quarè duo ſunt certa. Primũ eſt, quod Euchariſtia, quatenùs comprehendit utramque ſpeciem, dicitur, & eſt vna in eſſe convivij, ſeu unitate integritatis. Alterum eſt, quòd quælibet ſpecies dicitur, & eſt vnũ perfectum individuum in eſſe Sacramenti, ſeu vnitate indiviſibilitatis. Et ideò non mirum, quod Euchariſtia aliquãdo vocetur unum; aliquãdo plura ſacramẽta. Propter quod ex modo loquendi Eccleſiæ, aut Patrũ parum efficax argumẽtum poteſt ſumi pro vna, vel altera ſententia. ¶ Obi. 2. ſequi ex noſtra ſententia, eum, qui plures hoſtias ſimul, ſeu in eodẽ tempore reciperet, recipere plus gratiæ. Reſp. negando ſequelã: (ſi ſumptio ſit omninò eadem) quia ſumptio eſt conditio omninò

nõ neceſſaria ad hoc, vt Sa-
amentum conferat gratiam:
ideò omnia ſacramenta, quę
idem ſumptione applicãtur,
undem conferunt gratiam.

26 Reijcitur etiam ſenten-
a affirmans, omnes hoſtias,
u formulas, quæ inveniuntur
nſecratæ, eſſe idem, & unum
cramentum, ſive ſimul, ſive
orſim ſumantur, & ſive ab v-
o, ſive à pluribus. Ita *Suarez*
ſp. 1. ſect. 4. Ægidius q. 73. art. 2.
Lugo diſp. 2. ſect. 2. à num. 15.
Falluntur tamẽ; quia unitas,
l pluralitas numerica ſacra-
enti Euchariſtiæ ſumenda eſt
unitate, aut pluralitate ſpe-
erum (in quibus Euchariſtia
nſiſtit, iuxta dicta *à num. 6.*)
go, quoties iſtæ multiplican-
r numero; numericè multi-
icatur Euchariſtiæ ſacramen-
m. Prætereà ex iſtorum ſen-
ntia facilè infertur, omnes
ecies à principio uſque ad fi-
m mundi conſecratas, & cõ-
crandas eſſe idem numero ſa-
amentum. Patet; quia in om-
bus eſt, fuit, & erit idem cõ-
ntum. (à quo dicunt AA. iſti
mendam eſſe unitatem nu-
ericam Euchariſtiæ) ¶ Sed
l. Tridentinum *ſeſ. 13. can. 3.*
cens, *in hoc ſacramento ſub una-
que ſpecie ſub ſingulis cuiuſcũ-
e ſpeciei partibus ſeparatione fa-
tot um Chriſtum contineri*: er-
etiam poſt ſeparationẽ ſpe-
s ſunt partes huius ſacramẽ-
& conſequenter eſt unicum
numero ſacramentum. Reſpõ-
detur negando vltimam con-
ſequentiam: concilium enim
nõ determinat, eſſe partes eiuſ-
dem ſacramenti, quod ſit unum
numero. Et ideò nos dicimus,
quamcumque hoſtiam, aut eius
particulam eſſe integram par-
tem, ſeu individuum ſacramẽ-
ti Euchariſtiæ. Sicùt Petrus, &
quilibet alius homo eſt indivi-
duum imbibens naturam hu-
manam, poteſtque (haud incõ-
gruè) vocari pars eiuſdem na-
turæ ſpecificæ; eo quòd quam-
vis eam totam ſpeciem inclu-
dat; ſunt tamen plura alia indi-
vidua eiuſdem naturæ. Reſp. 2.
negando primam conſequen-
tiam: concilium enim vocat
partes eiuſdem numero ſacra-
menti, (admiſſo, quòd de uni-
tate numerica loquatur) non
quia actualiter ſint partes; ſed
quia erant partes antè ſepara-
tionem. Sicut *Ioan. cap. 2. num.
9.* dicitur: *Vt autem architiclinus
guſtavit aquam vinũ factam.*

27 Obij. ſecundò illud 1.
*ad Chorinth. cap. 10. unum corpus
ſumus omnes, qui eodem pane par-
ticipamus*: ergo, ſicùt omnes fi-
deles, qui ſumimus hoc ſacra-
mentum ſumus unum, & idem
corpus myſticum, ſic omnes
hoſtię, & eius particulę poſt ſe-
parationem ſunt unum, & idẽ
numero ſacramentum. Reſp.
negando conſequentiã: ſi enim
ibi per illa verba *eodem pane* in-
telligatur unitas numerica, ſu-

Digitized by Google

mitur metonymicè contentũ pro continente. Sicut & quotieſcumque hoc ſacramentum dici tuuuum numericè. Si autẽ ibi ſit ſermo de unitate ſpecifica, nihil contra nos. ¶ Obi. ſecundò: ſi Chriſtus D. ſeu Deus aſſumeret plures humanitates, eſſet unus numero homo ratione unitatis perſonæ divinę: ergo plures hoſtiæ ſunt unum numero ſacramentum ratione Chriſti D. contenti ſub ſpeciebus. Reſpond. (omiſſo antecedenti. Recollantur quæ diximꝰ *in tract. de Incarnatione cap.2. difficul. 2. à num.28. & cap.4. diff.1. num.9.*) negando conſequentiã: diſparitas eſt, quòd homo eſt concretum ſubſtantiale; ad cuiùs multiplicationem etiã requiritur multiplicatio ſuppoſitorum: ſacramentum autem eſt concretũ accidentale, quod cõſiſtit in ſigno, ſeu directè ſupponit pro ſigno; & cũ ſint multa ſigna, quãdò ſunt multæ hoſtiæ, ſunt etiam multa numero ſacramenta. ¶ Obij. quartò: ſi idem corpus haberet multas albedines, eſſet unicum album: ſicùt unus, & idẽ homo habens plures paternitates reſpectu plurium filiorum, dicitur unus numero pater: ergo, etiãſi ſint multa ſigna, ſeu hoſtiæ, erit tamen unicum ſacramẽtum, quia eſt unus Chriſtus. Reſpond. negando conſequentiam. Diſparitas eſt, quòd in corpore habẽte multas albedines, & in homine habente plures paternitates non multiplicatur ſubiectum illarum formarum: benè tamen in noſtro caſu. quandò enim ſunt multæ hoſtiæ, non ſolùm ſunt multæ relationes ſigni; ſed etiam multæ ſpecies numero diſtinctę: & conſequẽtèr nihil deficit, ut ſacramenta numero multiplicentur. Quòd autem ſignatum, ſeu Chriſtus D. ſit idem numero, ſeu non multiplicetur, parum refert; etenim idemmet numero relativum poteſt terminare multas relationes: vt patet in eodem patre habente plures filios; qui terminat omnes illorum filiationes. Et ſic idem ſignari poteſt per plura ſigna.

DVBIVM VI.

28. **P**Etes 6. an Euchariſtia ſi unum ex ſeptem ſacramentis legis gratiæ? Reſp. affirmativè. Quod ſupponendum potiùs, quam probandum eſt, ut libabamus *num.1.* Idque definitur in Tridentino *ſeſſ. 7. can.1. & alibi paſsim* Quod adeò certum eſt, ut neque ab hæreticis negetur: ut notat Lugo *diſput. 1. ſect.1. num.1. citans Prateolum lib. 11. Elenchi hæreſum verb. Matrimonium propè finem, & Vazq. diſput. 167. cap.1.*

DVBIVM VII.

29 PEtes: an Euchariſtia ſit Sacramentũ diſtinctũ à quocumque ex alijs ſex ſacramentis legis novæ? Reſp. affirmativè. Quia Tridentinum *ſeſ.* *can.* 1. Euchariſtiam enumerat, ut ſacramentum ab alijs diſtinctum: conſtatque ex Florẽtino, & alijs concilijs; atque ex uniformi Eccleſiæ cõſenſu. Et ratio eſt, quòd eſſentia, & partes Euchariſtiæ omninò differunt à partibus, & eſſentia aliorum ſacramentorũ, ſcilicèt per materiã, & formam. Ratio autem congruentiæ à D. Thoma, & ab alijs aſsignatur ex parte finis: nam Euchariſtia inſtituta eſt ad conſervandum, & augendum vitam ſpiritualẽ animæ; non ſecùs, ac cibus materialis cõſervat vitã naturalẽ. Hic autem finis non cõpetit ex propria inſtitutione alteri ſacramento: ut diſcurrenti per ſingula facilè conſtabit: ergo Euchariſtia eſt ſacramentum diſtinctum à ſingulis alijs.

30 Dices. ſacramentũ Confirmationis inſtitutũ eſt ad augendum vitam ſpiritualem: ergo nõ differt ab Euchariſtia penes finem, ad quem inſtitutum eſt. Antecedens conſtat: in hoc enim cõfirmatio differt à baptiſmo, quòd ſacramentum baptiſmi inſtitutum eſt ad generãdum hominem in vita ſpirituali; confirmatio verò ad augendum vitam ſpiritualem hominis, ipſumque deducendum ad ſtatum virilem. Reſp. cùm Lugo *diſp.* 1. *num.* 4. prędictã rationem congruentiæ deſumptam ex generatione in baptiſmo, atque ex nutritione in Euchariſtia nõ eſſe ita preſsè, ſeu adamuſsim accipiendã, vt debeat exẽplũ in omnibus tenere: cùm prędicta duo ſacramẽta habeãt alia plura capita, ex quib⁹ magis diſtinguantur; præſertim ex materia, & forma: vndè ratio à priori diſtinctionis aſsignatur. ¶ Sed age, defendamus Euchariſtiã etiã ratione finis ſuæ inſtitutionis differre à cõfirmatione, & alijs ſacramentis. Igitur ad prędictũ argumentũ nego conſequẽtiã. Diſparitas autem eſt aperta: etſi enim cõfirmatio (ſicùt Euchariſtia) præſtet gratiam ſanctificãtem homini iam generato in vita ſpirituali: fitque prædicta gratia augmentum vitæ ſpiritualis: tamen illã præſtat non per modum alimenti; (ſicùt Euchariſtia) ſed per modum roboris, & fortitudinis, aut armaturæ ad pugnandum prælia Chriſti, non ſolùm contra viſibiles, ſed etiã contra inviſibiles poteſtates. Plura hùc ſpectantia videantur apud præcitatum Lugo: non enim oportet hic ampliùs immoriri.

(∴)

De ſpectantibus ad dignitatem Euchariſtiæ.

DVB. VIII.

31 **P**Etes 8. an Euchariſtia ſit præſtantiſsimũ, & digniſsimũ ſacramentũ legis gratiæ? Reſp. affirmativè. Quia cõtinet realitèr, & ſubſtãtialitèr ipſummet Chriſtum D. qui eſt fons, & auctor totius gratiæ. Propter quod Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 1. *& alibi* vocat hoc Sacramentũ ſanctiſsimũ, venerabile, & divinum: & *cap.* 2. quòd *Salvator noſter hoc Sacramentum inſtituit, in quo divitias divini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium ſuorũ.* Ad quam dignitatẽ videtur attendiſſe idem Trident. *ſeſ.* 7. *can.* 3. *de Sacramẽtis in genere*, dũ damnat eos, qui dixerint, omnia ſacramẽta eſſe paria, & nulla ratione eſſe unum alio dignius. Quarè adeò certũ eſt, ſacramẽtum Euchariſtiæ eſſe præſtantius alijs, ut hoc videatur aliquibus (inter quos eſt Suar. *diſp.* 39. *ſect.* 2.) de fide definitum: ut teſtatur Lugo *diſp.* 1. *n.* 10. Qui *n.* 11. notat, quòd, etſi piè credi poſſit, quòd, cæteris paribus, & cum equali diſpoſitione, ſacramentũ Euchariſtiæ cõfert ſuſcipienti maiorẽ gratiã, quàm quodlibet aliud ſacramentum; tamẽ hoc ſolidè probari non poteit.

32 Hùc fortè ſpectabit ſcire pretioſitatẽ calicis, patinæ, & mappæ menſæ, in quibus inſtitutum fuit hoc venerabile Euchariſtiæ ſacramentum. Sed; quia hæc potiùs hiſtorici, quàm ſcholaſtici ſunt inſtituti, prælibanda ſunt, non autem diſputãda. Igitur ſuppono, quòd calix fuit ex agatha eiformatus, ſeu ex calcedonio ignito, & pretioſo lapide maximè rubeo: qui Valentiæ aſſervatur. ¶ Patina autem, ſeu cætinum fuit ex ſmaragdo. ¶ Mappæ autem menſæ fuerunt elaboratæ manu Beatiſsimæ Virginis. De quibus videatur Leandrus à Sacramen. *tract.* 7. *de Euchar. diſp.* 1. *à queſt.* 10.

CAP. II.

De exiſtentia Euchariſtiæ, & de illius convenientia, & neceſſitate.

De ſpectantibus ad exiſtentiam, & inſtitutionem Euchariſtiæ.

DVBIVM I.

1 **P**Etes 1. an exiſtat Euchariſtia? Reſpond. affirmativè. Quia Tridentinum *ſeſſ.* 7. *can.* 1. definit, omnia ſeptem Sacramenta legis gratiæ fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta; & inter illa enumerat Euchariſtiam.

Digitized by Google

ſam. Conſtatq; ex facto Chriſti Domini ab Euãgeliſtis narrato. Quare hoc eſt adeò certum, ut nequè ab hæreticis negetur: ut ex Lugo notabamus *cap. 1. num. 28.*

De tempore inſtitutionis Euchariſtiæ.

Hic ſupponenda ſunt nonnulla, quæ potiùs ad hiſtoricam, quàm ad ſcholaſticum ſpectant inſtitutum. Igitur inſtituit Chriſtus Dominus hoc ſacramentũ anno trigeſimo quarto ætatis ſuæ inchoato: non autem quadrageſimo; (vt voluit Irenæus) nec trigeſimo: (vt ait Clemens Alexandrinus) ſed trigeſimo tertio inchoato; vt exiſtimant Beda, & alij. Item fuit inſtitutum hoc ſacramentum menſe Martij; non autem menſe Aprilis: vt dixerunt non pauci. Itèm die vigeſima quinta. (vt communior eſt opinio) Et in die Iovis in cœna Cœnæ. (quidquid dicat Ludovicus Legionenſis) Et in domo Mariæ Matris Ioannis Marci: de quo fit mentio *Actor.* 15. De quibus videatur Leãdrus à Sacramento *tractatu 5. à q. 5.* Quæ omnia, quia hiſtorici, potiùs quàm Theologi ſunt inſtituti, prælibaſſe mihi ſufficiat.

DVBIVM II.

PEtes 2. Qũando fuerit inſtituta Euchariſtia? Reſpond. certum eſſe, fuiſſe inſtitutam *pridiè quàm pateretur* Chriſtus D. (vt dicitur *in Canone Miſſæ*) ſeu *in qua nocte tradebatur*: vt dicitur 1. *ad Chorint.* 11. Sed cùm in illa nocte fuerint Cœna legalis, & uſualis: (vt communis fert ſententia *contra Cæſarem Varonium t. 1. anno 34. & Ianſenium* dicẽtes: vnicam fuiſſe cœnam a Chriſto D. celebratam) dubitant Theologi, quando fuerit inſtituta Euchariſtia, ſcilicèt an in cœna uſuali? an ante? vel poſt ipſam? Quòd enim fuerit inſtituta poſt cœnam Legalem, conſtat ex verbis illis hymni, *poſt agnum typicum expletis epulis corpus Dominicum datum Diſcipulis*: atque ex Tridentino *ſeſſ. 22. cap. 1.* verbis illis: *celebrato veteri Paſcha, & novum inſtituit Paſcha, ſe ipſum immolandum, &c.*

3. Igitur ſit concluſio: Chriſtus Dominus inſtituit Euchariſtiam, finita vtraque cœna Legali, & uſuali; finita, inquam, non ſolùm à Chriſto D. ſed etiam à Diſcipulis. Quia hoc indicare videtur Eccleſia verbis illis hymni, *Poſt agnum typicum expletis epulis*: etenim ly *epulis* abſolutè prolatum intelligitur de vtraque cœna, nẽpe Legali, & uſuali. Quod & ſatis declarat Auguſtinus (& ha-

betur *can. liquido de conſecrat. di-ſtinct.* 2. vt citat præcipuè Scotus *diſt.* 8. *quæſt.* 3. §. *& verſ. Ad argumenta*) dicens: *Non quòd poſt cibos dedit Dominus* (Euchariſtiam) *Diſcipulis; ideo pranſi illud debent accipere.* Et ratio id ſuadet: non enim videtur credibile, non expectaſſe Chriſtum Dominum finem mēnſæ uſualis, vt ſic diſcipuli ab omnibus alijs expediti attenderent, & ſedulo perciperent verba conſecrationis adeò extraordinaria; necnon extraordinariam benedictionem panis, & vini ad ipſam conſecrationem præmiſſam. Ita *Scotus nupèr citatus: & poſt ipſum Claudius de Saintes Repetit.* 1. *de Euchariſtia capit.* 7. *& Becanus cap.* 15. *quæſt.* 4. *quos citat, & ſequitur Gaſp. Hurt. diſp.* 1. *diff* 10. *quibus Suarez diſp.* 41. *ſect.* 4. *Cæſarem Varonium: & Vazquez diſp.* 172. *cap.* 9. *num.* 104. *addit Maldonadum.*

4 Vndè reijcitur ſententia Suarez nupèr citati, qui affirmat, Euchariſtiam fuiſſe inſtitutam, finita cœna legali agni ſtatim ante inceptam uſualē. Fallitur tamen: quia ly *expletis epulis* denotat utramque cœnā fuiſſe finitam. Prętereà D. Aug. 3. *de conſenſu Evangeliſtarum c.* 1. dicit, verba illa: *Qui intingit mecum manum in paroſide, hic me tradet*, dicta fuiſſe in cœna uſuali, & ante inſtitutionem Euchariſtiæ. Et demū, quia expediebat, diſcipulos ab omnibꝰ corporalibus epulis eſſe expeditos, quando inſtituebatur tantum ſacramentum, vt ſic diligentiùs attenderēt, & ad verba conſecrationis tàm inſolita, & ad benedictionem etiam inſolitam, aliaſque actiones à Chriſto ad cōſecrationis verba pręmiſſas. ¶ Sed obi. Suar. (cuius ſententiam probabilem iudicat Monteſinos) Damaſcenum *lib.* 4. *de fide cap.* 14 Reſpon. cùm Gaſp. Hurt. ibi Damaſcenū obſcurè loqui: & fortè ob hoc ipſe Suar. Damaſceni verba non adduxit. ¶ Obi. 2. quòd ſua ſententia, & conſonat verbis Evāgeliſtarum referētibus Euchariſtiæ inſtitutionem; necnon & omnia aptè cōnectit: nam primò ponit cœnam legalem, vt præceptum ſervaretur, & figura veritatem præcederet; quæ ſtatim ſequi debuit. interpoſita verò fuit lotio pedum, vt ſignificaretur, quanta reverētia Euchariſtia iā iam inſtituēda recipienda foret; poſteà verò fuit inſtituta: & demū, expletis iam myſterijs, ad cœnam uſualem ventum eſt. Reſp. verba Evangelij potiùs nocere, quàm favere Suarez: nam verba illa *Ioannes* 13. *cœna facta ſurgit à cœna*: intelligi debent de cœna uſuali, quæ abſolutè dicebatur cœna: & tamen tunc necdum laverat pedes diſcipulorum; nec inſtituerat Euchariſtiā. Vrgentiùs adhùc extant contra Suar. verba illa Matth. & Marci *cœnan-*

antibus autem illis. Si enim ac-
ipiantur (ut accipi debent) de
œna uſuali; quæ abſolutè dici-
ur cœna, planè conuincitur
ontra Suarez, Euchariſtiã fuiſ-
e inſtitutã, incepta cœna uſua-
. Sin vero prædicta verba ve-
t explicare de cœna legali, a-
ertè conuincitur etiam cõtra
umdem Suar. Euchariſtiã fuiſ-
e inſtitutam, antequàm finire-
ur cœna legalis. Nõ ergo præ-
ata ſententia accõmodari po-
eſt cum his, quæ Euangeliſtæ
arrant. ¶ Ad id, quod addit
uarez, nempè ſuam ſententiã
ote omnia connectere, & con-
enientiſsimo ordine; reſpon-
etur, in his, quæ pendent ex
oluntate diuina, ſtandum eſſe
bſolutè narrationi facti: & cũ
iàs Euangeliſta dicat, lotionẽ
edũ diſcipulorũ (quæ Eucha-
iſtiæ inſtitutionem, tamquã
ſpoſitio præceſsit) facta fuiſ-
, cœna facta; ſitque ibi ſermo
cœna uſuali, quæ abſolutè
citur cœna. concluditur, di-
nctum ordinẽ ſeruaſſe Chri-
um D. inſtituendo hoc ſacra-
entum, ac Suarez meditatus
. Adde, urgentiorem eſſe cõ-
uentiã, quod diſcipuli eſſent
m expediti ab omni cura cœ-
e corporalis, ut diligentiorẽ
tentionem præberent verbis
onſecrationis, & reliquis, quę
i illa præceſſerunt, & quæ ipſi
oſteà docturi erant fideles.

5 Reijcitur etiam ex noſtra
oncluſione Vazq. *diſp.* 172. *c.* 9.
num 119 affirmans, Chriſtũ D.
inſtituiſſe Sacramẽtũm Eucha-
riſtiæ poſt inceptã cœnam cõ-
munem, & uſualem, nõdum ta-
men finitã à diſcipulis; ſed ad-
huc ipſis cœnantibus, finitã ta-
men a Chriſto D. Fallitur tamẽ:
quia expediebat, diſcipulos eſ-
ſe iam undequaque expeditos,
ut ſic diligentiorem attentio-
nem præſtarent tanti myſterij
inſtitutioni. ¶ Sed obi. quòd
verba illa Lucæ, & Pauli, qui-
bus refertur calicis conſecra-
tio, *ſimilitèr & calicem, poſtquam
cœnavit*, apertè declarant, inſti-
tutionem Euchariſtiæ ſaltem
quantum ad conſecrationẽ vi-
ni, fuiſſe factam, finita cœna à
Chriſto D. Reſp. ita eſſe: ſed nõ
cõtra nos, qui affirmamus, Eu-
chariſtiam fuiſſe inſtitutã, per-
acta iam cœna uſuali, non ſolũ
à Chriſto D. ſed etiam à diſci-
pulis. ¶ Sed contra hoc vltimũ
obijcit verba illa *Matthæi*, &
Marci cœnantibus autem illis: er-
go diſcipuli non finierant cœ-
nam. Reſp. non eſſe minùs cla-
ra verba illa *Ioann.* 13. *cœna fa-
cta*, quæ videntur prioribus op-
poni. Quare, ſicut ipſe Vazq.
explicare tenetur verba Ioan-
nis; ſic nos dicimus, prædicta
verba Matthæi, & Marci ad-
mittere aliquam explicationẽ.
Igitur dicunt Matth. & Mar-
cus, fuiſſe inſtitutam Euchari-
ſtiam, *cœnantibus diſcipulis*; non
quia tunc non fuiſſet iam pera-
cta cœna uſualis; ſed quia pro-

Digitized by Google

xime immediatè cœnaverant. Et nò ſemel quòd proximè anteà fiebat; aut proximè poſt faciēdum eſt, denotatur per verbum de præſenti. Hac ratione Chriſtus D. mittens duos diſcipulos, ut pararent locum ad celebrandum Paſcha, mandavit, ut hoſpiti dicerent: *apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis*, ubi ly *facio*, idem eſt, ac *proximè faciā*. Et Hiſpanè dictitamus *eſtoy con el vocado en la voca* ad ſignificādum, proximè anteà nos manducaſſe. ¶ Dices: malè ergo numero præcedēti dicebamus contra Suarez, ſtandū eſſe verbis Scripturæ abſolutè ſumptis potiùs quàm iſti, vel illi cōgruentię; nec illis adhibendam eſſe aliquam explicationem, quando ſine illa poſſunt abſolutè accipi. Reſp. prædictā doctrinam eſſe abſolutè veram: in præſenti tamen neceſſariò recurrimus ad explicationē: cùm verba illa *cœnātibus illis* videātur opponi illis *cœna facta*.

¶ Reſp. ſecundò participium *cœnans cœnantis* ſignificare actionem de præſenti, & de futuro imperfecto: ut dicunt Grammatici. Et ideò nihil ad ſuum intentū colligit Vazq. ex prædictis verbis, *cœnantibus illis*: nō enim determinatur per illa verba, quòd tunc diſcipuli cœnabant; ſed indifferētèr ſignificatur, vel quòd tunc cœnabāt; vel quòd cœnabāt proximè anteà. Et ideò Antonius Nebriſenſis *in libro de Inſtitutione grāmaticæ* (*Hiſpa è arte de Antonio*) ſic loquitur: *amans amantis, el que ama ò amaba: docens docentis el que enſeña ò enſeñaba: legens legentis el q̄ lee ò leia: audiens audientis el que oye ò oia*: & conſequentèr, ſi exemplum poſuiſſet in verbo cœno cœnas, diceret *cœnans cœnantis, el que cena ò cenaba*. Non ergo colligitur ex verbis prædictis *cœnantibus illis*, quod diſcipuli cœnabant de præſenti, quando inſtituta fuit Euchariſtia; ſed quòd aut de præſenti cœnabant; aut quòd proximè ante cœnabant.

DVBIVM III.

6 PEtes, 3. (incidentèr) vtrùm Chriſtus D. celebraverit Paſcha agni eo anno, quo mortuus eſt? Reſp. affirmativè. Ita habetur in Tridentino *ſeſ. 22. cap. 1.* illis verbis. *nam celebrato veteri paſcha, quod in memoriam exitus de Ægipto multitudo filiorum Iſrael immolabat, novum inſtituit paſcha.* Satiſq; apartè habetur in Evāgelio. nam *Matth.* 26. Diſcipuli interrogaverūt Chriſtum D. *Vbi vis paremus tibi comedere paſcha?* Et poſtquā ille ipſis dixit, vbi paraturi erant, ſubditur: *Et fecerunt diſcipuli, ſicùt conſtituit illis Ieſus, & paraverunt Paſcha*. Idem habetur. *Marci*. 14. Et ratio eſt aperta: etenim hęc erat pręcipua cœremonia legis: quam Chriſtus D. non venit ſolvere,

Chri-

ſed adimplere. Præterea accuſaretur à Iudæis, quòd non celebrabat Paſcha. Vnde reiectū manet placitum Villagagnonis, quod multò antea ſecuti ſunt alij, teſtibus Theophylacto, & Euthymio apud Vazq. *diſp.* 172. *c.* 1. *à n.* 1. Qui dixerūt, Paſcha Iudæorum non fuiſſe à Chriſto D. celebratū eo anno, quo mortuus eſt. Igitur pro his obijcies contra noſtram cōcluſionem D. Anſelmum *in Matth.* 27. *caput* dicentem, Chriſtū D. eo anno, quo mortuus eſt, non celebraſſe Paſcha. Reſp. cum Vazq. *ibi c.* 2. *num.* 10. ſolùm intendere, non celebraſſe ſeptem dies azymos, cū in primo fuerit mortuus. Reſp. ſecundò cū Suarez, caput illud fuiſſe ſuppoſitum ab aliquo hæretico, vel Græco. ¶ Obi. 2. quòd *Exodi* 12. præcipiebatur, quòd Luna decima agnus immolandus adduceretur in domum Iudęorū: quod Chriſtus D. feciſſe nō conſtat. Reſp. Iudæos præparare agnum, etiam pro advenis, & hoſpitibus. ¶ Obi. 3. quòd *Marci* 14. dicitur, Chriſtum D. veſpere diſcumbere cum Diſcipulis ſuis: ſed agnus edendus erat à Iudæis ſtantibus: ergo tūc non comedit agnum: quæ cōmeſtiò erat celebratio paſchæ. Reſp. negando conſequentiā: aut quia ly *diſcumbere* idem eſt ac ad cœnam, aut ad menſam accedere: at verò ſurgere idē eſt, ac à cœna, ſeu à menſa diſcedere: Quæ explicatio nō diſplicet Vazq. *diſp.* 172. *c.* 9. *num.* 116. Aut, quia ibi eſt ſermo de cęna uſuali: paulò autē antè cōmederat agnū in cœna legali.

7 Sed pro plena iſtarū obiectionum ſolutione, necnon & dicendorum notitia notandum eſt 1. Iſraelitas duo beneficia ſimul a Deo accepiſſe. Primum fuit, quòd eorum primogenitos non percuſsit Angelus, qui percuſsit primogenitos Ægyptiorum. Secundum fuit, quòd liberati ſunt ab Ægyptiorum ſervitute. Propter primum beneficium præcepit eis Deus immolationem, & eſum agni cum cœremonijs expreſſis *Exodi* 12. Qui agnus debebat edi die quartadecima mēſis Martij (qui apud Iudæos erat primus menſis anni; cùm computarent annos per motū Lunæ) includendo etiam noctem. In memoriā verò ſecundi beneficij iuſsit Iudæis Deus, vt poſt ſeptem dies continuos à commeſtione agni (nempè à die quintadecima uſque ad vigeſsimam primam Martij) abſtinerent à pane fermentato; & ſi panem comederent, eſſet azymus. In his autem ſeptē diebus offerebantur ſacrificia ovium, boum, &c. Tamèn ſolùm primus, & ultimus erant ſolemnes, in quibus non licebat aliquid ſervile effici; benè tamen in alijs quinque intermedijs. De quibus videatur

Du-

*Deuteron.*16. Inter duo autem iſta præcepta hoc erat (inter alia) diſcrimen, quòd oblatio, & eius agni neceſſariò fieri debebat in Ieruſalem, ubi erat templum, & arca Domini. Solemnitas autem azymorũ fiebat ubicumque, ut conſtat ex *Deuter.*16.*& alibi.*

8 Secundò notandum eſt, nomen Hebræum *phaſe*, & nomen Caldaicum *Paſcha* (quod pro eodem uſurpatur) multiplicitèr ſumi. Primò ſumitur *phaſe* pro tranſitu; ſive Angeli percutientis; ſivè filiorum Iſrael per mare rubrum. Secundò pro immolatione agni. Tertio pro ipſo agno. De quo *Exodi* 34. Eiſdem modis ſumitur Paſcha *Matth.*26.*& Marc.* 14. Præterea *Paſcha* ſumitur pro ſeptem diebus azymorum. Inſuper, & pro ipſis ſacrificijs. Vltimò pro ipſis rebus ſacrificãdis, vel ſacrificatis: qua ratione 1.*Chorint.* 5. ipſemet Chriſtus D. dicitur Paſcha verbis illis *Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.*

9 Tertiò eſt notandũ, quòd ſolemnitates Iudeorũ incipiebant à veſpera iuxta illud *Leuitici* 23. *à veſpera vſque ad veſperã celebrabitis paſchata veſtra*: id eſt, ſolemnitates iuxta noſtrũ Lyram, & Abulenſem. ¶ Sumitur autem, *veſpera* latè, & ſtrictè. Latè ſumpta accipitur pro tota illa parte diei, quæ includitur ab inſtanti, in quo incipit Sol declinare vſque ad Occaſum; id eſt a primo inſtante horæ primæ poſt duodecimã meridiei, ſeu ab illa temporis parte quæ fluit inter vltimum inſtans prædictæ horæ duodecimæ, & primum inſtans prædictæ horæ primæ, vſque ad vltimum inſtans occaſus ſolis, ſeu vſque ad illam temporis partem. quæ fluit inter vltimũ inſtans, in quo Sol deſerit noſtrũ emiſphærium, & incipit illuminare antipodas. Strictiùs autem ſumpta veſpera comprehendit ſolùm diſtantiam temporis clauſam ab hora tertia poſt prãdium (hoc eſt, à fine illius, ſeu ab initio quartæ) vſq; ad Solis Occaſum. De quibus videantur RR. præſertim Vazquez *diſp.*172.*c.*9.*a n.*95.

DVBIVM IIII.

10 PEtes quartò (incidẽtèr) quo die Chriſtus D. celebrauerit Paſcha Iudæorum? Reſpondetur, quòd celebravit Paſcha agni Luna quartadecima, & mortuꝰ eſt Luna quintadecima Martij. Quia *Matth.*26 dicitur, quod *prima die azymorun acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum dicentes: Vbi vis paremus, tibi comedere Paſcha? Et Marc.*14. *Primo autem die azymorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli: Quò vis, eamus, & paremus, &c. Et Lucæ* 22. *Venit dies azymorum, in quo neceſsẽ erat occidi*

cidi Paſcha. Ex quibus teſtimonijs habetur, Chriſtum D. celebraſſe Paſcha agni die ex lege præfixo, quando omnes Iudæi de more celebrabant: dies autem præfixa à lege *Exodi* 12. ad celebrationem Paſchæ agni, cum immolando, & comedendo, erat decimaquarta ad veſperam. Prætereà in dictis teſtimonijs ſupponitur, Chriſtum D. celebraſſe Paſcha agni prima die azymorum: dies autem azymorum. quaſi Eccleſiaſtici incipiebāt à decima quarta die Lunæ à Solis Occaſu: & in eadē die ad veſperam illius, ſeu ad Solis Occaſum omnes Iudæi ex lege Paſcha agni celebrabant, ideſt, immolabant agnum, & eum comedebant. Et ratio cōcluſionis eſt, quòd Chriſtus D. ad vnguem ſeruauit legē Moyſis: alias accuſſatus fuiſſet à Iudæis: ergo celebrauit Paſcha eo die, quo lex præcipiebat, ſeu præfigebat. *Ita omnes Latini tā PP. quàm ſcholaſtici; atq; ex Græcis Theodoretus, Theophilus Alexandrinus, & Victor Antiochenus, quos citāt RR. præſertim Vazquez diſp.* 172. *cap.* 2. *à n.* 18. *& G. Hur. diſp.* 1. *diff.* 7.

11 *Sed Euthymius in cap.* 26. *Matthæi, Nicephorus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & communiter Græci* dicunt, Chriſtum D. eo anno, quo mortuus eſt, celebrationem agni Paſchalis anticipaſſe, ita vt ipſe illud celebraverit die decimatertia Lunæ Martij; cæteri verò Iudæi die decimaquarta Lunæ ex lege *Exodi* 12. præfixa. Quæ ſententia meritò à Latinis erroris inſimulatur ?(inquit G. Hurt. ibi) Et obijciunt: illud *Ioan.* 13. *ante diem feſtum Paſchæ, &c.* Vndè conſtat Chriſtum D. celebraſſe Paſcha agni, ſeu cœnaſſe cum diſcipulis pridiè quàm agnus ex lege immolabatur: Sed agnus immolandus erat Luna quartadecima: ergo celebrauit Paſcha Luna tertiadecima. Reſp. Euangeliſtam per ly *Paſcha* intellexiſſe primum diem azymorū, qui erat Luna quintadecima, & dies ſolemnis, & in quo mortuus eſt Chriſtus D.

¶ Obijc. ſecundò, quòd *Ioan.* 18. dicitur de Iudæis. *Et ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha*: ergo ſupponitur, quod, die, quo Chriſtus D. mortuus eſt, nondū manducaverat Paſcha: Chriſtus autem D. pridiè (hoc eſt Luna tertiadecima) māducaverat Paſcha. Reſpond. negando conſequentiā: quia ibi nomine Paſchæ non intelligitur immolatio agni; ſed aliarum victimarum, quæ ſeptem diebus azymorum immolabantur. Aut intelligitur ipſemet panis azymus, qui per illos ſeptem dies perdurabat.

¶ Obijc. 3. Chriſtus D. mortuus eſt in Paraſceve: vt conſtat *ex Ioan.* 13. Sed Paraſceve eſt præparatio Paſchæ: ergo mortuus

Digitized by Google

tuus eſt Luna quarta decima: ſed pridie cœnavit: ergo Luna 13. Reſp. negando minorem: paraſceve enim eſt, præparatio ad ſabbatum. Niſi velis dicere, quod ſabbatum dicitur paſcha: eoquod eo anno in die Sabbathi cæpit Paſcha azymorum.

12 Obi.4. immolatio agni erat figura mortis Chriſti D. Sed agnus immolabatur Luna 14 ergo eadem Luna mortuus eſt Chriſtus D. vt veritas correſponderet figuræ: ſed pridiè celebravit Paſcha: ergo Luna tertiadecima. Reſp. negando conſequentiam: quia ſufficiebat ad illam correſpondentiã, quòd in eadem ſolemnitate, & in eadem die legali occideretur; licèt non in eodem die naturali. Addè, quòd hoc modo etiam correſpodebat agni immolatio ſacrificio incruento panis, & vini; cuius etiam erat figura: quod ſacrificium inſtitutum eſt eodem die naturali, in quo agnus occidebatur: ſacrificium autem cruentum in eodem die, non naturali, ſed legali. (Dies naturalis incipit à primo tempore, aut indiviſibili poſt mediam noctem; & perdurat vſque ad vltimum tẽpus, aut inſtans noctis ſequentis. Dies autem legalis (Eccleſiaſticus, aut artificialis) durat vſque ad eundem terminum; incipit tamen à veſpera diei præcedentis. Quomodo autem poſsit ſumi veſpera, conſtat *ex num.9.*) ¶ Obijc. quintò, Spiritus Sanctus deſcendit in Apoſtolos die Dominica, (vt cõſtat ex vſu Eccleſiæ celebrantis Pẽtecoſten in die Dominica) & in eodem die, quo Iudæi celebrabant feſtũ Pentecoſtes: ſed hoc nequit componi, ſi dicamus, paſcha incidiſſe in feria ſexta: cum ab vltima die azymorum vſque ad Pentecoſten debebant fluere quinquaginta dies: (vt cõſtat ex Levitici 23.) ergo Chriſtus D. celebravit Paſcha pridiè Lunam quartãdecimam; vt ſic Pentecoſtes celebratum ſit die Dominica. Reſpondetur cum Ægid. *c.74. n.87.* (omiſsis alijs ſolutionibus ad hoc difficile argumentum ab AA. communitèr adductis) negando, Pentecoſten Iudæorum eo anno incidiſſe in die Dominica: etenim incidit die ſabbathi, & in die Dominica ſequẽti deſcẽdit Spiritus S.

13 Neque obſtat modus ille loquendi *Actor. 2. Cum cõplerentur dies Pentecoſtes*: quo videtur ſatis inſinuari, nondùm tranſijſſe diem Pentecoſtes, quando Spiritus Sanctus deſcẽdit. Reſpondetur enim cũ prædicto Ægid. D. Lucam loquutum fuiſſe de Pentecoſte Chriſtianorum: cum enim loqueretur Chriſtianis, Chriſtiano more loquutus eſt. Chriſtiani autem immobilitèr celebrant feſtum Pentecoſtes die Dominica. Addo Chriſtianos celebri

ta-

Digitized by Google

tatem Pentecoſtes extendere per ſeptē dies ſequentes. Quod etiam facere Iudæos, eſt mihi perſuaſum ex eo, quòd *Paralipomenom* 7. dicitur, quòd Salomon per ſeptem dies ſolemnitatem dedicationis templi celebravit; *fecitque die octavo collectam*. Vndè, adhùc defendendo, D. Lucam loquutum fuiſſe de Pentecoſte Iudæorum: reſpondetur, ſolùm intendiſſe, nō eſſe completam totā celebritatem Pētecoſtes, quandò deſcendit Spiritus Sanctus in Apoſtolos: quamvis enim prærierat ſabbathum, in quo die eo anno incidit Pentecoſtes Iudæorum; non tamen prærierat ſecundus dies (qui tunc fuit Dominicus, & in quo dicimus, veniſſe Spiritum Sanctū ſuper Apoſtolos) neque alii, ſex eiuſdem feſtivitatis. Et ideò meritò dixit *cum complerentur*: quaſi diceret: inceperat iam Pentecoſtes feſtiuitas, ſed nondùm erat completa.

DVBIVM V.

14 PEtes 5. (incidentèr) an Iudæi eo anno, quo Chriſtus D. mortuus eſt, celebraverint Paſcha Luna quarta decima? Reſpōd. affirmativè. Quia lex de immolando agnū Luna quartadecima erat divina; de cuius diſpenſatione nō conſtat. Secundò, quia *Marci* 14. *erat dies azymorum quando Paſcha immolabant*. Ita *D. Ambroſ. epiſt.* 83. *& D. Auguſt. epiſt.* 86. *D. Thom. D. Bonav. Alenſis, Vazq. Ægydius, & communitèr Scholaſtici, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp.* 1. *diff.* 8.

15 Sed *Burgenſis, Lyranus, Gagnetius, Claudius, Ianſenius, Catherinus, & Maldonadus, citati à prædicto Hurt.* dicunt, Iudæos eo anno mortis Chriſti D. celebraſſe paſcha agni, non die decima quarta Lunæ ad veſperā, ex lege Dei præſcripta, quā Chriſtus D. illud celebravit: vel quia occupati fuerant in comprehēſione, & occiſione Chriſti D. (vt aliquibus placet) vel, quia, quando primus dies azymorum erat feria ſexta, erat diſpenſatio transferendi celebrationem paſchæ in Lunam quintamdecimam, ne duo dies feſtiui eſſent immediati, ſcilicèt primus dies azymorum, & ſabbathum; vt alij affirmant. ¶ Pro hac ergo ſententia obi. quòd *Ioannis* 19. dicitur *erat magnus dies ille ſabbathi*: ergo ex eo, quòd tùnc fuit ſolemnitas azymorum: & conſequentèr tranſlata eſt immolatio agni in Lunam quintamdecimam; vt ſic eſſent immediatè comeſtio agni, & primus dies azymorum; & conſequentèr agnus comederetur cum azymo. Reſpondetur negando conſequentiam: ly enim *ille* diſtinguit Sabbathum, non ab alijs Sabbathis, ſed ab alijs diebus etiam

Digitized by Google

etiam ſolemnibus. ¶ Obijc.2. ſi Iudæi comederunt paſcha, ſeu agnum Luna quartadecima, Chriſtus D. fuit mortuus prima die azymorum: ſed hoc eſt falſum: etenim Simon non poſſet portare crucem poſt Ieſum: quia hoc erat opus ſeruile: Reſpondetur negando minorem: ad probationem dico, quod conſtrictus eſt à Miniſtris Pilati; qui erant Gentiles, & nõ tenebantur ſeruare azymos. Si autem Iudæi Simonem coegerunt, peccauerunt: ſicùt in occiſione Chriſti D. ¶ Dices, quòd ipſe Simon veniebat de villa: quod non licebat prima die azymorum. Reſpondetur quòd fortè erat iter breue. Reſpondetur ſecundò, quod forte in hoc peccauerat.

16 Obijc.3.quòd, ſi Iudæi feria 5. celebraſſent paſcha agni, Chriſtum D. crucifixiſſent, prima die vſuali ſeù naturali azymorum: quia crucifixus fuit feria ſexta immediatè ſequenti: ſed credi non poteſt, Iudæos id in die feſto fecisse: ergo pridiè celebrarunt paſcha agni. Reſpondetur negando minorem: quia, & ſi prima dies azymorum erat ſolemnis, & feſtiua; tamen in die feſto diſtincto à ſabbatho procurare mortem alicuius, accuſando, & ius dicẽdo, immò exequendo, non erat lege prohibitum Iudæis: (vt quibuſdam placet) quia neque erat ſpecialitèr prohibitum in ſcriptura; neque generalitèr: quia hoc non erat opus ſeruile; vt deducitur ex illo *Math.26. Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo*: vbi pro cauſa nõ redditur prohibitio; ſed ne populus in die feſto intra ciuitatem exiſtens, tumultu excitato, pugnaret pro Chriſto D. vt eum à morte liberaret. Adde, quòd, ſi Iudæis id erat prohibitum; (vt alijs placet) ipſi tamẽ decepti exiſtimarunt, pro eo caſu ſe nõ eſſe obligatos, & ipſis licere, Chriſtum D. cõprehendere, & occidere: quia ipſum iudicabant valdè ſeditioſum, & perturbatorem reipublicæ. ¶ Obijc.4. quòd, ſi Iudæi celebraſſent Paſcha agni feria quinta, ſicùt Chriſtus D. celebravit, & dies proximè ſequens, in qua Chriſtus D. mortuus eſt, fuiſſet omnibus prima dies vſualis azymorum; Ioſeph non potuiſſet Chriſtum D. de cruce deponere, & ſepelire, quia hoc erat opus ſeruile. Reſpõdetur, quòd in die feſto (adhùc ſabbathi) non erant prohibita opera miſericordiæ: vt indicatur *Matth.12. Marci 6 Lucæ 6. & 13. & Ioannes 7.* Vbi Chriſtus D. contendebat, licitum eſſe in die Sabbathi curare, & benefacere. Vndè licitũ erat corpora ſepelire; vt ſpecialitèr indicatur *Tobiæ 2.* Et ita Ioſeph, & Mulieres potuerunt Chriſtum D. prima die azymorum ſepelire. Immò mulieres po-

potuerunt ipſum vngere, ſi iam emiſſent aromata: quia tamen, non emerant; ideò, expectato ſabbatho, in quo non vendebantur, poſteà emerunt: vt exprimitur *Marci* 16. verbis illis: *Et cum tranſiſſet Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.* Vndè conſtat, quòd illud *Lucæ* 23. *Et revertentes*, (nempè Mulieres à ſepulchro die Paraſceue ſub finem) *parauerunt aromata, & unguenta: & Sabbatho quidē ſiluerunt ſecundùm mandatum*, intelligitur per figuram præoccupationis: ſecundùm quā priùs narratur, quod non fuit priùs factum. Mulieres enim priùs ſiluerunt (ſecundùm mādatū) die ſabbathi, & poſtea paraverunt aromata: vt Marcus expreſsit. ¶ Obi. 5. dixiſſe Christum D. *Matth.* 26. Loquendo de tēpore Paſchæ agni, in quo ipſo celebrandum erat: *Tempus meum prope eſt*: ſed, ſi illud tempus eſſet commune omnibus Iudæis ad Paſcha agni celebrandū, non diceret Chriſtus *Tempus meum*: ergo pridiè, quàm Iudæi celebravit Paſcha. Reſp. negando maiorem: etenim Chriſtus D. tempus, non tam paſchæ agni, quam azymorum appellavit ſuum; non tamen ob rationem adverſariorum; ſed quia in eo paſſurus erat pro ſalute hominum: quòd vehementèr deſiderabat: vt ſignificavit *Lucæ* 12. verbis illis: *Baptiſmum habeo baptizari; & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?*

17. Ex dictis conſtat, Burgenſem, & alios AA. pro hac ſententia citatos in aliquo cū Græcis convenire; & in aliquo ab ipſis diſcordare. Conveniūt in hoc, quòd exiſtiment, Chriſtum D. & Iudæos nō celebraſſe Paſcha agni in eadem die. Differunt tamen in hoc, quòd Græci exiſtimant, Chriſtum D. die tertiadecima ante diem à lege præſcriptam Paſcha celebraſſe; & Iudæos die decimaquarta præſcripta à lege. Burgenſis verò, & reliqui AA. *n.* 15 citati exiſtimant, Chriſtum D. die quartadecima à lege præſcripta; Iudæos verò die quintadecima ſequenti ex diſpenſatione paſcha celebraſſe: quia credunt, à tempore Eſdræ fuiſſe Iudæis permiſſum transferre celebrationem Paſchę in diem ſequentem, quotiès dies quartadecima Lunæ cōtingebat in feria quinta: quia nimis moleſtum eſſet populo duo feſta immediatè obſervare: cùm in feſtis nullum opus ſervile, adhuc ad parandum cibos, fieri poterat. Sed, quidquid ſit de hac convenientia, & diſconveniētia, ſentētia Burgenſis, & aliorum manet ſufficientèr refutata ex dictis à *n.* 14. ¶ Et à fortiori etiam refutata manet opinio Ruperti *lib.* 2. *in Levit. c.* 36.

Digitized by Google

36. & lib. 20. in Matth. in illud cap. 26. Scitis, quia biduum, &c. aſſerentis, Chriſtum D. & Iudæos celebraſſe Paſcha agni Luna quartadecima; ſed primū diem azymorum translatum fuiſſe in Sabbathum. Hoc, inquam, poſterius manet refutatum ex dictis *à num.* 10. Adde, quòd, ſi eo anno primus dies azymorum fuiſſet translatus, in domibus Iudæorum non fuiſſet azymus, ſed fermētatus: & cōſequentēr non haberemus fundamentum ad probandū Chriſtum D. vſum fuiſſe azymo in Sacramento Euchariſtiæ.

DVB. VI.

18 PEtes ſextò, (incidētèr) An Chriſtus D. & reliqui Iudæi celebraverint paſcha agni in priori, an in poſteriori veſpera diei quartæ decimæ Lunæ? (Ratio dubitandi ſumitur ex eo, quòd *Exodi* 12. Paſcha agni erat celebrandum die quartadecima Lunæ Martij ad veſperam; necnon & ex hoc, quòd *ex cap. 23. Levitici* feſtivitates Iudæorum, ſeu illorum dies feſtivi, & quaſi Eccleſiaſtici incipiebant; ſicut noſtri, à veſpera diei præcedentis, & perdurabant uſque ad veſperam illius diei feſtiui; & conſequentèr dies quaſi Eccleſiaſticus feſtivus includebat duas veſperas, nempè præcedentis diei naturalis; & ipſiuſmet diei feſtivi. Et ideò quærunt AA. in qua illarum fuerit paſcha celebratū à Chriſto D. & à Iudæis?) Reſp. quòd ad poſteriorē veſperam, ſeu ad finem diei quartædecimæ vſualis, aut ad initium diei decimæ quintæ feſtivæ, & quaſi Eccleſiaſticæ. Quia ly *veſpera* communi Gentium ſenſu, & uſu ſumitur pro fine diei, ſeu lucis naturalis; non autē pro initio diei feſtivæ, quaſi Eccleſiaſticæ, & artificialis. Secundò probatur ex eo, quòd ex oppoſito ſequeretur, Chriſtum D. in fermentato, & non in azymo conſecraſſe: cùm in domibus Iudæorum non incipiebat vſus azymorum ante diem decimamquintam. Ita *Sebaſtianus Perez Epiſcopus Oxonienſis, Pereira, Riuera, Suarez, Vazq. & Ægidius, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 1. diff. 9. vbi adducit expreſſam authoritatē Ioſephi lib. 3. Antiquit. cap. 1.*

19 Sed *noſter Stella in cap. 22. Lucæ, Oleaſter, Iudovicus Legionenſis, Schaliger, & Montoya apud prædictum Hurt.* oppoſitū defendūt, nempè Chriſtum D. & Iudæos Paſcha celebraſſe in priori veſpera diei decimæ quartæ Lunæ, id eſt, die decima tertia uſuali. Et obijc. quod in Scriptura aliquando veſpera ponitur pro initio diei; ergo ſolemnitas agni incipiebat à prima veſpera diei decimæquartæ Lunæ: ergo tùnc celebratum eſt Paſcha agni à Chri-

ſto D. & Iudæis. Antecedens conſtat ex illo, *Geneſis primo, & factus eſt veſper, & mane dies vnus.* Reſp. cum G. Hurt. negando ſuppoſitum conſequentis, nempè quod celebritas agni eſſet dies Sabbathi, aut feſtiuus. Et ideo non erat ex illis feſtivitatib⁹, quæ celebrabātur à veſpera vſque ad veſperam. Reſpond. ſecundò admittendo gratis, paſcha agni eſſe ex diebus feſtiuis, quæ denotantur verbis illis *Levit. 23. A veſpera vſque in veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra*: tamen agnus occidebatur die decimaquarta d poſteriorem veſperā, quia c vſus receperat, ſeu interpretatus fuerat prædictam legē, & merito: tùm, quia in rigore ſic intelligebatur lex præcipiens, immolationem agni fieri die quartadecima Lunæ Martij. Tum, quia ſic ſumendo legem, conformabantur cum ie, & fortè cum hora; in qua ngelus percuſsit primogenitos Ægyptiorum, in cuius beneficij memoriam immolabaur agnus. Tùm demùm, quia memoria vtriuſque beneficij immediatè ſucceſsivè recepti (nempè mortis primogenitorum Ægypti, ſeu potiùs liberationis primogenitorū Hebræorum ab Angelo percutiē primogenitos Ægypti; necnon & egreſsionis filiorum Iſrael ab Ægypto) immediatè ſucceſsivè celebraretur, coniungendo panes azymos immolationi agni. ¶ Dices, quod populo eſſet moleſtū, duas ſolemnitates immediatè ſucceſſivè celebrare: ut diximus *num.* 17. ergo debebant celebrare immolationem agni in prima veſpera Lunæ quartædecimæ. Reſp. populo ſolùm fuiſſe moleſtum coniungere ſolemnitatem Sabbathi cum alia, in qua etiam, ſicut in ſabbatho, eſſent prohibita opera ſervilia, adhuc, & ciborum præparatio: de quarum feſtivitatum numero non erat paſcha agni.

20 Obijc. ſecundò, agnus in Ægypto fuit immolatus ad veſperam primā diei quartædecimæ: ergo tùnc debebant Iudæi comedere agnum. Antecedens probatur primò ex Ioſepho *lib. 2. Antiquitatū c. 5. aliàs 13. in fine* de celebritate paſchatis ſic loquentis: *Illuceſcente die decima quarta, omnes ad exitum animati ſacrificabant.* Secundò, quia Hebræi egreſsi ſunt de Ægypto, quando egreſsi ſunt de Ramaſſe; iuxta illud *Exod. 12. Profecti ſunt filij Iſrael de Ramaße in Socoth.* De Ramaſſe autē egreſſi ſūt noctu in fine diei decimæ quartæ, & incipiente decima quinta: ergo in illa nocte non potuerunt agnum immolare, & comedere, ſed in nocte antecedente. Tertiò probatur ex ipſis rebus geſtis ab immolatione agni vſque ad egreſſum de Ægypto: congregati ſunt

enim

enim omnes in Ramaſſe, vt omnes ſimul egrederētur iuxta illud *Exodi 12. Profecti ſunt omnes de Ramaſſe*:ad hoc autem, vt tanta multitudo congregaretur, neceſſarius fuit vnus integer dies. Præterea filij Iſrael petierunt ab Ægyptijs vaſa, & veſtes commodatas:quod fieri non potuit tempore noctis poſt immolationem agni. Reſp. negando antecedens. Ad primam probationem dico, ly *illuceſcēre*, ſic vertendum eſſe, *poſtquàm adfuit dies decimaquarta*, ita vt ſenſus ſit, poſtquàm adfuit dies decimaquarta omnes ad exitum animati ſacrificabant; ſed non ſtatim in initio diei, ſed ſuo tempore, hoc eſt, ad occaſum ſolis. Ad ſecundam probationem nego conſequentiam: optimè enim coniungi potuerunt in eadem nocte, quamvis non in eadem hora immolatio agni, & egreſsio populi de Ægypto, ſeu de Ramaſſe: quia celebratio phaſe agni facta fuit ad Solis Occaſſum, ſeu poſteriorem veſperam diei quartædecimæ; egreſſus verò factus fuit in fine eiuſdem noctis, ſeu in initio diei quintædecimæ: quæ erat altera dies naturalis poſt diem celebrationis phaſe. Dictum autem ſpatium inter initium noctis, & finem illius ad res à Iudæis tunc geſtas ſufficere videtur: nam ad primam noctem potuerunt petere commodata vaſa, & veſtes: & ſtatim poſt mediam noctem cœperunt omnes exire de Ægypto iuxta conſtitutum ſibi tempus a Moyſe, & alijs Ducibus adhoc aſsignatis. Illud autem, quod adverſarij dicunt, omnes filios Iſrael conveniſſe in Civitate Ramaſſe, nec conſtat, neque conſtare poteſt: vt benè obſervat Gaſp. Hurtado *ibi*. Quarè ly *omnes*, quando *Exodi 12.* dicitur: *egreſsi ſunt omnes de Ramaſſe*, ſupponit pro omnibus illis, qui habitabant in illa Civitate, aut etiam pro omnibus vicinis, qui ad illam convenerant; non tamen pro omnibus filijs Iſrael, qui profecti ſunt de Ægypto: Vnde etiam patet ad tertiam probationem.

DVB. VII.

21 PEtes ſeptimò, An Chriſtus Dominus celebraverit in azymo? Reſpondetur affirmativè. Quia Luna quartadecima Martij ad poſteriorem veſperam (quo tempore celebravit, ſeu Euchariſtiam inſtituit) Iudæi utebantur azymo, & non fermentato. Quod totum conſtat ex dictis *à num.7.* fatenturque vno ore omnes PP. & Scolaſtici Eccleſiæ Latinæ. Præſertim Legatur Scotus *in 4. diſtinct. 11. q. 6. à verſ. Tertium dubium*. Nota, Euchariſtiam inſtitutam fuiſſe

aiſſe poſt lotionem pedum.: anteque lotionem factam fuiſſe inter cœnam vſualem, & Sacramentalem. De quo legatur Suarez *diſput.73.ſect.2.* vbi quinque modos philoſophandi circa hoc adducit. ¶ Nota etiam Euchariſtiam fuiſſe inſtitutam, præſente Iuda, illumque cum alijs communicaſſe. De quo videatur Suarez *ibi ſect. 3.* vbi pro oppoſita ſententia refert aliquos PP. & Turrianum.

DVBIVM VIII.

22 PEtes octavò: An Euchariſtia inſtitui potuerit ante Incarnationem? Reſpondetur affirmativè. Ita Scotus *diſtinct. 10. quæſt. 4. §. Hic duo verſ. Ex hac ſecunda, Scotiſtæ omnes, & communitèr Thomiſtæ, præcipuè Suarez diſput. 48. artic. 2. Vazquez diſput. 182. cap. 1. num. 5. & Lugo diſput. 5. ſect. 8. à num. 186. Immò Gaſp. Hurt. diſput. 5. diffic. 18.* dicit, quod circa hanc difficultatem parvam, vel nullam invenit inter Theologos controverſiam. Verum eſt, ipſum ſub hoc titulo præſens dubium proponere; vtrùm exiſtentia Chriſti D. in Euchariſtia pendeat ab exiſtentia naturali ipſius extra Euchariſtiam? Lugo verò, & multi alij ſub iſto: Vtrùm præſentia Sacramentalis Chriſti Domini pendeat à præſentia naturali? Hæc tamē titulorum diverſitas eſt valdè materialis, cùm in re à Scoto in reſolutione non differant. Et ideò omnes pro Scoti ſententia citavi. ¶ Pro cuius intelligentia noto, Scotum non inquirere, an Euchariſtia inſtitui potuerit ante Incarnationem? hoc eſt, antequam Chriſtus Dominus, ſeu humanitas vnita Verbo haberet exiſtentiam, aut eſſet extra cauſam: ut Caiet. *ſuper 3. p. q. 76. art. 2.* Scoto imponit: falſò tamen, vt notant non ſolùm Scotiſtæ, ſed etiam multi alij *præſertim præcitati Suarez, Vazq. & Hurt.* Inquirit, ergo Scotus, & nos, an Euchariſtia potuerit inſtitui ante Incarnationem? Hoc eſt, antequam Chriſtus D. ſeu eius humanitas vnita Verbo habuerit modum exiſtendi naturalem, ſeu circumſcriptivum? Seu (vt quærunt RR.) an exiſtentia, aut præſentia Sacramentalis Chriſti Domini pendeat à præſentia naturali, ſeu circumſcriptiva Chriſti D. aut cum illa ſit connexa talitèr, vt, deficiēte naturali, deficeret Sacramentalis?

23 Igitur claritatis gratiâ dico primò: ex natura rei Sacramentalis præſentia Chriſti Domini non poſtulat ex ſe præſentiam Chriſti Domini naturalem, aut circumſcriptivam, nec cum illa habet aliquam connexionem. Quia nullum aſſignari poteſt probabile fun-

damentum huius intrinſecæ connexionis. (¶ inquit Lugo *ibi numero* 187.) Et huius, necnon & concluſionis efficax ratio eſt, quam aſsignat Scotus *diſtinct.* 10. *quæſt.* 4. *§. Hic duo verſic. Concluſio* dicens. *Quando exiſtentia aliqua eſt indifferens ad duos modos, ſicùt poteſt ſimpliciter haberi ſub vno modo; ſic & ſub alio. Sed exiſtentia corporis Chriſti Domini ſimpliciter, ſeu realis, indifferens eſt ad duos iſtos modos, ſcilicèt naturalem, & Sacramentalem: ergo poteſt haberi, ſub iſto modo, licèt non ſub alio.* ¶ Dices: maior eſt vera, quando neutèr modus dependet ab alio: quòd in præſenti non contingit: cùm modus ſacramentalitèr exiſtendi dependeat à modo exiſtendi naturalitèr, ſeu circumſcriptivè: eo quòd iſte modus exiſtendi eſt prior illo. ¶ Sed contra efficacitèr inſurgit Scotus *ibi verſic. Contra:* Exiſtentia ſub modo naturali, aut circumſcriptivo non eſt de eſſentia exiſtentiæ ſub modo Sacramentali: cùm res Euchariſtiæ, non habeat *ibi* modum exiſtendi naturalem, extenſivum, aut circumſcriptivum, immò iſte repugnat illi, hoc eſt, modo indiviſibilitèr exiſtendi, quem Euchariſtia habet de facto. Itē modus exiſtendi naturalis non eſt cauſa immediata modi Sacramentalis: huius enim ſolus Deus eſt cauſa in fieri, & in conſervari: ergo modus Sacramentalis ex ſe, aut ex natura rei nullam dependentiám dicit ad modum exiſtendi naturalitèr, extenſivè, aut circumſcriptivè. Hanc concluſionem defendit Scotus *ibi §. Hic duo à verſ. De quæſito, omnes Scotiſtæ, & communitèr RR. Thomiſtæ, præſertim Lugo ibi num.* 187. *citãs Suarez, & Vazquez, & alios apud illos.*

24 Ex qua concluſione infert Scot. *ibi à verſ. Ex hac* duo corollaria. Primum eſt directa reſolutio præſentis dubij, nempè potuiſſe inſtitui Euchariſtiã ante Incarnationem. (ſumptam pro formatione ex vtero Virginis, non pro corpore vnito Deo: vt patet ex ſolutione argumentorum, & notat Cavellus *in ſcholio verſiculi De quæſito primo*) Secundum eſt, perſeverare poſſe Euchariſtiã, licèt modus exiſtendi naturalis deficeret. Vtrumque hoc corollarium fatentur communitèr Thomiſtæ RR. præſertim Lugo *diſp.* 5. *à n.* 189. Immo G. Hurt. *diſp.* 5. *diffic.* 18 *§ Si tamen* affirmat in hoc cõvenire Theologos.

25 Dico ſecundò: de facto ex inſtitutione huius Sacramẽti non pendet neceſſariò præſentia Sacramentalis à naturali, quam habet corpus Chriſti Domini in cœlo. Itaque ſi corpus Chriſti Domini deſineret eſſe in cœlo, non

ideò

cò ex inſtitutione huius Sacramenti ſequeretur, quòd deſineret eſſe ſub ſpeciebus conſecratis. Quia abſque fundamento dicitur, præſentiā corporis Chriſti D. in Euchariſtia ex vi inſtitutionis huius Sacramenti pendere à præſentia naturali, ſeu pendere pluſquam ab abſoluta exiſtentia corporis Chriſti D. in rerum natura. Ita *Lugo diſp.5.n.191. & G. Hurt. diſput.5. in fine contra præcitatos Suarez. & Vazquez.* ¶ Dices: humanitas Chriſti D. eſt principium phyſicè influens ad præſentiam Sacramentalem, quaſi inſtrumentum vniverſale ad effectus Sacramentorum: ergo præſentia Sacramentalis ex vi inſtitutionis huius Sacramenti prærequirit exiſtētiam humanitatis illius, ſub præſentia naturali. Reſp. cum Lugo *ibi num.* 192. ſine fundamēto poni, humanitatem Chriſti D. habere illum concurſum phyſicum inſtrumentalem ad omnes effectus Sacramentorum. Hùc vocari poſſunt dicta *in tract. de Incarn. cap.6. diffic.1. à num.11. & in tract. de Sacrament. cap.5. à num* 17. Deindè licèt hoc gratis admittatur; (nempè humanitatem Chriſti D. habere concurſum phyſicum inſtrumentalem ad omnes effectus Sacramentorum) non infertur, prærequiri corpus Chriſti D. alibi exiſtēs cum præſentia naturali, ſeu circumſcriptiva. Sufficeret enim præſupponi corpus Chriſti D. prçexiſtens priùs natura præſcindendo ab hac, & illa præſentia. Nam ſicùt de facto corpus Chriſti D. eſt cauſa materialis ſuæ præſentiæ naturalis, ſeu circumſcriptivæ, ad quam præſupponitur exiſtens in priori naturæ; non quidem cum alia præſentia, ſed ſecundum ſe: ita licèt corpus Chriſti D. eſſet cauſa efficiens phyſica præſentiæ ſacramentalis; ſufficeret, quòd præſupponeretur exiſtens priùs natura ſecūdùm ſe, abſtrahendo à præſentia naturali, & Sacramētali. Etenim nulla eſt cauſa, quæ ex ſe expoſtulet ſtrictiorem præſuppoſitionem, ſeu prioritatem, quàm naturæ reſpectu ſui effectus.

26 Ex quibus omnibus clarè conſtat, Caietanum ſuper 3. *p. quæſt. 76. art.2.* non ſincerè mentem Scoti intellexiſſe; eique chimericā impoſuiſſe ſententiam; nempè dixiſſe Scotum, potuiſſe inſtitui Euchariſtiam ante Incarnationem, hoc eſt, antequam Chriſtus D. habuerit exiſtentiam ſimplicitèr, ſeu abſolutam. Sed non eſt novum Caietano, aliiſque multis, abſurdas ſententias Scoto imponere, eaſque poſtea acritèr, & efficacitèr impugnare; quod in præſenti feciſſe Caietanum notant, non ſolùm noſtri, ſed etiā exteri, præſertim *Vazq. diſp 192 cap.1 n.4 & G. Hurt. diſput.5. difficult.18.* Igi-

Google

tur ſincerè, & verè Scotus intellectus ſolùm affirmat id, quod *num.* 18. & 19. manet explicatū, nempè quòd ex natura rei præſentia Sacramentalis Chriſti D. non poſtulat ex ſe præſentiam Chriſti D. naturalem, aut circumſcriptivam, nec cum illa habet aliquam connexionem. Vnde intulimus nos, & RR. Thomiſtæ cum Scoto, potuiſſe inſtitui Euchariſtiam ante Incarnationem: hoc eſt, antequam corpus Chriſti D. haberet præſentiam naturalem, aut circumſcriptivam: necnon & Euchariſtiam perſeveraturam, etiam ſi deficeret Chriſto D. modus exiſtendi naturalitèr, aut circumſcriptivè, quantum eſt ex natura rei. Addidimus autem *cum Lugo*, & *G. Hurt.* hoc adhùc eſſe verum, etiam attenta inſtitutione Euchariſtiæ defacto, hoc eſt, quòd præſentia Sacramentalis nullam habet dependentiam, aut connexionem cum præſentia naturali Chriſti D. adhùc ex inſtitutione diuina. Quarè in hypotheſi, quod corpus Chriſti D. amitteret præſentiam naturalem, extenſam, aut circūſcriptivam, quam defacto habet in cœlo, non amitteret Sacramentalem, ſeu quam habet in Euchariſtia.

De ſpectantibus ad convenientiam inſtitutionis Euchariſtiæ.

DVBIVM. IX.

27 PEtes nonò: an conveniens fuerit Euchariſtiæ inſtitutio? Reſpondetur affirmativè. Quia conveniens fuit, hominem in vita ſpirituali iam genitum ali, & confortari cibo ſpirituali. Item conveniens fuit, viuentes vita ſpirituali haberè medicinam, ſeu anthidotum, quo liberarentur à culpis venialibus, & præſervarentur à mortalibus. Ad quos omnes effectus fuiſſe inſtitutam Euchariſtiam, docet Tridentin. *ſeſſ. 13. cap. 2.* his verbis: *Sumi autem voluit hoc Sacramentum, tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit. Qui manducat me, & ipſe viuet propter me; & tamquam anthidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur.*

De ſpectantibus ad neceſsitatem Euchariſtiæ.
De neceſsitate medij.

DVB. X.

28 PEtes 10. An Sacramentū Euchariſtiæ ſit neceſſariū neceſsitate medij (eſſe neceſſarium neceſsitate præcepti, dicam à *num.* 31.) ad conſequen-

quẽdum vitam æternam? Reſpondetur negativè. Claritatis tamen gratia dico primò: Euchariſtia in re ſuſcepta non eſt medium neceſſarium ad cõſequendum vitam æternã: Quia parvuli decedentes ante vſum rationis ſalvãtur ſine reali ſuſceptione Euchariſtiæ. Idem dico de adulto, qui moritur poſt ſuſceptionem baptiſmi, aut pœnitentiæ, antequàm committat aliquod peccatum mortale: iſte enim, ſi inculpabilitèr non recipit Euchariſtiam, ſalvatur: ergo realis ſuſceptio Euchariſtiæ non eſt medium neceſſarium ad conſequendum vitam æternam. *In hac concluſione conveniunt AA. Præſertim legantur G. Hurt. diſput. 1. diff. 6. & Lugo diſp. 3. ſect. 2. num. 34.*

29 Dico ſecundo: Euchariſtia in voto (hoc eſt, affectus recipiendi Euchariſtiam) non eſt medium neceſſariũ ad conſequendum vitam æternam. Quia de lege ordinaria ſola iuſtificatio, & perſeverantia in ea vſque ad finem vitæ eſt medium neceſſarium ad cõſequẽdum vitam æternam Sed iuſtificatio, & perſeverantia prædicta haberi poteſt ſine Euchariſtia in voto: ergo hæc non eſt medium neceſſarium ad cõſequendum vitam æternam. Cõſequentia eſt legitima, & maior certa: probatur minor inſtantia ægroti, qui poſt receptionem viatici peccavit mortalitèr: hic enim poteſt reſurgere à culpa, ſeu iuſtificari per pœnitentiam; (virtutem; aut Sacramentum) inſupèr non tenetur iterùm ſumere Euchariſtiam, etiam ſi poſſit: immò poteſt licitè eam expreſſe nolle recipere: cùm iam impleverit præceptum communicandi in articulo mortis: ergo, ſi aliũdè non peccet mortalitèr, poteſt perſeverare in gratia accepta, ſeu in iuſtificatione vſque ad finem vitæ: & conſequentèr conſequi vitam æternam abſque Euchariſtia in voto. Secundò probatur eadem minor ex eo, quòd gratis, & abſque fundamento diceretur, collationem gratiæ iuſtificantis, aut perſeverantiam in illa eſſe effectum proprium Euchariſtiæ: cùm neque ex Scriptura, neque ex Patribus id probari poſſit. Hanc concluſionem defendunt *Durand. Suarez, Vazquez, Ægidius, Tannerus quos citat & ſequitur G. Hurt. diſput. 1. diff. 6. dicens, ſic communitèr ſentire DD. Quibus adde Lugo diſp. 3. à n. 36.*

30 Noto, nos loqui de voto, ſeu affectu tàm expreſſo, quàm implicito. Vocãt (quoàd præſens attinet) votum expreſſum actum voluntatis, quo expreſſe volo recipere Euchariſtiam. Implicitum autem vocant actum contritionis: (aut dilectionis Dei ſuper omnia, aut martyrij, aut realẽ receptionem

tionem Sacramenti baptiſmi, aut pœnitentiæ) eò quòd eſt quædam affectiva receptio Euchariſtiæ: cùm enim ſit vltima diſpoſitio ad iuſtificationem, dicitur, & eſt quædam virtualis, implicita, & interpretativa volitio, ſeu affectiva poſitio omnium, quæ ſunt neceſſaria (ſivè neceſsitate medij, ſivè neceſsitate præcepti) ad implendum totam legem Dei; & conſequentèr ad conſequendum vitam æternam. Vnde fit, quod perfecta contritio (Idem eſt de quocũque alio, quod eſt vltima diſpoſitio ad iuſtificationem: vt eſt dilectio Dei ſuper omnia, martyrium, & realis receptio baptiſmi, & pœnitentiæ.) eſt votum implicitum, aut implicitus affectus recipiendi Euchariſtiam, non quidem tamquàm medium neceſſarium ad infuſionem gratiæ, aut ad eius conſervationẽ; ſed tamquam vnum ex præceptis in lege Dei. Et ideò nos diximus *num.* 24. votum Euchariſtiæ, ſeu Euchariſtiam in voto, non eſſe medium neceſſarium ad conſequendum vitam æternam: & *numero illo* 25. addidimus, hoc eſſe intelligendum tam de voto explicito, quàm implicito recipiendi Euchariſtiam. Hùc vocari poſſunt non pauca ex dictis *in tract. de Pænit. cap.* 11. *à n.* 2.

31 Sed contra primam concluſionem dixerunt aliqui hæretici, realem ſuſceptionem Euchariſtiæ eſſe omnibus hominibus medium neceſſarium ad ſalutem. *Ita Armeni; vt ex Guido refert Vvaldenſis tomo 2. de Sacramentis cap. 91. Ita etiam Græci, Iacobitæ, & Neſtoriani; vt refert Prateolus lib. 8. cap. 15. & alibi. De quo videatur Suarez ſtatim citandus.* Qui hæretici propterea ſimul cum baptiſmo Euchariſtiam parvulis dabant. Ex quo etiam errore videtur profectus abuſus eorum, qui hominibus defunctis dabant Euchariſtiam: vt notat Suarez *diſputat. 2. ſect. 2.* quamvis Lugo *diſput. 3. num.* 34. putet cum Valentia, quod, etſi hæretici erraverint in vſu ſuperſtitioſo Euchariſtiæ, forſitam id non fecerint ex errore circa neceſsitatem illius. Sed (quidquid ſit de aliquorum hæreticorum mente, nec non, & de iſtorum Authorum diſcrimine) contra noſtram primam concluſionem obijcitur illud *Ioan.* 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis:* ergo realis ſuſceptio Euchariſtiæ eſt (ſaltèm parvulis) medium neceſſarium ad ſalutem, & vitam æternam conſequendam. Patet conſequentia: quia ex ſimilibus verbis (*niſi quis renatus fuerit denuò non poteſt videre regnum Dei: Ioan. tertio.*) conſi-

olligitur, baptiſmũ realiter ſuſceptum ſaltèm parvulis eſſe neceſſariũ neceſsitate medij ad conſequendum gratiam, & gloriam. Reſp. negando cõſequentiam. Ad probationem dico, ly *niſi* aliquando denotare neceſsitatem medij; aliquãdò verò neceſsitatem præcepti: ut quando dicimus: *niſi quis reſtituat damnabitur*: & *Matth.* 18. *Niſi efficiamini, ſicut parvuli, non intrabitis regnum cœlorum.* Quando autem inſinuetur neceſsitas medij; quãdo vero præcepti, ex contextu debet colligi, vel ex materia; aut ex Doctorum interpretatione; & potiſsimũ ex praxi Eccleſiæ. Igitur cum ex his capitibꝰ, & præſertim ex uſu Eccleſiæ parvulis non adminiſtretur Euchariſtia; benè tamen baptiſmus; apertè colligitur, ſentire Eccleſiam; ly *niſi* in verbis *Ioan.* 3. denotare neceſsitatem medij reſpectu baptiſmi; in verbis vero *capitis* 6. ubi agitur de Euchariſtia, ſolùm denotare neceſsitatẽ præcepti, non quidem pro omnibus; ſed ſolum pro adultis.

32 Dices. mos antiquus fuit Eccleſiæ, parvulis miniſtrare Euchariſtiam: ergo ſupponebant tunc illi Eccleſiæ PP. realem ſuſceptionem Euchariſtiæ eſſe neceſſariam ad perſeverandum in gratia, ſeu ad cõſequendum vitã æternã. Reſp. negando conſequentiam: ſervabatur enim antiquus ille mos (non in tota Eccleſia) propter aliquas probabiles rationes tũc occurrentes; nõ verò quia exiſtimarent illi PP. hoc fore ſimpliciter neceſſarium: ut docet Triden. *ſeſ.* 21. *cap.* 4. ſicuti proptèr aliquas probabiles, & prudentes rationes permittit modo Eccleſia, quòd Laici Bohæmi communicent ſub utraque ſpecie: & tamen hoc nõ eſſe neceſſarium ad vitam æternam conſequẽdam, firmiſsimè credit. ¶ Vndè conſtat, quòd, ſi Auguſtinus, aut alter Pater docere videatur realem Euchariſtiæ ſuſceptionem parvulis eſſe neceſſariam, interpretandus eſt quantum ad effectum, ſcilicèt unionem cum Chriſto D. (qui eſt caput) quam habẽt per gratiam ſanctificantem receptam virtute baptiſmi. ¶ Inſtabis; parvuli indigẽt cibo corporali ad coſervandum vitam corporalem: ergo & cibo ſpirituali ad vitam ſpiritualem. Reſpon. diſparitatem eſſe, quod habent actionem caloris naturalis circa humidum radicale: & ideo egent cibo corporali, vt reparentur partes conſumptæ vitalis caloris: tamẽ dùm ſunt parvuli, (id eſt, carentes uſu rationis) non habent actionem contrariam gratiæ: & ideo nõ egẽt cibo reparãte. ¶ Vrgebis: parvuli egent cibo, non ſolùm ad reparãdum partes deperditas, ſed etiam ad creſcendum: ergo ad creſcendum ſaltèm in vita ſpiri-

ſpirituali, ſeu ad augmentum gratiæ danda eſt eis Euchariſtia. Reſp. quòd fortè hæc erat potiſsima ratio miniſtrãdi parvulis olim Euchariſtiam: tamẽ propter irreverentiam imminentẽ in hoc, quòd aliqua particula ſpueretur, & proptèr alias ſimiles rationes vetuit Eccleſia parvulis cõmunionem; privavitque eos illo augmento gratiæ.

33 Contra ſecundam autem cõcluſionẽ militant quotquot affirmant, Euchariſtiã eſſe adultis neceſſariam neceſsitate medij, ſeu remedij; nõ ſecùs ac eſt neceſſari⁹ baptiſm⁹. Quarè affirmant, ſine Euchariſtia in re, vel in voto (implicito) neminem poſſe, conſequi vitam æternam. De quo legatur Vazquez *diſp.169.cap.2 num.10. Et num.15.* advertit, colligi ex illorum ſẽtentia, Euchariſtiam eſſe quoque neceſſariã parvulis neceſsitate medij: quamvis nõ eodem modo, quo eſt baptiſmus: hic enim eſt neceſſarius parvulis in re; at verò Euchariſtia in voto. Non dicunt (inquit Vazquez) in re, vel in voto; ſed in voto: quod votum, aſſerunt, includi in ipſo baptiſmo.

¶ Itèm militant contra ſecundam concluſionem illi, qui dicunt, Euchariſtiam eſſe neceſſariã neceſsitate medij ad perſeverandum in gratia uſque ad mortem; non quidem in re ſuſceptam, ſed in voto. De quo legatur Suar. *diſp.2.ſect.2.* ubi dicit, in hanc ſẽtẽtiam inclinare *Petrum Soto, Claudium, Spencæum, Roffenſem, & Iacobum Nachan; & quod putatur eſſe ſententia D.Tho q.73.art.3.& q.79.artic.1.ad 1.& q.80.artic.11.ad 1.* quamvis præcitatus Vazq. dicat, D. Tho. ab alijs pro primo modo philoſophandi adduci. Sed quidquid ſit de hoc, omnes prædicti AA. eorumque modi philoſophandi. noſtram ſecundam concluſionem oppugnant: & contra illam obijciunt.

34 In primis illud *Ioan.6. Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis:* ergo ſaltèm in voto eſt neceſſaria Euchariſtia adultis ad recipiendum primam gratiam. Reſp. negando conſequentiam de neceſsitate medij: & concedendo de neceſsitate præcepti. Recollantur dicta *num.26.* Nota pretereà, D. Auguſtinũ *tract. 26. in Ioannem* docere, ibi ſermonem eſſe de manducatione ſpirituali, hoc eſt, de fide huius ſacramenti. ¶ Obi.2. effectus Euchariſtiæ eſt unitas fidelium inter ſe ſe, & cum Chriſto D. ſuo capite: ſed hæc vnitas eſt neceſſaria neceſsitate medij ad conſequendum vitam æternã: ergo & Euchariſtiæ ſumptio. Reſp. diſtinguendo maiorem: eſt enim vera de unione, aut vnitione ſecunda, aut per modũ augmẽti: falſa autem de prima unio-

unione, aut unitione per modũ regenerationis. Etenim Euchariſtia non fuit inſtituta ad dandum primam gratiam ſanctificantem; ſed ad conferendum augmentum illius. In quo ſenſu negatur minor: augmentum enim gratiæ non eſt mediũ neceſſarium ad ſalutem: cùm ad hoc; & conſequenter ad conſequendum vitam æternam, ſufficiat quęcumque minima gratia ſanctificans.

35 Obi. 3. Euchariſtia eſt cibus. ergo eſt medium ſimpliciter neceſſarium ad conſervãdum primam gratiam; quæ eſt vita animæ. Reſp. negando cõſequentiam. quamvis enim Euchariſtia ſit inſtituta per modũ cibi; & ideo ſit valde vtilis, & quaſi moraliter neceſſaria ad perſeverãdum in gratia; ut ſatis innuit Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 2.* dicens, *effectum Euchariſtiæ eſſe, vt à peccatis mortalibus præſervemur*: tamen nõn eſt unicus ad conſervandum vitã ſpiritualem (ſicut eſt cibus corporalis ad conſervandum vitã corporalem) cùm poſſit conſervari receptione aliorum ſacramentorum, alijs bonis operibus, meritis Virginis glorioſiſſimæ, & ſanctorũ; atque ſpeciali Dei providẽtia. ¶ Obi. 4. Perſeverantia in gratia eſt ſpecialis effectus Euchariſtiæ: ergo eſt medium neceſſarium ad ſalutem, ſeu vitam æternam cõſequendam. Reſp. explicando ly *ſpecialis*, id eſt, eſt unicus effectus huius ſacramenti, ſeu ab illo unicè provenit: nego: eſt unus ex effectibꝰ, cõcedo. ¶ Niſi velis dicere; perſeverantiã vocari ſpecialem effectum huius ſacramẽti; eo quòd maiori cõgruentia datur ob receptionẽ huius ſacramẽti, quàm alia via, ſeu alio medio. ¶ Cõtra, quòd Auguſtinus ſuper illud *Ioann. 6. Sicut miſit me vivens Pater*, & aliqui alij PP. dicunt, quòd perſeverantia in gratia, & conſequutio gloriæ non poteſt haberi ſine Euchariſtiã: ergo eſt medium neceſſarium. Reſp. negãdo conſequentiam ſic enim loquũtur, quia Euchariſtiã eſt neceſſaria neceſsitate præcepti. ¶ Inſtabis, quod alitèr, & excellentiùs locuntur PP. de Euchariſtia, ac de obſervantia aliorum præceptorũ: ergo exiſtimant eſſe maiorem obligationem, quàm præcepti. Reſp. negando conſequentiam: ſolum enim intendunt, præceptum Euchariſtiæ eſſe de excellentiſsima materia, uti de ſacramento realiter continente Chriſtum Dominum, qui eſt principium, & Auctor gratiæ, necnon & pignus gloriç.

(.*.)

De neceſſitate præcepti.

De præcepto divino.

DVBIVM XI.

36 PEtes 11. an extet præceptum divinum communicandi? Reſp. affirmativè. Quòd deducitur ex illo *Ioan.* 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cũm enim ſub hac forma verborum aliqua neceſſitas ſumẽdi Euchariſtiam exprimatur; & alias non ſit neceſſitas medij: (ut conſtat ex dictis *à num.* 28.) erit neceſſitas præcepti. Idem colligitur ex illo *Luc.* 22. *& ad Corinth.* 11. *Hoc facite in meã commemorationem.* Quibus verbis Iuſtinus Martyr *in Apologia* 2. *pro Chriſtianis ad Antoninum Piũ* agnoſcit præceptum ſumendi Euchariſtiam à Chriſto D. latũ. Idem agnoſcit Tridentinum *ſeſ.* 13. *cap.* 2. dicens, quòd Chriſtus D. inſtituit hoc ſacramentum; *& illius ſumptione colere nos ſui memoriam, præcepit; ſuamque annuntiare mortem*: ſentit ergo Tridentinum, in prædictis verbis contineri Chriſti D. præceptum ſumendi Euchariſtiam.

37 Et ratio huius concluſionis ſumitur ex ipſa inſtitutione: cùm enim hoc ſacramẽtum ſit inſtitutum per modum cibi; cibuſque ſit neceſſarius; aliquo modo debet eſſe neceſſaria Euchariſtiæ ſumptio. Hãc concluſionẽ defendunt *D. Th.* 3. *p. quæſt.* 80. *art.* 11. (*deſ. rens oppoſitã, quã docuerat in* 4.) *& deſ. utrumque Sotus, Durandus, Paludanus, Gabriel, & Rieſſienſis, quos citant, & ſequuntur Suar. diſp.* 79. *ſect.* 1. *& Vazq. diſp.* 213. *cap.* 2. *His adde Ægidium, & Valentiam, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſput.* 10. *diff.* 1. *Eandem ſententiam defendit Lugo diſp.* 16. *ſect.* 1. *& Leãdus à Sacram. tract.* 7. *diſp.* 2. *q.* 1. *addens præcitatis Fagundez, Machado, Trullench, Rebellum, Caſtillo, noſtros Rodriguez, & Villalobos, eſtque hac tempeſtate communis ſententia.* Immo citatus Suarez dicit, quod hæc ſententia eſt per ſe ſe valde credibilis adeò, ut nonnulli exiſtimaverint, quod, quamvis hoc præceptũ abſolutè nõ poſſit dici naturale; tamen, ſuppoſita inſtitutione huius ſacramenti, & fine illius, & efficacia, ac fructu eius; hominiſque fragilitate, neceſſario conſequi, & quaſi naturaliter ex tali inſtitutione. Tum, quia vſus huius ſacramenti eſt maximè utilis, & moraliter neceſſarius ad ſalutem animarum: ergo ex lege propria charitatis obligatur homo ad utẽdum illo, ſuppoſita eius inſtitutione, & efficacia. Hucuſque Suarez.

38 Sed *D. Th. nuper citatus, Gab. Ferrariẽſis, Silveſter, Caiet. Palacios, & noſtri Alenſis, &* D. *Bonav. citati à prædictis n. R.* affir-

affirmant, nullum præceptum divinum extare de perceptione Euchariſtiæ. Et obi. nullum præceptum eſt admittendum ſine ſufficiente fundamēto: ſed de perceptione Euchariſtiæ nō eſt fundamentum ſufficiens: ergo non extat tale præceptum. minor probatur: quia neque ex Scriptura, neque ex traditione Eccleſię, neque ex Patribus cōſtat: cùm omnia teſtimonia, quæ afferuntur, ſufficiēter poſſint explicari: vt videri poteſt apud prædictos RR. qui adducūt diverſas expoſitiones, præſertim illorum locorū *Ioan* 6. *& Lucæ* 22. quæ adduximus *n.* 32. Reſp. negando minorem: ad probationem dico: ægrè explicari prædicta Scripturæ teſtimonia, præſertim adiuncta auctoritate Tridentini: cuius verba *num.* 32. tranſcripſimus. Adde, noſtram ſententiam ſatis clare docere Innocentium III. *lib. 4. de Myſterijs Miſſæ cap.* 24. (vt expendunt AA. noſtræ ſententiæ) & etiam pro illa adduci D. Auguſtinum *epiſt.* 118 *ad Iovinianum cap.* 1. *cuius verba refert, & expendit Lugo diſput.* 15. *ſect.* 1. *num.* 3.

39 Sed age, videamus quid reſpondeant adverſarij ad loca Scripturæ, quę ſunt præcipuum noſtrę ſententiæ fundamentum. Igitur ad illud *Ioannis* 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, dicunt aliqui, ibi proptèr moralem, & ingētem difficultatem perſeverandi in gratia ſine vſu Euchariſtiæ videri ſignificatam fuiſſe abſolutam impoſsibilitatem, & conſequentèr imponi præceptum de eius perceptione. ¶ Sed cōtra, quia hæc expoſitio non ſervat proprietatem verborum: quæ ſine neceſsitate nō eſt ommittēda. Cùm ergo ly *niſi* propriè ſumptū comprehendat, ſignificetq; quemcumque non manducantem carnem filij hominis, aut non bibentem eius ſanguinem à cœlorū regno excludi; ſit, vt accipere illud moraliter, aut regularitèr, ſit idem, ac talem particulam ad ſignificationem minus propriam, ſeu impropriam ſine neceſsitate transferre. Quod cū D. Auguſtino dānat Theologorum unanimis conſenſus. Alij dicunt, prædicta uerba eſſe intelligenda de mãducatione ſpirituali. Hoc tamē non excludit, vt principalitèr poſsint, & debeant intelligi de manducatione ſacramentali. Quod deſumi videtur ex Tridentino *ſeſ.* 13. *cap.* 2. vbi verba ſequentia (*& qui manducat me vivit propter me*) adducuntur, & intelliguntur de manducatione ſacramentali: in eodem ergo ſenſu debent intelligi verba præcedentia: atque ideo debent a minus cotinere neceſſitatem præcepti. (concludit Lugo *ibi num.* 4.)

40 Di

40 Dices: eſto, quòd ita ſit, colligàturq; ex verbis illis pręceptum communicandi, ſe qui videtur, præceptum illud obligare ad communicandum ſub utraque ſpecie panis, & vini: cùm ibi dicatur. *Niſi manducaveritis, & niſi biberitis, &c.* Reſpond. negando ſequelam. Ad probationem dico, ly & idem ibi valere, ac *vel*. Quę acceptio aliquando invenitur in Scriptura: etenim *Actor. 3.* dixit D. Petrus: *Argentum, & aurum non eſt mihi*: hoc eſt, tàm ſtrictè paupertatem colo, vt argentum, aut aurum non ſit mihi. Item *Iſaiæ 55. emite abſque argento, &* (hoc eſt, vel) *abſque ulla commutatione*. Cogimur autem in pręſenti ad relinquendum ſenſum proprium, & admittẽdum minùs proprium huius particulæ & ; eo quòd ſunt alia teſtimonia, in quibus apertè dicitur, ad conſequendum vitam æternã, ſeu ad habendum augmentum gratiæ ſanctificãtis (quæ eſt vita animæ, & ſemen glorię) ſufficere unam tãtũ ſpeciem panis. aut vini manducare. Quod patet ex eodem capite 6. Ioannis. ubi dixit Chriſtus D. *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum*. Itèm: *Panis, quem ego dabo, caro mea pro mundi vita.* Et tandèm: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*: ut gravitèr, & efficacitèr expendit Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 1.* a verbis illis: *Sed neque ex ſermone illo apud Ioan. 6. rectè colligitur utriuſque ſpeciei communionem à Domino præceptam eſſe, &c.*

41 Secundus locus, quẽ *num. 32.* expẽctebamus pro noſtra concluſione, erat ille *Lucæ 22. & ad Corinth. 11. Hoc facite in meam commemorationem*: in quibus verbis continetur præceptum Chriſti D. latum non ſolùm ad Apoſtolos pręſentes, ſed etiã ad omnes faciendi id, quod ibi factum fuerat. Cùm ergo ibi non ſolùm facta fuerit conſecratio, & oblatio a Chriſto D. ſed & iam ſumptio ab Apoſtolis non ſacrificantibus; conſequens eſt, vt eiuſdem etiã ſumptio præcepta fuerit a Chriſto D. mandante fieri in Eccleſia totum id, quod ibi factum fuerat. Recollantur verba Tridẽtini *num. 32.* ad id tranſcripta. ¶ Reſpondent aliqui ex Caiet. *quæſt. 80. art. 11.* in illis verbis non contineri præceptum ſumendi Euchariſtiam; ſed ſumẽdi eam in memoriam paſsionis Chriſti D. hoc eſt, commemorandi Chriſti D. paſsionem, ſi Euchariſtiam ſumamus; iuxta illud Eccleſiæ in Canone Miſſę: *Hæc quotieſcumq; feceritis, in mei memoriam facietis.* ¶ Sed hanc reſponſionẽ bene refellit Lugò *diſp. 16 num. 7.* Primò: quia, qui pręcepit, vt fiat aliquod feſtum in memoriam, vel honorem alicuius ſancti, non præcipit ſolùm conditionem, quòd ſcilicèt, ſi fiat, fiat in memoriã illius

illius ſancti; ſed præcipit abſolutè, quòd fiat. Et ideò adimpletur præceptum ipſamet feſti celebratione ſine eo, quòd, qui celebrat, habeat actum reflexum, quo ordinet illam celebrationem in honorem prædicti ſancti. Quod patet in prçcepto ieiunandi: etſi enim Eccleſia prçcipiat ieiunium ſancti Laurentij v.g. in honorem illius, poſito ipſo ieiunio (non ſolum a ruſtico, ſed etiam à perito) & ſecluſo quocumq; actu directivo, ſeu quo ieiunans dirigat ieiunium ſuum in honorem ſancti Laurentij, adimplet præceptũ. (Idem poteſt exemplificari in præcepto audiendi Miſſam; in præcepto communicandi in memoriam paſsionis; & in multis alijs) . Quarè merito dixit Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 2.* quod Chriſtus D. *illius ſumptione* (non aliquo addito actu reflexo, aut directivo) *colere nos ſui memoriã præcepit, ſuamque annuntiare mortem.* ¶ Secundò, quia ſi prçceptũ ſolùm eſſet conditionatum, non eſſet præceptum Sacerdotibus abſolutè offerendi; ſed ſolũ cõditionatũ, ſcilicet, quod, ſi offerãt, offerãt in memoriã Chriſti D. ¶ Ad id, quod ex Canone Miſſæ excendebatur, reſpõdetur, quòd nõ opportet, Eccleſiam totam ſim præcepti exprimere in Canone, in quo ſolùm voluit excitare fideles ad recordationẽ paſsionis Chriſti D. Ad quod ſufficit ille ſenſus conditionatus: quem etiam expreſsit Paulus, cùm dixit: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

42 Secundò reſpondent alij, præceptum illud impoſitũ fuiſſe Apoſtolis, & Sacerdotibus faciendi, quod Chriſtus fecit, ſcilicet offerẽdi conſecrãdo, & ſumendo. Quem ſenſum videtur expreſsiſſe Eccleſiam in Miſſa corporis Chriſti in illis verbis: *Quod in cœna Chriſtus geſſit, faciendum hoc expreſſit in ſui memoriam.* Habent ergo prçceptum Sacerdotes conſecrandi, ut alij accipiant, ſi velint; non tamen habent alij præceptum accipiendi. Sicut etiam Epiſcopus habet obligationem conſecrãdi chriſma, & oleum pro ſacramentis Confirmationis, Extremæ Vnctionis, & Ordinis; quamvis alij non habent præceptum recipiẽdi ea ſacramenta. ¶ Sed hæc reſponſio reijcitur ex eo, quod Chriſtus D. præcepit fieri in ſui memoriam totum, quòd ibi ipſe fecit, ſeu quod ibi factum fuit. Quarè ad omnes extẽditur prçceptum, ut ſinguli faciant id, quod facere poſſunt. Et ideò Sacerdotibus prçcipitur offerre, conſecrare, & ſumere; laicis verò ſumere; utriſque autem præcipitur facere, quod ad ſe ſpectat, in memoriam paſſionis Chriſti D.

DV-

DVBIVM XII.

43 PEtes 12. an præceptum divinum communicādi ſufficientèr (ſecluſa Eccleſiæ declaratione) adimpleatur vnica communione? Reſp. affirmativè. Itaque ex vi huius præcepti divini tantùm obligamur ad ſemel in vita communicandum, ſivè hoc fiat in articulo (aut periculo) mortis, ſive extra illū aliquando in vita. Quia *præcepta pœnalia non ſunt ampliāda, ſed reſtringenda.* (in ſimili inquit Scotus loquendo de præcepto confeſsionis *in 4. d. 17. §. De tertio verſ. Secundum videtur*) Secundò, quia præceptum affirmativum ſufficienter adimpletur per unicum actū: ut patet in præceptis audiēdi ſacrū, ſolvendi decimas, &c. Tertiò, quia Chriſtus D. non præcepit frequētiam communionis, ſed ipſam communionem. Ita *Caietanus in ſumma verbo Cōmunio, Ledeſma q. 21. artic. 11. in fine, & Victoria in ſumma num. 86. Idemque priùs inſinuaverat Paludanus in 4. d. 9. q. 1. num. 16.* ſicque eſſe philoſophandum in ſententia Scoti, eſt mihi perſuaſum propter eius verba nuper citata. Quamvis enim illa loquendo de confeſsionis præcepto protulerit, idem cōvincūt de præcepto communionis, & de quocumque alio affirmativo.

44 Vndè infero primò, eum, qui aliquando communicavit, etiam in articulo mortis conſtitutum non eſſe obligatum iterùm communicare ex vi præcepti divini communicādi. Ita *præcitati Caietanus, Ledeſma, & Victoria apud Suarez diſp. 69. ſect. 3.* A quibus nō longè diſtant *Silveſter verbo Euchariſtia 3. Armilla verb. Communio, n. 4. noſter Rodriguez in Summa c. 64. num. 3, Sà verb. Euch. num. 1. & præcitatus Victoria*, quatenus affirmant, eum, qui tempore Paſchæ communicavit, ſolùm venialitèr peccare non comunicādo in articulo mortis ſummo: prædicti AA. ſubſcribere videntur Paludano *in 4. d. 9. q. 1 num. 16.* affirmanti (ſi credēdum eſt Suarez *diſput. 69. ſect. 3.* Vazquez enim *diſp. 114. cap. 1. num. 3.* dicit, Paludanum ſolùm docere, non obligare præceptum divinum, aut humanū cōmunicandi in articulo mortis, ſi ante octo, aut quindecim dies quis cōmunicavit) etiam nunc ex vi præcepti Eccleſiaſtici non obligari hominem ad cōmunionem in articulo mortis, quocumque anni tempore ſuccedat, ſi tempore Paſchatis iam communicavit: quia per hoc implevit præceptūm Eccleſiaſticum, ſimul & divinum. Etenim neque Silveſter, & reliqui cum eo citati poſſent exiſtimare, ommiſsionē cōmunionis in articulo mortis ſolùm eſſe venialitèr peccaminoſam

ex

ex vi præcepti divini in eò, qui tempore Paſchæ communicavit; neque poſſet addere Paludanus, etiam nunc ex vi præcepti Eccleſiaſtici non obligare communionem in articulo mortis eum, qui tempore Paſchatis communicavit; niſi omnes hi Authores exiſtimaſſent, præceptum communicandi per priorem communionem eſſe adimpletum. Hoc enim commune eſt præceptis affirmativis: etenim cùm ſint odioſa, reſtringenda ſunt ad vnicum actum.

45 Infero ſecundò, eum, qui aliquando communicavit, nec venialitèr peccare ex vi præcepti divini communionis, ſi in articulo mortis non communicat: quia, ſemel poſita aliquando communione, extincta eſt obligatio communicandi orta ex vi præcepti divini: ergo non apparet, undè poſsit oriri aliquod peccatum veniale: iſtud enim neceſſariò debet eſſe transgreſsivum alicuius obligationis, aut legis.

46 Infero tertiò, non peccare (adhùc venialiter) ex vi præcepti divini, eum, qui differt communionem uſque ad articulum, aut periculum mortis. Sicùt neque venialitèr peccat ille, qui die feſti differt audire ſacrum uſque ad vltimum intervallum temporis ad celebrationem Miſſæ præcepti. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Pœnitent. capit. 17. à num. 33.* ubi diximus, quòd, ſi Eccleſia non determinaſſet tempus confitendi, divinum præceptum confeſsionis non obligaret extra periculum mortis: undè nō pauca in præſenti ſunt applicanda.

47 Sed non impleri ſufficientèr præceptum divinum communionis unica communione ſupponunt, quotquot affirmant, præceptum divinum ſumendi Euchariſtiam obligare pro articulo mortis, etiam ſi tempore Paſchæ ſumpta fuerit Euchariſtia. Ita *Durandus in 4. diſt. 9. quæſt. 2. Ægidius quæſt. 80. artic. 11. dub. 3. num. 95. Sotus, Valentia, Suarez, & Vazquez, quos citant, & ſequuntur Gaſp. Hurtado diſp. 10. diff. 2. (addens, ſic communiter ſentire DD) Leandrus à Sacram. tract. 7. diſput. 2. quæſt. 2. & Lugo diſp. 16. ſect. 2. num. 27.* dicens, quòd communis, & verior ſententia duo affirmat: primum eſt, dari ex divino præcepto obligationem accipiendi pluriès in vita hoc ſacramentum: ſecundum eſt, dari ſpecialem obligationem accipiēdi illud in articulo mortis. Igitur contra noſtram concluſionem pro iſtorum ſententia objicitur: Hoc ſacramentum inſtitutum eſt per modum cibi ad nutriendum vitam ſpiritualem animę, & ad reparandum id, quod continua fomi-

tis impugnatione deperditur: ergo neceſſaria eſt eius repetita ſumptio. Patet conſequentia a ſimili de cibo corporali, cuius repetita ſumptio eſt ſimpliciter neceſſaria; eo quod ſervit ad nutriendam vitam corporalem, & ad reparandum id, quod continua actione caloris in humidum radicale deperditur. Antecedens autem ſuppono tamquàm certum ex verbis *Ioan. 6. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, &c. & alibi.* Reſpond. negando conſequentiam: ad probationem dico, (omitto, quòd, ſi hoc aliquid probaret, concluderet ſanè, ex præcepto divino ſumendam eſſe Euchariſtiam quotidie; immo quotidiè pluriès: ſicùt ſumitur cibus corporalis ad conſervandum, & augendum vitam corporis) diſparitatem eſſe, quod cibus corporalis eſt medium unicum ad nutriendū vitam corporalem, & ad reparandum id, quod actione caloris naturalis deperditur. Non autem ſumptio Euchariſtiæ. Cùm vita ſpiritualis conſervetur, & augeatur exercitio cuiuſcūque virtutis: ut ſuppono *ex Tridentino ſeſſ. 6. can. 32.* præſertim verbis illis: *ſiquis dixerit ipſum iuſtificatum bonis operibus, &c. non verè mereri augmentum gratiæ, &c.* Fateor tamen, quòd ex inſtitutione Euchariſtiæ per modum cibi, infertur quidem frequētiam huius ſacramenti eſſe neceſſariā neceſsitate congruentiæ; non autem neceſsitate præcepti.

48 Ratio autem congruentiæ ſtat in hoc, quòd, etſi exercitio cuiuſcumque virtutis vita ſpiritualis hominis iuſti adulti conſervetur, & augeatur; ſumptione tamen Euchariſtiæ utrumque efficaciùs conſequimur: eo quòd ipſa ſumptio, aut involvit, aut ſaltèm ſupponit exercitium nobilium, & plurimarum virtutum, quam cuiuſcumque alterius virtutis exercitatio: cùm neceſſario ſupponat, aut involvat fidem huius myſterij ſaltèm ſpem futuræ gloriæ, & augmentum gratiæ, & charitatis. Quarè dicebat Tridentinum, quod Euchariſtia *eſt ſymbolum eius vnitatis, & charitatis ſeſ. 13. in decreto de ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento: Pignus futuræ gloriæ; ſpiritualis animarum cibus; antidotus, quo liberamur à culpis, quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervamur: ibidem capit. 2. Et capit. 8.* Euchariſtiam vocat ſignum unitatis, vinculum charitatis, & concordię ſymbolum. Hùcque ſpectant omnia, & ſingula, quæ de ſanctiſsimo Euchariſtię ſacramento dictitant concilia, Patres, & Doctores. Igitur propter dicta ex inſtitutione huius ſacramenti per modum cibi infertur quidem neceſsitas cōgruentiæ, non tamen præcepti. In cuius confirmationem ad-

Digitized by Google

adhùc expēdo, inſtitutum fuiſſe hoc ſacramentum in pane: qui quidem, etſi ſit cibus communior, & congruentior ad ſuſtentationem vitæ corporalis; non tamen eſt cibus unicè neceſſarius: cùm ad vitam corporalem, & nutriendam, & augendam ſint alij cibi, diverſa vè alia nutrimenta. Cuius omninò ſimile in vita ſpirituali facilè adinvenies: ad cuius cōſervationem, & augmentum eſt quidem communior, & cōgruentior uſus Euchariſtiæ; nō tamen unicè neceſſarius. Et ideò ex inſtitutione Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis infertur ſanè neceſsitas congruentiæ; non tamen præcepti.

De præcepto Eccleſiaſtico.

SVppono, dari Eccleſiæ præceptum de communione: ut conſtat ex capite *Omnis utriuſque ſexus*: cuius verba tranſcribemus *num.* 50.

DVBIVM XIII.

49 PEtes 13. an præceptum Eccleſiaſticum annuæ communionis debeat impleri tempore Paſchæ? Reſpond. negativè. Itaque obligatio iſta ſolùm eſt ad communicandum ſemel in anno: quòd autem fiat tempore Paſchæ (hoc eſt à Dominica Palmarū vſque ad Dominicam Quaſimodo) ſolùm exigitur ex congruentia. Probatur concluſio vſu aliquarum Eccleſiarū, in quibus hoc præceptum adimpletur quocumque die Quadrageſimæ: ut teſtatur Fr. Ioannes à D. Thoma in libello, cui titulus eſt *Explicacion de la Doctrina Christiana tercer Mandamiento pagina mihi* 275. ubi addit, quòd iam hodiè declaravit ſacra congregatio Cardinalium, à prima Dominica Quadrageſimæ poſſe adimpleri hoc præceptum. Immò hac in re eſſe conſuetudinem legitimè introductam multis in locis teſtantur, *Navar. Rodriguez, Fagundez, & Trullench, apud Leandrum à Sacram. tract. 7. diſp. 3. quæſt.* 11. ſi ergo, non obſtante, quòd in capite *Omnis utriuſque ſexus* inſinuatur, quòd communio debet fieri in Paſcha, adimpletur præceptum quocùmque die Quadrageſimæ; ſimilitèr adimplebitur quocumque tēpore anni. Quia intentum Eccleſiæ ferentis hoc præceptum ſolùm fuit determinare, aut declarare, quòd præceptum divinum communionis obligat ad communicandum ſaltèm ſemel in anno. Quòd autem hæc præcepti adimpletio, ſeu communicatio fiat in Paſcha, ſolùm exigitur ex congruentia: vt in ſimili loquendo de præcepto confeſſionis diximus *in tractatu de Pœnitent.*

nitentia capit. 17. à numero 67.

¶ Extat præterea quædam declaratio Eugenij IIII. teſte Bellarmino in libro inſcripto *Declarationes Concilij*, ubi ad ſeſſion. 13. circa canonem 9. ſic loquitur. *Declaravit Eugenius IIII. annò 1446. vt refert Navarrus in Manuali capit. 21. num. 45. communicantes infra hebdomadam ſanctam, vel infra octauam Paſchæ ſatisfacere præcepto, dummodò à proprio paracho, vel de licentia. Quarantig. in verſ. Communio ſacra fol. 200.*

50 Sed expendamus verba capitis *Omnis vtriuſque ſexus*, vi cuius ſuppono teneri hodiè fideles ad annuam cõfeſsionem, & communionem. Sic ergo loquitur Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. in capite prædicto: *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis pervenerit, ſemel ſaltèm in anno confiteatur, ſuſcipiens reverentèr ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum; niſi fortè proprij Sacerdotis Conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi perſceptionem duxerit abſtinendum. Alioquin, & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura.* Expendo, Concilium inſinuare, confeſsionem præcipere in ordine ad communionem: ut conſtat verbis illis: *Semel ſaltem in anno confiteatur* (nota, ad quid videatur peti confeſsionem) *ſuſcipiens reverentèr ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum.* Vndè ſic argumentor. Eccleſia præcipit confeſsionem ad reverentèr accipiendum Euchariſtiam: ſed præceptum confeſsionis poteſt adimpleri quocumque anni die: ergo etiam quocumque anni die poteſt adimpleri præceptum communionis. Conſequentia eſt legitima. Maior videtur cõſtare ex prædictis verbis Concilij. Minorem autem ſuppono *ex tract. de Pœnitentia capitulo 17. à numero 67.*

51 Pro hac noſtra ſententia poſſunt adduci quotquot affirmant, cum, qui prævidet impedimentum ſibi ſuperventurum ad communicandum in Paſcha, teneri ad præveniendum communionẽ. Hi ſunt *Silvius, Nugnus, Fagundez, & Gaſpar Hurtado citati à Diana tertia parte tract. 4. Reſol. 42.* Itèm quotquot affirmant, eum, qui in Paſcha non communicavit, teneri poſteà quàm primùm poſsit, communicare. Hi ſunt *Divus Antoninus, Sotus, Silveſter, Armilla, Victoria, Medina, Tabiena, Valentia, Ioannes à Cruce, Toletus, & Sà, apud eumdem Dianam ibi Reſolutione 41.* Si enim præceptum communicandi eſſet determinatum

ad

ad tempus Paſchale, quo fundamento dicere poſſent præfati Authores, vel præueniri debere; præviſo impedimento, vel non extingui obligationem, eo tempore elepſo? Facilè enim ipſis cõvinceretur oppoſitum inſtantia ieiunij alicuius vigiliæ, v.g. quod nemo tenetur prævenire, quocumque impedimento præviſo, & cuius obligatio ceſſat, elapſo die pro ieiunio præſcripto. Eadem inſtantia fit in officio divino recitando; in auditione miſſæ in die feſto: & in quocumque alio præcepto obligante pro determinato tempore. Scio, præfatos AA. ad diverſas diſparitates recurrere, quæ apud ipſos videri poſſunt. Ego enim exiſtimo, minus conſequentèr loqui Authores omnes, qui ex una parte affirmant, præceptum communionis obligare pro determinato tempore Paſchæ, & ex alia, aut præveniendam fore communionem; præviſo impedimento, aut non exigui obligationem, illo tempore elapſo. ¶ Poſſet etiam pro noſtra ſententia ſtrictiori iure citari Diana *ibi Reſolut.* 12. quatenùs (ſecutus Fernandez) affirmat in ſententia illorum, qui dicunt, præveniendam eſſe communionem, præviſo impedimento, dicendum eſſe, non teneri ad communicandum in Paſcha eum, reſpectu cuius ceſſavit impedimentum, ſi aliàs propter impedimentum exiſtimatum communionem anticipaverat. ¶ Itèm poteſt citari pro noſtra ſententia Layman (apud eumdem Dianam ibidem) quatenùs affirmat, eum, qui prævidit impedimẽtum futurum ad communicandum in Paſcha, non teneri ad præveniendum communionẽ, dummodo intra eumdem annum ſemel communicaverit. ¶ Demùm poteſt pro noſtra ſententia citari Auſonius *verbo communio num.* 7. quatenùs reddens rationem, quare debeat quis prævenire communionis tempus, præviſo impedimento, dicit: *Nam Eccleſia principalitèr ſolùm intendit, præcipere cõmunionem ſingulis annis; circumſtantiam verò temporis accidentalitèr, & ſecundariò.*

52 Sed, quòd præceptum cõmunionis neceſſariò ſit implendum pro determinato tẽpore Paſchæ, (hoc eſt, à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam Quaſimodo) Authores communiter potiùs ſupponunt, quàm diſputant. Et contra noſtram concluſionem opponent Tridentinum *ſeſſion.* 13. *Can.* 9. *dicens: Siquis negaverit, omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, cum ad annos deſcretionis pervenerint, teneri ſingulis annis, ſaltèm in Paſchate, ad communicandum, iuxta*

Digitized by Google

præceptum Sanctæ Matris Eccleſiæ anathema ſit : Ergo neceſſarium eſt communicare in Paſchate. Reſpondetur, quòd Eccleſia principaliter intendit ſolùm pręcipere communionē ſingulis annis; (ſicùt & confeſſionem ſimul præcepit in Concilio Lateranenſi; cuius præcepto tantùm obligamur hac tempeſtate, tàm ad communionem, quàm ad confeſsionem) circumſtantiam verò temporis (ſeu quòd communio fiat in Paſcha) ſolùm accidentalitèr, ſecundariò, & ex cōgruentia præcipit: vt ex Auſonio notabamus numero præcedenti.

53 Congruentia autem ſtat in hoc, quod cùm tempus illud Paſchale (à Dominica Palmarum, uſque ad octauam Reſurrectionis) ſit ſacratius, & maximè acceptabile; eoquòd in eo recolluntur ſacratiſsima illa myſteria Paſsionis, & Reſurrectionis Chriſti Domini; optaret quidem Eccleſia, ut omnes fideles ſacris actionibus confeſsionis, & communionis occuparentur. Tamen id præcipere noluit, præcepiſſe contenta, ne fideles ampliùs, quàm per vnius anni interuallum confeſsionem, aut communionem differrent, ſeu quòd ſingulis annis ſemel ſaltem, & confiterentur, & communicarent. Quo præcepto declaravit, hac noſtra tempeſtate ad hoc tantùm obligare duo divina præcepta confeſſionis, & communionis: quamvis aliàs initio ſurgentis Eccleſiæ fuerit præceptum Eccleſiaſticum declarativum divini, quo præcipiebatur quotidiana communio: (quidquid cum aliquibus obmurmuret Lugo *diſput. 16. à num. 9.*) & poſteà ad communicandum diebus Dominicis: inſupèr & à tempore Fabiani Papæ fuit reſtricta hæc obligatio ad ter in anno communicandum, nempè in Natiuitate Domini, Reſurrectione, & Penthecoſtes: quamvis de his præceptis nihil cōſtet omninò certū Patri Suarez: qui videndus eſt *diſput. 70. ſect. 2.*

DVB. XIIII.

54 **P**Etes 14. an in mortis articulo (aut periculo) teneatur infirmus communicare? Reſpondetur affirmativè. Quia extat præceptum Eccleſiaſticum (declarativum divini) obligans ad tunc communicandum: vt conſtat ex Concilio Cartaginenſi IV. *Canon* 77. ubi abſolutè, & abſque vlla limitatione præcipitur his, qui infirmantur (periculoſè) vt viaticum accipiant. Itèm conſtat ex Concilio Nicæno 1. *Can.* 12. ubi Euchariſtia ſumenda in fine vitæ dicitur viaticum neceſſarium. Et de-

demùm conſtat conſuetudine Eccleſiæ, in qua Euchariſtiam periculoſe infirmâtes ſumunt, tanquàm quid ex obligatione neceſſarium, etiam ſi tempore Paſchatis, immo etiam ſi præterita die communicaverint. Conſuetudo autem, qua aliquid fit, tamquàm ex obligatione neceſſarium, vel ſupponit præceptum anteà latum; vel, ſi non ſupponit, ipſamet inducit obligationem, legem, aut præceptum: vt benè vidit Diana 5. *par. tract.* 3. *Reſol.* 42. Hanc noſtram ſententiam defendunt communitèr, præſertim *Suarez diſp.* 70. *ſect.* 1. *§. Queres, Vazquez diſp.* 214. *capit.* 2. (addens, ita indubitatum apud omnes debere eſſe extare præceptum communicandi in articulo mortis, ut nullus ſine temeritate oppoſitum affirmare poſsit.) Ego tamen ab hac cenſura abſtinerem: quia, non eſſe mortale, omittere communionem in articulo mortis, docent *D. Bonaventura, Caietanus, Vict. Ledeſma, & alij apud* Dianam 3. *par. tract.* 4. *Reſol.* 40. *Chonich quæſt.* 80. *dub.* 3. *num.* 95. *Lugo diſputat.* 16. *ſect.* 2. *num.* 27. *& multi alij apud ipſos videndi.*

(.*.)

DVBIVM XV.

55 PEtes 15. an in mortis articulo teneatur communicare ille, qui iam in Paſchate communicaverat? Reſpondetur affirmativè. Quia diſtincta obligatione, aut præcepto tenemur ad communicandum in Paſchate, (aut ſemel in anno) ac in articulo (aut periculo) mortis. Illa enim nobis declarata fuit per Conciliũ Lateranenſe ſub Innocent. III. *in cap. Omnis utriuſque ſexus*; iſta autem, ſeu obligatio communicandi in mortis articulo per Cōcilium Carthaginenſe IV. Nicænum I. & conſuetudinem Eccleſiæ; ut paulò anteà expendebamus.

¶ Hinc deduco, Concilium Lateranenſe prædictum ſolùm declaraſſe obligationem, qua fideles tenebantur ad communicandum extra articulũ mortis. ¶ Deduco inſupèr, quòd ſi Eccleſia non declaraſſet, teneri fideles in articulo mortis ad communicandum, talem obligationem non haberent, ſi aliàs ſemel in vita communicaſſent. Quia præceptum divinum communicandi (ſi aliàs non adiungeretur declaratio Eccleſiæ, ſeu præceptum Eccleſiaſticum; quod eſt declarativum divini) unica communione impleretur: ut diceba-

mus *à num.* 43. Quarè, etſi noſtram concluſionem poſitam *num.* 54. defendant præcitati RR. ipſis tamen non eſt fidendum, quatenùs affirmant, ipſummet præceptum divinum communicandi ſatis determinare, quòd fideles tenentur ad cõmunicandum in mortis articulo. Ego enim exiſtimo, quòd, cùm ſolùm cõmunionẽ præcipiat, eſt ita indifferens, ut nullum tempus determinet, niſi reſpectu illius, qui ante articulum, aut periculum mortis numquam communicaverat.

56 Hanc noſtram illationem (nempè teneri ad communionem in articulo mortis etiam illum, qui in Paſchate communicaverat) defendunt *Granadus, Præpoſitus, Gaſp. Hurtado, & alij, quos citat, & ſequitur Diana* 5. *par. tract.* 3. *Reſol.* 42. addens, quòd ſic communiter tenent DD. ita vt Ochagavia *de Sacramentis tract.* 2. *de Euchariſtia quæſt.* 14. *num.* 4. afferat, hanc ſententiam neminem ſine temeritate negare poſſe. Ego autem ab hac ſenſura abſtinerem: cum oppoſitam opinionem toleret Eccleſia; illamque defendant *Armilla, Sa, & Victoia, eamque probabilem eſſe, doceat Tannerus apud Dianam ibi*, qui etiam videndus eſt *ibi Reſolut.* 33. Pro qua ſententia Vazquez *diſput.* 214. *cap.* 1. adducit Caietanũ, *Silveſtrum, Armilla, & Ledeſma.* Immò AA. hi poſſent reſpondere ad Concilia pro noſtra ſentẽtia *num.* 54. adducta, nullam inducere hac tempeſtate obligationem: etenim tota obligatio communicandi (ſicut & confitendi) iam reſtricta eſt ab Innocentio III. *in Concilio Lateranenſi cap. Omnis vtriuſque ſexus* ad annuam communionem (& confeſsionem) in Paſchate faciendam. Et cùm ibi nulla mentio fiat de communione in articulo mortis, nulla pro tunc currit obligatio reſpectu illius, qui in Paſchate communicaverat. Quæ reſponſio, etſi mihi non omninò arrideat; (quia caput illud *omnis vtriuſque ſexus* non loquabatur de conſtitutis in mortis articulo, ſed de valentibus tantùm) tamen falſitatis haud facilè convincetur.

DVBIVM XVI.

57 PEtes 16. an in mortis articulo, aut periculo teneatur communicare, qui paulò anteà ex devotione cõmunicaverat? Reſpondetur negativè. Quia conceptum communicandi in mortis articulo ſolùm intendit ſeu (propriùs loquendo) ſolùm vult, obligare ad communicandum paulò antequàm homo moriatur, ſeu ad hoc, vt homo non moriatur ſine Euchariſtiæ perceptione. Sed totum hoc ſalvatur, poſita communione ex devotione paulò antequam quis

quis in mortis articulum incurrat: ergo iam non tenetur in mortis articulo communicare. Propter hanc rationem Religioſus novitius, qui die ſuæ profeſsionis manè, ſeu ante profeſsionem recitaverat officium divinum integrum, excuſatur à repetitione alicuius partis. Idem dico de illo, qui ex deuotione recitaverat officium divinum, cui ſi eo die conferatur beneficium, non tenetur pro illo die aliquam partem officij repetere. Itèm, qui ex devotione audivit miſſam in loco, vbi non erat dies feſtus, & poſteà profectus eſt, & ante meridiem pervenit ad locum, vbi eſt dies feſtus, non tenetur aliam miſſam audire, ſed per priorem implevit præceptum. Aut, quia ſic præſumitur de mente legislatoris ſic præcipientis: *audias miſſam* (die Sācti Laurentii v.g.) *Si non ſupponatur audita: Recites ipſomet die profeſsionis officium divinum, ſi non ſupponatur recitatum.* Aut, quia vnuſquiſque in ſuis actionibus cenſetur habere intentionem virtualem, & implicitam implendi omnem obligationem quam poteſt, & debet, licèt fortaſſe eam tunc ignoret. ¶ Hanc noſtram concluſionem defendunt *Suarez, Henriquez, Coninch, Layman, & Diana, quos citat, & ſequitur Lugo diſp.16.ſect.3.num.37.* addens, hanc eſſe communiorē ſententiam, & quòd eam alij RR. cōmunitèr ſequuntur.

58 Sed infirmum tunc teneri ad communicandum, defendit Vazq. *diſput.214. cap.2. à num.13.* & a fortiori qui affirmant, eum, qui manè communicavit, ſi poſteà incidat in articulum mortis, teneri ad iterùm communicandum. Ita *G. Hurt. diſp 10. de Euch. diff. 2.* affirmans, ſic docuiſſe Vazquez in manuſcriptis; ſicque practicatum fuiſſe ſemel, & iterùm in Collegio Matritenſi Societatis Ieſu: atque huic ſententiæ ſubſcripſiſſe plures, & graves viros Academiarum Complutenſis, & Salmanticenſis. Et Diana *5.p.tract.3. Reſ 33.* adducit pro hac ſententia *Kelliſonium in 3.p tom.2.q.80. art.11. notab.2. Turrianum, & Ochagaviam.* Igitur omnes hi objiciūt nobis: lex impleri non poteſt, antequàm obliget: ſed ante articulum mortis cognitum non obligat præceptum communicandi in mortis articulo: ergo impleri non poteſt per cōmunionem factam ante mortis articulum. Reſp. maiorem non eſſe univerſalitèr veram: ſunt enim aliqua præcepta, quibus ſatisfieri poteſt per opus factū, antequàm incipiat currere obligatio; ſivè hoc proveniat ex benignitate, aut mente præſumpta legislatoris; ſivè quia vnuſquiſque cēſetur velle ſua actione implere omnem obliga-

ga-

gationem. Et aliàs legiſlator contentus manet, quod res præcepta ſit iam poſita: ut aliquibus exemplis id mõſtrabamus *num*.57.

59 Adde exemplum præcepti annuæ cõfeſsionis, quod quidem latum fuit in Concilio Lateranenſi, & tale concilium fuit abſolutum, & intimatum menſe Novembri anni 1215. (teſte Lugo *diſp*.16.*n*.39.) Quarè, qui eo anno ſemèl, aut ſæpè confeſſus fuiſſet, non eſt credibile, quòd obligaretur ad iterũ confitendum ante finem anni. Et ratio eſt, quòd huiuſmodi leges, aut præcepta (annuæ cõfeſsionis; audiẽdi miſſam diebus feſtivis; quotidiè recitandi officium divinum; & ſimiles) ſolùm intendunt, ſeu (propriùs loquendo) æquivalenter præcipiunt, quòd ſingulis annis, aut diebus tale opus ponatur à parte rei, ſeu quod non trãſeat illud tempus abſque illa operatione intra illud poſita. Cùm ergo legiſlator videat opus à ſe præceptum poſitũ fuiſſe intra tempus à ſe præſcriptum, meritò manet contentus, & reputamus, ſuæ legi fuiſſe ſatisfactum per actionem, quæ paulò antequàm accederet legis obligatio, fuit executa.

60 Obi.2. Vazquez ſi ante articulum mortis poteſt ſatisfieri huic præcepto, non apparet, cur non ſufficeret communio longiùs diſtans. Reſp. negando: eoquòd communio debet fieri tempore mortis: tempus autem mortis, ſicùt non eſt ipſa ſola dies; ſic nec tot' annus præcedens; ſed debet moralitèr computari iuxta humanam apprehenſionem, & conſuetudinem, qua ea omnia, quæ proximè facta ſunt, dicantur tempore mortis. Sic enim cœna, & inſtitutio huius Sacramenti dicitur facta à Chriſto D. tempore mortis, & in fine vitæ; licèt vulnera, & comprehenſio nondùm veniſſent.

61 Obi.3. per prædictã cõmunionem factam ex deuotione eſt ſatisfactum pręcepto cõmunicandi in articulo mortis? Ergo poſteà nõ poteſt infirmus accipere Euchariſtiam per modum viatici, ſeu non ieiunus: quia ſolùm ad implẽdum pręceptum divinum viatici ſumẽdi poteſt quis cõmunicare non ieiunus. Reſp. negando conſequentiam. Ad probationẽ dico, non ſolum diſpenſari in ieiunio propter divinum præceptum communicandi, ſed etiã propter maiorem neceſsitatẽ, vtilitatem, & conſolationem moribundi; cui pia mater Eccleſia indulget, vt ex intentione muniendi ſe, & præparandi ad viam poſsit ſemel communicare etiam nõ ieiunus: immò non ſemel, ſi perduret infirmitas: vt dicam *cap*.3.*à num*.44. & fert piorum vſus. ¶ Obiic. 4. ſi obligatio huius præcepti incipit

cipit ante egritudinem: ergo ſi aliquis ſciret ex revelatione, quòd ſequenti die incurreret morbum periculoſum, obligaretur ad accipiendum hodie viaticum. Reſp. hoc argumentum extra chorum ſaltare: nos enim non dicimus, quòd obligatio incipit ante articulum mortis; ſed, quòd poteſt ſatisfieri pręcepto communicandi, antequam accedat obligatio. Sed, hoc omiſſo dico, quòd, poſita tali revelatione, iã homo eſt in mortis articulo: iſte enim ſolùm eſt notitia mortis imminentis. (quòd enim notitia iſta habeatur naturalitèr, aut ſupernaturalitèr, parũ refert, & eſt de per accidens, ut quis dicatur eſſe in articulo mortis.) Quarè debet implere præceptum communicandi in articulo mortis ea oportunitate, & obligatione, ac ſi tale mortis imminẽtis periculum cognoviſſet naturalitèr, ſeu per cauſas naturales.

62 Notant AA. noſtræ ſententiæ communionem octo, aut quindecim diebus, antequã quis in ægritudinem periculoſam incidat, factam reputari paulò ante articulum mortis factam, ut quis dicatur præceptum communionis tunc adimpleviſſe. Vndè à fortiori infertur, non teneri ad communicandum illum, qui manè cõmunicaverat ex devotione, & eodẽ die incidit in mortis articulum, aut periculum. Ita à fortiori AA. pro noſtra ſententia citati *num.* 52. contra Gaſp. Hurt. Vazquez, & alios citatos *num.* 53.

DVB. XVII.

63 PEtes 17. An in articulo mortis (aut periculo) congruentius ſit communicare, quàm à communione abſtinere illum, qui paulò anteà cõmunicaverat? Reſp. affirmativè. Quia per novam communionem novam gratiam ſanctificãtem recipit, qua immeritò privaretur. Quarè non ſolùm tunc conſulenda eſt communio; ſed etiam communionis frequentia, ſeu quòd infirmus totiès, quotiès potuerit, ſeu ſibi licuerit, Euchariſtiam recipiat, vt maiori gratia munitus ſecuriùs è vita diſcedat, & ad gloriã iter arripiat. Quod magis, ac magis ex dicendis, & conſtabit, & roborabitur.

DVBIVM XVIII.

64 PEtes 18. An, qui in articulo mortis ſumpſit viaticum, teneatur iterùm cõmunicare, ſi poſteà peccaverit mortalitèr? Reſp. negativè. Quia, ſemel impleto præcepto per priorem communionem, iam deinceps non obligatur pro illo articulo, ſed pro alio.

Digitized by Google

Ita *Kelliſonius, G. Hurt. Lugo, & Ochagavia, quos citat, & ſequitur Diana 5. p. tract. 3. Reſ. 43.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Sotus, Tabiena, & Armilla ibi citati.* Pro quibus obijcies: qui eſt in mortis articulo, & alias implevit præceptum confeſsionis, tenetur iterùm cõfiteri, ſi poſt confeſsionem peccet mortalitèr: ergo ſimilitèr tenebitur communicare. Reſp. negando antecedens: cùm enim adimpleverit præceptum confitendi in articulo mortis; ex charitate naturali erga ſe ipſum ſolùm tenebitur ad acquirēdum gratiam per peccatum mortale deperditam: poteſt autem illam acquirere per contritionem, aut ſupernaturalem dilectionē Dei ſuper omnia. Quarè diſplicent mihi, qui, conceſſo antecedenti, negant conſequētiam, ſeu dicunt, diſparitatem eſſe, quòd Euchariſtiæ perceptio non eſt ſimplicitèr neceſſaria ad conſequēdum gratiam; benè tamen confeſsio.

DVB. XIX.

65 PEtes 19. an impleverit præceptum communicandi, (ſivè in articulo mortis; ſivè in Paſchate) qui indignè communicavit? Reſp. affirmativè. Quia poſuit materiã præceptam: præceptum enim non eſt de communione digna, ſed de communione tantùm. Confirmatur praxi Eccleſiæ, quæ non obligat ad iterùm communicandum, qui indignè cõmunicavit in Paſcha, aut in articulo mortis. Ita *Sotus, Azorius, Suarez, G. Hurt. noſtri Pitigianus, & Villalobos cum alijs, quos citat, & ſequitur Diana 3. p. tract. 4. Reſ. 43.* Eſtque ſententia Scoti *in 4. d. 4. q. 5. §. Reſpondeo verſ. Recipit ergo*, ſic loquentis. *Et hoc nota, quòd actualiter peccans mortalitèr in alio, ſivè in illo actu poteſt implere præceptum affirmativum etiam in illo actu.* Et expende, quòd loquebatur de illo, qui indiſpoſitus, ſeu fictè receperat baptiſmum: ad cuius receptionē tenebatur præcepto divino. Quarè ſentit, quod præceptum divinum poteſt impleri per actum alias peccaminoſum. Et ratio eſſe poteſt, quòd, quamvis Deus intendat, quòd per receptionem baptiſmi v. g. iuſtificemur: & conſequentèr, quòd ſanctè baptiſmum recipiamus: tamen hunc ſuum finē nobis non præcipit; ſed ſolùm; quòd baptiſmũ recipiamus: & ideò præceptum quoad ſubſtantiam implet, qui recipit baptiſmum; etiam ſi aliàs indiſpoſitus, fictè, ſeu peccaminosè baptiſmum recipiat.

66 Sed per indignam communionem non impleri præceptum communicandi tempore præſcripto; docent Silvius *in 3. p. q. 80. art. 12. quæritur 2. Nugnus in 3. p. q. 80. art. 1. diff.*

diſſ.2.dub.vlt.& alij teſte Diana ibi: & obijciunt, quòd præceptum communicandi in Paſchate, aut in articulo mortis non eſt pur Eccleſiaſticum; ſed eſt explicatio præcepti divini. Sed præceptum divinum, ſeu Chriſtus D. intendit præcipere cōmunionem non qualemcumq; ſed piam, & religioſam: ergo hanc etiam præcipit Eccleſia: ergo per peccaminoſam, & ſacrilegā nō impletur eius præceptum. Reſp. negando conſequentiam: quia, etſi tàm Chriſtus D. quàm Eccleſia intendāt communionem ſanctam; id tamen non præcipiunt; ſed tantū communionem: quarè implet præceptum, qui materiā præceptam apponit; etſi alias præcipiētis finis nō ponatur. Quia finis legis non cadit ſub lege: ut dictitant, &, Deo dante, dicam *in tract. de Legibus*.

DVB. XX.

67 PEtes 20. An, qui non communicavit, quando vrgēbat præceptum, ſeu tēpore præſcripto, teneatur cōmunicare poſteà, quàm primū poſsit? Reſp. negativè. Quia ſolùm pro illo tempore obligabat: ſicùt & præceptū quotidiè recitandi officium divinum; ieiunandi, &c. Ita *Sotus, Silveſter, Tabiena, D. Antoninus, Armilla, Valencia, Medina, Ledeſmā, Toletus, & Sà, quos citat, & probabilitèr ſequitur, Diana 3. p. tract. 4. reſ. 41*. Verum eſt prædictos AA. ſolùm loqui de illo, qui tempore Paſchæ non communicavit: quē remanere excuſatum ad poſtea cōmunicādum affirmant. Idemque abſq; dubio dicent de illo, qui in articulo mortis communionem omiſiſſet. Ego tamen, etſi poſterius concedam; non tamen prius. Quia exiſtimo præceptū cōmunicandi in Paſcha principalitèr intendere annuā cōmunionem; quòd autem communio fiat in Paſcha, ſolùm ex congruentia. Vndè infero, eū, qui in paſcha non communicavit, teneri ad communicandū vſque ad vltimum anni diem: quia tunc impletur tempus ſibi ad communicandum præſcriptum. Recolantur dicta *à n. 49*.

63 Sed eum, qui tempore præcepto non communicavit, adhùc teneri ad communicandum, defendunt *Nugnus, Suar. Azor, Coninch, Fagundez, Pitigianus, Layman, Silvius, & G. Hurt. citati à Diana ibi*. Qui obijciunt: terminus ad communicandum præfixus (vnius anni v.g.) nō aſsignatur, vt tunc ceſſet obligatio, ſed nè adimpletio poſsit vltra differri. Sicùt, quando in contractibus aſsignatur tempus, intra quod ſolutio debet fieri; (vnus annus v.g.) ſi ſolutio tunc non fiat, obligatio non extinguitur; ſed talitèr perſeverat, vt debeat

fieri

Digitized by Google

fieri ſolutio, quàm primū commodè poſsit; & quantò diutiùs differatur culpabilitèr, tantò magis peccatum augeatur: non ergo ceſſat obligatio communicandi, tranſacto tempore ad communicandum præfixo. Reſpond. negando maiorem: cùm enim ſint aliqua præcepta, quæ ita determinant tempus ad ſui impletionem, ut, eo tranſacto, extinguatur illorū obligatio; (ut ſunt præcepta ieiunandi, recitandi officium divinum, audiendi ſacrum die feſtivo, & ſimilia) ſintque alia præcepta, quorum obligatio non extinguitur, adhùc tranſacto termino præfixo ad illorum impletionem (vt præceptum ſolvēdi decimas; reſtituendi debitū, & ſimilia) ſi apertè non cōſtat, præcipientem voluiſſe obligare. Adhùc tranſacto termino à ſe præfixo, quo fundamento dicere poſſumus, id voluiſſe? Maximè cùm odia ſint reſtringenda; & mens legislatoris benignè ſit interpretanda: vt iam ferè eſt in proloquium. Recolantur, quæ diximus *in tractatu de Pœnitentia cap.17.à n. 70.*

DVBIVM XXI.

69 PEtes 21. An, qui prævidet impedimentum futurum ad communicandum tēpore a lege præſcripto, teneatur anticipare communionē? Reſp. negativè. Quia nemo tenetur obſervare legem, antequam obliget: ſed ante tempus a lege præſcriptum non obligat: ergo non tenetur eius obſervationem anticipare. Propter hanc rationem non teneor anticipare ieiunium, auditionem miſſæ, recitationem officij, &c. etiam ſi prævideā mihi tempore obligationis impedimentum aliquod ſuperventurum. Ita *Pitigianus in 4. diſt.9.q. 3.art.9. Azor t.1.lib. 17. c.41. q.13. & alij, teſte Diana 3.p.tract. 4.reſ.42.* Qui ſanè ſupponentes præceptum quotannis cōmunionis eſſe determinatum ad tēpus Paſchale, ſolùm de illo, qui prævidet, ſe impedimentū aliquod habiturum, ne cōmunicet tempore paſchæ, hoc dubium exagitant. Tamen idem dicturi fuiſſent de illo, qui prævidet, ſe impedimentum ſubiturum in articulo, aut periculo mortis. Ego autem, quamvis cum his AA. conveniam in vltimo; ſuppoſitū tamen prioris non admitto, nempè præceptum communionis paſchalis ita eſſe affixum illi tempori, ut ſit peccatum tunc illud non implere: exiſtimo enim, quòd, licèt communio ex congruētia debeat fieri in Paſchate, præceptum tamen ſufficiētèr impletur cōmunione quocumque anni die facta. Et conſequentèr exiſtimo, eum, qui prævidet aliquod impedimentum ſibi tempore Paſchæ ſuper-

perventurum, nec teneri ad anticipandum communionē; nec itèm manere deobligatū à præcepto quotannis communionis, ſed eo teneri quoadvſque ultimus dies anni percurrat, iuxta dicta *à nu n.* 44. *&* 49.

70 Sed in noſtro caſu eſſe obligationem anticipandi cōmunionem, defendunt *Silvius, Magnus, Fagundez, & G. Hurt. citati à Diana ibi*: & obijciunt, quòd limitatio illa *in Paſcha ad minus* ſcilicet fiat communio, non tollit obligationem communicandi antea, præviſo impedimento. Sicut, præviſo impedimento audiendi miſſam circa horam duodecimam, tenetur quis in anteriori hora miſſam audire. Reſp. AA. illos minùs conſequenter loqui, dū ex vna parte affirmant, præceptum communionis eſſe determinatum ad tempus Paſchæ; & ex alia dicunt eſſe obligationem præveniendi communionem propter impedimentum præviſum. Similitèr enim poſſent affirmare, eſſe obligationem anticipandi ieiunium, auditionem miſſæ, & recitationem officij divini propter præviſum impedimētū. ¶ Sed, hoc omiſſo, ſi limitatio illa *ad minùs in Paſcha* ita preſsè accipiatur, ut communioni præfigat, & determinet tempus, (ſicùt ieiunandi præceptum præfigit diem vigiliæ v.g.) nulla eſt obligatio anticipandi communionē propter impedimentum præviſum: alioquin eſſet etiam obligatio anticipandi ieiunium, auditionem miſſæ, & recitationem officij divini. ¶ Neque inſtant ia de impedimento audiendi miſſam circa horam duodecimā, vrget: quia ideo tenetur in anteriori hora miſſam audire, qui prævidet impedimentum ſibi hora poſtrema ſuperventurum; quia præceptum audiendi ſacrum obligat a primo manè vſque ad meridiem. & cùm iam homo ſit ſub obligatione audiēdi ſacrum, tenetur ſatisfacere præcepto. & conſequentèr ſi cognoſcat, in vltimo tunc obligationis non poſſe ſatisfacere, tenetur præceptum adimplere in alio anteriori nunc obligationis. Hoc autem non eſt anticipare ſolutionem obligationis: quia, cùm homo ſolvit, iam currit obligatio, ſeu ipſe eſt ſub obligatione. In noſtro autem caſu volunt AA. oppoſitæ ſententiæ, quòd anticipetur ſolutio obligationi, ſeu quòd homo communicet anticipatè ad obligationem, ſeu antequam currat obligatio communicandi.

DVBIVM XXII.

71 PEtes 22. An ſaltèm, qui intra tempus paſchale (id eſt, à Dominica Palmarum vſque ad Dominicā in Albis) ad-

Digitized by Google

advertit, ſe in vltimo die à cõmunione impediẽdum, teneatur anticipare communionẽ? Reſp. affirmativè. Quia tunc iam ſubiacet obligationi præcepti. Confirmatur exemplo illius, qui die feſto prævidit in vltima hora, qua miſſa celebrari ſolet, ſibi impedimentũ adventurum; ille enim tenetur in alia anteriori hora illius diei miſſam audire. Ita *Bonac. & Trullench, quos citat, & ſequitur Leandrus Trinitarius tract. 7. diſp. 3. q. 32.* Et quorũ ſententia vera eſt, ſi ſemel ſtatuatur, quòd præceptum annuæ confeſsionis limitatum eſt ad tempus paſchale. Quod cùm in noſtra ſententia non ſit verum, iuxta dicta *à n.* 44. non abſolutè, ſed conditionatè (ſi præceptũ annuæ communionis ad tempus Paſchale limitaretur) ſeu in aliorum ſententia hoc dubium diſputamus.

De illis, qui obligantur præcepto communionis.

De Infantibus, & pueris.

DVB. XXIII.

72 PEtes 23. An infantes teneãtur præcepto communionis? Reſpõd. negativè. Quia in illo textu dicitur: *cùm ad annos diſcretionis pervenerint.* Et meritò: ſunt enim incapaces præceptorum. ¶ Idem dicendum eſt de perpetuò amentibus, & perpetuò fatuis.

DVB. XXIIII.

73 PEtes 24. An infantes ſint capaces fructus huius Sacramẽti, hoc eſt, gratiæ ſanctificantis collatæ vi Euchariſtiæ? Reſp. affirmativè. Quia aliquando data fuit parvulis Euchariſtia: vt conſtat ex Tridentino *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. quam conſuetudinem communicãdi infantes in aliquibus locis nõ damnat Tridentinum; immo monet, non eſſe damnandum: quia tunc temporis habuit ſuas probabiles rationes. Vndè ſic argumentor. olim licitè dabatur parvulis Euchariſtia: ergo tunc illis præſtabat gratiam ſanctificantem: ergo & nunc etiam præſtaret, ſi applicaretur illis Euchariſtia. Patet vltima conſequentia: Eccleſiæ enim prohibitio hoc impedire non poteſt: cùm parvulo præcipi non poteſt, nè recipiat ſacramentum; ſed miniſtro, ne parvulo illud adminiſtret: atque adeò, etſi actio poſsit eſſe illicita ex parte miniſtri; non tamen ex parte recipientis. & conſequẽtèr, cùm Sacramentum non inveniat obicẽ (hoc eſt, peccatũ mortale præexiſtens in recipiente Sacramentum, aut in ipſa receptione ab ipſo patratum) in parvulo recipiente cõferet illi gratiam ſanctificantem.

Digitized by Google

tem. Sicut & illam parvulo contulit ſacramentum baptiſmi. *Ita Suar. diſp. 62. ſect. 4. Lugo diſp. 13. n. 10. Vazquez, & Diana, quos citat, & ſequitur Leandrus à Sacram. tract. 7. diſp. 3. q. 4.* ¶ Sed *Alex. Palud. Maior. Petrus de Soto Caiet. & aliqui alij à Recentioribus citati* oppoſitum defendunt; & obijciunt prohibitionem Eccleſiæ. Reſpondetur, hinc ſolum probari, miniſtrum peccare; non autem parvulum non recepturum gratiam ſanctificantem. ¶ Idem dicendum eſt de perpetuo fatuis, & amentibus.

DVBIVM XXV.

74 PEtes 25. An pueri obligentur præcepto annuæ communionis ſtatim ac annos diſcretionis attingerint? Reſpõdetur affirmatiuè. Quia præceptum communicandi eſt diuinum; & aliàs ab Eccleſia quantum ad hoc non eſt declaratum, aut limitatum: ergo obligabit ſicùt reliqua præcepta diuina decalogi: Sed iſta obligant ſtatim ac homo attingit annos diſcretionis: ergo & illud. Confirmatur à ſimili de præcepto cõfeſsionis: quò homo obligatur ab vſu rationis. Quod expreſſè expreſsiſſe videtur Tridentinũ *ſeſ. 13. can 9.* (merito inquit Leandrus *tract. 7. diſp 3. quæſt. 5.*) his verbis. *Si quis negaverit, omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, cùm ad annos diſcretionis pervenerint, teneri ſingulis annis, ſaltèm in paſchate, ad communicandum, iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ, anathema ſit.* Ita *D. Thom. quæſt. 80. artic. 9. ad 3. Paludan. D. Antoninus Tabiena, Ioannes Sancius citans Henr. Ledeſmam, Viualdum, & Marcillã. Tenent etiam Caſtrus Palaus, Philippus à Cruce, & Diana, (probabiliter) quos citat, & ſequitur Leandrus à Sacram. nuper citatus.*

75 Sed pueros non teneri præcepto communionis vſque ad decennium, ſentiunt *Suarez diſp. 70. ſect. 1. Ægidius, Bonacina, Granados, Diana, Lugo, Ochagauia, Trullench, Caietanus* (quem affirmaſſe, pueros non obligari hoc præcepto vſque ad vigeſimum annum, citat Angles *quæſt. de ſuſceptione Euchariſtiæ art. 7. diff. 2. pag. 140.* Sed forſan per errorem typographi: inquit præcitatus Leãdrus) *& Dicaſtillo.* ¶ Pueros autem non obligari præcepto communionis vſque ad duodecimum annum ſentiunt *Sotus diſp. 12. quæſt. 1. art. 11. Valẽcia, & Conradus.* ¶ Demum prædictum præceptum non obligare pueros vſque ad quatuordecim, aut quindecim annos dixerunt *noſter Rodriguez in ſumma cap. 54. concluſ. 2. Capeavilla.* Quos omnes citat Leandrus à Sacram. *tract. 7. diſp. 3.*

Digitized by Google

quæſt. 5. Igitur hi omnes conſpirant contra noſtram concluſionem: & obijciunt, requiri maiorē diſcretionē, ad cōmunionē, quàm ad confeſsionem. Reſp. hoc volūtariè dici; ſicùt & non pauca, quæ ad illud aſſumptum ſtabiliendum congerunt multi ex prædictis Auctoribus. Præ cæteris videatur Ioannes Sancius, *in ſelectis diſp.* 26. *per totam*, vbi doctè, & latè probat, puero ſtatim ac peccare nouerit diſtinguendo inter bonum, & malum, miniſtrari debere Euchariſtiam, licèt tā tùm attingat ſeptimum annum.

DVBIVM XXVI.

76 PEtes 26. An pueri priùs obligentur præcepto confeſsionis, quàm communionis? Reſpōdetur negativè. Quia ſic clarè colligitur ex capite *omnis vtriuſque ſexus*, & ex Tridentino *ſeſ.* 13. *can.* 9. vtrobique enim tàm ad communionem, quàm ad confeſsionem ſolùm exigitur vſus rationis. Secundò, quia non minor prudentia requiritur ad confeſsionem, quàm ad communionem: quamvis enim æquè facile poſsit informari puer de requiſitis ad confeſſionem ſacramentalem, (nempè de dolore ex motivo ſupernaturali, de examine prævio ad revocandum in memoriā peccata mortalia, & de integritate confeſsionis) ac de requiſitis ad dignam communionem. (De quo haud ſine vrgenti fundamento licet dubitare) Requiritur tamen prætereà nō exigua fortitudo ad propalandum peccata: defectu cuius nō rarò ſacrilegæ fiunt confeſsiones non ſolùm à pueris, ſed etiā ab adultis. Ita AA. *num.* 74. citati. Et fauent AA. qui dicunt, in articulo mortis adminiſtrandam eſſe Euchariſtiam pueris ſtatim, ac ſunt capaces recipiendi ſacramentum confeſsionis. Hi autem ſunt *Armilla, Henr. Caiet. Salas, Tannerus, Reginaldus, Suarez, Nugnus, Nauarrus, & Vivaldus, quos citat, & ſequitur Diana* 5. *part. tract.* 3. *Reſ.* 44. *Sancius, & Lugo, & alij communitèr: vt teſtatur Leandrus à Sacram. tract.* 7. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. Vbi pro oppoſita ſententia adducit *Vazq. Suarez Ochagauia, Hurt. Cordubam, Præpoſitum, Trullench, Dicaſtillo, & Dianam qui* 3. *p. tract.* 6. *Reſ.* 70. *& in Additionibus Reſ.* 19. *multos alios AA. adducit*. Nullam tamen aliam rationem expendunt, niſi iam tactam, & ſolutam, nempè quòd ad communicandum requiritur maior rationis vſus, quàm ad confeſsionem.

Digitized by Google

DVBIVM. XXVII.

77 PEtes 27. An puero danda ſit Euchariſtia pro viatico, quando dubitatur de eius capacitate? Reſpondetur affirmativè. Quia in ſimili dubio adminiſtranda eſt confeſſio: ergo & communio. Immò addo, eſſe obligationem grauē communicandi; ſicùt & confitendi. Et ratio eſt, quòd lex diuina communicandi obligat omnes: ergo, vt quis eximatur ab hac obligatione debet, certò probare, ſe habere certam excuſationem, & non ſufficit habere dubiam: cùm lex ſit in poſſeſſione: & in dubijs melior ſit conditio poſſidentis. Propter hanc rationē tenetur puer, de cuius capacitate dubitatur, accedere ad confeſſionem, & recipere illam, ſeu ſacramentum Pœnitentiæ, ſaltèm ſub conditione. Et fortè propter eamdem rationem teneor confiteri peccatum dubium: cùm enim lex diuina me obliget ad confitendum omnia mortalia, vt aliquod omittam, debeo eſſe certus, non eſſe mortale, aut à me, non fuiſſe commiſſum: lex enim poſſidens prævalet meæ libertati. Hanc concluſionem quoad primam partem (nempè tunc poſſe Euchariſtiam miniſtrari) tenet Lugo *diſput. 13. à num. 43.* quem ſequitur Leandrus exiſtimans, idem ſentire Henriquez, *lib. 8. cap. 42. in fine.* Poſteriorem autem partem (nempè tunc eſſe ſub graui obligatione recipiēdam Euchariſtiam) mihi videtur, convincere inſtantiam confeſſionis, & alia nupèr dicta.

78 Sed oppoſitū à fortiori defendent AA. qui affirmant, pueros non obligari præcepto communicandi ſtatim, ac ad vſum rationis perveniūt. Hi ſunt *Vazquez, Suarez, & alij, quos num. 71. citavimus.* Itèm oppoſitum poſterioris partis concluſionis (hoc eſt, tunc puerum eſſe obligatum) defendunt Lugo ibi, & Leandrus *tract. 7. diſp. 3. quæſt. 8.* Et obijciunt. Quandiù non conſtat, aliquem cōprehenſum eſſe à lege, non obligatur obſervare talem legem: ergo puer, de cuius capacitate dubitatur, non obligatur præcepto communionis. Patet conſequentia: quia præceptum iſtud ſolùm imponitur capacibus. Reſpondetur hoc argumento probari; puerum, de cuius capacitate dubitatur, non teneri præcepto confeſſionis: neque adultum teneri ad confitendum peccatum dubium: multique alij eximerentur à lege. Quarè, conceſſo antecedenti, negatur conſequentia: ad probationem dico, quòd, cùm lex ſeu præceptum communionis (ſicùt & confeſſionis) im-

Digitized by Google

imponatur capacibus, ſeu habentibus vſum rationis; comprehēdit omnes capaces: & cōſequentèr aliquo modo comprehendit illum, de cuius capacitate dubitatur. Et ideò, vt ab obligatione obſeruandi legem eximatur, debet ipſe probare, ſuam incapacitatem eſſe certam, & non dubiam.

DVBIVM XXVIII.

79 PEtes 28. An confeſſarij, & puerorum parentes peccent mortalitèr non permittendo, illos communicare ſtatim, ac ad vſum rationis, aut ad annos diſcretionis pervenerunt? Reſpondetur affirmativè. Quia ſunt cauſa, vt pueri tranſgrediantur præceptum divinum communionis. Ita *Ioannes Sancius in ſelectis diſp. 26. n. 10. & Leander tract. 7. diſp. 3. q 7.* Sed oppoſitum defendunt *Suar. & A A. num. 70. citati, & alij apud Sancium ibi num. 6.* ducti ſuo illo familiari fundamento, quòd maior diſcretio requiritur ad communionem, quàm ad confeſsionem, ſeu ad peccandum. Vnde in præſenti inferunt, confeſſarios, & puerorum parentes meritò non permittere illis communionem vſque ad ampliorem ætatem. Sed, cùm prædictum fundamentum nobis non probetur, & ex ſuperioribus præſertim *num. 75. & 76.* ſit everſum; nihil in præſentiarū reſtat reſpondendum.

DVB. XXIX.

80 PEtes 29. An pueri non communicantes in paſchate ligentur pœnis canonis, (ſcilicèt priuatione ſepulturæ, & ingreſſu Eccleſiæ) ſi nondùm pubertatem attigerint? Reſpondetur negatiuè. (anni pubertatis in viris ſunt quatuordecim completi; in fœminis autem duodecim etiam completi) Quia ſic præſumitur de mente, & animo legiſlatoris; necnon & cuiuſcumque Epiſcopi præcipientis communionem v. g. tempore ab Eccleſia taxato ſub pœna excommunicationis: præſumitur, (inquam) nolle ligare pueros, aut fœminas, antequàm impleverint annos pubertatis. Sumiturque *ex cap. Pueris de delictis puerorum*: vbi Greg. IX. loquens de pueris ante annos quatuordecim, in quibus pubeſcunt, dicit, eos peccare poſſe: & ſubdit: *Quamvis in eis non ita vt in maioribus punienda videantur.* (peccata) Ita *Suarez, Ochag. Sa, Diana, Vazquez, & Sancius, cum alijs, quos citat, & ſequitur Leandrus tractatus 7. diſputat. 3. quæſt. 6*

81 Sed

Digitized by Google

81 Sed *Ægidius diſp. 13. dub. 6. num. 45. Alterus lib. 3. diſput. 10. cap. 4. & G. Hurt. diſp. 7. de Pœnitent. diff. 9.* dicunt, impuberes optimè poſſe ligari pœnis Eccleſiaſticis. Et obijciunt: Impuberes peccant, ſeu tranſgrediuntur legem, cui annexa eſt à iure pœna priuationis ſepulturæ, & ingreſſus Eccleſiæ; & ab homine (ſcilicèt ab Epiſcopo) aliquando pœnæ excommunicationis maioris latę ſententiæ ergo nō implentes pręceptum annuæ communionis, aut confeſsionis incurrūt prædictas pœnas. Reſp. negando conſequentiam: præſumitur enim de benigna præcipientis mente, & intentione, nolle in tam tenera ætate ad tam graves pœnas obligare: & merito: quia huiuſmodi ætas non videtur ſufficiens ad intelligendum ordinem iudiciarium. Propter quod nec de iure citari poſſunt impuberes: vt ex Granado *tractat. de legibus fol. 251. num. 38.* notat Ioannes Sancius *in ſelect. diſp. 26. num. 18.* Vel dicendum eſt cum Suarez *tom. de Cenſuris diſput. 5. ſect. 1. num. 19.* quòd licèt valida, eſſet excommunicatio, quæ ab homine ferretur in impuberes: cùm nullum ius inveniatur illam irritans; iniuſtè tamen ferretur ante pubertatem, & non ſecundùm debitum ordinem. Vnde cùm Epiſcopus ferens excommunicationem in non accipientes Euchariſtiam in Paſcha, præſumatur iuſtè, & ſecundùm debitum ordinem procedere; præſumitur quoque, nolle impuberes ligare. Quòd idem docet Fillicius *tom. 1. tract. 11. capit. 5. num. 130.* Neque incurrere irregularitatem puerum occidentem ante pubertatem docent Auila *de cenſur. 7. part. diſput. 6. ſect. 1. dub. 13. & Henriq. cap. 3. num. 4. litt. Z.* (contra Granad. & Sanchez) igitur cùm ex regula iuris *in 6.* odia reſtringenda ſint, fit, impuberes non incurſuros excommunicationem, aut cæteras pœnas; niſi poſt annum quartum decimum completum in viris; & duodecimum etiam completum in fœminis.

DVB. XXX.

PEtes 30. An amentibus, & fatuis ſit concedendum cōmunicare? Reſpondetur affirmativè. Claritatis tamen gratia diſtinguamus.

De amentibus, & fatuis ab infantia.

82 DE perpetuò amentibus, perfectèque fatuis certum eſt, non obligari præcepto communionis: quia ſunt incapaces obligationis cuiuſcumque legis, aut præcepti. Sicùt *num. 72.* notabamus, loquendo de infantibus. Sunt

tamen capaces gratiæ ſanctificantis, quæ datur vi Euchariſtiæ. Sicùt etiam de infantibus dicebamus *num. 68.* ¶ Affirmant etiam communiſsimè AA. non poſſe prædictis Euchariſtiam miniſtrari. Quia id conſuetudine prohibitum eſt: (inquit G. Hurt. *diſp. 9. de Euchariſtia diff. 20. in principio*) Ego autem pro comperto haberem, illicitum eſſe, prædictis, necnon, & infantibus Euchariſtiam miniſtrari, ſi mihi probarent AA. hanc conſuetudinem introductam eſſe cum legitimis conditionibus obligantibus ad culpam. Tamẽ cũ hoc non facile probare poſsint, fateor quidem conſuetudinem; dubito tamen de illius obligatione. Vnum certum ſcio, nempè, quòd, quamvis Eccleſia (*in Trident. ſeſ. 21. cap. 4. & can. 4.*) definierit, Euchariſtiæ perceptionem non eſſe neceſſariam parvulis, antequàm ad vſum rationis perueniant: (Idem dicendum eſt de amentibus, aut fatuis ab infantia: in vtriſque enim eadem ratio reperitur, ſcilicet, quòd gratiam per baptiſmum ſibi collatam amittere non poſſunt.) nullibi tamen determinavit, illis Euchariſtiã adminiſtrare, eſſe illicitum. ¶ Nec fortè ſatis conſultò id determinaretur: cùm ex vna parte Sacramentum illis applicatum cauſaret augmentum gratiæ ſanctificantis: & ex alia irreuerentiæ expulſionis facilè multotiès occurri poſſet. Hoc enim irreverentiæ excuſſo impedimento, peto ab Auctoribus rationem, cur prædicti augmento gratiæ ſanctificantis collatæ in communicatione priuentur? Eò præſertim, quòd ab Eccleſia communio illis non eſt prohibita. Propter quod ego minimè damnerem illum, qui ſine irreverentiæ periculo fatuis, & ab infantia amentibus concederet communionem, aut communiones, quas illis amentibus, qui aliquando vſi ſunt ratione, & poſteà in amentiam inciderunt, AA. concedunt. Et mihi quidem vrgentiori ratione: cùm de iſtis nullum ſubeſt dubium, quòd ſint in gratia baptiſmali: de illis vero aliquando poterit dubitari; an ſint ſub gratia ſanctificante?

De amentibus, qui aliquando vſi ſunt ratione.

83 His aliquando concedenda eſt communio, ſi aliàs certò non conſtet, illos ſub peccato mortali exiſtere; quando in amentiam inciderunt. Quia ſic decernitur, ſupponitur, aut ſaltèm commendatur in Concilio *Cartaginenſi 4 Can. 74. & in Arauſi-*

Vauſicano cap. 3. & in Toletano 11. can. 11. Et meritò: quia ſunt capaces receptionis Sacramēti; necnon, & augmenti gratiæ à Sacramento cauſati: (non minùs quàm ſunt capaces infantes) ergo non apparet, cur Sacramento priuentur; ſi ex vna parte non timeatur fuiſſe ſub peccato, quando in amentiam venerunt: & ex alia periculo irreuerentiæ occurratur. Ita *D. Thom. quæſt. 80. articul. 9. Palud. Sotus, & Vazquez, quos citat, & ſequitur G. Hurtad. diſput. 9. diff. 20.* dicens, quod ſic communitèr ſentiunt Theologi. Idem tenet Diana 2. *part. tract. 14. Reſ. 79. citans etiam Zambranum, & Choninch.*

84 Sed oppoſitum defendunt *Alex. 4. part. quæſt. 11. memb. 2. articul. 3 & Gab. in 4. diſtinct. 9. quæſt. 2. articul. 3. dub. 4.* Et obiiciunt, quòd, vt aliquis licite recipiat Euchariſtiam, debet, ſe ipſum probare, an ſit in ſtatu gratiæ, & inter hunc cibum ſpiritualem, & cibum corporalem diiudicare: ſed amentes hæc facere non poſſunt: ergo neque communicare. Reſpondetur, maiorem ſolùm eſſe veram de adultis: quia de iſtis ſolum loquitur Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. (vnde prædicta maior fuit aſſumpta) iuxta Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 7.* vbi declarat, eam probationem ibi peti ab Apoſtolo præmittēdam eſſe ſumptioni Euchariſtiæ, *vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quamtumvis ſibi contritus videatur abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat.* Ly autem *conſcius,* & ly *contritus,* necnon & ſacramentalem confeſſionem faciens neceſſario expoſcunt adultum ratione vtentem.

85 Notant multi ex Auctoribus noſtræ ſententię, concedendam eſſe Euchariſtiam prædictis amentibus non quotannis, ſed ſolùm in articulo mortis. Non (inquàm) quotannis ob reuerentiam huius ſacramenti. Benè tamen in articulo mortis: vt in articulo tantæ neceſſitatis non priuentur fructu Euchariſtiæ. (inquit præcitatus Hurt.) Ego tamen tàm longæuæ detentioni in communicando; necnon & rationi, qua ducuntur prædicti AA. acquieſcere, non poſſum. Si enim prædicti ab Eccleſia non ſunt communicare prohibiti; immò à præcitatis concilijs id præcipitur, aut ſupponitur, aut ſaltèm admonetur: & aliàs Eccleſiaſticum præceptum (declaratiuum diuini) obligat non impeditos ad communicādum quotannis ad minus in paſcha; (aut fortè ad non differendum communionem ampliùs quàm per vnius anni intercapedinem: vt nos

autumamus) quarè prædicti amentes ab hac obligatione eximuntur.

86 Præterea, ſi ipſis concedunt communionem AA. ſine irreuerentia in articulo mortis; cur ſine irreverentia non poterunt quotannis communicare? Inſupèr, ſi propter amentiam amittere non poſſunt gratiam, in qua inveniuntur, (vt ſupponimus) quarè pro anguſtijs illius articuli cōceditur illis communio, vt recipiant fructū illius, aut augmentum gratiæ: iſta enim non egent ad tolerandum anguſtias ſpirituales, ſeu tentationes: has quippè non patiuntur: cùm tunc peccare non poſſint propter amentiæ ſtatum. Neque egent prædicta gratia ad tolerandum anguſtias infirmitatis, aut mortis: etenim ægrè ferent Theologi, poni gratiam ſanctificantem, aut eius augmentum præcisè ad tolerandum anguſtias infirmitatis corporalis ſine ordine ad meritum, aut ad actiones virtuoſas patientiæ, fortitudinis, aut alterius virtutis.

87 Dices; tunc temporis concedi prædictis amentibus communionē propter augmentum gratiæ ſanctificantis, ad cuius menſuram recepturi ſunt gloriam; quo augmento immeritò tunc priuarentur. Placet quidem mihi reſponſio; quia veriſsima: non enim alia ratione concedebat antiquitas parvulis ante vſum rationis in aliquibus locis communionem; (vt ſupponit Tridentinum *ſeſ. 21. cap.* 4. quem morem non damnat, ſolùm contentum admonere, numquàm ſanctiſsimos illos Patres exiſtimaſſe communionem eſſe parvulis neceſſariam) niſi, vt non priuarentur augmento gratiæ in vita, & vberiori gloria in æternitate. Igitùr vera eſt, & mihi quidem amiciſſima ſolutio: ipſa tamen ſuppoſita, rogo AA. illius: cur non quotannis ſaltèm, aut potiùs cur non multotiès amentibus concedatur Euchariſtia, ſi in qualibet noua communione noua gratia (quæ eſt augmentū præexiſtentis) amentibus concedatur in tempore, & ad menſuram illius vberior gloria in æternitate? Certè mihi reſponſio non occurrit: & fortè nemo haud ægrè reſpondebit. Quarè ego conſequentiùs cum noſtro Alenſi, & Gabrieli (*num.* 84. citatis) negarem prædictis amentibus aliquando communionem; quam cùm Auctoribus noſtræ ſententiæ illam ſolùm in articulo mortis, & non quotannis, immò & multotiès, hoc eſt, quotiès irreverentiæ periculum abeſt, concedendam eſſe, exiſtimarē. Quid ergo? Exiſtimo, ſub obliga-

ga-

Digitized by Google

gatione gravi communicandos eſſe quotannis: ſub conſilio autem ſæpè, ſeu quotiès irreverentiæ periculum prudentèr non timeatur.

88 Fateor quidem, me communiſsimo uſui, viridæque conſuetudini adverſari, cùm tamen valida, atque me (nec ſolùm fortè) convincente muniar ratione, non horreſco. Vt enim in ſimili benè expendit Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.26.num.21.* quando novus uſus introducitur ſine ſufficienti ratione, & cauſa, vituperabilis eſt; laudabilis verò, quando cum cauſa. Olim enim prævalebat cõſuetudo nõ miniſtrandi Euchariſtiam damnatis: & tamen iam reformata eſt motu proprio Pij V. & lege Philippi II. anno 1569. vt oppoſita iuri divino; & iuri poſitivo cap. *Quæſitum 13. quæſt. 1.* Extabat prætereà conſuetudo non cõfirmandi pueros, niſi attigiſſent quintumdecimũ, aut ſaltèm duodecimũ ætatis annum, ex concilio Aurelianenſi; vt refertur *De conſecrat. diſt. 5. cap. Vt ieiunij.* Reformata tamẽ eſt, & datur infantibus confirmationis Sacramentum. Non ergo mirum, reformãdam eſſe conſuetudinẽ nõ adminiſtrandi Euchariſtiã amentibus prædictis niſi in articulo mortis. Hucuſque ferè ad vnguem præcitatus Sancius: qui, etſi non de amentibus, ſed de pueris habẽtibus vſum rationis, nõ tamẽ annum duodecimum attingentibus loquatur, tamen duplici illo damnatorum, & confirmationis exemplo, aut inſtantia æquè noſtrum ſuadet intentum.

89 Sed antequàm hic proficiſcar aliam inſtantiam, non minùs efficaciam expendo. Extabat perantiqua conſuetudo nubendi ſpedones, aut eunuchos: hanc tamẽ noſter Sixtus V. penitùs extinxit ſuo proprio motu anno 1587. non ſolùm prohibens iſtorum futura matrimonia; ſed etiam ſeparationem factorum præcipiens (de quo legatur Villalobos *t. 1. tract. 14. diff. 18. num. 8.*) Quod nullatenùs faceret, niſi illorum matrimonia ex ſe ipſis eſſe irrita iudicaret. Si ergo tam longæva conſuetudo cõtra ius naturale, & divinum percrebuit; quid mirum, ſi contra ius divinum, & Eccleſiaſticum quotanniscommunicandi, prævaluerit conſuetudo non communicandi prædictis amentibus, niſi in mortis articulo? ¶ Nec itèm multitudo Authorum, qui oppoſitam ſentẽtiam defendunt, me terret. Etenim (vt etiam benè notat præcitatus Sancius *ibi num. 5.*) cùm Thomas Sanchez *lib. 5. de matrimonio diſput. 16. num. 4.* propoſuiſſet illam quæſtionem: *An ex ſciẽtia habita in confeſsione poſſet quis, negare ſuffragium pœnitenti?* & pro affir-

Digitized by Google

affirmativa ſententia attuliſſet nonaginta novem AA. ipſe tamen cum Armilla, & Bannez negativæ adhæſit (quam poſteà non pauci tamquàm veriorem amplectuntur) multitudini Authorum rationem efficaciorẽ proferẽs. Et merito: quia *amicus Plato; amicus Socrates, ſed magis amica veritas.*

De ſemifatuis.

90 VOcant ſemifatuos illos, qui imperfectum rationis uſum habent; vt ſunt quidam Æthiopes. Quibus AA. communionẽ in Paſchate permittunt, ſecluſo irreverentiæ periculo. Ita *Henr. lib. 8. cap. 42. num. 3. Poſſevinus, Perlinius, Reginaldus, & Bonac. quos citat, & ſequitur Diana 5. p. tract. 6* Reſ. 7. Et ratio eſſe poteſt, quod non apparet, cur exími poſsint à præcepto annuę communionis (in Paſchate ex cõgruentia ſaltèm, adimplendo) quod præceptum, etſi ſit Eccleſiaſticum, eſt tamen declarativum præcepti divini communicandi; quo prędictos eſſe obligatos, nõ videtur dubitandum. ¶ Adde cum Ioanne Sancio *diſp. 26. n. 5.* neque apparere, cur frequẽtia communionis fatuis ſit deneganda: ſi enim quando ſemel communicãt, nullam committunt irreverentiam, (alioqui illis communio non permitteretur) nec committent pluries communicando. Immò cum longè maiori reverentia accedet ſecunda vice ad comunionem; ſiquidẽ accedit cum gratia in prima communione cõparata.

DVB. XXXI.

91 PEtes 31. an ſurdus, & mutus à natiuitate poſſit, & debeat communicare? Reſpond. affirmatiuè. Quia vt in plurimum ſurdi, & muti ſunt perſpicacis ingenij, & facilè quæcumque difficilia percipiunt per nutus, & ſigna, quibus & ipſi ſuos cõceptus facile manifeſtant, ut cum Sanch. *de Matrim. t. 2. lib. 4. cap. 8. num. 12.* notant multi. Vnde fit, facilè poſſe inſtrui de neceſſarijs ad receptionem Euchariſtiæ, nempè de præmiſſa confeſsione mortalium; de reali continentia Chriſti D. & de naturali ieiunio ad cõmunionem neceſſariò. Semel autẽ ſtatuto, quòd ſufficiẽter poſſunt inſtrui, certum debet eſſe, teneri præcepto annuæ cõmunionis, & in articulo, aut mortis periculo: & conſequentèr, quòd poſſunt, & debent communicare. Ita Iacobus *Marchantius, quem citat, & ſequi videtur* Diana 5. p. tract. 6. *Reſolut. 7. & Auſonius verb. Communio n. 5.*

(.*.)

De

Google

De excommunicato.

DVBIVM XXXII.

92 PEtes 32. an excommunicatus teneatur præcepto annuę communionis; necnon, & ad quærendum abſolutionem, ut impleat præceptum communicandi, quando iam iam urget? Reſpond. negativè. Quia, quandiù quis eſt excommunicatus, communicare non poteſt: ergo tunc non obligatur illo præcepto communicandi: & conſequentèr non tenetur ad quærēdum abſolutionem, quādo inſtat communionis præceptum. Probatur conſequentia a ſimili de incarcerato; immo & de excommunicato: qui non peccat no audiēdo Miſſam die feſto: eo quòd, dùm eſt in carcere, Miſſam audire non poteſt. Immo neque illo præcepto audiendi Miſſam cogitur ad quærendum abſolutionē, ut Miſſam audiat. Sicùt incarceratus propter debita, etſi peccet contra iuſtitiam nō ſolvendo creditoribus, ſi commodè poteſt ſolvere; non peccat non audiēdo ſacrum quia, dùm eſt incarceratus, Miſſam audire non poteſt: immò neque tenetur citiùs ſolvere, ut ſacrū audire poſsit: Vt docet Diana *5. p. tract. 9. Reſol.* 88 Sic ergo in præſenti: cùm excommunicatus communicare non poſsit, communionis præcepto non tenetur: & cùm communicare tunc non teneatur, nec utique tenetur ad quærendum abſolutionem, ut communicare poſſit, ſeu, ut communicandi præceptum adimpleat. (Idem dicendum eſt de homine interdicto.) Ita ex parte *Navarrus cap. 21. num.* 48. *Azor. Fagundez, Trullench, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſput. 3. q.* 33. Dixi, hos AA. *ex parte* tenere noſtram ſententiā: quia, etſi affirment, excommunicatos, & interdictos excuſari à præcepto annuæ communionis: addunt tamen, hoc eſſe intelligendum, quando per ipſos non ſtat, quod abſolutio detur: nam, ſi per ipſos ſteterit, peccabunt ſanè contra hoc præceptum.

93 Tamen hoc, quod addunt prædicti AA. mihi non probatur: oppoſitum enim cōvincit exemplum allatum incercerati non audientis Miſſam: etenim hic, non ſolùm nō peccat contra præceptum audiendi ſacrum, illud nō audiēdo; (eo quod, dùm eſt incarceratus, Miſſam audire non poteſt) ſed neque non exhibendo debitam diligentiam. Ob hanc quippè negligentiam peccabit ſanè cōtra iuſtitiam; ex qua tenetur ſolvere debitoribus, aut ſaltèm facere ſufficientem diligentiam ad ſolvendum; non tamen peccabit cōtra religionem, ſeu contra præceptum

au

audiendi ſacrum. Igitur, ſi prædicti AA. fatentur, excommunicatos, & interdictos excuſari à præcepto annuæ communionis: (quia illud implere non poſſunt) fateantur etiam nobiſcum, eſſe excuſatos ab obligatione quærendi abſolutionem, ex vi præcepti communionis.

94 Sed *Coninch de ſacram. diſp. 14. art. 7. num. 56. & Laymā lib. 2. tract. 5. p. 2. capit. 2. num 3. quos citat, & ſequi videtur Diana 5. p. tract. 9. Reſol. 88.* exiſtimāt, excōmunicatum peccare contra præceptum communicandi, ſi omittat, quærere abſolutionem, quando eam facile cōſequi poteſt. Pro quibus obijcies. communio eſt inſtituta, vt perfectiùs Chriſto D. & eius corpori uniamur: ergo præceptum comunicandi obligat nos, ut tollamus ea omnia, quæ hāc unitatem impediunt. Reſpon. negando conſequentiam. quia finis legis non cadit ſub lege: & ideò, quamvis Chriſtus D. præcipiens communionem, necnō & Eccleſia intendant talem vnionem, eam tamen non præcipiunt, nequè quòd tollantur impedimēta illius unionis; ſed ſolum præcipiunt communionem. Propter quod *à num. 65.* dicebamus, impleri præceptū tam divinum, quam Eccleſiaſticum communicandi per communionem ſacrilegam.

De non baptizatis,

DVBIVM XXXIV.

95 PEtes 34. an infideles nō baptizati teneātur præcepto divino communionis? (de Eccleſiaſtico non eſt dubiū: cùm Eccleſia ſolū poſsit obligare eos, qui ſunt intra Eccleſiam per receptionem baptiſmi) Reſpond. negativè. Quia nimis durum videtur affirmare, Paganos teneri ad receptionem baptiſmi non ſolū vi præcepti baptiſmi, ſed etiā vi præcepti communionis, ut ſic poſſint communicare: ut in ſimili dicebamus *tract. de Pœnitentia cap. 17. num. 25.* Ita *Scotus in 4. d. 18 q. 1. art. 3. Magnus, Sanch. Bonac. Fagund. Machado, Diana 8. p. tract. 7. Reſol. 81. & Candidum, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 2. q. 2.*

96 Sed adultos non baptizatos obligari præcepto divino comunionis, defendunt *Suar. diſp. 69. ſect. 2. Vazq. Ægidius, Reginaldus, Filliuctus, Granadus, Lugo, Becanus, Trullench, & Ochagavia* dicens, id eſſe certum: *atque ex parte Dicaſtillo, & Petrus à S. Ioſeph. apud præcitatum Leandrum.* Et obijciunt illud Ioannis 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sed non conſtat, Chriſtum D. his verbis exclu-

ſiſ

ſiſſe non baptizatos: ergo hi etiam tenentur præcepto communionis prædictis verbis cōtento. Reſpond. negando minorem: prædicto enim præcepto ſolùm comprehendit Chriſtus D. capaces implendi illud: qui autem non ſunt baptizati ſunt proximè incapaces communicandi. ¶ Obi. 2. tota lex Evangelica obligat omnes infideles poſt ſufficientem promulgationem: ergo & hęc particularis lex de communione. Reſp. diſtinguendo, aut explicando antecedens: eſt enim verum de ſubiectis capacibus; nō autem de incapacibus. qualis eſt homo ante receptionē baptiſmi: immò & poſt baptiſmi receptionem parvulus nō obligatur ante uſum rationis.

De damnatis ad mortem.

DVBIVM XXXV.

97 PEtes 35. an damnatus ad mortem teneatur communicare? Reſpond. affirmativè. Quia, ſuppoſito, quòd extat præceptum communicādi in articulo mortis; (vt diximus *à num.* 19.) & aliàs non diſtinguit de morte naturali, aut violenta, ſeu a iudice illata: obligabit ſanè prædictum damnatum. Immò & idem dicendum eſſet, ſi mors iniuſtè inferenda eſſet à tyranno. Ita *Suar. diſp. 69. ſect. 3. Henr. Fagundez, Diana, & Trullench, quos citat, & ſequitur Leandrus à Sacram. tract. 7. diſp. 2. quæſt. 9.* notans ex Dicaſtillo, quòd poſt decretū Pij V. *anno* 1589. non poteſt damnatis Euchariſtia negari.

98 Nota (*contra Victorellum, & Navarrum*) poſſe prædictum damnatum communicare non ieiunū; immò & ad hoc teneri, ſi ei tempus opportunū communicandi ſub ieiunio nō concedatur. Quia tunc urget præceptum divinum communicandi; cuius obligatio præferenda eſt obligationi ortæ ex præcepto Eccleſiaſtico, quâ tenemur ieiuni cōmunicare. Ita *Suarez, Ægidius, Zambran⁹, Laymam, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 3. tract. 6. Reſ. 59. Quibus Leandrus ibi quæſt. 10 addit Sà, & Lugo diſp. 15. num. 72. &* 73. qui notat, nullo modo teneri iudicem ad differendum mortem delinquentis, etiam ſi cōmodè poſſit, ut ieiunus cōmunicet.

99 Inſuper nota, iudicē teneri ſub mortali concedere reo tempus ad communionem faciendā. (ſecluſo aliquo damno, aut alia iuſta cauſa.) Quia reus tenetur tunc iure divino ad communicandum: ergo & iudex ad non impediendum adimpletionem illius præcepti. Et ideò merito, & ſanctiſsimè Pius V. anno 1569. ſuo proprio motu improbavit contrariam conſuetudinē, ſeu potiùs corrup

ruptelam in Hiſpania vrgentem; contra ius divinum. Ita *Suar. diſp. 69. ſect. 3. Henriq. Bonacina, Fagundez, Petrus Navarra, Regiraldus, Silveſter. Hurt. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi q. 11.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Sotus lib. 5. de iuſtitia, & iure q. 1. art. 3. ad ſecundum, Tabiena, Victoria, Navarrus, Covarrubias, Ledeſ. Zerola, & Filtiucius citati à prædicto Leandro.* Et objiciunt contrariã conſuetudinem. Reſpond. improbatam fuiſſe à Pio V.

100 Diſplicent tamen mihi *Fagundez præc. 3. lib. 1. cap. 4. num. 3. Bonac. diſp. 4. q. 7. puncto 1. num. 7. & alij*, qui addunt, teneri iudicẽ ſub mortali opportunum tempus communicandi concedere reo ad mortem damnato etiã in caſu, quo timeat, aut certò ſciat, reum eo tempore fugiturum. Hoc, inquam, diſplicet: quia iudex nõ tenetur cum tãto damnò iuſtitiæ concedere tempus ad Euchariſtiam recipiendã; eo maximè quòd ſine reali eius receptione poteſt ſalvari. Ita *Petrus Navarra, Sotus, Dicaſtillo, Reginaldus, & Ochagavia, quos ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 1. quæſt. 12.* Et quamvis pro oppoſita ſententia ibi adducat *Bonacina diſp. 4. q. 7. puncto 1. num. 6, & Fagund. præce. 3. lib. 1. capit. 4. num. 3.* notat tamen, malè pro illa citari *Silveſtrum, Sà, Toletũ, & Petrum Navarra:* pro illis aut em nullam adinvenio rationem. Quia omninò voluntariè diceretur, iudicẽ ad hoc obligari vi charitatis proximi. Cũ præceptum charitatis nõ obliget cum tanto diſpendio; eo præſertim, quòd Euchariſtiæ receptio nõ eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem.

101 Addo *cum prædicto Leandro ibi quæſt. 15. Soto, Reginaldo, Bonac. & Petro de Navarra*, non teneri iudicem, liberare a morte reum, qui non vult Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtię ſuſcipere, etiã ſi ſciat, ipſum reum in peccato mortali moriturum. Quia ad iudicem ſpectat, punire peccata: ad reũ autẽ, ſe ad mortem diſponere intra tempus ſibi convenientèr oblatum. Addit tamen *Dicaſtillo cum Bonacina*, quòd caſu, quo reus noluerit intra tempus conſuetum ſibi à iudicè conceſſum ſe præparare ad confeſſionem, & Euchariſtiam, tenebitur iudex, aliquam dilationem duorum, aut trium dierum reo concedere, ſi ſperet, fore, ut reus intra id tempus pœnitentiam agat. Quia ad hoc videtur charitas obligare.

102 Deniquè nota, poſſe damnato adminiſtrari Euchariſtiam ipſo die mortis, immò & teneri, niſi alias poſt ſententiam, ſibi intimatã pridiè mortis iam communicaverit. Quia urget preceptum communicãdi in mortis articulo. Ita *Navar-*

varrus, *Sà*, *Maiolus*, *Ioannes Sancius*, *& Diana*, *quos citat*, *& ſequitur Leandrus ibi quæſt*.13.
¶ Sed oppoſitum defendunt *Zerola*, *Vega*, *& Iulius Clarus cum alijs apud Dianam*, 3. *p. tract*. 6. *Reſol*. 59. Et obijciunt, eſſe indecens communicare eodem die ſupplicij. Reſpon. hoc gratis dici. Et quamvis apud ſimplices hinc naſcatur aliqua admiratio, parvipendenda eſt, ne omittatur adimpletio præcepti divini de cõmunicãdo in articulo mortis.

103 Quinimmò addendum eſt, poſſe adminiſtrari damnatis Euchariſtiam vna hora ante ſupplicium. Quia intra ſpatiũ unius horæ certum eſt ſpecies ſacramentales digeri. Ita *Sancius diſput*.40.*num*.4. *Navarrus*, *Fagundez*, *Clavis Regia*, *Sotus*, *Diana*, *& Dicaſtillo*, *quos citat*, *& ſequitur Leandrus tract*.7. *diſp*.2. *q*.14. ¶ Sed oppoſitum defendunt *Henriquez lib*.8.*cap*.5.*n*.4. *& Ortiz*, qui exiſtimant, dandam eſſe damnatis Euchariſtiã vno die ante mortem. Itèm *Victorellus*, *& Sà*, qui affirmant, dandam eſſe damnatis Euchariſtiam tribus, aut quatuor horis ante mortem. Immeritò tamen: cùm intra unius horę ſpatium ſpecies digerantur.

104 Quod ntelligendum eſt etiam de novitèr ad fidem converſis. (neophytos vocãt) Hi enim in articulo mortis naturalis, vel violentæ baptizati debẽt eo modo, quo poteſt, inſtrui de myſterio Euchariſtię, & communicare. Quia, cùm iam per baptiſmum Eccleſiam intraverint, tenẽtur præcepto divino, & Eccleſiaſtico communicandi in mortis articulo. Ita Diana 5. *p. tract*. 3. *Reſ*. 43. *ſecutus Ioan. Sancium in ſelect. diſ*.40. *à num*.3.

De perſonis Religioſis.

DVB. XXXVI.

105 PEtes 36. an perſonæ Religioſæ (aliæ a Benedictinis) teneantur communicare plus quàm ſemel in anno? Reſp. negativè. Itaquè niſi ſpeciale votũ intercedat, aut ſpecialis Religionis conſtitutio obligans ad culpã, vi præcepti divini, aut Eccleſiaſtici nõ tenetur perſonæ Religioſę, pluſquàm ſemel in anno communicare. Quia non apparet, vndè oriatur hæc obligatio. Ita communis ſententia, quam ſequitur *P. Leandrus tract*. 7. *diſp*. 3. *q*. 2. *& pro qua citat Coriolanũ*, *Filliucium*, *Fagundez*, *& Trullẽch*. ¶ Sed oppoſitum affirmãt *Tabiena verb. Communio num*. 14. *Armilla verb. cõmunio num*. 16. *& Navarrus cap*.21.*num*.*vlt*. Et obijciunt, quòd *in Clementina Ne in agro* §. *Sanè de ſtatu Monach*. pręcipitur Benedictinis, vt ſingulis menſibus cõmunicẽt. Et in Tridentino *ſeſ*.25.*cap*.10.

De

De Regularibus idem præcipitur Monialibus. Reſp. cum prędictis AA. quod in his decretis non præceptum, ſed conſilium datur. Quod de Tridentino no eſt mihi dubium: ibi enim non præcipitur, immò neq; admonetur perſonis Religioſis vſus Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ; ſed Epiſcopis, & alijs ſuperioribus Monialiũ, vt curent, quòd Moniales ſingulis menſibus confiteantur, & communicent. Si autem in capite illo *Ne in agro*, non ſolùm conſilium, ſed etiam præceptũ contineatur (vt loquendo de confeſsione ſuppoſuimus *in tract. De Pœnit. cap. 17. num. 49.*) ſolùm ligabit Benedictinos: nõ autem alias perſonas Religioſas: de quibus non loquebatur, & ad quas ſine aliquo fundamento extenderetur.

De Papa.

DVB. XXXVII.

106 PEtes 37. an Papa teneatur præcepto annuæ communionis? Reſp. affirmatiuè. Quia ratio naturalis poſtulat, vt caput conformetur corpori ſuo. Ita AA. qui affirmant, Papam teneri præcepto annuę confeſsionis: quos adduximus, & ſecuti ſumus *in tract. de Pœniten. cap. 17. num. 56. quibus adde Fagundez precep. 3. lib. 1. capit. 6. num. 11. & Leandrum tract. 7. cap. 3. q. 34* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Ricardus in 4. diſt. 17. q. 4. artic. 2. ad 5. Ioannes Andreas, & Filinus, quos ſequitur Navarrus in cap. Placuit de Pœniten. diſt. 5. num. 32.* Pro quibus obijcies: etſi præceptum communicandi ſit divinum: & ideò obliget Papam ad aliquãdo communicãdum; determinatio tamen ad ſemel in anno eſt præceptum Eccleſiaſticum: ergo Papam obligare non poteſt. Reſp. diſtinguendo conſequens: eſt enim verũ de vi coactiva: falſum autem de vi directiva: ut, Deo dante, dicam *in tract. de legibus.* ¶ Vim coactivam vocant poteſtatem legis, vi cuius legiſlator poteſt obligare ſuum inferiorem ad tolerandum pœnam a ſe impoſitã pro trãſgreſsione legis. Et hac vi dicunt communitèr AA. non obligari ſupremum legiſlatorem humanum. Directivã vim legis vocant poteſtatem, qua poteſt obligare in conſcientia ſuum ſubditum ad ſervandum legem à ſe latam. Et hac vi obligari ſupremum legiſlatorẽ humanum ad ſervandum ſuas leges, dicunt communitèr. Ego tamen *in tract. de legibus* (typis non mandato) *diſp. 4. q. 3. n. 8.* cum eruditiſsimo Lorca dixi, dicamq; in prædicto tractatu, aliundè provenire hanc obligationem, nempè ex ratione naturali dictante conformitatem capitis cum membris.

De

De ænergumenis.

DVB. XXXVIII.

107 **P**Etes 38. an ænergumeni, ſeu à dæmone poſſeſsi corporalitèr poſsint, & debeant communicare? Reſpond. affirmativè. Quia nulla lege eſt illis prohibitum. Ita *D. Thom. 3. p. quæſt. 80. artic. 9. Suarez, Vazquez, & Bonac. quos citat, & ſequitur Gaſp. Hurt. diſp. 9. diff. 21.* ¶ Dices, quòd tempore Dionyſij, & Concilij Flibertini (celebrati Hiſpaniæ circa tempora Sancti Silveſtri Papæ primi, & Concilij Nizeni) omnibus, aut aliquibus ænergumenis ex cauſa aliqua rationabili negabatur non ſolùm communio, ſed etiam intereſſe conſecrationi: etſi in mortis articulo communio illis concederetur. Reſp. hoc iam fuiſſe antiquatum. ¶ Sed, quòd ænergumenis ob aliquod peccatum mortale obſeſsis non eſſe concedendam Euchariſtiã, tenuerunt *noſter Alenſis 4. p. q. 11. membro 2. art. 3. Sanct. Tho. in 4. diſp. 9. quæſt. vnic. art. 5, q. 3. Armilla, & Sil veſter apud prædictum Hurt.* Qui AA. neſcio quid nobis obijcere poſsint, ſuppoſito, quod peccatum ſit confeſſum: vt ſuppono.

(∴)

DVB. XXXIX.

108 **P**Etes 39. an tempore interdicti fideles teneantur adimplere præceptum annuæ communionis? Reſpond. affirmativè. Quia in iure novo per caput *Alma mater* conſtat non obligare interdictũ in quatuor feſtivitatib[9] anni; ex quibus vna eſt Paſcha; pro qua ſpecialitèr obligat (obligatione congruentiæ ſaltèm) præceptum communionis. Ita *Navarrus capit. 17. num. 178. & Hinojoſa in ſuo directorio v. Euchariſtia fol. 230. quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 3. quæſt. 13.* ¶ Sed oppoſitum defendunt, *D. Antoninus 3. p. tit. 26. cap. 4. Silveſter, Sotus, & Covarrubias ibi citati.*

De loco, vbi implendum eſt præceptum annuæ communionis.

DVB. XXXX.

109 **P**Etes 40. an hoc præceptum adimplendum ſit in propria Parochia? Reſp. affirmatiuè. Itaquè, niſi parochus, aut Epiſcopus licentiam præſtet, communio, qua præceptum annuæ communionis adimpletur, fieri debet in propria Parochia. Ita *Suarez diſp. 72. ſect. 2. Hẽriq. Azor, Reginaldus, Bonacina, Fagundez, Granados, & communiter omnes: con-*

F *cludit*

cludit Pater Leandrus tract.7.diſput.3.q.14. Et conſtat ex capite Omnes vtriuſque ſexus: ubi ex eo, quòd proprij Sacerdotis fit mentio, dicunt omnes AA. in prodria Parochia faciendam eſſe communionem.

DVB. XXXXI.

110 Petes 41. an, ad implendum præceptum, ſufficiat, cõmunicare in Cathedrali Eccleſia? Reſp. negativè. Quia uſu eſt receptum, hoc præceptum eſſe adimplendum in propria parochia. Ita *Bonac. de Sacram. diſp. 4. q. 7. p. 2. n. 11.* (quem immeritò pro oppoſita ſententia citat Machado *t. 2. lib. 2. p. 4. tract. 7. doc. 1. n. 3.* vt advertit Leãdrus *diſp. 3. q. 15.*) *Trullench, Sanchez, Baſſeus, & alij, quos ſequuntur Diana 9. p. trac. 9. Reſol. 64. & Leãdrus ibi.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Machadus ibi, Genuenſis, Poſſevinus, Piaſecius, Barboſa, Sà, & Geſualdus citati à Diana ibi.* Et obijciunt. Eccleſia Cathedralis eſt communis Eccleſia diœceſis; in qua reſidet communis paſtor, qui poteſt appellari propriꝰ Sacerdos omniũ fidelium illius diœceſis; ergo, qui ibi communicat, cõmunicat in propria Parochia. Reſpond. cum Diana ibi, nullo iure probari poſſe, Cathedralem Eccleſiam eſſe communem Parochiam totius diœceſis.

DVB. XXXXII.

111 Petes 42. an præceptum annuæ communionis poſsit aliquando adimpleri communicando in Eccleſijs Mendicantium? Reſpond. affirmativè. Tùm, quia peregrini ſatisfaciunt dicto præcepto communicãdo in dictis Eccleſijs: vt docent *Sanchez lib. 3. de Matrim. diſp. 23. num. 17. & 18. Lugo diſput. 18. num. 51. & multi alij, quos citat, & ſequitur Leãdrus tract. 7. diſput. 3. quæſt. 17.* Quãmvis *D. Antoninus in cap. 1. de ſepult. num. 8. Silveſt. Victoria, & alij* exiſtiment, peregrinos debere confluere ad Eccleſiam Cathedralem, & matricem, vt impleant præceptum annuæ communionis. Tùm, quia ex licentia parochi poſſe vbique impleri hoc præceptũ, docent *Azor, Fagundez Hinojoſa, Trullench apud Leandrum, quos ipſe ſequitur* addens, eſſe communem ſententiam adeò, vt pro oppoſita nullum auctorẽ adducat.

DVB. XXXXIII.

112 Petes 43. an ſæculares ex ſola tacita, & præſumpta licentia Parochorum poſsint adimplere præceptum annuæ communionis in Eccleſia Mendicantium? Reſpondetur affirmativè, ſi rationabilitèr præſumi-

ſumitur, Parochum daturum talem licentiam: negativè tamen, ſi prudentèr iudicetur, illam negaturum. Quia, cùm hoc pendeat ex licentia, parochi; quando iſta expreſsè non habetur conceſſa, aut negata, regula cognoſcendi, ſi habenda eſt pro conceſſa, aut negata, eſt eius voluntas rationabilitèr, aut ſecūdum rectam rationem, aut prudentialitèr præſumptam. Cùm autem prudens iudicium pendeat ex diverſis circumſtantijs, perſonarum, vbi, & quando, cur, &c. non poteſt generalitèr præſumi, ſemper Parachum aut conceſſurum licentiam, aut illam ſecundum rectam rationem concedere debere, vt, ad implendum præceptum communionis, ſui parochiani ad Eccleſias Mendicantium concurrant. Sicuti neque præſumi poteſt, illam omnibus, & ſingulis perſonis ſemper negaturum. Quare exiſtimo, regulam generalem de hòc aſsignari, non poſſe. Exiſtimo itèm, quòd regularitèr non eſt prudentèr præſumendum, Parochum conceſſurum talem licentiā, aut illā concedere debere: quia hi rationabilitèr volunt retinere ſuum ius, hoc eſt, quod oves concurrant ſaltèm ſemel in anno ad proprium ovile, & recognoſcant ſuum paſtorem?

113 Vndè non omninò placet mihi P. Leandrus à Sacramēto qui *tract. 7. diſp. 3. dub. 18.* abſolutè, & abſque aliqua limitatione affirmat, poſſe ſæculares ex ſola tacita, aut præſumpta licentia Parochorum adimplere præceptum communionis in Eccleſijs Mendicantium. Pro qua ſententia citat *Navarrum. Henr. Sotum, Rodriguez, Facund. Sanchez, Portel, Suarez, Gran. Dianam, & Lugo.* Debebat tamen advertere, ſe loqui de licentia rationabilitèr præſumpta; immò & quòd regularitèr nō debet rationabilitèr præſumi licētia iſta. In quo ſenſu, & nō in alio intelligo præcitatos AA. præſertim videantur *Lugo diſput. 16. num. 51. & Diana 3. p. tract. 2. Reſol. 12.*

DVB. XXXXIV.

114 PEtes 44. an ſæcularibus, non pro præcepto cōmunionis implendo, ſed ex devotione cōmunicantibus, poſſint Religioſi Euchariſtiam miniſtrare die Dominicæ Reſurrectionis? Reſpondetur affirmative. Quia prohibitio Religioſis facta miniſtrandi ſęcularibus Euchariſtiā illo die ideò fit, ut ſæculares ſuas adeant parochias ad ſatisfaciēdum præcepto cōmunionis: ergò illis, qui iam præcepto ſatisfecerunt; aut aliàs habent animum altera die ſatisfaciendi; non interdicitur communicare ex devotione, vbi ſibi placuerit: & conſequentèr nequè Reli-

gioſis illis Euchariſtiam tunc miniſtrare. Ita *Suarez*, *Filliucius*, *Bonac. Fagundez*, *Nugnus*, *Ioannes à Cruce*, *Sà*, *Granados*, *Rodriguez*, *Portel*, *Hinojoſa*, *& Lugo diſput.* 18. *num.* 50. qui benè notat ex Layman, in dubio prçſumi debere; eos, qui tali die communicaturi accedunt; ſatisfeciſſe iam, vel habere animum ſatisfaciendi in ſua parochia. Sic etiam *Diana* 8. *p. tract.* 1. *Reſol.* 88. *citans Vazquez*, *& Ægidium. Quos omnes citat, & ſequitur Leandrus tract.* 7. *diſput.* 3. *quæſt.* 20.

115 Sed oppoſitum defendunt Bonacina Clericus, *diſput.* 4. *quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 12. (loquendo tantùm de illo, qui in propria parochia præceptum non implevit: de illo autem, qui iam implevit oppoſitum docet *diſput.* 4. *quæſt.* 7. *puncto* 2. *num.* 9.) *Navarrus*, *Azor*, *Samenſis*, *Henriq. & Trullench*, *apud Leandrum ibi.* Qui obijciunt: In privilegijs Mendicantibus conceſsis, vt fidelibus poſsint adminiſtrare Euchariſtiam, excipitur dies Reſurrectionis: ergo non eſt licitum, tunc illam ſæcularibus miniſtrare. Reſp. cõſequentiam eſſe veram, ſi miniſtretur ad implendum prçceptũ annuæ confeſsionis: falſam autem, ſi ex ſola devotione, aut ſupererogatione adminiſtretur.

(.§.)

DVBIVM XXXXV.

116 PEtes 45. an quilibet Sacerdos poſsit miniſtrare Euchariſtiam moribundo in abſentia Parochi? Reſp. affirmativè. Quia tunc adeſt licentia illius rationabilitèr præſumpta. Immò adde, quod, ſi Parochus nollet communicare infirmũ, poſſet adhùc quilibet Sacerdos illi viaticum conferre. Quia habet licentiam præſumptam Epiſcopi, aut Papæ. Ita *Suarez diſput.* 72 *ſect.* 2. *Lugo diſp.* 18. *à num.* 52. *Henr. Fagundez*, *& alij*, *quos citat*, *& ſequitur Leandrus diſput.* 3. *quæſt.* 23.

¶ Sed oppoſitum defendunt *Navarrus cap.* 21. *num.* 52. *Silveſter*, *Abbas*, *Archidiaconus*, *& alij apud Fagundez præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Qui citat Suar. dicens, ſibi eſſe cõtrarium: Lugo tamen ibi optimè vindicat Suarez ab hac contrarietatis impoſtura: & propter illam contra Fagundez muſitat. Sed, hoc omiſſo, obijciunt prædicti Authores: Euchariſtiæ perceptio in articulo mortis non eſt abſolutè, aut ſimplicitèr neceſſaria ad ſalutem: ergo ſine urgente fundamento præſumitur licentia Epiſcopi, aut Papæ contra ius Parochi. Reſpond. negando conſequentiã: ſufficit enim, quòd ſit valdè vtilis; & aliàs præcepta præcepto, tàm divino, quã Eccleſiaſtico, vt

ut prudẽtiſsim præſumamus, adeſſe Epiſcopi, aut Papæ licẽtiam ſupplentem defectum Parochi, aut refrenantem eius iniuſtam nolitionẽ; vt ſic ægrotus tunc maximè ſubſidijs indigens adiuvetur: habeatque conſolationem illam non modicam ortam ex adimpletione præcepti communicandi in articulo mortis.

117 Addit P. Leandrus *ibi q.24.* poſſe etiam quemlibet Sacerdotem miniſtrare Euchariſtiam ad implendum præceptum annuæ confeſsionis, deficiente Parocho, aut nolẽte per ſe ipſum Euchariſtiam miniſtrare, aut licentiam concedere. Quia etiam in hac neceſsitate rationabilitèr cẽſetur cõcedi licentiam, aut ab ipſo Parocho, (ſi abſit) aut ab Epiſcopo, aut a Papa corrigente iniuſtam Parochi nolitionẽ, vt ſic oves impleant præceptum cõmunicandi; nec defraudentur fructu ſacramẽti. Quod & probabile reputari à Diana *p. 10. tract. 11. Reſol. 31.* affirmat prædictus Leãdrus. Cui ſubſcribo.

DVB. XXXXVI.

118 PEtes 46. an extet aliquod privilegiũ, vi cuius poſsit communicari extra Parochiam pro implendo præcepto annuæ cõmunionis? Reſpond. affirmativè. Quia Nicolaus V. id conceſsit Religioſis de Guadalupe, ut habetur *in compendio ordinis S. Hieronymi §. 2.* Quod Breve adhùc ſuum vigorem habere, probat Ludovicus de S. Iuan *q. 8. de Euchariſtia art. 3. dub. 3. per totũ, & diff. 3. per totam.* Et noviſsimè P. Lugo *diſp. 18. num. 49.* ſic loquitur: *Cæterum, ſi id inveniatur per Bullam, vel Breve aliquod conceſſum, non video, cur non habeat adhùc ſuum vigorem.* Et, cùm privilegia omnia illi monaſterio conceſſa ſint iam extenſa ad omnia monaſteria eiuſdẽ ordinis per Pium IV. & V. etiam ſi non militent in eis eædẽ cauſæ; vt ex Emmanueli Rodriguez notat Lugo ibi: & aliàs omnes Religiones habeant cõmunicationem privilegiorum: fit, vt omnes Religioſi habeant privilegium communicandi ſeculares etiam pro implendo præcepto annuæ communionis. Ita *Bega 4. p. caſ 4. Emman. Rodriguez t. 1. qq Veg. q. 56. art. 3. Hieronymus à Sorbo, Ioã. à Cruce, Lugo* (ſuppoſita veritate illius Brevis,) *& alij apud Leandrum tract. 7. diſpot. 3. q. 19* *Quibus addo noſtrum Hugonem Chaſſaing t. 1. privilegiorum Mendicantium p. 2. tract. 8. cap. 2. propoſit 6*

119 Ipſe tamen ut probabilius defendit, non poſſe Religioſos miniſtrare Euchariſtiã pro implendo præcepto annuæ cõmunionis: (adhùc ſtante prędicto privilegio) pro qua ſententia citat *Navarr. Henr. Soro,*

Sanchez, Portel, Gran. Diana, & Fagund. qui Fag. addit, contrariam ſententiam non poſſe ſecurè amplecti. Hoc tamen additum diſplicet Leandro: quia contraria ſententia (inquit) eſt probabilis: ut benè *Diana, Trullench, & cõmunis.* Sed, hoc omiſſo, obijciunt: quòd dictum privilegium eſt ſtrictiſsimè interpratandum: vtpotè contra ius commune. Reſp. ita eſſe: tamẽ quamvis ſtrictiſsimè interpretetur, non eſt negandũ id, quod expreſsè concedit.

120 Extat etiam privilegiũ Bullæ Cruciatæ, quo cõceditur ſumenti illam facultas cõmunicandi de manu cuiuſcumque Sacerdotis ſine licentia Parochi, etiam tempore interdicti. (Et conſequentèr conceditur cuicumque Sacerdoti, poſſe illo tempore Euchariſtiam miniſtrare) Virtute cuius privilegij poſſe, extra parochiã impleri præceptum annuæ communionis, affirmat Machado *t. 1. lib. 2. p. 4. tract. 7. n. 6.* tamquã probabile, & ſecurũ in praxi. Quod, etſi nõ credam: quia in illo Bullæ privilegio expreſsè excipitur dies Paſchæ; hoc eſt, communio tunc facta ad implendũ præceptum cõmunicandi: conſultò tamen, quid dixerit Machado, ne id ignoraretur, placuit annotare.

121 Inſupèr extat quædam Bulla Pauli IV. cõcedentis nobis Minoritis, poſſe quovis tẽpore ægrotis ſæcularibus, etiã extra noſtros cõventus degentibus miniſtrare Euchariſtiam, excepto die Paſchatis, idque inconſultis Parochis. Quare, ſic poſſe fieri, affirmant *Ioannes de Cruce epit. lib. 2. cap. 5. dub. 5. concluſ. 1. Portel verb. ſacram. addit num. 6. & Hinojoſa verb. Euchariſtia fol. 229. & alij apud Leandrum tract. 7. diſp. 3. q. 22.* ¶ Ipſe tamẽ oppoſitũ defendit, nempè virtute huius privilegij non poſſe Mendicantes communicare infirmum, vt adimpleat præceptum communicandi in articulo mortis. Pro qua ſentẽtia adducit Navarrum Henr. Fagund. & Suarez: dicitq; eſſe aliorum. Et obijcit: quod privilegium iſtud debet ſtrictiſsimè interpretari: utpotè contra ius commune. Reſpon. ita eſſe: cùm autem in ipſo concedatur poſſe adminiſtrare Euchariſtiã ægrotis quovis tempore, excepto ſolo die Paſchatis, fit planè cõcedi nobis, poſſe illis miniſtrare Euchariſtiam pro viatico.

DVB. XXXXVII.

122 PEtes 47. an Religioſi poſsint Euchariſtiam miniſtrare in Paſchate, & in articulo mortis familiaribus, & ſervitoribus actualitèr inſervientibus monaſterijs, ſeu Religioſis intra monaſteria commorantibus? Reſpond. affirmativè. Quia id conceſſerunt Clemens

mens IV. Benedictinis, Innocent. VI. & Sixtus IV. Auguſtiniis, & Leo X. Minimis. Ita *Ioãnes à Cruce in epit lib. 2. cap. 5. dubio 4. concluſ. 1. & capit. 6. dub. 1. concluſ. 1. Portel num. præcedente citato* addens, idem eſſe ſentiẽdum de famulis cõiugatis dormientibus nocte extra convẽtum: cùm hi etiam ſint continui commenſales. In quam ſententiam tandem inclinare *Bonac. Sanchez, Trullench, Dicaſtillo, & Dianam, notat Leãdro tract. 7. diſp. 3. quæſt. 25. quam & ipſe ſequitur.* Quarè non ſunt audiendi *Sà verb. Euchariſtia num. 9. & Fagund. pracep. 3. lib. 1. capit. 5. num. 5.* oppoſitum affirmantes. Sed obijciunt, prædicta privilegia eſſe per Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 11.* revocata. Reſpon. negando: immò ibi expreſsè manutenentur: ſic enim loquitur: *exceptis tamen his, qui prædictis locis, aut militijs actu ſerviunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia vivunt.* Solùm ergo ibi fuit revocata dicta cõceſsio reſpectũ familiarum extra ſepta, ac domos Religioſorum commorantium. quibus in dictis privilegijs erat etiã conceſſum recipere dicta ſacramẽta à religioſis: ut advertit Ioannes à Cruce *in epit. lib. 2. cap. 5. dub. 4. concluſ. 1.*

(*.)

De communione ſub utraque ſpecie.

DVB. XXXXVIII.

123 PEtes 48. an laici teneãtur communicare ſub utraque ſpecie? Reſpond. negative. Quia ſic definitur in Trident. *ſeſ. 21. cap. 1. & can. 1.* Idemque iam expreſſerat Cõcilium Conſtantienſe. Vndè planè conſtat, de hoc non ſtare præceptum divinũ ſi enim hoc extaret, Eccleſia non declaſſet, laicos, aut Sacerdotes, non cõficientes eſſe deobligatos cõmunicare ſub utraque ſpecie. Adde, quòd Eccleſia id prohibuit *in ipſo Concilio Conſtentienſi ſeſ. 13. & Martinus V. in epiſt. ad ipſum Concilium; necnon & Tridẽtinum ſeſ. 21. cap. 2.*

124 Sed Petrus Draodenſis, & Iacobus Miſuenſis hæretici in Bohemia anno 1412. affirmarunt, laicos iure divino teneri ſub utraq; ſpecie panis, & vini communicare; & nõ poſſe licitè ſub vna tãtùm. Quos hæretici noſtri temporis ſunt ſequuti: clamantque contra Eccleſiaſticam prohibitionẽ cõmunicandi ſub utraque ſpecie: & obijciunt illud Ioan. 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis*: extat ergo præceptum divinũ communicandi ſub utraque ſpecie. Reſp. negando conſequentiã: quia

quia ly & ibi non copulativè, ſed disiunctivè eſt accipiendū; ut diximus *num*.40. Adde, quod ſi ly & copulativè ſumatur, obligat totam Eccleſiam, non autem; & ſingulos Eccleſiæ filios. Itaque aliqui de Eccleſia (id eſt Sacerdotes conficientes) tenētur ſumere utramque ſpeciem: non autem tenentur omnes, & ſinguli Eccleſiæ filij. Eſt enim hoc præceptum ſimile illi *Geneſ.*1. *Creſcite, & multiplicamini.* ¶ Obi. 2. illud Matth. 26. *Bibite ex eo omnes.* Reſp. ly *omnes* ad Apoſtolos tantùm referri. Cui optimè cōgruit illud *Marci* 14 *Biberūt omnes*: & tamē Apoſtoli tantùm biberunt.

125 Obi.3. illud *Lucæ* 22. & *ad Corinth.*11. *Hoc facite in meam commemorationem*: quibus verbis Chriſtus D. ſignificat, ſe velle, ut Apoſtoli, & eorum Sacerdotio ſucceſſores faciāt, quod ipſe fecit: ipſe autē omnibus præſentibus dedit utramq; ſpeciē: ergo Sacerdotes debent cōmunicare omnes ſub utraque ſpecie. Reſp. pręceptum ibi latum ſolùm continere, quòd ipſa cōmunione (ſive fiat ſub utraque ſpecie; ſive altera tantùm) recolatur, aut annuntietur mors, & paſsio Chriſti D. non autem, quòd totùm factum Chriſti D. eodem tempore imitemur: alioqui quotieſcūque miniſtrant Euchariſtiā debebant ordinare aliquos in Sacerdotes. Recolātur dicta à *n*.41. ¶ Reſp. ſecundò; quòd, ſi ibi continetur præceptum cōmunicādi ſub utraque ſpecie, eſt impoſitum toti Eccleſiæ; non autem ſingulis fidelibus: ut num. præcedēti expendebamus.

126 Ex Patribus autē multa teſtimonia agglomerant hæretici cōtra Catholicā noſtrę cōcluſionis veritatē; quæ omnia Cardinalis Bellarminus copioſè adducit, & doctè reſolvit. Nos autē prædictos PP. ad aliquas claſes redigamꝰ. In prima ſunt illi PP. qui ſignificare vidētur, calicis vſum cōmunem fuiſſe omni populo. Sufficiat D. Ambroſ. apud Theodoretū *lib.* 5. *hiſtoriæ c.*18. ſic Theodoſium Imperatorē alloquens: *Qua audacia poculū ſanguinis pretioſi ore tuo participabis?* Reſp. hinc ſolū colligi tunc tēporis, fuiſſe populo in vſu calicem ſumere, ſeu laicos cōmunicare ſub utraque ſpecie. (quod & nos fatemur) Hinc tamē non infertur, fuiſſe, aut eſſe pręceptū divinū cōmunicādi laicos ſub vtraq; ſpecie.

127 In ſecunda claſe ſunt PP. illi, qui affirmare videntur, vitam ſpiritualem homines adipiſci, non valere ſine ſanguine Chriſti. Sufficiat Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Pedagogi cap.*2. ſic loquens: *Bibere ſanguinem Ieſu eſt participem eſſe incorruptionis divinæ*: ergo (inferunt hæretici) exiſtimant hic, & alij PP. ſic loquentes, nullum eſſe participem incorruptionis divi-

diuinæ, aut vitæ æternæ ſine ſumptione ſanguinis. Reſpõd. negando conſequentiam quia, quamvis hi PP. vitam æternam attribuant ſumptioni ſanguinis; eam tamen non negant ſumptioni ſolius corporis: neque negare poſſent: cùm *Ioan.* 6. dicatur: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

128 In tertia claſe ſunt illi PP. qui ſignificare videntur, præceptum eſſe ſumendi utrãque ſpeciem. Sufficiat Chryſoſt. *hom.* 18. *in poſteriorem ad Corinthios* ſic loquutus. *Eſt autem ubi nihil differt Sacerdos à ſubdito; vt quando fruendum eſt horrendis myſterijs.* Et paucis interpoſitis. *Verum omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnũ.* Reſp. hinc ſolùm inferri, non eſſe prohibitum iure diuino laicis communicare, ſub vtraque ſpecie; atque tunc temporis ab Eccleſia non fuiſſe illis hoc denegatum: nõ tamen infertur, hoc tunc, aut aliquando fuiſſe præceptum. Adde, quòd, ſi concedamus, fuiſſe ſub præcepto, hoc ſolùm obligaret Eccleſiam; non autem ſingulos communicantes: vt *n.* 115. & 116. dicebamus.

129 Ad hanc claſim reducenda eſt ſententia illa, (*Neque caro ſine ſanguine; neque ſanguis ſine carne iure communicatur*) quã refert Algerus lib. 2. de Sacramentis corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 8. ex Auguſtino: ea tamen eſt Paſchaſij *lib. de corpore, & ſanguine Chriſti cap.* 19. vt notant, præcipuè Vazquez *diſp.* 216. *cap.* 6. *num.* 71. Reſp. cum G. Hurt. *diſp* 11. *diff.* 5. hac ſententiam Paſchaſij eſſe difficilem, & non eſſe admittendam, aut explicandam, non quoàd ſpecies panis, & vini, ſed quoàd rem contentam ſub his ſpeciebus: quia in neutra ſumitur caro ſine ſanguine; aut ſanguis ſine carne.

130 Ad hanc claſim etiam reducẽdus eſt Gelaſius Papa in Epiſt. ad Mauritium, & Ioannem; (& refertur canone *Comperimus de conſecrat. diſt.* 2.) vbi dicitur, eſſe grãde ſacrilegium percipere vnam ſpeciem abſque altera. Reſpondetur *ex Vazq. ibi. & G. Hurt. citato* ſolùm loqui de Sacerdotibus celebrãtibus ſub vna tantum ſpecie; fortaſsis (addit Vazq.) abſtinentiæ cauſa, ne vinum guſtarent. Quo etiam modo Gratianus dictum canonem *Comperimus* exponit: vt notant præcitati Vazquez, & Hurtado.

131 Ex concilijs etiam argumentantur hæretici. Et primum ex Turonico, cuius decretum refert Burcardus *lib.* 5. *decreti c.* 9. in quo (in quit) *capite* 4. præcipitur, dandum eſſe corpus Chriſti intinctum ſanguine ægrotis. Reſpondetur cum Vazq. *diſp.* 216. *cap.* 6. *n.* 78. talem canonem non haberi in aliquo ex tribus concilijs Turo-

ronicis. Immò, hoc gratis admiſſo, indè non probatur, exiſtimaſſe illos PP. hoc fuiſſe ſub præcepto diuino; ſed quod tunc temporis hoc erat in vſu. Qui vſus ſublatus fuit à Iulio I. & a concilio Bracharenſi; non quidem eoquòd tunc prohiberent communionem ſub vtraque ſpecie reſpectu Laicorum; ſed tantùm modum illum dandi corpus intinctum ſanguine, ſtatuendo, vt, quotiès vtraque ſpecies Laicis tradenda ſit, ſeorſim, non miſtim tribuatur.

132 Deindè adducunt cōcilium Baſsilienſe declarans, licere Bohemis, ſumere vtrāque ſpeciem contra decretum concilij Conſtantienſis. Reſpondetur, verum eſſe, quòd & ſi *ſeſ.* 30. in vniuerſum definierit Cōciliū (quod tūc iam erat nullius authoritatis: quia tunc erat chiſmaticum) Laicos cōmunicaturos ſub vna tantùm ſpecie panis: tamen, teſte Æneа Silvio (qui, & interfuit illi cōcilio, & poſtea fuit Summus Pontifex Pius II.) *cap.* 52. *hiſtoriæ Bohemorum*, concilium peculiari diſpenſatione Bohemis calicem conceſsit, ea tamen conditione, vt crederent, non eſſe ad ſalutem neceſſarium: quam ipſe admittere noluerunt: vt tradit Vazq. *ibi num.* 79. ¶ Immeritò, immò & mēdacitèr adducitur ad hoc Tridentinum, ut conſtat ex *ſeſs.* 21. & 22. in cuius fine remittit concilium arbitrio, & deciſſioni Pontificis, an alicui nationi, vel regno vſus calicis ſit concedendus, & ſub quibus conditionibus.

133 Inſupèr adducunt cōcilium Maguntiuum ſub Sebaſtiano *cap.* 32. vbi dicitur, modum communicandi ſub vna ſpecie non eſſe tàm vtilem, & efficacem ad ſalutem, quàm modum communicandi ſub vtraque. Reſpond. cùm Vazq. *ibi n.* 80. fuiſſe concilium prouinciale; & à ſede Apoſtolica nondùm approbatum. Præterеà fortè ſolùm voluit id, quod poſtea Tridentinum, nempe nullam gratiam, ex qua ſalus communicantium pendeat, negari his, qui communicat ſub vna ſpecie tantùm: licèt aliàs fortè vberior gratia recipiant comunicantes ſub vtraque ſpecie: vt cùm communiori ſententia dicemus dubio ſequenti.

DVB. XXXXIX.

134 PEtes 49. An communicans ſub vtraque ſpecie plus gratiæ recipiat, quàm cōmunicans ſub vna tantū? Reſp. affirmativè. Quia vtraque ſpecies ſignificant plenitudinem conuiuij ſpiritualis; quā quælibet ſeorſim non ſignificat: ergo ex parte rei ſignificatæ habet aliquid diuerſum vna quæque vt condiſtincta ab alia;

lia: (ſicùt in convivio corporeo potus habet diverſum modum nutriendi, ac habet cibus) & conſequentèr illud cōfert: quia ſacramenta prçſtant, ſeu conferunt, quod continent. Ita ſenſit Clemens VI. in Bulla ad Regem Galliæ (non Angliæ: vt ait Hurt. inquit Leandrus ſtatim citandus) anno 1541. in qua illi conceſsit, vt ad gratiæ augmētum ſub vtraque ſpecie communicaret. Sic etiam *noſter Alenſis G. Caſſalius, Arboreus, Richardus, quos citat, & ſequitur Vazq. diſp. 115. cap. 2.* Hurt. *Cornejo, Lugo, & alij.* Et eſſe ſententiam probabilem, affirmant, *Suarez, Becanus, Fagūdez, Luyſius, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 10. quæſt. 25.*

135 Sed oppoſitum defendunt *Gabriel, Caiet. Sotus, Ricardus, Roffenſis Petrus Soto, Caſtro, Caniſius, Claudius, Bellarminus, & Alanus, quos citat, & ſequitur Suar. diſp. 63. ſect. 6. §. Nihilominus, Fagund. Ægid. Becanus, Hēr. & alij apud ipſum, Diana 3. part. tract. 6. Reſ. 97. quãuis 5. p. tract. 6. Reſ. 29. in oppoſitum inclinet. Silvius, Machado, & Villalobos, quos citat prædictus Leandrus ibi.* Et obijciunt, ſequi ex noſtra ſententia, Laicos verè fraudari aliqua gratia; qua privari iuſtè conquererentur. Reſpondetur, Laicos verè quidem priuari aliqua gratia; (non tamen neceſſaria ad ſalutem) non tamen iuſtè cōquererentur: cùm Eccleſia iuſtis de cauſis ducatur ad negandum illis uſum calicis, vndè illud gratiæ augmentum promanaret. Quarum altera fuit ſtatuere contra hæreticos, ſumptionem vtriuſque ſpeciei nō eſſe ſimplicitèr neceſſariam ad ſalutem: vt docet Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 1. & can. 1.* Itèm, & cōtra hæreticos ſtatuere, quod ſub ſpeciē panis non ſolùm continetur corpus Chriſti D. Sed etiam ſanguis per cōcomitantiā: & ſub ſpecie vini non ſolùm continetur ſanguis; ſed etiam corpus per concomitantiam ut docet Trident. *ibi cap. 3. & can. 3.* Altera fuit, quòd uſus calicis pro laicis eſt maioribus difficultatibus expoſitus, & aliquali irreverentiæ, non ſolùm alicuius guttæ ſanguinis effuſionis, in tā ingētis multitudinis diſtributione; ſed etiā vini ſpeciei corruptionis: cùm, ſi pro infirmis eſſet ſeruandus conſecratus, non ſemel corrumperentur ſpecies, aliaque incommoda, quæ ex conſervatione vini in parua quantite paſsim experimur, non ſine indecentia, pati cogeremur. Quarè meritò Eccleſia etiam cum alicuius gratię priuatione Laicis interdixit calicis uſum: ſicùt & omnibus prohibuit (& fortè non tàm urgentibus cauſis) ſæpe eodem die communicare; & parvulorum communionem: quam

quamvis utrobique augmenti gratiæ privatio interveniat.

136 Obijciunt ſecundò Tridentinum *ſeſ.21.cap.3.* docens, ſub altera tantùm ſpecie totum Chriſtum contineri, & verum ſacramentum ſumi: ac proinde nulla gratia ad ſalutẽ neceſſaria eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt Reſpondetur, totum eſſe verum: Sed non contra nos: qui, quamvis propter dicta num. præcedenti fateamur, laicos fraudari aliqua gratia propter prohibitionem calicis; negamus tamen, hanc gratiam, qua priuantur, eſſe ad ſalutem neceſſariam.

137 Duo notant AA. noſtræ ſententiæ, præſertim G. Hurt. *diſp.* 10. *diff.* 6. nempe, quòd, quando communicamus ſub utraque ſpecie novus gradus gratiæ collatus vi calicis non eget nova aliâ diſpoſitione ab illa, cum qua recepimus gratiam vi ſpecierum panis. (Immò, (addo ego) quòd, cùm iam homo habeat maiorem gratiam, (ſcilicèt illum gradum, quem recepit vi ſpecierum panis) maiorem utique habet diſpoſitionem) Quia una & eadem ſufficit pro utriuſq; receptione. Alterũ, quod notant, eſt, ad conferendum gradum gratiæ, qui confertur vi ſumptionis ſpecierum panis, non expectari ſumptionẽ ſpecierum calicis. Quia, cùm quęlibet ſpecies ſit integrum ſacramentum, (& ſi nõ integrum convivium) & aliàs ſit ſufficiẽtèr applicatum, ſine fundamẽto diceretur, non conferri gratiam vi illius uſque ad applicationem alterius ſpeciei.

DVB. II.

138 PEtes 49. An Sacerdos, dùm more laici communicat, poſsit licitè ſuſcipere Euchariſtiam ſub utraque ſpeciè? Reſpondetur negativè. Quia ex Tridentino *ſeſ.21. can. 3. & poſt canonem* IIII. Sacerdotes non celebrantes æquiparãtur laicis in hoc, quod eſt communicare ſub vna tantùm ſpecie panis: ſed laicus ſine peccato mortali communicare nequit ſub utraque ſpecie: ergo, & ſacerdos non celebrans peccabit mortaliter communicãs ſub utraque ſpecie. Maiorem ſuppono ex Tridentino ibi. Minorem docet idem Tridentinum *ſeſ. 21 cap. 1. 2. & 3. & can 1. 2. & 3.* Immo in concilio Cõſtantienſi *ſeſ.* 13. præcipitur ſub excommunicatione ſacerdoti, ne laicis miniſtret Euchariſtiã ſub utraque ſpecie. Et ideò tenent omnes Catholici, hoc eſſe illicitum. De quo *Leandrus tract 7. diſp. 10. quæſt. 26. citans Dianã, 8. p. tract. 1. reſ. 24. Vazq. Cornejo, & Dicaſtillo.* Conſequentia autem videtur neceſſaria, & ipſam expreſſè fatentur,

tur, & docent *Navarrus lib.8.c. 44.n.3. Fagundez, & Leandrus, ibi quæſt.27.*

DVB. L.

139 PEtes 50. An ſit improbanda conſuetudo cõmunicandi ſub utraque ſpecie aliquarum perſonarum? Reſpondetur negativè. Quia Pontifex non ſolùm poteſt ex iuſta cauſa concedere alicui regno, nationi, aut perſonæ communicare ſub utraque ſpecie; (vt ſupponit Tridentinum in calce ſeſſionis vigeſimæ ſecundæ) ſed, & de facto hoc cõceſſerunt Paulus tertius nationi Bohemorum, & Clemens VI. Regi Galliæ. (ut ſuppono cum Suarez, *diſp.71.ſect.3.* & multis aliijs) Sed, ſciente, & non prohibente Pontifice, & conſequentèr conſentiente, aut implicitè concedente, hanc conſuetudinem retinent aliquæ perſonæ: ergo licita eſt, & non improbanda; immò eſt manutenenda; uti ex iuſtis cauſis aut tolerata, aut conceſſa. Conſequentia eſt legitima; & maior certa. Minorem probant aliquæ inſtantiæ. Prima eſt Diaconi, & ſubdiaconi, qui ſummo Pontifici in miſſa ſolemni aſſiſtunt: hi enim ſub utraque ſpeciè communicant: ut ex Suar. ibi, & Filliucio refert Leandrus, *tract.7.diſp.10.quæſt.29.* advertens, non ſic communicare cœteros Cardinales, qui eidẽ miſſæ ſolemni interſunt: ut falſo affirmant (ait Leandrus) *Henriq. lib.8.c.4. n.7. Petrus Ledeſma de Euchariſtia c.16. A Fagund. præcepto 3. lib. 3.c.4. n.10. & 22.* Secunda inſtantia eſt Imperatoris; qui, dùm coronatur communicat ſub vtraque ſpecie. Tertia eſt Regis Galliæ; qui communicat ſub utraque ſpecie, & quando ungitur, & in articulo mortis. Et demùm conſuetudinem communicandi ſub utraque ſpecie adhùc vigere Pariſijs apud monaſteria Cluniacenſe, & Dionyſianum affirmant *Claudius, Henr. Fagundez, & Diana apud præcitatum Leandrum.*

DVBIVM LI.

140 PEtes 51. An ſint dabiles aliqui caſus, in quibus liceat laico ſumere calicẽ abſque ſpeciali diſpenſatione? Reſpondetur affirmativè. Primus eſt, ſi contingat, mori Sacerdotem poſt conſecrationẽ calicis, & nullus adſit Sacerdos, qui poſt prudentem detentionem poſſit ſanguinem ſumere. Secundus, ſi contingat, ſanguinem in terram cadere, & non ſit ſacerdos, qui illum velit lambere. In utroque enim caſu poteſt laicus ſpeciẽ vini ſumere: ut contra Sotùm *in 4.d.13.quæſt. 2.art.3. & alios* tenent communitèr. Itèm in caſu

caſu, quo calix conſecratus vẽturus eſſet in manus infideliũ, ſi deficiat ſacerdos, qui ſanguinem velit ſumere. Et ratio eſt, quod præceptum Eccleſiaſticũ prohibens layco, aut Sacerdoti non celebranti communicare, ſub vtraque ſpecie intendit maiorem reverentiam Euchariſtiæ: ergo non debet obligare cum maiori irreverentia. Ita *Suarez diſp. 71. ſect. 3. Vazq. Fagund. Filliucius, Ledeſma, & Diana 5. p. tract. 3. reſ. 34. quos citat, & ſequitur Leandrus ibi q. 30.*

141 Vltimus caſus eſt moribundi, qui omninò non poſſet communicare, ſub ſpecie panis; benè tamen ſub ſpecie vini. Hic enim licitè ſumeret ſpeciem vini. Quia præceptum divinum communicandi in articulo mortis præferendum eſt præcepto Eccleſiaſtico non cõmunicandi ſub ſpecie vini.. Quod & in Græcia olim fuiſſe ſervatum, teſtantur Henriquez *lib. 8. cap. 44. n. 2. in marg. lit. G. & n. 7. ex concilio Toletano* 11. *cap.* 11. *& Carthaginenſi* IIII. *cap.* 76. *& Fagundez.* Ita Ochagavia *tract. 2. de Euchariſtiæ affectibus q. 18. n. 9.* Quod & probabile reputat Leandrus *ibi quæſt. 31.* advertens cum Diana citato, quòd Nugnus *in 3. p. t. 1. quæſt. 80. art. 12. cõcluſ. 3.* idem tenet; cum hac tamen limitatione, quòd in hoc caſu adhibendus eſſet conſenſus Epiſcopi; ſed, hoc omiſſo, ratio facta me cõvincit, exiſtimare, prædictum moribundum non ſolùm poſſe; ſed etiam ſub mortali teneri recipere ſpeciem vini.

142 Sed *Suar. diſp. 71. ſect. 3. in calce, Fagundez, Fitigianus, Mercerus, Silvius, & alij, quos ſequi videtur Diana 5. p. tract. 3. Reſ. 34.* exiſtimant, moribundo prædicto non licere tunc communicare ſub ſpecie vini. Et objiciunt, tunc propter impotentiam manere excuſatum, necnon & miniſtrum. Reſpondetur, nos ſupponere poſſe cõmunicare ſub ſpecie vini; & conſequentèr nullam eſſe impotentiam. ¶ Inſtant videri caſum impoſsibilem, non poſſe infirmum aſſumere particulam formæ cum vino, aut aqua admixtam, poſſeque ſpecies vini. Reſpondetur, noſtram concluſionem ſupponere hunc caſum, in quo ipſa procedit. Addo, mihi non eſſe impoſsibile; immò nequè multum difficile: expertus enim ſum, fuiſſe moribundum, qui minimum cibi deglutire, omninò nõ valebat; benè tamen vinum, aquã vel alium liquorem. ¶ Inſtant ultimò, ſic dari occaſionem minùs prudentibus, & indiſcretis ampliandi hanc materiam, communicando ſub ſpecie vini ægrotos ſine prædictis circunſtantijs. Reſpõdetur, veritatem non eſſe relinquendã, ne imprudentes indè ſumant occaſionem imprudentèr ope-

ran-

randi. Hùc ſpectat regula illa iuris: *Vtiliùs, ſcãdalum naſci permittitur; quàm vt veritas deſeratur.* Spectatque longanimis miſericordia Dei: quam non ommitit, etiam ſi ex ipſa, non pauci ampliùs peccandi occaſionem aſſumant.

DVBIVM. LII.

143 PEtes 52. An quotidiana communio omnibus ieiunis exiſtentibus in gratia ſit indifferentèr conſulenda? Reſpondetur affirmativè. Quia communio eſt opus virtuoſum, nempè virtutis religionis: quæ omnibus virtutibus moralibus eſt excellentior: Sed cuiuſcunque alterius virtutis exercitiũ abſolutè, & omnibus indifferentèr cõſulitur: ergo & quotidiana communio. Præterea ex opere operato præſtat gratiam ſanctificantem, ut ſuppono. Inſuper communio eſt omnibus, & ſingulis exiſtentibus in gratia cibus, quo aluntur, & confortantur; antidotus, quo liberantur à culpis venialibus, ſeu quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervantur: eſtq; pignus futuræ noſtræ gloriæ: ut docet Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 2.* Immò & ſanitatem corporis affert; iuxta illud Eccleſiæ in ſacrificio Miſſæ dicentis. *Fiat nobis ad ſalutem mentis, & corporis.* Si ergo quælibet communio cuilibet iuſto, ſeu exiſtenti in gratia tot, tantaque bona cõfert; & aliàs quotidiana cõmunio nulla lege eſt prohibita; (ut ſuppono) cur non eſt omnibus, & ſingulis iuſtis (etiam ſi aliàs ſint imperfecti) conſulenda, immò & prædicanda? præſertim à parochis, & Epiſcopis, & ab omnibus illis, ad quos cura, & lucrum animarũ ſpecialitèr ſpectat?

144 Hanc noſtram ſententiam docere, videntur omnes PP. illi, qui affirmant, verba illa orationis Dominicæ (*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*) intelligi de hoc diuiniſsimo Sacramento. Hi ſunt *D. Ambroſius, Hieronymus, Athanaſius, Auguſtinus, Cyprianus, & Hilarius*, quos citant, & quorũ verba referunt multi, præſertim *Marzilla in memoriali Compoſtelano, & P. Molina, Cartuſian. in inſtructione Sacerdotum tract. 7. cap. 4. §. 1.* Nobis autem ſufficiant verba iſta D. Auguſt. *ferm. de verbis domini: Iſte panis quotidianus eſt: accipe quotidiè, ut quotidiè tibi proſit.* ¶ Docent præterea hanc noſtram ſententiam concilium Mediolenſe III. dicens: *Ad ſaluberrimum illum ſacræ Euchariſtiæ frequentis ſumendæ uſum Parochi, & Concionatores item populum exhortentur; naſcentis Eccleſiæ inſtitutis, atque exemplis, & grauiſſimorum Patrũ vocibus, & ſententia denique Tridentinæ Synodi; quæ optaret quidẽ fideles in ſingulis Miſsis non ſolùm ſpiri-*

ſpirituali, ſed etiam ſacramentali Euchariſtiæ perceptione muniri. Et Catechiſmus Pij V. 2. p. de Euchariſtia num. 60. per hæc verba: *Quare Parochi partes erunt, fideles crebrò adhortari, ut quemadmodum corpori in ſingulos dies alimẽtum ſubminiſtrari neceſſarium putant; ita etiam quotidiè hoc Sacramento alendæ, & nutriẽdæ animæ curam non abijciant.* Item Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6.* his verbis: *Optaret quidem ſancta Synodus, ut in ſingulis Miſsis fideles adſtantes non ſolùm ſpirituali affectu; ſed Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent.*

145 Hùc ſpectat quædam Eminentiſsimorum Cardinalium declaratio habita 4. *volumine deciſionum Rotæ*: quæ eſt huiuſmodi. *Obſtat Cõcilium Tridentinum Epiſcopo volenti præſcribere tempora, ut dies Dominicos, quartam, & ſextam feriam, quibus tantùm liceat viris laicis coniugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non coniugatis ſanctiſsimam Euchariſtiam ſumere, etiam ob irreverentiam, quam poteſt quotidiana huius Sacramenti ſumptio in ſua Diœceſi parere. Hæc fuit deciſum menſe Ianuarij 1587. quia in antiquis tẽporibus, peracta conſecratione, omnes adſtantes ſumebant Euchariſtiam. Et ideò licitum eſt, quotidiè Euchariſtiam ſumere cap. Quotidiè de Conſecrat. diſt. 1. Quare exhortãdi ſunt fideles, ut, ſicut quotidiè peccãt, quotidiè medicinam accipiant. Cap. Quotieſcumque de Cõſecrat. diſt. 2.*

146 Deniquè in hanc noſtrã ſententiam vocandi ſunt graviſsimi AA. tàm veteres, quàm RR. Præſertim legatur Ioannes Sanchez *in ſuis ſelectis diſp. 22.* ubi *n. 18.* pro hac ſententia citat D. Thomam *in 3. p. q. 80. art. 10. Maiorem in 4. d. 9 q. 3. §. Dubitatur hoc loco, Gabrielem in 4. d. 12. quæſt. 2. concluſ. 4. & in Can. Miſſæ lect. 87. litt. P. Iacobum Bayum, lib. 2. de Euchariſtia cap. 3. noſtrum F. Ioannem de Torres en el ſuſtento del alma, Vivaldum tract. de Euch. Antonium de Peña in vita Sanctæ Catherinæ Senenſis,* (qui contrarium opinantes appellat ſatrapas, & Philiſtæos omni devotione nudos, & vacuos) *Salmeronem tomo 9. tract. 41. & 42. Labatam in locis cõmunibus verbo Euchariſtia propoſit. 18. 21. 28. & 24.* (ubi repræhendit concionatores communionẽ quotidianam diſſuadẽtes, optimè advertens, Chriſtum non dixiſſe: *Accipite, & adorate*: Sed *accipite, & manducate*) *Petrum de S. Buenaventura en Iornadas del alma à Dios fol. 740. Flavij Androzium in meditationibus Hiſpanis fol. 133. & Chriſtophorum Moreno en Iornadas para el cielo Iornada 4. cap. ultimo in fine*, qui plures adducit Sanctos, & Doctores hanc ſententiam foventes. Addit præpterea Sanchez, totam Religionem Benedictinam hanc noſtram ſententiam docere. ¶ Prætereà ipſam ex pro-

profeſſo propugnant, & mordicùs defendunt, *Magiſter Antonius Bernaldo de Braxos in ſuo epilogo, Conventus Sancti Antonij Hiſpalenſis in libro inſcripto Communio quotidiana*, & *P. F. Ioan. Falconi in ſuo pane Quotidiano*, qui alios innumeros Patres, & AA. citant. Et præcipuè Falconi ferè totum librum ſecundum cõſumit adducendo Sanctos, & AA. pro iſta ſententia. In quorum ultimo loco affert illuſtre teſtimonium noſtri Emanuelis Rodriguez, qui etſi aliquando oppoſitam tenuerit ſententiam, noſtram tandem maximè roborat, & confirmat. Et quòd mihi maioris eſt momenti ſic hac noſtra tempeſtate fert communiſsimus Patrum ſpiritualium, & confeſſorum uſus: ut teſtatur in hac Matritenſi curia innumerabilis ferè hominum, mulierumque quotidiè communicantiũ multitudo, fœliciſsima naſcentis Eccleſiæ tempora æmulantium. Quod & in alijs Hiſpaniæ locis fieri referunt, & dictitant fidedigni.

147 Quis ergo ſanæ mẽtis negabit, noſtrã ſentẽtiã, quæ tot rationibꝰ urgẽtibus, (immò evidẽtibus iuxta aliquos) tot, & tãtorũ Patrũ, & Authorũ munimine, & tot piorũ uſu gaudet, ad minus ingenti probabilitate gaudere. Vndè certiſsimum eſt, neminem poſſe imprudentiæ damnare illos, qui eam ſecuntur: cùm in confeſſo ſit apud omnes, (vt ſuppono ex tractatu de Conſcientia) poſſe quemlibet, inoffenſo pede, hãc, aut illam opinionem probabilem ſequi. Quarè meritò miror, aliquos ex Authoribus oppoſitæ ſentẽtiæ noſtrã mordere, & inſibilare, adeò vt Nicolaus de Plob. *in ſumma tract. de Euchariſtia §. De cautelis ſervandis circa hoc ſacramentum ex parte ſumẽtium ante quartam cautelam* dixerit, errorem ſapere, & vulpinam calliditatem aſſerere, & conſulere virginibus, & viduis devotè viventibus quotidianã Euchariſtiæ ſumptionem. Neque eſſe mentem ſanctorum Patrum (proſequitur) per ſumptionem Euchariſtiæ excitari devotionẽ; ſed per ieiunium, eleemoſynas, orationes, & meditationes devotas, ac pias. Hucuſque prædictus Nicolaus: cuius doctrinam eſſe dignam expunctione, ſentit Ioannes Sanchez *diſp. 22. num. 17. in fine.* Ego autem ab hoc de expunctione abſtinens, rogo hunc Authorem, quo fundamento adverſus ſententiam evidenter probabilem ſic feratur? Aut, ſi ex Auguſtino, D. Thoma, Scoto, aut alio ex graviſsimis Theologis didicerit, Catholicorum pias ſententias ſic mordicùs cenſurare?

148 Sed quotidianam communionem non omnibus iuſtis aut exiſtẽtibus in gratia eſſe in-

G dif-

Digitized by Google

differentèr conſulendam, exiſtimant graviſsimi Authores. Hi ſunt *Vaz q. de Euch. diſp.* 214. *c.* 3 *num* 27. *Suarez Ægidius, Sotus, Rodrig. Ledeſma, Villalobos, & innumeri alij, quos citat Ioãnes Sanchez diſp.* 22. *num.* 5. Ex quibus alij exiſtimant, non frequentiùs, quàm octavo die eſſe laicis communicandum. Alij verò longius temporis intervallum requirunt. Et, quamvis ex his regulis generalibus multi ex prædictis Authoribus excipiant perſonas eximiæ ſanctitatis: *Rodriguez verò* 1. *p. ſummæ cap.* 65. *Medina in ſumma in* 4. *præcepto §.* 42. *& Ludovicus de S. Iuã* 1. *p. ſummæ tract. de Euchariſtia q.* 7. *art.* 13. *fol.* 182. dicunt, non eſſe conſulendam laico quotidianam communionem, licèt ſancto. Quomodo autem præfati Authores iſta componant cum Patribus, cum concilijs Tridentino, & Mediolanenſi, cum catechiſmo Pij V. cum congregationis Cardinalium declaratione a nobis allatis *num.* 135. *&.* 136. una voce clamantibus, & quotidianam communionem exhortãtibus, ipſi viderint: non enim eſt facile intellectu.

149 Sed, his omiſsis, videamus quæ nobis hi AA. obijciãt. Igitur obijciunt primò aliquot canones, in quibus coniugatis præcipiebatur, ut per tres, aut quatuor dies abſtinerẽt ab uſu matrimonij ob reverentiã Euchariſtiæ aut ſumptę, aut ſumẽdę. Sufficiat illud capitis *Omnis homo de conſecrat. diſt.* 2. & ſumptum fuit ex concilio Elibertino aliàs Eliberitano. *Omnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus.* Ergo non omnibus exiſtentibus in gratia indifferentèr cõſulenda eſt quotidiana communio. Patet conſequentia: quia multi, qui per illud tempus non abſtinuerant à propria vxore, poterant eſſe in gratia: & tamen ab Eccleſia illis prohibetur communio. Reſpondetur, prædictos canones eſſe antiquatos; immò & abrogatos. Et meritò: quia contra vſũ primitiuæ Eccleſię: in qua omnes fideles quotidiè communicabant: (ut ſuppono: ſivè hoc fuerit præceptum, ſive conſilium) & tamen filios procreabant. Inſupèr & contra Tridẽtinum, catechiſmum Pij V. cõcilium Mediolanenſe, declarationem Cardinalium, & Patres adductos *num.* 135. *&* 136.

¶ Reſpondetur 2. prædictos canones ſolùm continere conſilium: ſicùt conſilium tantùm continent dicta Patrum, & canones, dùm dicunt abſtinendũ eſſe ab uxore tempore orationis, ieiunij, paſchatis, &c. Sufficiat illud capitis *Sciatis* 34. *q.* 4. (& ſumptũ fuit ex D. Hieronymo in quodã ſermone in vigilia paſchatis *De eſu agni*) *Quicũ-*

que

quæ uxori debitũ reddit, vacare nõ poteſt orationi; nec de carnibus agni comedere. Et D.Amb. in ſermone de Adventu Domini ſic fatur: *Fratres mei non ſolùm debetis ab omni immunditia abſtinere, ſed etiam ab uxoribus proprijs ſtudioſiſsimè contineatis. Nullus omninò uxori ſuæ ieiuniorum diebus coniungatur.* Quod dictum ſolùm eſſe conſiliũ advertit Gloſa in cap. *Fratres 33.q.4.* & fatentur omnes. Sic ergo prædicti canones conſulendo tantùm, non præcipiendo, dicunt, abſtinendum eſſe ab uſu matrimonij ante communionem. De quo redibit ſermo *à num.165.*

150 Obij.2. ſequi ex noſtra ſententia, nullam eſſe differẽtiã inter Sacerdotes, & non ſacerdotes: ſiquidem etiam iſtis licet quotidiè communicare. Reſpond. negando ſequelam. Ad probationem dico, differentiam eſſe, quod ſacerdotes conſecrant, & miniſtrant. Nec eſt inconveniens, quòd ſacerdotes, & non ſacerdotes conveniant in hoc, quòd eſt, poſſe licitè, & laudabilitèr communicare quotidiè. Sicuti neq; eſt incõmodũ, quòd Deus, Angelus, & homo non differant in prædicato entis, ſubſtãtiæ, ſpiritus, & viventis.

151 Obij.3. exẽplũ Religionum; in nulla enim præcipitur quotidiana cõmunio. Vndè ſic conficitur argumẽtũ. Religioſus ſtatus eſt perfectior, quã ſæcularis: & conſequẽtèr maiori ſtudio curat de perfectione degentiũ in ea. Sed non præcipit quotidianã cõmunionẽ: ergo quia exiſtimat, non eſſe magis perfectũ, aut cõveniens quotidiè cõmmunicare. Reſp. ſimili argumẽto probari poſſe, ieiuniũ in pane, & aqua, ſtrictius ſilẽtiũ, lõgiores vigilias, & alias maiores aſperitates, quas Religiones non præcipiunt, nõ eſſe opera perfectiora. Meritò ergo neq; ieiunia in pane: & aqua tãtũ, neq; enumeratas aſperitates, neq; quotidianã cõmunionẽ præcipiunt Religiones, nõ quia nõ exiſtiment, eſſe opera perfectiora; ſed quia leges debent omnibus, & ſingulis eſſe accõmodatæ. Cũ ergo quotidiana communio prærequirat cõſcientiam à mortali peccato mundã: ad quod etiã aliquando prærequiritur ſacramẽtalis cõfeſsio: ſitq; hoc præceptũ cõfitẽdi valdè oneroſũ; meritò nolũt Religiones, quotidianã cõmunionẽ præcipere. ¶ Dices, quòd aliquę Religiones nõ ſolũ illã nõ prǽcipiũt, verũ illã prohibent. Reſp. quòd, ſi aliqua ſit talis, (de quo meritò dubito: cũ opponatur cõcilijs, Patrib⁹, & declarationi Cardinaliũ allatis, *n.135. & 136.*) ducetur, ne aliquibus alijs communitatis exercitijs ſit impedimẽtũ quotidiana cõmunio totius cõmunitatis. ¶ Inſtabis, quòd uniformitatis ſpecie aliqui Prælati,

etiā particularib⁹ perſonis nolunt permittere quotidianam communionē. Reſp. quòd illos in hoc non laudo. Sicut neque laudo aliquos Sanctos, qui ob timorē communionē no frequentabant: laudabiliùs enim egiſſent quotidiè communicãdo: cùm in hoc longè maiora bona, quàm in tali retractione reperiantur: vt num. ſequenti declarabo.

152 Obijc. 4. maius bonum eſt abſtinere à communione aliquoties ob reverentiam, quā quotidiè communicare: ergo potiùs eſt conſulenda hæc abſtinentia, quàm quotidiana cõmunio. Antecedens probatur: nam, qui ſic abſtinet, plures actus virtutis exercet: in primis enim exercet timorē filialem, (qui ortum ducit à Charitate) humilitatem, & fidem: quia enim credit, in hoc Sacramento verè, & realitèr contineri Chriſtum D. & eius divinitatē ſe humiliando retrahit ab eius receptione. Reſp quòd, ſi comparētur communio, & eius abſtinentia, ſeu carentia communionis ſecundùm ſe, & præcisè conſideratæ, non eſt dubiū, cõmunionē eſſe meliorem, ſeu (propriùs loquendo) abſolutè bonā: cùm ſit actus virtutis Religionis: abſtinentia autē, ſeu carētia communionis nullam prorſùs habet intrinſecā bonitatē: cùm ſit carentia virtutis. Quare ſolùm habere poteſt illā bonitatem extrinſecam, quæ ſibi accreſcat ex motivo, aut fine operantis, ſeu quē ſibi præfigit ille, qui à cõmunione abſtinet. Et ideò argumētum ſolùm procedit de bonitate, quā participare poteſt tàm communio, quàm eius abſtinentia, aut privatio, à motivo, ſeu fine operantis. Fateor ergo, poſſe abſtinentiam communionis imperari à timore filiali, ab humilitate, & fide, & à quacumque alia virtute; (etſi non parùm timeam multotiès oriri à virtutis ſegnicie, ſeu à ſpiritus tepidate, orta ex immoderato humanarum rerum amore: cœna enim illa magna *Lucæ* 14 ad quam invitati ſeſe excuſabant venire tēti, ſeu preſsi humanarum rerum immoderantia, typus fuit huius Sacramenti) eſt tamen etiam fatendum ab adverſarijs, comunionem quoque ab amore filiali, & ab innumeris alijs virtutibus poſſe imperari.

154 Sed, omiſſa poſsibilitate, expēdamus, quot, & quales virtutes regularitèr vtrobique exerceātur. In primis abſtinēs à communione exercet fidem: quia enim credit, ſub illis ſpeciebus cõtineri Deū, reverētia tātæ Maieſtatis retrahit ſe ab eius receptione. Quare etiā exercet humilitatē; necnõ & timorē. Has virtutes regularitèr reperimus in nõ cõmunicāte realitèr, ſed ſpiritualitèr tãtū.

Digitized by Google

In communicante autem reperitur fides: certiſsimè enim credit, ſe recipere Chriſtum D. ſub iſtis ſpeciebus. Itèm reperitur amor, quo impellente, audet tantum Dominum recipere. Inſupèr exercet reverentiam: ex qua oritur, quod conſcientiam examinet ab omni culpa graui, ne Domin' aliquod offendiculum adinveniat. Nec non reperitur obedientia, & ſubmiſsio: eò enim communico, quia prudenter apprehendo, me in hoc voluntatem Dei adimplere; & ex obedientia Eccleſiæ ieiunus accedo: & quamvis infinitam perfectionis diſtantiam agnoſcam inter Dei maieſtatem, quam recipio & me miſerum peccatorem, ſubmiſſus acce lo, confidens de illius miſericordia, mihi peccatori fore propitium: ubi etiā actum ſpei circa remiſsionem peccatorum exerceo. Alij alios fortè expendēt virtutum actus, mihi autem hoc expendiſſe ſufficiat, ut pateat, quàm ſine fundamento dicant adverſarij, in communionis abſtinentia plures virtutes, quàm in cōmunione ipſa reperiri.

155 Si vero dicant, ſe non loqui de ipſa abſtinētia à communione præciſè; ſed de illa, ut coniuncta cum communione ſpirituali, ſeu deſiderio communicandi. Contra eſt, quod, ſicùt nos negare non poſſumus, tale deſiderium, ſeu communionem ſpiritualem, cauſare gratiam ex opere operantis: (ſicùt quodlibet aliud opus meritorium hominis iuſti) ita adverſarij nobis negare non poſſunt, præpter gratiam, quam cauſat ex opere operantis diſpoſitio, qua accedo ad communionem, vi ipſiuſmet communionis conferri nobis gratiam diſtinctam ex opere operato, remiſsionem peccatorum venialium, auxilia ad præcavendam mortalia; & multa alia dona ut paſsim expendunt PP. & AA.

156 Obijcies: quintò in aliquibus perſonis quotidiè communicantibus nullus profectus in virtute reperitur: ergo ſaltèm iſtis non eſt conſulenda communio quotidiana. Reſpondetur (omiſſo antecedenti) negando conſequentiam: quia cùm eis quotidiè vi communionis conferatur novus gradus gratiæ ſanctificantis, (ſecundùm nos Scotiſtas) aut illorum gratia ſanctificans creſcat per maiorem radicationem in ſubiecto: (ut opinantur Thomiſtæ) fit, ut non debeant privari tali augmento gratiæ: ad cuius menſuram conferenda eſt gloria eſſentialis. Non enim alia ratione multi antiqui PP. conferebant parvulis communionem: Et fortè propter eamdem rationem amenti (ſaltèm, qui aliquando habuit uſum ratio-

nis) concedunt AA. communionem ad minus in articulo mortis, adhùc in hac noſtra tempeſtate. ¶ Omiſi autem antecedens, etſi illud exiſtimem falſum; nullam enim perſonam quotidie communicantem inveni ſine aliquo virtutis ſpirituali profectu. Etſi enim aliquæ in imperfectiones, & culpas veniales, & aliquando in mortales prolabantur, ac ſi non communicaſſent; teſtatur tamẽ experiẽtia, quãta cõpunctione, & interna reprehenſione, & quàm ingenti emendationis propoſito reſurgant; ita ut ſæpè confeſſor conſolationis potiùs quàm reprehenſionis verbis indigeat. Quod in non quotidie communicantibus regulariter non invenitur. In quorum fidem non advoco Theologos, inexpertes, ſed Patres ſpirituales, & confeſſarios hoc munus frequentantes: quarè meritò vulgus dictitat. *Tractent fabrilia fabri.*

157 Obijcies ſextò: ſequi ex quotidiana communione minus reverentiæ erga Euchariſtiæ ſacramentum: & conſequenter erga Chriſtum D. in eo contentum. Patet ſequela ex vulgari illo, nimia converſatio contemptum generat. Reſpondetur, hoc argumento (ſi aliquid concluderet) probari, abſtinendum eſſe à frequentia orationis. Itèm probaretur, ſacerdotes non celebraturos quotidiè. ¶ Si autem dicas, ſacerdotes ratione officij non indigere tanta diſpoſitione, ſeu perfectione vitæ. Vt dicunt *Vazq. de Euchariſt. diſp. 232. cap. 1. in fine Petrus de Ledeſma in Summa tract. de Euch. cap. 14. & Ochaga via tract. 2. de Euchariſtiæ effectibus quæſt. 16. n. 5.*) Hoc non admittunt communiter AA. & meritò: quia D. Anſelmus *lib. 1. piarum, & Chriſtianarum inſtitutionum* oppoſitum docet per hæc verba. *Accipiendi dignitatem vita facit, non ordo.* Immò multi AA. ad communicandũ perfectiorem vitam petunt (ex congruentia) in ſacerdotibus. Verum tamen eſt, quòd, cùm ſacerdos etiam celebret; & eius ſacrificium offeratur non ſolùm in illius, ſed etiam in populi utilitatem, debet nõ abſtinere à celebratione, etiam ſi imperfectum ſe cognoſcat, dummodò abſit mortale peccatum. ¶ In forma ergo negatur ſequela. Ad probationem dico, merito in creatis ſequi ex nimia, aut communi converſatione alicuius perſonæ illius contemptum: quia multotiès altum coceptũ illius prius formamus; quem poſteà, perſeverante converſatione, & cognoſcendo aliquas imperfectiones diminuim9. In Deo autẽ nullæ ſunt imperfectiones, quæ nos à conceptũ priùs formato retrahere poſsint. Immo in eo ſunt

ſunt infinitę perfectiones, quas dùm magis, ac magis ipſi inhæremus, (ſivè per orationem, aut communicationem, aut per communionem) magis, ac magis cognoſcimus: & ſic ipſi⁹ maieſtatem magis veneramur. Vndè fit, ut, qui magis Deum reverentur, ſunt illi beatiſsimi cives, qui eius præſentiæ ſemper aſsiſtunt.

158 Obijcies ſeptimò: D. Auguſtinū, *de Eccleſiaſticis Dogmatibus cap.* 53. (Hic liber non videtur eſſe D. Aug. ſed Genadij Epiſcopi Maſsilienſis: ut ex alijs notat Bellarminus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis in obſervatione ad 3. tomum D. Auguſtini.*) dicentem: *Quotidiè Euchariſtiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero.* Et refertur *in capite quotidiè de Conſecrat. diſt.* 2. Reſpondetur, loqui de illa communione quotidiana, quæ alicubi ab univerſo populo fiebat coacto, vel exemplo naſcentis Eccleſiæ, ubi omnes indiſcriminati communicabāt quotidiè; vel præcepto Epiſcopi. Voluerunt enim aliqui Epiſcopi, & præceperunt, ut more primitivæ Eccleſiæ omnes adſtantes communicarent. Quòd cum delatum fuiſſet D. Auguſtino, dixit: *nec laudo, nec vitupero.* Et meritò: quia, etſi ea parte, qua frequētabatur Euchariſtia, erat laudabile; tamen ex parte, qua, frigeſcente iam tunc charitate, tanta fidelium multitudo cogebatur ad dignā communionem quotidianam; & conſequentèr ad confeſsionem in habēte peccatum mortale, non carebat incommodo. Igitur de hac ſolùm communione quotidiana coacta, & vniverſali, ſeu totius populi loquitur Auguſtinus. Non autem de particulari, libera, ſeu de illa, quæ liberè, & voluntariè fit à particularibus: in hac quippè nullum incommodum apparet. Et ideò ad hanc Eccleſia, PP. & tot AA. (Recolantur dicta *n.* 144 *&* 145.) exhortātur.

159 Reſtant adhùc nonnulla alia contra noſtram concluſionem argumenta: tamen quia AA. circa illa diſtrahuntur, ſub ſpecialibus dubijs ea diſſolvenda proponam.

DVB. LIII.

160 PEtes 53. An ſit peccatū veniale communicare exiſtendo, ſub vna veniali culpa, aut ſub multis? Reſpondetur negativè. Quia de hoc non extat aliquod præceptum: Secundò, quia nullum veniale impedit augmentum gratiæ ſanctificantis: quod eſt primarius effectus huius Sacramenti. Quarè meritò expendit Sanch. *in ſelectis diſp.* 22. *num.* 40. maximè fulſiſſe divinam pietatem in hoc Sacramento, quòd non poſcat vberiorem munditiam ad eius receptionem, quàm à mor-

mortali. (cùm etiã poſſet mũditiam à veniali efflagitare) Quod apertè docet Tridẽtinũ *ſeſſ. 13. cap. 7.* vbi ſacra Synodus tota eſt in declarãdo præparationem neceſſariam ad dignã communionem, (ex parte cõſcientiæ communicãtis) vt cõſtat ex hac illius capitis inſcriptione: *De præparatione, quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat.* Et priùs admonet, quàm magna reverentia, & ſanctitate homo debet accedere, ne iudicium ſibi manducet, & bibat: ut dicit Apoſtolus: & ideò ipſius Apoſtoli præcepti debet communicãs memor exiſtere: *Probet autem ſe ipſum homo.* Et tandem concludẽs, qualis debeat eſſe iſta probatio; qualis illa magna reverentia, & ſanctitas, docet, ſolùm mũditiem à culpa mortali eſſe ſufficientem. Verba concilij ſunt. *Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, ut nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumvis ſibi cõtritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, ad ſacram Euchariſtiam accedere audeat. Quod à Chriſtianis omnibus etiam ab ijs ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſervandũ eſſe decrevit; modò non deſit illis copia confeſſoris.*

161 Vndè ſic argumentor. Tridentinum docet dignè, & cum magna reverentia, & ſanctitate communicare eum, qui eſt ſi e conſcientia peccati mortalis, aut de illo præmiſit ſacramentalem cõfeſsionem: ergo, etiamſi habeat peccata venialia, nullũ novum veniale committit communicando. Patet conſequentia: quia, qui in ipſa communione aliquod peccatum (etiam veniale) cõmittit, non communicat dignè & cum magna reverentia, & ſanctitate. Hanc noſtram ſententiam defendunt Scotus *in Report. in 4. d. 9. q. 1. §. Ad quæſtionem verſ. tertio modo, Maior, Ricardus, Adrianus Sotus, Sà, Ledeſma, Vivaldus, Vazq. Ochagavia, Filliuc. G. Hurt. diſp. 9. diff. 3 & alij, quos citat, & ſequitur Ioãnes Sanchez diſp. 22. numero 9.*

162 Ex his autem Authoribus quidam loquuntur de peccato (aut peccatis) veniali habituali, ſeu præterito nón remiſſo. Alij verò de illo veniali, quod cõcomitãter fit in ipſo tẽpore ſumptionis Euchariſtiæ: ut, ſi dùm quis cõmunicat, eliceret affectum mentiendi levitèr v. g. eſſet quidẽ veniale peccatũ iſte affectus mentiẽdi; ipſa tamen cõmunione non cõmitteretur novũ peccatũ veniale irreverentiæ. Immo addit. G. Hurt. (citãs *Ric. Mai. Sot. Adr. & Vazquez*, ſe loqui de veniali ipſa communione commiſſo. Vt, ſi quis communicaret ex vana gloria veniali, peccaret quidem venialitèr propter, va-

vanam gloriā; nō tamen committeret aliud novum peccatum veniale ſacrilegij contra reverentiam Euchariſtiæ debitam. Quod non credo: etenim non capio, quomodò malitia finis non communicetur medio ad talem finem conſequēdū aſſumpto. Et ideò exiſtimo, præter peccatum veniale inanis gloriæ ipſa communione commiſſum, committi eadem cōmunione aliud novum veniale ſacrilegij contra præceptum naturale divinum prohibens res ſacras irrevereri, ſeu irreverentèr tractari. Quarè noſtra concluſio ſolùm intelligitur alijs duobus modis. Itaq; aſſerimus, nullum eſſe peccatū veniale cōmunicare, dum quis habet vnum (aut plura) veniale non remiſſum: immo etiam ſi illud committat concomitanter tempore communionis.

163 *Sed Lugo diſput. 14. num. 51. Granados tract. 10. de Euchariſt. diſput. 6. num. 5. & aliqui alij Recētiores, quos, ſuppreſſo nomine, citat prædictus G. Hurtado*, affirmant, novum peccatum irreverentiæ committere communicantem ſub veniali quocumque ex prædictis modis. Pro quibus obijcies: qui eſt ſub mortali peccat mortalitèr cōmunicando: ergo & qui eſt ſub veniali, peccat venialiter cōmunicando. Patet conſequentia: quia, ideò ille peccat mortalitèr, quia gravem irreverētiam irrogat ſacramēto communicans ſub mortali: ſed exiſtens ſub veniali levem iniuriā irrogat ſic communicando: ergo peccat venialitèr. Reſp. negando conſequentiam. Ad probationem nego minorem: quia cùm nulla extet prohibitio cōmunicandi ſub veniali, nulla irreverentia fit Euchariſtiæ ab eo, qui ſub veniali cōmunicat. Sicùt, neque eſſet peccatū mortale communicare ſub mortali, ſi nō extaret præceptum hoc prohibens, ſeu petens munditiam à mortali ad dignè communicandum.

164 Obi. 2. qui cum peccato veniali præſertim actuali, aut cum affectu venialitèr peccandi (etſi cōcomittantèr) accedit ad Euchariſtiam, impedit aliquem effectū illius, nempè remiſſionem illius venialis, & fervorem charitatis: ergo peccat venialiter. Reſpon. negando conſequentiam: quia, cùm nulla extet lex prohibens impedire effectum non primarium Euchariſtiæ, ſeu petens munditiem à veniali in communicante, nullum veniale cōmittitur à ſic communicante, etſi effectum ſecundarium impediat.

165 Obijc. 3. Genadium *lib. de Eccleſiaſticis Dogmatibus cap. 53. apud Auguſt. t. 3.* & refertur Canone *Quotidie de conſecratione diſt. 2.* ubi communicaturus admonetur, vt poſtquā ſatiſ-

ſatisfecerit lacrymis,&orationibus, confidentia piæ confeſſionis(id eſt, præmiſſæ) *accedat ad Euchariſtiam intrepidus, & ſecurus*. Et ſtatim additur : *ſed hoc de illo dico, quē capitalia, & mortalia peccata non gravant* : ergo cum venialibus, ſeu non capitalibus non licet communicare. Reſp. negādo conſequentiā: quia, ſi illis verbis, ut ſonant, deberemus ſtare, teneremur etiam præmittere cōfeſsionem venialium ad Euchariſtiæ perceptionē: (ut benè notat Vazquez *diſp.207.capit.2.num.19.*) quod nemo docet. Igitur per mortalia hic intelligit Genadius, peccata publica, non autē quæcumque mortalia, etiam ſecreta : nam ſtatim ſubiungit. *Nam, quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor, prius publica pœnitentia ſatiſfacere; & ita Sacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari.* Quod ſanè de ſolis publicis peccatis intelligendum videtur: nam de ſecretis (etiam graviſsimis) numquā fuit neceſſarium, publicam agere pœnitentiam.

166 Obi. 4. Anſelmum in illud 1. *ad Corinth.* 11. *Probet autem ſe ipſum homo*, ubi dicit : *Indignè manducat, & bibit, qui vel aliquod grave, vel multa levia cōmiſsit peccata, & non eſt confeſſus.* Reſpond. cum *Vaz. ibi num.* 20. & *G. Hurt.* ibi ſolùm loqui de illis venialibus, ex quibus efficitur unū mortale. (ut ex pluribus furtis parvis fit unū mortale; ſaltêm quantum ad retentionem, aut non reſtitutionē) Aliàs ad Euchariſtiæ ſumptionem exigeret Anſelmus confeſsionem venialiū : quod nullus Theologus exigit. ¶ Omitto, quòd commentaria in epiſtolas D. Pauli in editione Pariſienſi anno 1544. tribuuntur Hervæo, non Anſelmo. Quæ inſcriptio videtur verior: ut expendit Bellarminus *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in vita Sancti Anſelmi Cantuarienſis in obſervatione ſecūda ad eius opera.*

DVB. LIIII.

167 PEtes 54. an committat peccatum veniale ille, qui cum diſtractione voluntaria communicat? Reſp. negativè. Quia nullum extat præceptum prohibens internam diſtractionem in communicante. ¶ Dices, peccatum irreligioſitatis venialis committi ab orante voluntariè diſtracto, etiam ſi oratio ſit voluntaria : ergo & a communicante volūtariè diſtracto. Reſpond. negando conſequentiā: quia attentio eſt de ſubſtantia orationis: non autem communionis : ut ex Ioanne Sanchez notat Diana 3. *p. tract.* 4. *Reſ.* 1. Et ratio eſt, quod oratio eſt loquutio ad Deum : loquutio autem requirit attentionem: etenim

nim eſt actio politica, & humana: & conſequentèr ex natura ſua exigit attentionē, ſeu quod attentè fiat: aliàs irreverentia irrogatur perſonæ, quam alloquimur. At cõmunicatio, cùm non ſit loquutio, ſed manducatio, hanc attentionem non requirit: neque iniuria fit cibo; ſi ſine attentione ſumatur. Et, cùm alias diſtractio voluntaria effectum principalē ſacramenti, ſeu infuſionem gratiæ ſanctificantis non impediat, nullum peccatum (adhùc veniale) fit à ſic communicante. Hanc noſtram ſententiam defendit Ioannes Sanchez *diſp. 23. n. 21.* & à fortiori videtur, illam defenſuros, qui dicunt, nòn committi peccatum veniale à cõmunicãte cum peccato veniali: quos AA. retulimus *n. 161.* ¶ Filliucius autem *t. 1. tract. 4. cap. 7. n* 206. affirmat, eſſe peccatum veniale communicare cum voluntaria diſtractione: quam ſententiã etiam eſſe Reginaldi, & aliorum dicit Diana *3. p. tract. 4 Reſol. 31.* Et pro ipſa obijcitur: actus communicandi debet habere prò circũſtantia attentionem: ergo defectus illius eſt peccatum veniale. Reſpondetur negando antecedens: de hac enim nullũ extat præceptũ, nec actus mãducandi hoc poſtulat ex natura ſua: vt conſtat ex nupèr dictis.

168 Infertur ex noſtra concluſione, quòd etſi ſemper ſit conſulendum, quòd homo ſine diſtractione accedat ad communicandum, vt ſic devotiùs cõmunicet: tamen nolenti hoc conſilium ſequi non eſt conſulendum, vt à communione abſtineat: immò potiùs eſt conſulendum, vt communicet. Quia tunc nullum peccatum committit; & aliàs lucratur gratiã: & conſequentèr conſiliũ iſtud eſt de meliori bono. ¶ Hinc à fortiori infertur, ſemper, & indiſcriminatim eſſe conſulẽdam communionem illi, qui in volũtarias diſtractiones patitur, dùm ad communionem accedit; immò, illi, qui dubitat, aut ſcrupulis angitur, an eius diſtractiones ſint voluntariæ, aut volitæ? An involuntariæ, aut nolitæ?

DVB. LV.

169 PEtes 55. an ſit peccatũ veniale communicare eo die, quo quis habuit pollutionem in voluntariam? Reſp. negativè. Quia nullum eſt præceptum prohibens tunc communionem. Sic *D. Th. q. 80. art. 7. Suar. Fagund. Sancius, Henr. Layman, Philibertus, Baſſeu, & Valerium quos citat, (& ſub aliquali dubio Machado) & ſequitur Leãdro trac. 7. diſp. 6. q. 1. Quibus adde G. Hurt. diſp 9. diff. 13.*

170 Sed pro oppoſita ſen-tententia prædictus Leandrò citat

citat *Angelum Alexandrum, Albertum, Bonaventura, Palud. quos dicit citare, & ſequi Gabrielē lect. 10. in Canonem.* Pro qua ſententia obijcitur Auguſtinus *ſerm. 244. de tempore*, vbi docet, poſt pollutionem nocturnam, quæ, nobis nolentibus, accidit, non licet communicare; niſi eleemoſyna, & ieiunium præcedat. Reſp. ſic docere Auguſtinum propter aliquā legem vniverſalem, aut provincialem, quæ tunc temporis vigebat. Cogor, ſic reſpondere; eo quòd idem docuerit D. Greg. *reſponſ. 11. ad Auguſtinum Angelum* (& refertur can. *Teſtamentum diſt. 6.*) & Thimothæus Alexandrinus *in reſponſis Canonicis, quæ habentur t. 6. Bibliot. Patrū reſp. 3.* & multi ex ſcholaſticis, & ſummiſtis; ut dicit Suarez *diſp. 78 ſect. 2. §. Ex hac.* Cùm ergo ex natura rei communicare poſt pollutionē involuntariam non ſit prohibitum, videtur, mihi haud facilè, tot, tantoſque viros conſpiraſſe in hoc, quòd tunc reperiebatur peccatum, niſi aliqua lege aut ſcripta, aut conſuetudine introducta id cautū fuiſſe, videretur. Qua quoque ratione Vazquez *q. 80. art. 7. à n. 26.* ſibi perſuadet, & benè probat, antiquitùs fuiſſe prohibitā communionem intra aliquorum dierum ſpatium fœminæ poſt partum; itèm poſt matrimonium, & eius conſumationem; & demùm menſtruatæ. Quod & de pollutione credidiue Vazquez, dicit G. Hurt. *diſp. 9 diff. 13.*

171 Obi. 2. quòd ex pollutione remanet in corpore quædam indiſpoſitio, ſeu corporalis immunditia: ergo ratione huius erit peccatum veniale accedere ad Euchariſtiā. Reſpon. negándo antecedens. Non enim capitur, cur habeat maiorem cum communione oppoſitionem corporalē pollutio, quam alia excrementorum evacuatio. Quarè, ſicùt nulla reputatur culpa, aut indecētia præceſſiſſe (immò & paulò ante) communionem aliam; ſic nec præceſſiſſe involuntariam pollutionem. ¶ Dices, quod ex pollutione remanet animus diſtractus. Reſpond. (omiſſo, quòd hæc diſtractio nō eſt corporalis immunditia: ut intendebat argumentum) non ſemper cōtingere hanc diſtractionem. Præterea quid obeſſe poteſt, ſi eſt involuntaria. Adde, quòd neque voluntaria diſtractio mentis impedit communionem: ex dictis à *n. 157.*

DVB. LVI.

172 PEtes 56. an ſit peccatū communicare poſt pollutionem mortalem, aut fornicationem intra eādē diem, etiam ſi præcedat confeſſio illius peccati? Reſp. negativè. Itaque neque peccatum veniale

le tunc reperitur. Quia homo ille per confeſsionem redijt ad ſtatum gratiæ (vt ſuppono) ſed Tridentinum docet, eum, qui eſt in ſtatu gratiæ, dignè, ſanctè, & reverentèr communicare: (ut expēdebamus *num.150.*) ergo neque venialiter peccat. *Sic Sancius in ſelectis diſp.23.num.30.(& apud illū D.Th. & Gab.) Azor, Navarr', Palud. Silveſter, Ægidius, Suar (malè citatus à Bonac. pro oppoſita ſententia) Filliutius, Lazarius, & Chamerota apud Bonacinam, Hurt. quos citat, & ſequitur Leandro tract.7. diſp.6. q.3.* ſic concludens: Non ergò benè dixit Lugo, hanc ſententiam tot graviſsimis Doctoribus fulcitam eſſe ſingularē, & falſam. ¶ Dices, eſſe contra ea, quæ in Miſſali proponūtur ſub titulo *de defectibus diſpoſitionis ex parte corporis*: ubi in noſtro caſu præcipitur Sacerdoti, qui habuit pollutionem peccaminoſam in ſomnis, ut pro illo die non celebret: ergo erit peccatum communicare poſt pollutionem peccaminoſam mortalitèr, aut fornicationem. Reſp. negando conſequentiā. Quia illa quæ in Miſſali proponūtur ſub titulo *de defectibus* ſūt inſtructiones quædam doctrinales (nō verò ſpeciales conſtitutiones inducentes novam obligationem) & quidem datæ iuxta doctrinam probabilem. Et ideò non magis obligāt, quàm res ipſæ, aut doctrina in qua ex fundantur: vt ex Suar. *diſp.85. de Euchariſt. ſect.1. & ex alijs viris doctis à ſe cōſultis* notat Pellizarius *tract. de Monialibus cap.10. ſect.3. ſub ſect.1. num.241. apud Dian. t.10. tract.13. Reſol.49.* Quare, præmiſſa cōfeſsione peccati mortalis, licet communicare.

173 Vndè reijciuntur *Navarrus de Pœnit. diſt.6. cap.1. & alibi, Marſilius in 4.q.6.art.4. & Covarru. in Clem. Si furioſus, p.3. n.8.* affirmātes, tunc intervenire peccatum mortale. Notat autem Leandro ibi, malè Fagundez citare pro hac ſententia *D.Tho., Alexandrum, Paludanum, Adrianum, & Gabrielem.* Sed, hoc omiſſo, hæc ſententia nihil nobis obijcit, quod ex noſtro fundamēto, facile non ſolvatur.

174 Reijciuntur etiam, qui affirmāt, tunc reperiri peccatum veniale. Hi ſunt *Valentia, Nugn', Cruz, Victoria, Ochagavia, Bonacina, Granados, Diana 5.p. tract.13. Reſol.65. & Lugo diſp.15.num.4.* dicens, oppoſitam ſententiam eſſe ſingularē, & falſam. Immeritò tamen: ut concludit Leandro. Igitur hi nobis opponunt. Contingere poteſt, quòd quis peccet venialiter comunicādo hic, & nunc, licet ſit in ſtatu gratiæ. ergo ex hoc, quòd concilium ad dignā communionem ſolùm petat ſtatum gratiæ, non infertur, nullum tunc committi peccatum

tum

tum veniale: etenim cōcilium ſolùm declaravit præparationem requiſitam ad dignam cōmunionem ex parte animę, ſeu conſcientiæ communicantis; non autem excluſit requiſita ex parte diſpoſitionis corporis. ex qua etiam requiritur ieiunium naturale: necnon & ex parte reverentiæ debitæ ipſi actioni communicandi: ex qua etiam requiritur, quòd lotis manib⁹, & facie celebret Sacerdos. Hinc peccatum veniale eſſe accedere ad Euchariſtiam, non lotis manibus, aut facie, dicunt *Granados, Narbona, Diana, & Martinus de S. Ioſeph, quos citat, & ſequitur Leandro tract. 7. diſp. 6. q. 8.* Reſp. concedendo ferè totum. Nos enim non affirmamus, communicare poſt habitam pollutionem peccaminoſam mortalitèr, ſed debitè cōfeſſam, eſſe licitum præciſsè ex eo, quòd homo eſt in ſtatu gratiæ; ſed etiam ex hoc, quòd nulla lege poſitiua eſt prohibitum communicare poſt illam iam confeſſam. ¶ Voluntarie autem dicitur; quòd poſt pollutionem (ſive peccaminoſam, ſive inculpabilem) remanet quædam corporalis indiſpoſitio, ut notabamus *num.* 161. ¶ Superſedeo verò ab aſſertione illa Granados, & aliorū de peccato veniali invento in communicando, non lotis manibus, & facie. Non enim id facilè credam: nec credo, quòd facilè probabitur, peccaminoſam indecentiam in hoc reperiri. Sicùt reperitur in Sacerdote, non lotis manibus celebrante. Ratio enim dictat, manus immediatè tractantes tantum Sacramentū (vi cuius contactus manibus ipſis debetur adoratio) debere eſſe mundas. Quæ ratio non militat in facie Sacerdotis: neque in manibus, aut facie communicantis.

DVB. LVII.

175 PEtes 57. an ſit aliquod peccatum communicare ipſo die copulæ coiugalis? Reſp. negativè. Quia nulla de hoc extat prohibitio. Nec facilè probabitur, levem aliquā irreverentiam tunc Sacramēto irrogari. ¶ Voluntariè autem dicitur, ſanctitatem Sacramenti poſtulare, ut aliquod temporis intervallum mediet inter copulam coniugalem, & communionem. ¶ Sed contra ſic reſpondentes meritò expēdit Falconi *in ſuo pan quotidiano cap.* 22. ſe rem iſtam aſpicere intuitu potiùs naturali, quàm fidei. Hæc enim docet, matrimonium in lege gratiæ eſſe ſacramentum: & conſequentèr eius uſus, aut exercitium eſt Deo gratum: (ſicùt, & cuiuſcumque alterius ſacramenti actus) Quomodo ergo obſtare poteſt communioni præceſsiſſe exercitium Deo gratum?

¶ Prę-

¶ Præterea rogo, cur AA. iſti non petant mediare aliquod tẽporis interſtitium inter copulam, & confeſsionem? Nonnè Sacramentum Pœnitentiæ eſt ſanctum? Nõne in eo infunditur gratia, aut ſanctitas? Si ergo nullam temporis intercapedinem requirunt AA. prædicti inter copulam, & confeſsionem; neque illam poſtulent ad communionem. ¶ Inſupèr peto ab his auctoribus, qua ſtatera ponderaverint viginti quatuor horarum ſpatiũ, nec plus, minusvè neceſſariò debere intercedere inter actum matrimonialem, & communionem? Admiſſo enim, eſſe neceſſariã aliquam tẽporis moram, tres, aut quatuor, aut octo dies debebant aſsignare ſicuti concilium Elebertinum *num.* 140. citatum. ¶ Hanc noſtram ſententiam ſecuntur *G. Hurt. diſp. 9. diff. 13. Sancius diſp. 23. à num. 13. Angelus, Navarrus, Ægidius, Victoria, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandro tract. 7. diſp. 6. q. 4. Quibus adde Auguſtinum Bernal de Sacram. diſp. 43. ſect. 1. teſte Diana t. 10. tract. 16. Reſolutione 33.*

176 Vndè reijcitur ſentẽtia affirmans, tunc intervenire peccatum mortale. Ita Palud. *in 4 d. 9. q. 3. & alij apud Machado lib. 2. par. 4. tract. 9. docum. 6.* Pro qua ſententia poteſt adduci illud decretum concilij Elibertini *num.* 140. adductum, vbi præcipitur, coniugatos communicaturos per tres, aut quatuor, aut octo dies ab uſu matrimonij abſtinere. Reſp. (ſicùt & ad ſimiles canones) id iam eſſe antiquatũ. Aut ſolum loqui conſulendo.

177 Reijcitur etiam ſententia aſſerens, tunc intervenire peccatum veniale. (niſi aliqua iuſta cauſa communicandi ſubſit) Ita *Thomas Sanchez lib. 9. de Matrimonio diſp. 13. num. 2. & 7. Henriq. Sà, Lugo, Philibertus,* (dicens eſſe ſentẽtiam omniũ) *Fagundez, & Diana 3. p. tract. 6. Reſol. 71. & alij apud prædictum Leandrum.* Pro qua ſentẽtia obijcies, eſſe indecentiæ genus coniungere, ſeu non ſeparare per aliquod temporis intervallum uſum matrimonij ab uſu ſacramenti Euchariſtiæ: ergo erit ſaltèm veniale peccatum. Reſp. negando antecedens: voluntariè enim dicitur, in hoc aliquam indecẽtiam poſitivam reperiri. Si enim ſtatim poſt quemcumque alium actum (etiam peccaminoſum mortalitèr) licitum eſt, immò & laudebile, & ſic à pluribus Patribus conſultum, accedere ad Sacramentum Pœnitẽtiæ, & poſtea ad Euchariſtiã: (Quod meritò ſic coſulunt, ne peccatum perſeverans ſuo põdere in alia trahat peccata.) Cur non licebit eo die uſus matrimonij accedere ad Euchariſtiam? Hùc ſpectat, quod piè expendit P. Fal-

Digitized by Google

Falconi *vbiſupra*, voluiſſe Chriſtum D. vertiſſe aquam in vinum (per quam converſionem ſignificatur Euchariſtia ſecundum aliquos PP.) dùm erat invitat' ad nuptias, quaſi innuēs, ſacramēta matrimonij (quoad uſum) cùm receptione Euchariſtiæ licitè poſſe coniungi.

178 Obij. 2. uſus matrimonij habitus ex fine procreādi filios eſt licitus, & honeſtus; habitus tamen ad captandum delectationem indè ortam eſt venialitèr peccaminoſus: ergo ſaltèm, quandò præceſsit uſus hoc poſteriori modo, erit peccatum veniale eo die ad Euchariſtiam accedere. Reſpond. negando antecedens cum multis relatis à Thoma Sanch. *lib.9. de Matrim. diſp. 11. num. 2. quibus Ioan. Sancius diſp. 23. num. 25. addit Baſilium Poncium, Palacium, Veracrum (& apud ipſum Albertum Magnum, EKium, & Martinum de Magiſtris) & Maiorem.* Quod eſſe ſatis probabile fatetur G. Hurtado *de Matrim. diſp. 10, diff. 2. num. 7.* Et in hoc conſpirāt ferè omnes AA. relati pro noſtra ſententia *num.* 135. Igitur meritò negamus antecedens: non enim apparet, cur erit contra rationem quærere delectationem actus honeſti, aut ab illo ortam. Aliàs non liceret audire cantionem honeſtam ad capiendum delectationem de illa: contra D. Auguſt. 8. *Confeſ. cap.* 10. aſſerentē, rem eſſe poſitivè bonam: ut not at Ioan. Sancius *diſp. 23. num. 25.*

¶ Reſp. 2. (admiſſo antecedente) negando conſequentiā. Si enim ſtatim poſt comiſſum peccatum in quacumque alia materia, licitè acceditur ad Euchariſtiam; (dummodò præcedat confeſsio, ſi peccatum fuerit mortale) cur magis veniale in uſu matrimoniali repertum impediet communionem? Dicere autem, in actu matrimoniali dari quamdam oppoſitionem cum ſumptione Euchariſtiæ; aut dari quamdam corporalem indiſpoſitionem; eſt merè voluntariè dictum: ut probabamus *num.* 161. & 165.

179 Dices: ſi in copula coniugali, aut pollutionè (peccaminoſa, aut non pecaminoſa) nulla reperitur oppoſitio cum Euchariſtiæ ſumptione, cur Concilium Eliberitanum *num.* 149. relatum, & aliqui alij canones prohibuerunt cōmunionem poſt copulam cōiugalem? Reſp. prædictos canones eſſe abrogatos. (ſi præceptivè loquebantur) Aut ſolùm conſiliativè loqui: ut *num. illo* 149. notavimus. Immò hinc contra predictos AA. & pro noſtra ſententia ſumo argumentum Si prædicti canones ſolùm conſiliativè loquātur, nulla erit culpa illis non conformari. In hoc enim differt conſilium a præcepto, quòd iſtud ſine culpa tranſgredi nō poſſum: benè tamen

men illud. Si autem prædicti canones præceptum continebant, eorum abrogatio multum favet noſtræ ſententiæ: durum quippè iudicavit Eccleſia, coniuges propter actum matrimonialem Euchariſtia privare.

180 Quo autem fundamento PP. conſiderint illos canones, non eſt manifeſtum: immò eſt mihi ſatis mirabile: cùm contrarij videantur vſui primitivę Eccleſiæ; in qua certum eſt, omnes indiſcriminatim quotidiè communicaſſe: vt conſtat *ex num.* 145. & etiam indubitatum eſſe debet, filios procreaſſe. Iure ergo miror, cōtra vniuerſum Eccleſiæ morem Apoſtolorum temporibus receptum aliquos canones condi ab aliquo concilio. (Adhùc Provinciali: quale fuit Elibertinum in Hiſpania celebratum circa annos 326. & circa tempora concilij Niceni primi ſub temporibus ſancti Silveſtri Papæ, & Conſtantini Magni. Interfuerunt illi decem, & nouē Epiſcopi.) Igitur exiſtimo, Patres prædictos exceſsiuè loquutos fuiſſe ductos fortè nimio zelo, quo circa reuerentiam Euchariſtiæ debitam afficiebantur; & quàm minui communicando poſt vſum matrimonij zelo potiùs quàm ex ſufficienti fundamento exiſtimabant. Quem zelum temperauit Eccleſia: vt patet ex Tridentino, Pio V. & declaratione Cardinalium adductis *num.* 144 & 145.

181 Nec novum, aut inuſitatum eſt, quando PP. aliqui opponuntur alicui communi Theologorum cōcluſioni, reſpondere illos exceſsiuè loquutos. Sic enim cuidam auctoritati D. Auguſtini 1. *de fide ad Petrum cap.* 24. expreſsiſsimè affirmantis, parvulos morientes ſine baptiſmo eſſe puniendos pœna ignis, reſpondent D. Bonavent. Scotus, & alij. Verba Scoti audiamus. Igitur *in* 2. *diſp.* 33. *Sed ſi quæratur verſ. Ad primum* ſic loquitur. *Ad primum argumentum reſpondet Diuus Bonav. quòd Auguſtinus exceſsivè loquitur de illis pœnis, &c.* Quod, & docent multi alij præſertim D. Th. *in* 2. *diſp.* 33. *art.* 1. *&* 2. dicens, PP. in hac re piè eſſe interpretandos. ¶ Ex Recentioribus autem Gaſp. Hurt. *diſp.* 7. *de Peccatis diffi.* 15. *§ Auſtinus verò* dicit, PP. Locutos fuiſſe ex impetu diſputationis contra Pelagianos negantes peccatum originale, & omnem illius pœnam: & ideò in aliud extremum plus æquo declinaſſe. ¶ Et Becanus 2. *pag. tract.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 12. *num.* 8. dicit: *At quamvis id affirmarent* (ſcilicèt Auguſtinus, & Fulgentius) *non tamen cogeremur id nos affirmare*. Ac ſi apertè diceret, quòd quando PP. non poſſunt excuſari, ſeu com-

modè explicari, potiùs ſunt deſerendi, quàm veritas.

182 Hùc etiam ſpectat id, quod obſeruat Sácius *in ſelectis diſput. 23. num. 35.* nempè quàm exceſsiuè loquuti fuerint aliqui PP. de obligatione dandi eleemoſynam. Igitur *Divus Hieronymus (vt habetur diſtin. 32. cap. 10. D. Ambroſ. ſerm. 81. ſuper Lucam cap. 12, (& habetur diſt. 47. cap. ſicut) D. Auguſtinus ſuper Pſalmum* 147. *D. Baſilius in homilia de Divite, & D. Chryſoſt. hom. 34. ad populum Antiochenum* de mortali damnant eos, qui in communibus neceſsitatibus de ſuperfluis non erogant eleemoſynas. Et tamen contraria eſt omnium ſcholaſticorum ſententia cum D. Th. 2.2. *quæſt.* 32. Quarè prædicti PP. aut apertè ſunt deſerendi; aut piè interpretandi, ſcilicèt exceſsivè loqui ex nimia charitate erga proximum. Sic ergo interpretandi ſunt Patres illi, qui condiderunt prædictos canones. (Quiquidem ad culpam mortalem, & non ad venialem tantùm obligarent, ſi præceptoriè loquerentur; & alias contrario vſu, & diſpoſitione Eccleſiæ non eſſent abrogati: ſicùt obligat præceptum communicandi ſub ieiunio: vt notat Vazquez *diſput.* 210. *num.* 28.) Itèm ſic ſunt interpretandi *D. Auguſtinus de Bono coniugali capit.* 10. & *alibi, diſt. Greg. lib. 32. Moralium capit.* 18. *D. Anſelmus, in* 1. *ad Corinthior.* 7. (vbi eos ſequitur Diuus Thom.) dicentes actum coniugalem ſine vitandi concupiſcentiam habitum eſſe peccatum veniale. Loquuntur (inquam) ex ardentiſsimo caſtitatis amore, quo erant affecti. (Vt ex Thom. Sanch. *lib. 9. de Matrimon. diſputat. 9. num.* 6. notat Sancius *diſputat. 23. num* 35.) Itaquè exceſsivè loquuntur. Cùm enim Apoſtolus 1. *ad Corenth.* 7. permittat, quòd vnuſquiſque vxorem habeat ad vitandum incontinentiam; cur aſſeritur, peccatum veniale tunc intervenire? Recolantur dicta *num.* 168.

183 Obi. 3. Deus occidit Ozam tangentem arcam teſtamenti, eo quòd præmiſſo vſu matrimonij fuerit auſus, eam attingere. Ita *Sanctus Vincent. Ferrer ſerm. 4. de corpore Chriſti citans Divum Hieronymũ.* Vndè ſic argumentantur: Arca illa erat figura Euchariſtiæ: ergo potiori ratione occidetur accedens ad Euchariſtiam poſt vſum matrimonij. Reſpondetur de cauſa occiſionis Ozæ extare opinionum diverſitatem. Sufficiat nobis, D. Ambroſ. relatum àS. Vicente Ferr. *Serm. de Euchariſtia* ſentire percuſſum fuiſſe, eo quòd tranſgreſſus fuit præceptum impoſitum

ſtum levitis portandi arcam humeris; quod contempſit Oza boves arcæ oneri ſubijciendo. Quam ſententiam defendit Maior *in 4.diſp.9.quæſt.1.art.3. & alij*. In quorum ſententia omninò evanet argumentum. ¶ Sed age admittamus ob contactum arcæ, præmiſſa copula coniugali, occiſum fuiſſe Ozam. Et tunc in forma reſpondemus, admiſſo etiam, aut conceſſo antecedenti, negando conſequentiam: quia extabat præceptum non accedendi ad ſancta, præmiſſa copula, aut alia immũditia. Quapropter Sacerdos Achimelec *1.Reg. cap.21.num.4.* antequàm traderet panes propoſitionis, ſeu panes ſanctos, interrogavit Dauid: *ſi mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus?* In lege autem gratiæ non extat præceptum prohibens communionem poſt vſum matrimonij. Et ideo nullum coniugem vidimus occiſum, quia communicavit poſt copulam coniugalem. Adde, quòd tunc temporis matrimonium non erat eleuatum ad eſſe Sacramenti: & conſequentèr eius vſus non erat, ita purificatus; ſicùt in lege gratiæ.

(*.)

DVB. LVIII.

184 Petes 58. an conſulendũ ſit coniugatis, vt ipſo die, & nocte ante communionem à copula abſtineant? Reſpondetur affirmativè. Quia ſic conſulunt Canones *num.* 140. relati, necnon & multi alij PP. ſufficiat D.Hieronymus *in quodam ſermone in vigilia Paſchatis (de eſu agni) & refertur cap. ſciatis 34. quæſt.4.* dicens: *Quicumque vxori debitum reddit, vacare non poteſt orationi; nec de carnibus agni comedere debet.* Et paulò poſt: *ſi panes propoſitionis non poterant ab his, qui vxores ſuas tetigerant comedi; quantò magis panis ille, qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab ijs, qui coniugalibus paulò ante hæſere complexibus violari, atque contingi?* Igitur ſic docent Patres, & meritò: quia abſtinentia illa eſt coniugatis opus valde mortificatorium: & conſequentèr optima diſpoſitio pro communione facienda. Et cùm aliàs exequutio illius abſtinentiæ ſit magis in promptu coniugatis, quàm mortificatio ieiunij, diſciplinæ, cilicij, aut alterius operis moleſti, aut mortificativi; talem abſtinentiam ab actu coniugali pro diſpoſitione communionis commendant Patres perſonis coniugatis. In hanc doctrinam conſpirant Auctores.

185 Eſt tamen inter Authores diſſenſio non parva; an coniugato, qui tale conſilium non implevit, ſed uſus eſt matrimonio ipſo die, aut nocte ante communionem (ſive petendo, ſive reddendo debitū) ſit conſulenda communionis abſtinentia? Reſpondetur negativè. Quia conſilium debet eſſe de maiori bono: eſt autem minus bonum abſtinentia à communione, quàm ipſa communio: ergo communio potiùs quàm abſtinentia eſt conſulenda. Conſequentia eſt legitima; maior certa: minorem verò probant dicta *num.* 143. 153. & 154. Vndè conſtat, abſtinentiam communionis ex ſe ſe nullam habere bonitatem, ſolùm poſſe aliquam participare ab operante: communionem autem non ſolùm poſſe participare bonitatem ab operante, ſed etiam in ſe ipſa aliquam habere intrinſecam. Conſtat itèm, quot, & quales virtutes in quacumque communione exerceantur.

¶ Probatur ſecundò à ſimili. Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 7. *num.* 5. conſulit coniugatis abſtinentiam vſus matrimonij ad tempus, vt vacent orationi. Quòd ſi coniuges noluerint abſtinere, non eſt illis conſulendum, quòd poſt uſum matrimonij abſtineant ab oratione: immò ſemper oratio eſt illis conſulenda: nam quamvis efficacior, aut aptior eſſet oratio adiuncta ſeu comite illa mortificatione abſtinentiæ copulæ matrimonij; ſuppoſito tamen, quòd deſuit prædicta mortificatio, adhùc manet melius orare, quàm non orare, ſeu propriùs loquendo, orare eſt abſolutè bonum; non orare autem ex ſe ſe nullam habet bonitatem. Quarè oratio coniugatis, adhùc ſuppoſita copula, eſt conſulenda.

186 Noſtram ſententiam defendit Sancius *in ſelect. diſput.* 23. *per totam, Medina, & Marzilla apud ipſum: Quam probabiliter tuetur Leandro tract.* 7. *diſput.* 6. *quæſt.* 5. addens, eam ex parte defendere D. Gregor. *reſponſ.* 10. *ad interrogationes D. Auguſtini* (*& refertur in cap. Vir cum propria* 33. *quæſt.* 4. Vbi dicit: *ſi quis ſua coniuge non cupidine voluptatis captus, ſed ſolùm liberorum creandorum gratia vtitur; de ſumendo corporis Domini, ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus iudicio: quia à nobis non debet prohiberi accipere.* Vbi Gloſſa verb. *prohiberi*, ait *diſſuaderi*. Et cum hac limitatione (ait Leandrus) noſtram ſententiam docet Sanchez, cum alijs pluſquàm viginti Doctoribus pro oppoſita ſententia à Diana citatis.

187 Sed coniugibus conſulendum eſſe poſt habitā copulam nocte ſaltèm præcedente, ut

ut abſtineāt ab Euchariſtia docent. *Angelus, Navarrus, & Victoria, Salazar, & alij, teſte prædicto Leandro. Immò Sancius diſp.* 23. *n.* 12. dicit, quòd ferè omnes AA. agentes de hac re exiſtimant, ſic forè conſulendum. Et a fortiori id dicere debent AA. qui dicūt, tunc intervenire peccatum: quos retulimus *num.* 176. & *num.* 177. Pro qua ſententia obijcies diverſos canones, & PP. (quorum aliquos retulimus *num.* 149. & *n.* 184. qui ſaltèm ſub conſilio loquūtur. Reſp. ita eſſe; nempè prædictos PP. & canones conſiliative eſſe accipiendos. Conſulunt tamen id, quod *num.* 184. ſtatuimus eſſe conſulendū coiugatis, ſcilicèt, quod nocte præcedente communionem ab vſu matrimonij abſtineant, ut ſic vi illius mortificativę abſtinentiæ devotiùs communicēt. Non tamen conſulunt coniugatis, qui abſtinere ab uſu matrimonij noluerunt, vt à communione recedant. Hoc enim eſſet conſulere minus bonum, relicto maiori. Sicuti, etſi cuicumque communicare volenti conſulendum ſit, vt ſe præparet oratione, ieiunio, & alijs pijs operibus, dato tamē, quod ab his ſuperſederit, communionis abſtinentia (dummodo non ſit ſub culpa gravi) non eſt illi, ſed potius communio conſulenda.

188 Obij 2. maiori decētia communicant cōiuges præcedenti abſtinuētia copulæ, quā ſi non abſtinuerint: ergo copula ipſa eſt aliqua indecentia ad communicandum: ergo propter hanc non eſt conſulenda communio. Reſpon. negando conſequentiam: ex eo enim, quòd aliquod ſit minus bonū, non ſequitur, quòd non ſit bonum: immò neceſſariò infertur, quòd ſit bonum: quia magis, ac minus ſunt eiuſdem generis, ſeu non variant naturas rerum. ¶ Contra: ergo conſulitur minus bonum. Reſp. negando. Semper enim dicimus, conſulendum eſſe coniugibus, ut nocte præcedente communionem abſtineant ab uſu matrimonij propter maiorē mortificationem, ſeu reverētiam. Addimus tamen, quòd, ſi noluerint illud conſilium ſumere, aut ad communionem per talem mortificationem ſe prępare, conſulendum adhuc eſt illis communicare: quia melius eſt communicare cum illa minore decentia, ſeu præparatione, quàm non communicare. Immò abſolutè loquendo, etiam ſic communicare eſt bonum; non communicatio autem caret intrinſeca bonitate.

189 Obijc. 3. aliquæ ſunt actiones, quæ, etſi non ſint malæ, tamen propter indecentiā, aut minorem decentiam prohibentur ab Eccleſia componi cum actibus ſacramentalibus:

conſumptis iam ſpeciebus ſacramẽtalibus, talem abſtinẽtiam ad nullum finem ab Eccleſia intentum videri neceſſariam. Hoc tamen mihi nō omninò placet: ſi enim, ſecluſa lege, aut prohibitione, eſſet aliqua indecentia conſtituens peccatum veniale in hoc, quod eſt cōmunicare poſt uſum matrimonij eo die, aut nocte antecedente habitum; non minor indecẽtia, immo fortè maior eſſet prædictus vſus poſt communicationem. Cùm non minor reverentia debeatur Chriſto D. hodie domum aliquam intraturo, quàm poſtquàm iam intravit. Sed ab his ſuperſedeo: quia in noſtra ſententia negandũ eſt antecedens: vt dicebamus.

DVB. LX.

192 PEtes 60. an ſit vituperabile communicare ex conſuetudine? (hoc eſt, cùm minori advertentia, aut conſideratione, attentione vê ad actionem communicandi. Experimur enim hanc minorem advertentiam in quacumque alia materia, aut negotio. Cùm enim quis Regem allocuturus accedit, prima, aut prioribus vicibus, maximè attentionem adhibet, verba ruminat, & omnes actiones præmeditatur. Tamen ſi cum illo frequentiſsimè loquitur, illa advertentia, aut attentio ſic minuitur, vt ferè nullam aliam apponere videatur, ac ſi cum alia perſona minoris dignitatis loqui videretur.) Reſpond. negativè. Quia etiam ſic communicans recipit gratiæ augmentum. Sacramentum enim iſtud (ſicùt & quodcumque aliud) præſtat ſuum effectum, quoties non reperit impedimentum: quod tantùm eſt peccatum mortale, vel præexiſtens in recipiente; vel in ipſa receptione ſacramenti commiſſum. Supponimus autem, ſic communicantem nullum mortale habere. Quod autem illa minor advertentia non ſit culpa, adhùc venialis, eſt mihi certum. Tùm, quia manducatio eſt actio, quæ ex ſe nullam, aut minimam expoſtulat attentionem intellectus. Vtcumq; enim applicetur cibus ſubiecto ſano, præſtat ſuum effectũ, hoc eſt, ipſum ſuſtentat. Recolantur dicta *num.* 167. Tùm, quia Chriſtus D. non exigit ab hominibus plus, quàm Rex terræ exigeret à ſuis familiaribus: à quibus hic nullatenus peteret, ut eamdem attentionem, aut advertentiam adhiberent poſt multas ſecum loquutiones, ac adhibuerunt, cùm primùm ſibi ſunt loquuti.

193 Et huius politiæ (nempè quod Rex id non petat) ratio naturalis eſt, quod ex frequentia actuum generatur habitus,

bitus, ſeu facilitas; quæ non ſolùm inclinat potentias ad ſimiles actus; ſed etiam cum illa poſteà concurrit ad poſteriores: qui evadunt perfectiores prioribus: cùm ad illos non ſolùm concurrat potentia facilitata, hoc eſt expedita ab impedimentis per habitum; (quem effectum præſtari ab habitu, nemo negat: etſi de concurſu partialitèr effectivo ad actus poſteriores ſit controverſa. Illum enim negant aliqui. De quo Scotus eſt problematicus *in 1. diſt. 17. q. 2. §. Contra iſtam opinionem, & §. Qui vellet*:) ſed etiam ipſemet habitus, ſeu facilitas activè concurrat, ſeu vt vera cauſa effectiva partialē perfectionem præſtet actibus poſterioribus, quam prioribus potentia ſine habitu concurrens præſtare non poterat. Vndè provenit, actus poſteriores cuiuſcumque potentiæ ſemper evadere prioribus perfectiores, etſi alias cauſa directiva (quæ in homine eſt intellectus; & in bruto aprehenſiva potentia) minorem attentionem, aut advertentiam adhibeat ſive ad proprios, ſivè ad aliarum potentiarum actus eliciēdos. Poſteriores (inquā) ſemper procedunt à potentia, & ab intenſiori habitu: qui non ſolùm adhibet perfectiorem concurſum ad actum; ſed etiam magis facilitat potētiam, ſeu illam expedit ab impedimentis, vt cōcurrat maiori conatu, ſeu perfectiorem concurſum partialem adhibeat actui poſteriori.

194 Vndè duo mihi certa ſtatuo. Primum eſt, nullam culpam (adhùc venialem) reperiri in minori illa advertentia, aut attentione, quam qui quotidie, aut frequentèr communicat, adhibet ad communicandum. Alterum eſt, quòd, non obſtante illa minori attentione, advertentia, aut conſideratione intellectus, (quę tria idem ſignificant) perfectior evadit poſtrema cōmunio, quā priores, nō ſolùm ex parte potentiæ exterioris, (quæ maiori conatu applicatur facilitata per habitū: (admittimus quippè habitus etiam in potentijs exterioribus) ſed etiam ex parte voluntatis: quæ, etſi liberè eliciat actum, quo vult communionem poſteriorem; tamē ad talem actum concurrit ipſa facilitata per intenſiorem habitum; necnon & iſte intenſior habitus adhibet ſuum partialem concurſum. Et ſic vtrimque illa poſterior volitio haurit quamdam individua lē perfectionem, aut intenſionē gradualem, quam (cæteris paribus) prior, aut priores volitiones communicandi non habebant.

195 Hinc infertur, quàm longiſsimè diſtet à culpa, aut imperfectione; immò quàm laudabile, & perfectum ſit virtutes

tutes operari ex conſuetudine. Et ideò D. Benedictus *in Regula capit.7.* commendat, ex conſuetudine operari virtutes. Accipite illius verba: *Vniverſa, quæ Monachus non ſine formidine obſervabat, abſque vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire; nõ iam gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona.*

196 Habemus ex dictis à *num.* 192. non ſolùm non eſſe vituperabile communicare ex conſuetudine, ſed etiã eſſe laudabile. Ita propugnant cõmuniter AA. aſtruentes, quotidianam communionem omnibus exiſtentibus in gratia (ſi aliundè non ſint prohibiti) indifferentèr eſſe conſulendam. Præ omnibus autem illis Ioannes Sancius *in ſelectis diſput.* 24. rem iſtam latè proſequitur.

197 Sed contra obijcies 1. communitèr reprehẽdi à Prædicatoribus communicare ex conſuetudine. Reſp. ſolùm intendere, laudabilius fore accedere ad Euchariſtiã maiori attentione, advertentia, aut conſideratione. Quod nos non negamus. Sicùt laudabilius foret præmittere communioni multa exercitia aliarum virtutum: quibus tamen deficiẽtibus, nemo dicet, eſſe culpam, aut vituperabile, quòd ieiunus exiſtens in gratia Euchariſtiam recipiat. ¶ Obl. 2. quòd communicans ex conſuetudine ſatiſfacit ſuæ inclinationi, aut cupiditati: & conſequentèr videtur operari amore ſui. Sed hoc videtur vituperabile: ergo vituperabile erit communicare ex cõnſuetudine. Probatur minor: quia ob reverẽtiam ſacramenti, & ex amore Dei debemus communicare. Reſp. negando minorem. Ad probationem dicimus, eſſe quidem vituperabile operari virtutes ex amore noſtri, excludendo alios fines honeſtos. nõ autem, ſi circa illos negativè nos habemus. Vndè *Pſal.* 118. dicebat Dauid: *Inclinavi cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributiones.*

198 Nota demùm, nullũ ex communicantibus ex conſuetudine reperiri, qui ſic inconſideratè cõmunicet, vt cõmunicando actum humanum nõ exerceat. Nàm, dato, quod in actuali ſuſceptione Euchariſtiæ actualem diſtractionem (voluntariè, aut involuntariè) habeat: tamen, dùm ad Eccleſiam adit, ad altere approximat, & *Domine non ſum dignus* profert, incredibile eſt, aliquã advertẽtiam non habere: quod ſufficiens erit, ut actus ſuſceptionis ſit virtuoſus, & humanus: vt meritò expendit Sancius *diſp.* 24. *n.* 10. Adde, quòd in volitione eundi ad Eccleſiam, accedendi ad altare, aut proferendi illa verba, *Domine non ſum dignus, &c.* includitur

tam-

tamquàm in medio, volitio communicandi. Sicùt dicunt communiter, quod, etſi Sacerdos diſtrahatur, dùm celebrat, conficit ſacramentum: quia in ablatione manuum, in indutione veſtium Sacerdotalium, &c. includitur volitio, ſeu intentio celebrandi, ſeu conſecrandi. Quarè PP. reprehendẽtes eos, qui ſine conſideratione, & ex cõnſuetudine cõmunicant, non negant, eſſe opus virtuoſum, & humanum: ſed ad maiorem cõſiderationem, aut attentionem exhortantur. Aut fortè ſuo tempore aliqui ſine prævio conſcientiæ examine ex conſuetudine, & præſumptione accedebant ad communionem. Quod videtur inſinuare D. Chryſoſt. *hom. 61. ad populum* dicens: *Multos video Dominici corporis participationẽ temerè ſumere, vt à caſu, & conſuetudine potiùs, quàm cogitatione, & mente. O conſuetudinem! ò præſumptionem!* Et D. Bonaven. *tract. de Præpat. ad Miſſam capit. 8. Vide, quod deſideres, ne proptèr vanãgloriam, aut propter conſuetudinem accedas.* Non itaque reprehendunt communicare ex conſuetudine præciſe, ſed quando, ne deſeratur conſuetudo, temerè, aut ſine debita diſpoſitione fit communio.

(·.·)

Aliqua corolaria inferuntur.

199 EX dictis à *num. 143.* firmum, & ſtabilitũ manet, omnibus exiſtẽtibus in gratia (ſi aliundè non ſint prohibiti: ut ſunt non ieiuni, & interdicti, & qui ſemel hodiè communicavit) indifferentèr eſſe conſulendam quotidianam cõmunionem.

200 Vndè infero, licitum eſſe cõmunicare in die Veneris, & Sabbati Sancti, eſſe etiam conſulendam die Veneris, & Sabbati Sancti. Quia tunc comunicare nùllibi eſt prohibitum: & ſic poſſe tunc omnibus Euchariſtiam miniſtrari docẽt *G. Hurt. de Sacrificio Miſſæ diſp. 4. diff. 2. citans Durandum, Vazq. Suar. Layman, & Adamum. Quos etiam citat, & ſequitur Ioan. Sancius in ſelect. diſp. 22. num. 20. addens Pilliucium, Fagund. Enriq. Sà, Ledeſmã, Vegam, & alios. Hos etiam citat, & ſequitur Leandrus tract. 8. diſp. 5. q. 14. addens Granados, Tanaurum, Molfeſium, & Machado.* Quod & vſu receptũ eſſe Madriti ipſe Sancius, tamquàm teſtis ocularis, teſtatur, nempè quòd in parochia Sancti Martini, & in Eccleſia Sancti Placidi illi annexa quotannis omnibus confluentibus in Paraſceve Sacra Euchariſtia porrigitur. Qui autem illùc cõfluunt ſunt penè innumerari: cũ alijs in Eccleſijs proptèr occupationes tunc temporis occurren-

currentes (ut mihi eſt perſuaſum) Euchariſtia haud omnib⁹ miniſtretur. Hinc monerē ego parochos, Prędicatores, & Cōfeſſores, ut omnes exhortarentur ad communionē in die Veneris, & Sabbati Sancti, etiam illos, qui die præcedenti communicaſſent; & prę ſertim eos, qui tardè, aut ſemel in anno confitentur. Tùm, quia maior populi Chriſtiani pars eſt bonis operibus addicta. Tùm, quia diebus proximis confeſsionem fecerunt, etiam ruſtici, & ſic facilimè poſſunt ad novā communionem diſponi. Quàm diſpoſitionem alijs anni temporibus, haud facilè habebunt multi. Si ergo illis diebus communicare licet: & aliàs gens (adhuc vulgaris) eſt magis diſpoſita, cur non exhortantur ad cōmunionem? Cur novum fructum novæ cōmunionis amittunt? Ipſi, ad quorū curam ſpectat, viderint. Ego enim timeo, tàm ingentem ſegnitiem aliquē contempti nominè inſignire. ¶ Sed in Paraſcevè nō licere communionem, docent *Francalinus, Phillivertus, Martinus Braſſerus, & Gavantus* (citati a Leandro ibi) adducens prò hac parte declarationem Cardinalium. Qui objiciunt, hoc eſſe prohibitum. Reſp. negandò. ¶ Obi. 2. ſic declaraſſe Cardinales. Reſp. hoc non conſtare authenticè.

Invalidum eſſe votum non communicandi quotidie.

201 INfero ſecundò, invalidum eſſe votum nō cōmunicandi quotidiè. Quia eſt de minori bono, ſeu (propriè loquendo) impedit bonum abſolutè, quale eſt communicare. Votum autē debet eſſe dè maiori bono. Et licèt abſtinentia à communione ob reverentiā ſic actus virtutis; cùm tamen ſit perfectioris act⁹ impeditivus, eſt inepta materia voti: ut docet Sancius *diſput. 23. num. 40.* ¶ Adde, eſſe invalidum votum non communicandi die copulæ coniugalis: propter eamdē rationem: & docet præcitatus Sācius. ¶ Inſuper adde eſſe invalidum votum non cōmunicandi die, quo præceſsit pollutio nocturna inculpabilis. Immò etiāſi fuerit venialiter culpabilis, videlicèt ſi ortum habuerit ex culpa veniali. ¶ Dices, contrarium huius vltimi conſuli in Miſſali ſub titulo *De defectib⁹ ex parte diſpoſitionis corporis*. Reſpond. ibi ſolùm conſuli, quando dubitatur, an ex peccato mortali ortum habuerit pollutio? Prætereà ibi contenta ſolùm ſunt inſtructiones (non verò conſtitutiones) probabiles tantùm: vt notabamus *num. 173.*

202 Idèm dicendum eſt de illo, qui inter communicādum ha-

Digitized by Google

ſeſſ. 13. *cap.* 2. Habetque alios effectus; vt expendebamus *num.* 143.

205 Tùm, quia Chriſtus Dominus omnia, & ſingula ſeptem ſacramenta inſtituit, vt medicinas noſtrarum infirmitatum: (vt ſuppono: & loquendo de Euchariſtia conſtat etiam ex his, quæ modo ex Tridentino notabamus) ergo præcipuè ſunt applicanda infirmis in via ſpirituali, & imperfectis. Et quidem mirandùm valdè (ne dicam ridiculum) foret, ſi medicus corporalis medicinas nollet applicare infirmis aſſeverans, ſolis valentibus eſſe applicandas. Timeo, ne ſimile iudicium formetur de confeſſoribus, qui ſacratiſſimam Euchariſtiam (medicinam quidem curativam peccatorum venialium; & præſervatiuam mortalium, teſte Tridentino *ſeſ.*13.*cap.*2.) ſolis perfectis cõcedendam eſſe, aſſeverant. Hùc ſpectat illud *Lucæ* 14. *num.*21. Cùm enim homo quidam feciſſet cœnam magnam, (typum quidem Euchariſtiæ apud omnes) præcepit ſervo, vt pauperes, ac debiles, & cœcos, & claudos introduceret. Per quod ſatis oſtendiſſe videtur, omnes, qui vivũt vita gratiæ, etiam ſi aliàs pauperes, ac debiles in virtute ſint, eſſe ad Euchariſtiam admittẽdos; immò, & exhortationibus compellendos. Hoc enim fortè innuit præcipiens poſteà ſervo: *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.*

206 Præ omnibus autem exhortandi ſunt, qui carnis tentationibus maximè agitantur. Habet enim hoc Sacramẽtum, neſcio, quam maiorem oppoſitionem cum obſcœnitate. Propterquod *Zachariæ* 9. appellatur *vinum germinans Virgines*. Et ideo, qui carnalibus iactantur fluctibus, & aliàs frequẽtant Euchariſtiam, aut mitigari concupiſcentiam ſentiunt: aut ad illam reſiſtendum maiorem fortitudinem experiuntur.

Non poteſt imponi in pœnitentiam communionis abſtinentia.

207 INfero quartò, non poſſe confeſſarium imponere in pœnitẽtiam communionis abſtinentiam. Quia ceſſatio ab actu virtutis non poteſt eſſe obiectum pœnitentiæ: (cùm hoc debeat eſſe opus virtuorum: de quo latè Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 33.) Sed non communicare eſt ceſſare ab actu virtutis; ergo nequit eſſe obiectum Pœnitentiæ, ſeu in pœnitentiã imponi. Ita præcitatus Sancius, quem noviſsimè ſequitur Baucius *in Meſcollan. Caſuum Conſcientiæ tract.* 2. *oppuſc.* 2. *quæſt.* 228. *apud Dianam p.*10. *tract.* 13. *Reſol.*47. addens,

pœni-

pœnitentem non teneri adimplere pœnitêtiam prædictam, etiamſi illam acceptaverit.

¶ Sed oppoſitũ defendit Diana *ibi citans Marcum Seriũ, Leandrum à Sacram. & Lugo.* (Hic autem addit, quòd regularitèr non expedit talem pœnitentiã imponere; ſed in caſu rariſſimo.) Pro qua ſententia objicitur, quòd praxis fidelium fert, imponi in pœnitentiam abſtinere à communione, quam pœnitentes acceptant. Reſp. confeſſarios ſic practicantes non eſſe doctiſsimos; aut ſequi oppoſitam ſententiam. (Nec nimis prudentèr: quia illa nõ frequentèr, ſed ſolùm in caſu rariſſimo debet practicari: vt notat Lugo) Pœnitentes autem illam admittunt exiſtimentes ad id teneri. ¶ Obi. 2. Abſtinere à communione impoſitum à cõfeſſario eſt quid pœnale, & moleſtum: ergo poteſt in pœnitentiam iniungi. Reſp. id, quod in ſatisfactionem, ſeu in pœnitẽtiam imponitur, præter moleſtiam, & iuſtam taxationẽ moleſtiæ cum culpa, debere ex ſe eſſe honeſtum, & opus virtuoſum. Aliàs poſſet pro ſatisfactione, aut pœnitentia imponi agitatio taurorum; aut quid ſimile. Præterea illud moleſtum non debet eſſe impeditivum alicuius virtutis. Alioqui poſſet imponi in pœnitentiam non viſitare infirmum, non audire ſacrum non alere eſurientem, &c.

Pueris ſtatim, ac ad vſum rationis accedunt, etiam eſſe conſulendam quotidianam communionem.

208 In fero quintò, etiã eſſe conſulendã quotidianam communionem pueris ſtatim, ac vſum rationis attigerint. Quia ex tunc poſſunt licitè communicare; immò obligantur ex dictis à *num.* 74. ergo nõ apparet, cur defraudẽtur augmento gratiæ, & alijs bonis, quæ quælibet communio confert dignè communicãti. ¶ Dicere autẽ, hoc nõ decere; eo quòd pueri, eo die, aut fortè paulò poſt ad pueriles ludos diuertuntur: parum urget: quia ludi illi non ſunt peccaminoſi; (ſaltèm gravitèr) immò aliquo modo ſunt leuamen naturæ in illa ætate. Et aliàs certa experientia conſtat, quòd maiores (aliqui comunicãtes quotidie) immò, & Sacerdotes, (qui cum maiori devotione debebant communicare iuxta dicta *num.* 157.) non ſemel ad occupationes minùs decentes poſt communionem divertuntur. Quibus, etſi conſulamus, illas occupationes deſerere; neutiquàm tamen conſulimus, ſacram Euchariſtiæ ſumptionẽ omittere. Et meritò: vt enim di-

diℓtitant AA. noſtræ ſententię, frigido, qui calore eget, non eſt conſulendum, quod diſcedat a cale factiuo, igne ſcilicèt, aut ſole. Neque infirmo, quòd non quęrat medicum, aut ab eo fugiat.

Minus prudenter arcetur communio mortificationis gratia.

209 INfero ſextò, non eſſe ſanum conſilium Patris ſpiritualis, aut cōfeſsoris, qui ad mortificandum, aut ad experiendum ſubiectionem pœnitentis, ipſi prohibent communionem. Quia, cùm communio ſit opus excellentioris virtutis (nempè Religionis) quàm obedientia, invertunt ordinem virtutum, & inferiorem ſuperiori præponunt. Prętereà obedientia illa ſolùm ex opere operantis cauſat gratiā. Communio verò (præter gratiam ex opere operantis collatam vi diſpoſitionis) cauſat gratiam ex opere operato, & diverſos alios effectus *num.* 143. enumeratos. Quarè certum videtur, in tali prohibitione minus bonum ſumi, relicto maiori: ut meritò notant, & conquęruntur AA. noſtræ ſententiæ. Ego autem patronos huius conſilij, & ſimul oppoſitæ ſententiæ rogarem: cur prohibeāt communionem? Et quibus perſonis? Et ſcio, reſponſuros, quòd illis, quæ nimium deſiderium communicandi habēt, eſt deneganda aliquando communio ad eas mortificandum. Regula quidem apud non paucos illorum plauſibilis. Mihi tamen illorum in ea ſtabilienda inconſequentia mirabilis. Frequētiſsimè enim immò vno ore dicunt AA. negantes quotidianam communionem, illis eſſe negandam, qui non habent famem, aut ſitim huius ſacramenti. (Quæ ſitis, aut fames apud ipſos eſt ſpeciale deſiderium, aut affectus erga Euchariſtiam) In prædicta autem regula ſtatuunt, habentibus famem, aut affectum eſſe denegandam: ergo concedere videntur, quod propter vnam, & eamdem rationem eidem perſonæ communio ſimul eſt concedenda, & deneganda.

Tres principaliores obiectiones.

210 IN calcem demùm tres principaliores obiectiones proponendas, & ſoluendas ad plenam huius negotij (nempè quotidianæ communionis) notitiam remiſimus.

(∴)

Prima

Prima obiectio,

211 Expendunt AA. oppoſitæ ſententiæ vulgare eſſe inter antiquos ſcholaſticos, & multos Patres ad frequẽtiam huius ſacramenti eſſe neceſſariam famem, & ſitim illius. Sufficiat Auguſtinus (apud Lugo *diſp.* 17. *ſect.* 2. *num.* 17.) *Panis hic interioris hominis eſuriẽ deſiderat.* Inſuper expendunt, multos PP. negare veram famẽ huius ſacramenti in corde minùs puro. Sufficiat Greg. *ſup.* 1. *Reg.* 1. ſic ad rem fatus: *Non ſaturantur niſi famelici, qui à vitijs perfectè ieiunantes divina ſacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quia ſine peccato electi etiam viri eſſe non poſſunt; quid reſtat, niſi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare nõ deſinit, vacuari quotidiè conentur: nam, qui quotidiè non exhaurit, quod delinquit, etſi minima ſint peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur; atq; ei meritò auferunt fructum internæ ſaturitatis. Hac repletione nos euacuare Paulus inſinuans ait. Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, &c.* Hucuſque D. Greg.

212 Ex his ſic argumentũ formant, præſertim Lugo citatus: dulcedo, & efficacia Euchariſtiæ exigit famem ſpiritualẽ: ſed hanc non habent iuſti imperfectè viventes, ſeu qui peccata minima, aut venialia non conantur emendare: ergo iſtis non eſt concedenda quotidiana communio. Conſequentia eſt legitima. Maiorem docent PP. pręſertim Auguſtinus. Itẽm docent minorem PP. præſertim Gregorius citatus: & ſic videtur concludi intẽtum ab adverſarijs. Tamen, eorũm bona pace, nihil concluditur; aut cõcluditur ſanè, numquàm neque ſemel in anno, neq; in tota vita imperfectos poſſe communicare: quia, cùm iſti numquam conentur venialia evitare, nũquàm habebunt famem huius ſacramenti: & conſequentèr numquàm erunt diſpoſiti ad illud recipiẽdum. Quo nihil abſurdius. Quare poſt Tridentinũ omnes Catholici vno ore tenentur fateri, famem, & ſitim à Patribus, & ſcholaſticis requiſitam ad dignam Euchariſtiæ ſuſcepcionem non eſſe aliud, quàm munditiẽ à peccato mortali; hancque probationem tãtùm exigere Paulum illis verbis: *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c.* Quia totum hoc dogmaticè ſtatuit concilium *ſeſſ.* 13. *cap.* 7.

213 Expendebamus autẽ *num.* 160. hanc eſſe magnam illam reverentiã, illamque ſanctitatem, quam ad dignam cõmunionem, & ne quis iudicium ſibi manducet, & bibat (ut ait Apoſtolus) exigit Tridẽtinum. Vnde nullus Catholicus hac tẽpeſta-

peſtate poteſt affirmare aliquid aliud (ex parte diſpoſitionis animæ communicantis) eſſe ad dignam communionem neceſſarium, quam eſſe in ſtatu gratiæ, aut ſine conſcientia, peccati mortalis. Et ideo PP. exigentes ſitim, famem vel ſpiritualem, aut ſolùm petunt ſtatum gratiæ ſanctificantis. Aut, ſi aliquid aliud petunt, loquuntur conſiliatiuè, & ex congruentia. ¶ Dicere autem, ſtatum gratiæ ſufficere quidem abſolutè ad dignè communicandũ: tamen ad quotidianam cõmunionem aliquid aliud eſſe neceſſarium, nempè conari ad perfectiorem vitam. Propter quod illi, qui minùs diligenter curãt de vitæ perfectione, diutiùs debent communicare. Bene quidẽ. Nos enim cũ gratulatione accipimus, quod, etſi negare non poſſent, nobis adverſarij concedunt, nempè abſolutè loquendo, ſeu ad abſolutè communicandum dignè ſufficere ſtatum gratię. Hinc enim nos inferimus id etiam ſufficere ad dignè quotidiè communicandum.

214 Illud autẽ, quod ad verſarij addunt, nempè ad quotidie communicandum neceſſarium eſſe conari ad perfectionem; fatemur & nos de neceſſitate congruentiæ, non verò de neſſitate abſoluta, aut inevitabilitatis. Et ideo diſplicet nobis, quod tandem addũt, nempè imperfectos, diutiùs debere communicare. Quomodo enim convalebit infirmus ſine medicina? Quomodo aletur, aut conſervabit vitam debilis ſine alimento? Quomodo caleſcet frigidus ſine calore? Recolantur dicta *num.* 143. *&* 208. Denique legatur Chryſoſt. *t.* 1. *ad populum Antiochenum* dicẽs: *Non dilatio, & mora temporis, ſed crebra cõmunio dignos facit.* Quarè AA noſtræ ſentẽtiæ frequẽtiſsimè dicunt, optimam diſpoſitionem ad communicandum hodie eſſe heri communicaſſe. Et meritò: quia, cùm quęlibet communio præſtet augmentum gratiæ, qui hodiè comunicat, & aliàs heri communicaverat, accedet cùm maiori gratia, quàm ſi non communicaſſet. Eſt autẽ certum, multum creſcere meritum ex maiori dignitate perſonæ operãtis: immò proportionabilitèr creſcere ad proportionẽ dignitatis perſonæ merentis. Ita, vt ſi duo æqualitèr operentur in linea charitatis v.g. & aliàs ſint in gratia inæquales, opus illius, qui maiori gratia ornatur, ſit magis gratioſum, & meritorium. Quod duæ inſtantiæ, alia politica, alia Theologica, perſuadent. Politica eſt, quod apud homines magis amicus magis meretur, & impetrat ab amico. Et ideò, qui magis converſatione ſunt Regi coniũcti magis apud illum valent.

ergo ſimilitèr, etſi vſus matrimonij non ſit malus, tamen indecens erit illum componere cum Euchariſtiæ receptione: ergo ob hoc non eſt conſulenda communio poſt uſum matrimonij. Antecedens conſtat in iudice ſuſpendente malefactorem; in medico, & bigamo, quibus ſuſcipere ordines eſt prohibitum. Itèm ob indecentiam vitandam præcipit Eccleſia, ſoluto ieiunio naturali, Euchariſtiam non ſumi. Vndè indecentia aliqua ante mandatū inveniebatur. Reſpon. admiſſo antecedenti, negando conſequentiā: ſi enim eſſet indecens, coniuges communicare poſt copulā, ab Eccleſia fuiſſet prohibitum. Sicùt in exemplis allatis adhibuit prohibitionem. ¶ Admiſimus autem antecedēs, nō quia exiſtimemus, poſſe reperiri indecentiam moralem ſine culpa: ſed quia, adhùc illo admiſſo, nihil cōcludit argumentum. Igitur in quocumque ex adductis exemplis concedimus minorem decentiam; (ſecluſa prohibitione, aut ante illam) in nullo tamen indecētiam poſitivam: ut benè notat Sancius *in Selectis diſput.* 23. *num.* 54.

DVB. LIX.

190 DEtes 59. an poſt ſuſceptam Euchariſtiam eodem die ſit peccatum veniale petere debitum cauſa captandæ voluptatis? Reſp. negativè. Quia non extat de hòc aliqua prohibitio. Neque in hoc videtur eſſe indecentia conſtituens culpam. Nec debemus cōiugatis laqueos inijcere: inquit (merito) Diana 6. *p. tract.* 6. *Reſol.* 14. Sic prædictus Diana citans *Tabienam*, *Victoriam*, *Sanch. Reginaldum, Magalium, & Machinū. Quibus ſubſcribit Leandrus tract.* 7. *diſput.* 6. *q.* 6. *addens Navarrum, & Philibertū.* ¶ Sed tunc peccatum veniale intervenire, (nullū inveniri in reddendo debitū tūe tēporis, cōvenit inter omnes, teſte prædicto Leandro. Immò addendum eſt, in non reddendo mortale reperiri) affirmant *Bexar p.* 1. *caſu* 8. (*citans Silveſtrum, Caietanum, & Albertum Magnum*) *Paiud. D. Antoninus, & Angelus apud prædictos Dianam, & Leandrum.*

191 Pro qua ſententia poteſt objici: peccatum veniale eſt petere debitum ipſo die cōmunionis, ſeu nocte ante communionem. ergo & poſt. Reſp. negando antecedens ex dictis *à num.* 175. Immò Diana ibi conatur aſsignare differentiam inter copulam coniugatorum antecedentem, & ſubſequentem communionem: dicit ergo requiri, ut diſpoſitionem ad communionem abſtinentiam copulæ ante communionem; poſt communionem autem,

con-

conſumptis iam ſpeciebus ſacramentalibus, talem abſtinētiam ad nullum finem ab Eccleſia intentum videri neceſſariam. Hoc tamen mihi nō omninò placet: ſi enim, ſecluſa lege, aut prohibitione, eſſet aliqua indecentia conſtituens peccatum veniale in hoc, quod eſt cōmunicare poſt uſum matrimonij eo die, aut nocte antecedente habitum; non minor indecētia, immo fortè maior eſſet prædictus vſus poſt communicationem. Cùm non minor reverentia debeatur Chriſto D. hodie domum aliquàm intraturo, quàm poſtquam iam intravit. Sed ab his ſuperſedeo: quia in noſtra ſententia negandū eſt antecedens: vt dicebamus.

DVB. L X.

19 PEtes 60. an ſit vitupe-raperabile communicare ex conſuetudine? (hoc eſt, cùm minori advertentia, aut conſideratione, attentionevê ad actionem communicandi. Experimur enim hanc minorem advertentiam in quacumque alia materia, aut negotio. Cùm enim quis Regem alloquuturus accedit, prima, aut prioribus vicibus, maximè attentionem adhibet, verba ruminat, & omnes actiones præmeditatur. Tamen ſi cum illo frequentiſsimè loquitur, illa advertentia, aut attentio ſic minuitur, vt ferè nullam aliam apponere videatur, ac ſi cum alia perſona minoris dignitatis loqui videretur.) Reſpond. negativè. Quia etiam ſic communicans recipit gratiæ augmentum. Sacramentum enim illud (ſicùt & quodcumque aliud) præſtat ſuum effectum, quoties non reperit impedimentum: quod tantùm eſt peccatum mortale, vel præexiſtens in recipiente; vel in ipſa receptione ſacramenti commiſſum. Supponimus autem, ſic communicantem nullum mortale habere. Quod autem illa minor advertentia non ſit culpa, adhùc venialis, eſt mihi certum. Tùm, quia manducatio eſt actio, quæ ex ſe nullam, aut minimam expoſtulat attentionem intellectus. Vtcumq; enim applicetur cibus ſubiecto ſano, præſtat ſuum effectū, hoc eſt, ipſum ſuſtentat. Recolantur dicta *num.* 167. Tùm, quia Chriſtus D. non exigit ab hominibus plus, quàm Rex terræ exigeret à ſuis familiaribus: à quibus hic nullatenus peteret, ut eamdem attentionem, aut advertentiam adhiberent poſt multas ſecum loquutiones, ac adhibuerunt, cùm primùm ſibi ſunt loquuti.

193 Et huius pollicitæ (nempè quod Rex id non petat) ratio naturalis eſt, quod ex frequentia actuum generatur habitus,

bitus, ſeu facilitas; quæ non ſolùm inclinat potentias ad ſimiles actus; ſed etiam cum illa poſteà concurrit ad poſteriores: qui evadunt perfectiores prioribus: cùm ad illos non ſolùm concurrat potentia facilitata, hoc eſt expedita ab impedimentis per habitum; (quem effectum prçſtari ab habitu, nemo negat: etſi de concurſu partialiter effectivo ad actus poſteriores ſit controverſa. Illum enim negant aliqui. De quo Scotus eſt problematicus *in 1. diſt. 17. q. 2. §. Contra iſtam opinionem, & §. Qui vellet*:) ſed etiam ipſemet habitus, ſeu facilitas activè concurrat, ſeu vt vera cauſa effectiva partialē perfectionem præſtet actibus poſterioribus, quam prioribus potentia ſine habitu concurrens præſtare non poterat. Vndè provenit, actus poſteriores cuiuſcumque potentiæ ſemper evadere prioribus perfectiores, etſi alias, cauſa directiva (quæ in homine eſt intellectus; & in bruto aprehenſiva potentia) minorem attentionem, aut advertentiam adhibeat ſive ad proprios, ſive ad aliarum potentiarum actus eliciēdos. Poſteriores (inquā) ſemper procedunt à potentia, & ab intenſiori habitu: qui non ſolùm adhibet perfectiorem concurſum ad actum; ſed etiam magis facilitat potētiam, ſeu illam expedit ab impedimentis, vt cōcurrat maiori conatu, ſeu perfectiorem concurſum partialem adhibeat actui poſteriori.

194 Vndè duo mihi certa ſtatuo. Primum eſt, nullam culpam (adhùc venialem) reperiri in minori illa advertentia, aut attentione, quam qui quotidie, aut frequentèr communicat, adhibet ad communicandum. Alterum eſt, quòd, non obſtante illa minori attentione, advertentia, aut conſideratione intellectus, (quç tria idem ſignificant) perfectior evadit poſtrema cōmunio, quā priores, nō ſolùm ex parte potentiæ exterioris, (quæ maiori conatu applicatur facilitata per habitū: (admittimus quippè habitus etiam in potentijs exterioribus) ſed etiam ex parte voluntatis: quæ, etſi liberè eliciat actum, quo vult communionem poſteriorem; tamē ad talem actum concurrit ipſa facilitata per intenſiorem habitum; necnon & iſte intenſior habitus adhibet ſuum partialem concurſum. Et ſic vtrimque illa poſterior volitio haurit quamdam individualē perfectionem, aut intenſionē gradualem, quam (cæteris paribus) prior, aut priores volitiones communicandi non habebant.

195 Hinc infertur, quàm longiſsimè diſtet à culpa, aut imperfectione; immo quàm laudabile, & perfectum ſit virtutes

tutes operari ex conſuetudine. Et ideo D. Benedictus *in Regula capit.7.* commendat, ex conſuetudine operari virtutes. Accipite illius verba: *Vniverſa, quæ Monachus non ſine formidine obſervabat, abſque vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire; nō iam gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona.*

196 Habemus ex dictis *à num.* 192. non ſolùm non eſſe vituperabile communicare ex conſuetudine, ſed etiā eſſe laudabile. Ita propugnant cōmuniter AA. aſtruentes, quotidianam communionem omnibus exiſtentibus in gratia (ſi aliundè non ſint prohibiti) indifferentèr eſſe conſulendam. Præ omnibus autem illis Ioannes Sancius *in ſelectis diſput.* 24. rem iſtam latè proſequitur.

197 Sed contra obijcies 1. communitèr reprehēdi à Prædicatoribus communicare ex conſuetudine. Reſp. ſolùm intendere, laudabilius fore accedere ad Euchariſtiā maiori attentione, advertentia, aut conſideratione. Quod nos non negamus. Sicùt laudabilius foret præmittere communioni multa exercitia aliarum virtutum: quibus tamen deficiētibus, nemo dicet, eſſe culpam, aut vituperabile, quòd ieiunus exiſtens in gratia Euchariſtiam recipiat. ¶ Obi. 2. quòd communicans ex conſuetudine ſatisfacit ſuæ inclinationi, aut cupiditati: & conſequentèr videtur operari amore ſui. Sed hoc videtur vituperabile: ergo vituperabile erit communicare ex conſuetudine. Probatur minor: quia ob reverētiam ſacramenti, & ex amore Dei debemus communicare. Reſp. negando minorem. Ad probationem dicimus, eſſe quidem vituperabile operari virtutes ex amore noſtri, excludendo alios fines honeſtos: nō autem, ſi circa illos negativè nos habemus. Vndè *Pſal.* 118. dicebat David: *Inclinavi cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributiones.*

198 Nota demùm, nullū ex communicantibus ex conſuetudine reperiri, qui ſic inconſideratè cōmunicet, vt cōmunicando actum humanum nō exerceat. Nàm, dato, quod in actuali ſuſceptione Euchariſtiæ actualem diſtractionem (voluntariè, aut involuntariè) habeat: tamen, dùm ad Eccleſiam adit, ad altare approximat, & *Domine non ſum dignus* profert, incredibile eſt, aliquā advertētiam non habere: quod ſufficiens erit, ut actus ſuſceptionis ſit virtuoſus, & humanus: vt meritò expendit Sancius *diſp.* 24. *n.* 10. Adde, quòd in volitione eundi ad Eccleſiam, accedendi ad altare, aut proferendi illa verba, *Domine non ſum dignus, &c.* includitur tam-

tamquàm in medio, volitio communicandi. Sicùt dicunt communiter, quod, etſi Sacerdos diſtrahatur, dùm celebrat, conficit ſacramentum: quia in ablatione manuum, in indutione veſtium Sacerdotalium, &c. includitur volitio, ſeu intentio celebrandi, ſeu conſecrandi. Quarè PP. reprehendẽtes eos, qui ſine conſideratione, & ex conſuetudine cõmunicant, non negant, eſſe opus virtuoſum, & humanum: ſed ad maiorem cõſiderationem, ant attentionem exhortantur. Aut fortè ſuo tempore aliqui ſine prævio conſcientiæ examine ex conſuetudine, & præſumptione accedebant ad communionem. Quod videtur inſinuare D. Chryſoſt. *hom. 61. ad populum* dicens: *Multos video Dominici corporis participationẽ temerè ſumere, vt à caſu, & conſuetudine potiùs, quàm cogitatione, & mente. O conſuetudinem! ò præſumptionem!* Et D. Bonaven. *tract. de Præpat. ad Miſſam capit. 8. Vide, quod deſideres, ne proptèr vanãgloriam, aut propter conſuetudinem accedas.* Non itaque reprehendunt communicare ex conſuetudine præciſe, ſed quando, ne deſeratur conſuetudo, temerè, aut ſine debita diſpoſitione fit communio.

(·.·)

Aliqua corolaria inferuntur.

199 EX dictis à *num.* 143. firmum, & ſtabilitũ manet, omnibus exiſtẽtibus in gratia (ſi aliundè non ſint prohibiti: ut ſunt non ieiuni, & interdicti, & qui ſemel hodiè communicavit) indifferentèr eſſe conſulendam quotidianam cõmunionem.

200 Vndè infero, licitum eſſe cõmunicare in die Veneris, & Sabbati Sancti, eſſe etiam conſulendam die Veneris, & Sabbati Sancti. Quia tunc cõmunicare nullibi eſt prohibitum: & ſic poſſe tunc omnibus Euchariſtiam miniſtrari docet *G. Hurt. de Sacrificio Miſſæ diſp. 4. diff. 2. citans Durandum, Vazq. Suar. Laymam, & Adamum. Quos etiam citat, & ſequitur Ioan. Sancius in ſelect. diſp. 22. num. 20. addens Filliucium, Fagund. Enriq. Sà, Ledeſmã, Vegam, & alios. Hos etiam citat, & ſequitur Leandrus tract. 8. diſp. 5. q. 14. addens Granados, Tanaurum, Molfeſium, & Machado.* Quod & vſu receptũ eſſe Madriti ipſe Sancius, tamquàm teſtis ocularis, teſtatur, nempè quòd in parochia Sancti Martini, & in Eccleſia Sancti Placidi illi annexa quotannis omnibus confluentibus in Paraſceve Sacra Euchariſtia porrigitur. Qui autem illùc cõfluunt ſunt pœne innumerari: cũ alijs in Eccleſijs proptèr occupationes tunc temporis occurren-

currentes (ut mihi eſt perſuaſum) Euchariſtia haud omnib⁹ miniſtretur. Hinc monerē ego parochos, Prędicatores, & Cōfeſſores, ut omnes exhortarentur ad communionē in die Veneris, & Sabbati Sancti, etiam illos, qui die præcedenti communicaſſent; & pręſertim eos, qui tardè, aut ſemel in anno confitentur. Tùm, quia maior populi Chriſtiani pars eſt bonis operibus addicta. Tùm, quia diebus proximis confeſsionem fecerunt, etiam ruſtici, & ſic facilimè poſſunt ad novā communionem diſponi. Quam diſpoſitionem alijs anni temporibus, haud facilè habebunt multi. Si ergo illis diebus communicare licet: & aliàs gens (adhuc vulgaris) eſt magis diſpoſita, cur non exhortantur ad cōmunionem? Cur novum fructum novæ cōmunionis amittunt? Ipſi, ad quorū curam ſpectat, viderint. Ego enim timeo, tàm ingentem ſegnitiem aliquē contempti nomine inſignire. ¶ Sed in Paraſceve nō licere communionem. docent *Francalinus*, *Philliwertus*, *Martinus Braſſerus*, *& Gavantus* (citati à Leandro ibi) adducens pro hac parte declarationem Cardinalium. Qui objiciunt, hoc eſſe prohibitum. Reſp. negando. ¶ Obi. 2. ſic declaraſſe Cardinales. Reſp. hoc non conſtare authenticè.

Invalidum eſſe votum non communicandi quotidie.

201 INfero ſecundò, invalidum eſſe votum nō cōmunicandi quotidiè. Quia eſt de minori bono, ſeu (propriè loquendo) impedit bonum abſolutè, quale eſt communicare. Votum autē debet eſſe de maiori bono. Et licèt abſtinentia à communione ob reverentiā ſic actus virtutis; cùm tamen ſit perfectioris act⁹ impeditivus, eſt inepta materia voti: ut docet Sancius *diſput. 23. num. 40.* ¶ Adde, eſſe invalidum votum non communicandi die copulæ coniugalis: propter eamdē rationem: & docet præcitatus Sācius. ¶ Inſuper adde eſſe invalidum votum non cōmunicandi die, quo præceſsit pollutio nocturna inculpabilis. Immò etiāſi fuerit venialiter culpabilis, videlicèt ſi ortum habuerit ex culpa veniali. ¶ Dices, contrarium huius vltimi conſuli in Miſſali ſub titulo *De defectib⁹ ex parte diſpoſitionis corporis*. Reſpond. ibi ſolùm conſuli, quando dubitatur, an ex peccato mortali ortum habuerit pollutio? Prætereà ibi contenta ſolùm ſunt inſtructiones (non verò conſtitutiones) probabiles tantùm: vt notabamus *num. 173.*

202 Idèm dicendum eſt de illo, qui inter communicandum ha-

ſeſſ. 13. cap. 2. Habetque alios effectus: vt expendebamus *num.* 143.

205 Tùm, quia Chriſtus Dominus omnia, & ſingula ſeptem ſacramenta inſtituit, vt medicinas noſtrarum infirmitatum: (vt ſuppono: & loquendo de Euchariſtia conſtat etiam ex his, quæ modo ex Tridentino notabamus) ergo præcipuè ſunt applicanda infirmis in via ſpirituali, & imperfectis. Et quidem mirandùm valdè (ne dicam ridiculum) foret, ſi medicus corporalis medicinas nollet applicare infirmis aſſeverans, ſolis valentibus eſſe applicandas. Timeo, ne ſimile iudicium formetur de confeſſoribus, qui ſacratiſſimam Euchariſtiam (medicinam quidem curativam peccatorum venialium; & præſervatiuam mortalium, teſte Tridentino *ſeſ.* 13. *cap.* 2.) ſolis perfectis cōcedendam eſſe, aſſeverant. Hùc ſpectat illud *Lucæ* 14. *num.* 21. Cùm enim homo quidam feciſſet cœnam magnam, (typum quidem Euchariſtiæ apud omnes) præcepit ſervo, vt pauperes, ac debiles, & cœcos, & claudos introduceret. Per quod ſatis oſtendiſſe videtur, omnes, qui vivūt vita gratiæ, etiam ſi aliàs pauperes, ac debiles in virtute ſint, eſſe ad Euchariſtiam admittēdos; immò, & exhortationibus compellendos. Hoc enim fortè innuit præcipiens poſteà ſervo: *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.*

206 Præ omnibus autem exhortandi ſunt, qui carnis tentationibus maximè agitantur. Habet enim hoc Sacramētum, neſcio, quam maiorem oppoſitionem cum obſcęnitate. Propterquod *Zachariæ* 9. appellatur *vinum germinans Virgines*. Et ideo, qui carnalibus iactantur fluctibus, & aliàs frequētant Euchariſtiam, aut mitigari concupiſcentiam ſentiunt: aut ad illam reſiſtendum maiorem fortitudinem experiuntur.

Non poteſt imponi in pœnitentiam communionis abſtinentia.

207 INfero quartò, non poſſe confeſſarium imponere in pœnitētiam communionis abſtinentiam. Quia ceſſatio ab actu virtutis non poteſt eſſe obiectum pœnitentiæ: (cùm hoc debeat eſſe opus virtuorum: de quo latè Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 33.) Sed non communicare eſt ceſſare ab actu virtutis; ergo nequit eſſe obiectum Pœnitentiæ, ſeu in pœnitentiā imponi. Ita præcitatus Sancius, quem noviſſimè ſequitur Baucius *in Meſcollan. Caſuum Conſcientiæ tract.* 2. *oppuſc.* 2. *queſt.* 228. *apud Dianam p.* 10. *tract.* 13. *Reſol.* 47. addens,

Pœni-

pœnitentem non teneri adimplere pœnitētiam prædictam, etiam ſi illam acceptaverit. ¶ Sed oppoſitū defendit Diana *ibi citans Marcum Seriū, Leandrum à Sacram. & Lugo.* (Hic autem addit, quòd regulariter non expedit talem pœnitentiā imponere; ſed in caſu rariſsimo.) Pro qua ſententia objicitur, quòd praxis fidelium fert, imponi in pœnitentiam abſtinere à communione, quam pœnitentes acceptant. Reſp. confeſſarios ſic practicantes non eſſe doctiſsimos; aut ſequi oppoſitam ſententiam. (Nec nimis prudentèr: quia illa nō frequētèr, ſed ſolùm in caſu rariſſimo debet practicari: vt notat Lugo) Pœnitentes autem illam admittunt exiſtimentes ad id teneri. ¶ Obi. 2. Abſtinere à communione impoſitum à cōfeſſario eſt quid pœnale, & moleſtum: ergo poteſt in pœnitentiam iniungi. Reſp. id, quod in ſatisfactionem, ſeu in pœnitētiam imponitur, præter moleſtiam, & iuſtam taxationē moleſtiæ cum culpa, debere ex ſe eſſe honeſtum, & opus virtuoſum. Aliàs poſſet pro ſatisfactione, aut pœnitentia imponi agitatio taurorum; aut quid ſimile. Præterea illud moleſtum non debet eſſe impeditivum alicuius virtutis. Alioqui poſſet imponi in pœnitentiam non viſitare infirmum, non audire ſacrum nonum, alere eſurientem, &c.

Pueris ſtatim, ac ad vſum rationis accedunt, etiam eſſe conſulendam quotidianam communionem.

208 IN fero quintò, etiā eſſe conſulendā quotidianam communionem pueris ſtatim, ac vſum rationis attigerint. Quia ex tunc poſſunt licitè communicare; immò obligantur ex dictis à *num.* 74. ergo nō apparet, cur defraudētur augmento gratiæ, & alijs bonis, quæ quælibet communio confert dignè communicāti. ¶ Dicere autē, hoc nō decere; eo quòd pueri, eo die, aut fortè paulò poſt ad pueriles ludos diuertuntur: parum urget: quia ludi illi non ſunt peccamnoſi; (ſaltèm gravitèr) immò aliquo modo ſunt leuamen naturæ in illa ætate. Et aliàs certa experientia conſtat, quòd maiores (aliqui comunicātes quotidie) immò, & Sacerdotes (qui cum majori devotione debebant communicare iuxta dicta *num.* 157.) non ſemel ad occupationes minùs decentes poſt communionem divertuntur. Quibus, etſi conſulamus, illas occupationes deſerere; neutiquam tamen conſulimus, ſacram Euchariſtiæ ſumptionē omittere. Et meritò: vt enim di-

diſtitant AA. noſtræ ſententię, frigido, qui calore eget, non eſt conſulendum, quod diſcedat a cale factiuo, igne ſcilicèt, aut ſole. Neque infirmo, quòd non quęrat medicum, aut ab eo fugiat.

Minus prudenter arcetur communio mortificationis gratia.

209 INfero ſextò, non eſſe ſanum conſilium Patris ſpiritualis, aut cõfeſsoris, qui ad mortificandum, aut ad experiendum ſubiectionem pœnitentis, ipſi prohibent communionem. Quia, cùm communio ſit opus excellentioris virtutis (nempè Religionis) quàm obedientia, invertunt ordinem virtutum, & inferiorem ſuperiori præponunt. Prętereà obedientia illa ſolùm ex opere operantis cauſat gratiã. Communio verò (præter gratiam ex opere operantis cumulatam vi diſpoſitionis) cauſat gratiam ex opere operato, & diverſos alios effectus *num. 143.* enumeratos. Quarè certum videtur, in tali prohibitione minus bonum ſumi, relicto maiori: ut meritò notant, & conquęruntur AA. noſtræ ſententiæ. Ego autem patronos huius conſilij, & ſimul oppoſitæ ſententiæ rogarem: cur prohibeât communionem? Et quibus perſonis? Et ſcio, reſponſuros, quòd illis, quæ nimium deſiderium communicandi habẽt, eſt deneganda aliquando communio ad eas mortificandum. Regula quidem apud non paucos illorum plauſibilis. Mihi tamen illorum in ea ſtabilienda inconſequentia mirabilis. Frequẽtiſsimè enim immò vno ore dicunt AA. negantes quotidianam communionem, illis eſſe negandam, qui non habent famem, aut ſitim huius ſacramenti. (Quæ ſitis, aut fames apud ipſos eſt ſpeciale deſiderium, aut affectus erga Euchariſtiam) In prædicta autem regula ſtatuunt, habentibus famem, aut affectum eſſe denegandam: ergo concedere videntur, quod propter vnam, & eamdem rationem eidem perſonæ communio ſimul eſt concedenda, & denegãda.

Tres principaliores obiectiones.

210 IN calcem demùm tres principaliores obiectiones proponendas, & ſoluendas ad plenam huius negotij (nempè quotidianæ communionis) notitiam remiſimus.

(·:·)

Prima

Digitized by Google

peſtare poteſt affirmare aliquid aliud (ex parte diſpoſitionis animæ communicantis) eſſe ad dignam communionem neceſſarium, quam eſſe in ſtatu gratiæ, aut ſine conſcientia peccati mortalis. Et ideò PP. exigentes ſitim, famem vè ſpiritualem, aut ſolùm petunt ſtatum gratiæ ſanctificantis. Aut, ſi aliquid aliud petunt, loquuntur conſiliatiuè, & ex congruẽtia. ¶ Dicere autem, ſtatum gratiæ ſufficere quidem abſolutè ad dignè communicandũ: tamen ad quotidianam cõmunionem aliquid aliud eſſe neceſſarium, nempè conari ad perfectiorem vitam. Propter quod illi, qui minùs diligenter curãt de vitæ perfectione, diutiùs debent communicare. Bene quidẽ. Nos enim cũm gratulatione accipimus, quod, etſi negare non poſſent, nobis adverſarij concedunt, nempè abſolutè loquendo, ſeu ad abſolutè communicandum dignè ſufficere ſtatum gratię. Hinc enim nos inferimus id etiam ſufficere ad dignè quotidiè communicandum.

214 Illud autẽ, quod adverſarij addunt, nempè ad quotidiè communicandum neceſſarium eſſe conari ad perfectionem; fatemur & nos de neceſſitate congruentiæ, non verò de neſsitate abſoluta, aut inevitabilitatis. Et ideò diſplicet nobis, quod tandem addũt, nempè imperfectos, diutiùs debere communicare. Quomodo enim convalebit infirmus ſine medicina? Quomodo aletur, aut conſervabitũ vitam debilis ſine alimento? Quomodo caleſcet frigidus ſine calore? Recolantur dicta *num.* 143. *&* 208. Denique legatur Chryſoſt. t. 1. *ad populum Antiochenum* dicẽs: *Non dilatio, & mora temporis, ſed crebra cõmunio dignos facit.* Quarè AA noſtræ ſentẽtiæ frequẽtiſsimè dicunt, optimam diſpoſitionem ad communicandum hodie eſſe heri communicaſſe. Et meritò: quia, cùm quęlibet communio præſtet augmentum gratiæ, qui hodiè comunicat, & aliàs heri communicaverat, accedet cùm maiori gratia, quàm ſi non communicaſſet. Eſt autẽ certum, multum creſcere meritum ex maiori dignitate perſonæ operãtis: immò proportionabilitèr creſcere ad proportionẽ dignitatis perſonæ merentis. Ita, vt ſi duo æqualitèr operentur in linea charitatis v.g. & aliàs ſint in gratia inæquales, opus illius, qui maiori gratia ornatur, ſit magis gratioſum, & meritorium. Quod duæ inſtantiæ, alia politica, alia Theologica, perſuadent. Politica eſt, quòd apud homines magis amicus magis meretur, & impetrat ab amico. Et ideò, qui magis converſatione ſunt Regi coniũcti magis apud illum valent.

Theologica inſtãtia eſt Chriſti D. Etſi enim inter AA. non ſit ſtabilitum, an eius merita ſint infiniti valoris; omnes tamen affirmant, præciſè ex parte dignitatis perſonæ quodlibet opus meritorium Chriſti D. haurire tantam dignitatem, quantam habere poteſt: & conſequentèr ex illo capite præciſè eſſe infinitum, aut ſummum (ſecundùm diuerſas ſentẽtias) in ratione valoris, aut meriti. Ad rem ergo. magis meritoria erit, magiſque placebit Deo communio illius, qui communicavit heri, quam illius, qui non communicavit, (cæteris paribus) ea præciſe parte, qua cũ maiori gratia accedit. Vndè proportionabilitér inferat vnuſquiſque, quàm grata, quãque meritoria erit communio illius, qui per longum tempus quotidiè communicavit, & cui vi cuiuſcumque communionis in dies accepit novum augmẽtum gratiæ.

Secunda Obiectio.

216 Obijcies ſecundò: ſi tot fructus affert quælibet communio, præſtantius erit ſępè quotidiè cõmunicare: ergo Eccleſia iniuſtè prohibuit fidelibus multotiès quotidiè cõmunicare. Reſp. quòd de facto nõ erit præſtitius pluriès quotidiè communicare, ſuppoſita prohibitione Eccleſiæ (quã exſtare admittunt AA. notantes, non eſſe expreſsè prohibitum laicis pluriès cõmunicare, ſed per extenſionem præcepti prohibentis Sacerdotibus, pluriès quotidiè celebrare: quod impoſitum fuit ab Alex. II. *can. ſ. f. ficit de Conſecrat. & in cap. Conſuluiſti de celebration. Miſſarũ.* De quo præſertim legatur Vazq. *diſp.* 214. *cap.* 4. *n.* 30.) Quę tamẽ iuſtè id prohibuit; *vt ſaltem per hoc, quod aliquis ſemel in die communicaret, repræſentaretur vnitas paſsionis Chriſti*: inquit D. Tho. 3. *p. q.* 80. *art.* 10 *ad* 4. communiter receptus; quamvis Lugo *diſp.* 17. *ſect.* 2. *num.* 18. affirmet, hanc rationem ſolùm eſſe congruentiam, & non rationẽ convincentem: & ex Gabriele *ſect.* 85. *in canonem*, diſpoſitionẽ Eccleſiæ ſemel quotidiè communicandi reducat ad reverẽtiam huic ſacramento debitã. Sed certè, ſi aliqualem irreverentiam afferret pluriès in eodem die cõmunicatio; nec in die natalis Domini id Eccleſia Sacerdotibus permitteret. Præter quam quod nimis ægrè explicabitur, in quo iſta irreverentia conſiſtat.

217 Quarè cum D. Th. citato, & communitèr Authoribus dicẽdũ eſt, Eccleſiã prohibuiſſe Sacerdotibus, pluriès quotidiè celebrare (& conſequentèr laicis cõmunicare: cùm in eis militet eadem ratio) vt ſic repræſentetur unitas paſsionis Chri-

Chriſti D. Quā rationē aſsignat Alexander II. in prefato decreto: vndè illam ſumpſerunt D. Th. & alij AA. Cùm autē ſecūdùm D. Paulū 1. *ad Chorint.* 11. quicumq; ſumens corpus Chriſti D. annunciet, & ſignificet mortem illius; fit, vt meritò etiam laicis extenſa ſit prohibitio pluriès quotidie communicandi. ¶ Adde, quòd, etſi prædicta ratio Pontificis non eſſet adeò efficax, nobis ſufficeret, ſcire eſſe prohibitum ab Eccleſia, pluries quotidie cōmunicare, vt inde inferremus, & quod, quamvis alias eſſet valde vtile ſæpè quotidi cōmunicare, vi illius prohibitionis eſſet peccaminoſum. Necnon & quòd Eccleſia ad talem prohibitionē habuit rationem ſufficientem.

Tertia obiectio.

218 Tertiò obijcies: ad dignam comunionē quotidianam ſufficit eſſe ſine peccato mortali? &, ſi commiſſum fuerit, illud cōfiteri? ergo quicumque ſic ſe habens poterit cōmunicare, etiam ſine conſilio Sacerdotis, aut cōfeſsoris; immo etiam ſi confeſſarius, aut Parochus contradicat. Reſp. ita eſſe. ¶ Fateor, hoc ægrè audiri à multis confeſſarijs, & Authoribus oppoſitę ſentētię, immò, & noſtræ. Immeritò tamē: quia Paulus 1. *ad Corinth.* 11. probationem ad dignè cōmunicandū nullā aliā exegit, quā ſine conſciētia mortalis culpæ accedere ad ſacramentū. Quarè, ſi homo illā habet, debet accedere ad cōfeſſariū, vt per abſolutionem illū liberet à culpa; no autem, vt cōmunicandi facultatē largiatur. Hāc enim ipſe habet, quotiès ſe ſenſerit à gravi culpa immunem: quam facultatē, neque Parochus, neque confeſſor poteſt illi licitè impedire.

219 Sed Lugo *diſp.* 17. *ſect.* 3. *à n.* 28. multū invehitur contra iſtud, & præſertim contra P. F. Petrū Vincentiū de Marzilla; (qui apud Compoſtellanos fuit primarius Theologorū Profeſſor; profeſsione Benedictinus: qui prior hac tēpeſtate pro quotidiana cōmunione pugnavit: & pro hac opinione edidit quoddā memoriale ad Archiepiſcopū Cōpoſtellanū, & poſteà integrum librū, quem vocavit *Additiones ad Memoriale*; vtrūque Hiſpano idiomate) contra quē, & alios huius noſtræ reſolutionis patronos multi alij (etiam ex illis, qui nobiſcū quotidianam cōmunionē propugnant) invehūtur; congeruntque non ſolùm Authorū numeroſitatē, ſed etiā varia Sanctorum exēpla, quæ contra prædictām noſtrā reſolutionē videntur apertè militare. Ego autē exiſtimo, rem iſtā non eſſe tanto apparatu dignā, neque quod tanti viri inter ſe ſe diggladientur. Fatemur enim nos ipſis vnum,

ipſiq; nobis debēt fateri aliud; quib' tota lis pacata manebit.

220 Igitur libentèr fatemur adverſarijs, quòd de conſilio, congruentia, & maiorē profectum ſpirituale quærendo, debemus in quotidianis communionibus (ſicùt & in quibuſcūque actionibus virtuoſis) ſtare cōſilio, & directioni Patris ſpiritualis, aut cōfeſſoris. Sic enim cōmunio non ſolùm erit exercitium virtutis Religionis; ſed etiā ſubiectionis, & obediētiæ. Cùm ergo cōmunio (aut quodlibet virtutis opus) proprio dictamine facta ſolùm ſit exercitium vnius virtutis: & directa à Patre ſpirituali, aut confeſſario ſibi poſſit accumulare alterius virtutis honeſtatē; meritò Patres, & AA. conſulunt, (quod & nos numquā negamus) debere Patris ſpiritualis, aut confeſſoris conſilio, & directioni ſubijci. (Ex cōgruentia, & maiorem profectū ſpirituale quærendo) Non tamen per hoc intendunt PP. aut AA. cōmunionem proprio dictamine factam non eſſe opus virtuoſum Religionis; aut quòd eſt illicita. Quod & Lugo, & omnes alij nobis concedere tenentur: cùm nullibi reperiatur lex prohibens, cōmunionē proprio dictamine fieri, aut quòd Patris ſpiritualis, cōfeſſoris vè directione fiat, mandans.

221 Dices: laicus non poteſt habere Euchariſtiam, niſi per manus Sacerdotis: ergo abſolutè dependet ab eius directione. Reſp. negādo conſequentiam: quia neque abſolutionē poſſum habere, niſi à cōfeſſario: & tamen eſt mihi liberum quotidiè cōfiteri. ¶ Dices 2. ſolū à proprio Paſtore, vel Parocho poſſum Euchariſtiā ſumere, vel ab illo, cui Paſtor proprius iuriſdictionē cōmiſsit: ergo abſolutè depēdeo ab illius cōſilio, & directione. Reſp. (ommiſſo antecedente) negando cōſequētiā: quia iam Eccleſia determinavit, quòd tantū in Paſchate debeo à Paſtore proprio, vel de illius licentia ab alio Euchariſtiā recipere: pro alijs autē tēporibus meo cōſilio, & volūtati reliquit, dummodò à lethali peccato ſim immunis. ¶ Ommiſſimus antecedens: quia adhùc, eo cōceſſo, parū argumētū vrget. Tamē nō eſt vniverſalitèr verū: etenim ſolo tēpore Paſchæ tenemur à proprio Paſtore, aut in propria Eccleſia cōmunicare: nō autē alijs tēporibus: ſive hoc proveniat ex cōſuetudine, & tacito cōſenſu Eccleſiæ; ſive ex privilegijs Mēdicantib' cōceſsis; ſive aliúde. Nullus quippè laicus hac tēpeſtate dubitat, (extra Paſcha) comunionē à quocūque Sacerdote Regulari, aut ſæculari recipere: neq; aliquis Sacerdos illā cuicūq; adminiſtrare. ¶ Adde, quòd, etſi laicus ſolū à proprio Paſtore, aut Parocho deberet cōmunionē accipere,

pere, nō inferretur, ab illius directione pendere cōmunionē: ut nupèr de Sacerdote notabamus. Et ratio eſt, quòd miniſtrare Euchariſtiam, & eam dirigere ſunt valde diverſa: & conſequentèr unum non infert aliud. Sicùt & miniſtrare cibos alicui; & dirigere, aut ordinare quandò, aut quoties ſint miniſtrandi.

252 Deniquè nota, quòd, ſi aliquando Pater ſpiritualis diſſentiat à confeſſore de communione alicuius perſonę, pręferendum eſt iudicium Patris ſpiritualis. Quia præſumendū eſt, melius calere ſtatum comunicaturi, quàm confeſſor; ille enim ſolùm iudicat id, quod de præſenti dicit pœnitens: ille verò attendit ad pręterita; necnon ad integrum ſtatum pœnitentis, & non ſolùm ad id, quod tunc confitetur. Et ideò meritò comparant Patrem ſpiritualem medico, qui ex diuturna infirmi curatione, & cōverſatione comprehendit, non ſolùm præſentem ægritudinē, ſed etiam infirmi complexionem. Confeſſorem autē comparant medico, qui ſemel, aut iterum inviſit infirmum; qui, etſi præſentem morbum percipiat; infirmi tamen complexionem, & alias perſonæ circumſtantias difficilè penetrabit.

(.§.)

CAP. III.

De Diſpoſitionibus ad dignam communionem requiſitis.

IN Miſſali exigit Eccleſia ad dignam communionem aliquas diſpoſitiones tàm ex parte corporis, quàm ex parte animæ. Ex parte corporis quòd communicaturus ſit ieiunus, & non habuerit pollutionem. Ex parte animæ, quod non ſit ſub aliqua cenſura, aut in peccato mortali. Et, quamvis ibi principalitèr loquatur de Sacerdote celebraturo; de quocumque communicare volenti etiam intelligitur ab omnibùs tota illa diſpoſitio; & meritò: quia præſertim propter cōmunionem Sacerdotibꝰ ea omnia ordinantur. Igitur de omnibus, & ſingulis his diſpoſitionibus ſumimus diſputationem.

De diſpoſitione ex parte corporis.

De ieiunio ad communicandum petito.

DUBIUM I.

1 PEtes primò, an communicans debeat eſſe ieiunus? Reſp. affirmativè. Quia *in cōcilio Cōp ărienſi ſeſ.* 13. ſic determina-

minatur per hæc verba: *Approbata conſuetudo Eccleſiæ ſervavit, & ſervat, quòd huiuſmodi ſacramẽtum non debet confici poſt cœnam; nec à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſsitatis à iure, vel Eccleſia conceſſo, vel admiſſo.* Quod definit tanquàm dogma contra eos, qui contrarium aſſerere præſumpſerint. ¶ Et, quamvis in alijs antiquioribus concilijs hoc fuerit iam præceptum; tamen cùm non vbique ſervaretur; (vt conſtat ex initio illius ſeſsionis) tota obligatio hęc vi prædicti concilij Conſtantienſis extat hodierna die. ¶ Præterea, etſi *in concilio Cartaginenſi III. can. 29. & in Africano ſub Bonifacio I. can. 8. & in Matiſconenſi II. can. 6.* permiſſum, aut fortè præceptum fuerit, quòd in feria quinta in Cœna Domini in memoriam facti Chriſti D. poſt cœnam fieret communio. Quo etiam permittebatur frangi ieiunium Eccleſiaſticũ illi' diei. Tamen prædicta licentia, aut præceptum fuit revocatum *in canone 29. Trullano ſextæ ſynodi, & in ſynodo Laodicena can. 50.* Et ideò concilium Conſtantienſe præcipiens cõmunionem fieri a ieiunis, etiam comprehendit Feriam quintam in cœna Domini.

2 Pro ampliori horum notitia nota, quod Auguſtinus *epiſtola 18. c. 6. & 7.* meminit prædictæ conſuetudinis Eccleſiæ Africanæ; (nempè communicandi poſt cœnam illo die) & dicit, ita fuiſſe inſtitutum in ea Eccleſia propter inſigniorem commemorationẽ cœnæ Domini. ¶ Memorat etiam ibi alteram illius Eccleſię conſuetudinem, nimirum quod in feria 5. cœnę Domini bis offerri cõſueverat; primum manè; deindè ad veſperam: utraque autem oblatio propter inſigniorẽ commemorationẽ cœnæ Domini fiebat à non ieiunis; & ſacramentum a nõ ieiunis ſumebatur. Ideo autem hoc fuiſſe inſtitutum (inquit Aug. *cap. illo 7.*) quia multi, immo ferè omnes expectare nõ poterant cœnam; (quę hora nona fiebat ante veſpertinam oblationẽ) eo quòd in lavandis baptizandorum corporibus laborabant; & ſimul ieiunare non poterant. Corpora autem baptizandorũ labavantur, ne ſordida in baptiſmo Sabbati Sancti apparerent. Pro ijs igitur, qui uſque ad horam nonam expectare non poterant cœnam, nec ieiunare, inſtituta fuit oblatio manè illo die: & hi nõ cœnabant, ſed prandebant ante Euchariſtiæ ſumptionẽ. At pro his, qui ieiunabant, inſtituta fuit oblatio veſpertina; & hi ante oblationem cœnabant. Addit, prioris inſtitutionis (nempè ut poſt cibos fieret oblatio, & communio) etiam fuiſſe cauſam ſupra relatam, ſcilicèt, ut ſolemnior fie-

fieret commemoratio cœnæ Domini, & per omnia factum Chriſti D. eo die imitaretur. Quę omnia erudite notat Vazquez *diſp 211.capit.1.num.5.*

¶ Igitur ſaltêm poſt concilium Conſtantienſe, neque in quinta feria cœnę Domini manè, aut veſperè, ſive à Sacerdote celebrante, ſive ab alio cõmunicante licet, Euchariſtiam ſumi ſine ieiunio.

3 Immò præceptum hoc non ſumendi Euchariſtiã poſt fractionem ieiunij incępiſſe à tempore Apoſtolorum, notant RR. & probant pręſertim *Vazquez ibi, & Suar. diſp.66. ſect.3.* ex antiquiſsimis Patribus, & concilijs. Pauca ſufficient nobis. Primum teſtimoniũ ſit antiqui Tertuliani, (qui vixit ad annum 220. ſub Calliſto Papa 1. & Alexandro Severo Imperatore, teſte Bellarmino *De Scriptoribus Eccleſiaſticis*) qui *lib. 2. ad vxorem cap.5.* dicit: *Non ſciat maritus, quid ſecretò ante omnem cibum guſtas.* Loqui autem de Euchariſtia, conſtat ex contextu: ut obſervat Vazq. *diſput. 211. cap.1. num.7.* notans etiam, prædictis verbis alludi ad morem, qui antiquitùs fuit in Eccleſia dandi ſingulis bucellam panis conſecrati, quam in calice ad domũm deferrẽt, ut ſecretò guſtarent. Alterum teſtimonium ſit Auguſtini *epiſt.118. vnde verba ſumpſit Iſidorus lib.1. de Officijs Eccleſiaſt. capit.18.* Vtriuſque autẽ verba ſunt: *Placuit Spiritui Sancto per Apoſtolos, vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani priùs Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Et ideò per vniverſum orbem mos iſte ſervatur.* Plura hùc expectantia legantur apud pręedictos Vazquez, & Suarez.

DVB. II.

4 PEtes 2. an præceptum ieiunè communicandi ſit divinũ? (Hoc eſt à Chriſto D. immediatè datum) Reſp. negativè. Quia neque eſt ſcriptum: (vt patet) neque traditione conſtat. Præterea ſi eſſet divinum, in nulla Eccleſia (adhùc pro feria quinta cœnæ Domini) fuiſſet aliquando ſumpta Euchariſtia à non ieiuno: cuius oppoſitum conſtat *ex num. 2.* Quarè concludendum eſt, pręceptum hoc eſſe Eccleſiaſticum. *Ita Vazq. diſp. 211. cap.1. Suar. diſp.66. ſect.3. Lugo diſp.15. ſect.2. à num. 16. & alij apud Dianam par.8. tract.1. Reſol 89. & Leandrum tract.7. diſp.5. quæſt.1.* eſtque communiſsima ſententia. In qua conſequentêr dicẽdum eſt, poſſe Papã in hoc præcepto diſpenſare.

5 Sed præceptum ieiunè communicandi eſſe divinum, dixit Sotus *in 4. diſp.8. q.3.* communitèr citatus, præſertim à Suar. Diana, & Leãdro ibi. immò Diana addit pro hac ſentẽtia

tiã Gabrielem *lect.* 10. dicitque hoc probabile reputaſſe Scotũ *in* 4. *d.* 8. *quæſt.* 3. Sed, quidquid ſit de mẽte Soti, & Grabrielis, Scotus hoc probabile non iudicavit: ſed, ſtatuto, quòd adcomunionem debebat præcedere ieiuniũ naturale, referendo (nõ diſputando, aut propriam mẽtem aperiendo) attigit omnes modos, quibus poterat tale ieiunium attrui. Hæc ſunt Scoti verba *ibi* §. *Reſpondeo verſ. Dico ergo. Nec iſtius eſt aliqua cauſa principalis, niſi inſtitutio divina, quãm vel Chriſtus diſcipulis dedit, vel per ipſos promulgavit; vel eis inſtituendum reliquit*. Scotus ergo nihil aſſerit determinate. ¶ Si autem vis fiat in verbis illis *inſtitutio divina*: dicaturque, Scotum determinatè affirmaſſe, hoc præceptum eſſe divinum; etſi de modo inſtitutionis indeterminatus manſerit. Reſpcum Hugo Cavello in margine illius verſiculi, ſolùm velle eſſe iuris divini mediatè: hoc eſt: cùm poteſtas ferendi illud pręceptum (ſicùt, & quodcumque aliud) ſit in Apoſtolis, & in Eccleſia à Deo, ſeu à Chriſto Domino, fit, vt quęcumque Apoſtolorum, aut Eccleſiæ iuſsio ſit divina, nõ immediatè, ſed mediatè.

6 Sed contra hoc Eccleſiaſticum præceptum ieiunè communicandi tria obijciunt hęretici. Primum eſt, non potuiſſe Eccleſiam præcipere ieiunium ante communionem ſervandũ. Quia, quod Chriſtus liberum reliquit non eſt in neceſsitatem redigendum. Secundũ eſt, contemnendam eſſe conſuetudinẽ Eccleſiæ de hoc ieiunio ſervãdo. Tertium eſt, melius, & cõmodius eſſe ante communionẽ aliquid cibi, & potus temperatè ſumere. Primo, quia eſt magis conſentaneum facto Chriſti D. Secũdò, quia tẽpore Apoſtolorum fiebat: vt colligitur *ex* 1. *Corinth.* 11. *ſi quis eſurit, domi manducet*, ſcilicèt priùs quàm ad Eccleſiam communicaturus accedat: nã de hac re ibi agebat Apoſtolus. Tertiò, quia ſumpto moderato cibo eſt homo habilior ad opera mentis. ¶ Sed hæc tria hæreticorum obiecta damnatam doctrinam continent. Videatur Tridentinum *ſeſ.* 7. *can.* 13. *de Sacram. in genere, & ſeſ.* 21. *cap.* 2. *& can.* 2. Vndè conſtat, eſſe in Eccleſia poteſtatem, inſtituendi ea, quæ ad ſacramentorum decentem vſum ſibi viſa fuerint neceſſaria: nec non contemni non poſſe ritus, quibus Eccleſia in ſacramẽtorum adminiſtratione vtitur. Ad quod reduci poteſt ieiuniũ ad Euchariſtiæ receptionem prærequiſitum. Hùc ſpectant, quæ diximus *in tract. de ſacram. in genere cap.* 8. *num.* 3.

7 Tres autem rationes congruentiæ aſsignantur ad imponendum hoc præceptum. Prima propter reverentiam huius ſa-

ſacramenti; & vt fideles aſſueſcant diſcernere inter hunc cibum, & alios communes. Secunda propter ſpiritualem ſignificationem, vt indicetur fidelibus, debere eſſe Chriſtum primum, ac primarium eorum cibum. Tertia ad vitandum pericula vomitus, & alterius irreuerentiæ: & vt mens ſit magis libera, & expedita ad res ſpirituales, & divina ſtractādas.

8 Hinc ad illa, quæ tertio loco expendebant hæretici, (quæ enim primo, & ſecundo loco obijciunt, ſunt planè damnata: vt dicebam *n. 5.*) Reſ. Ad primū, quòd, quāvis fuerit conveniens, quòd Chriſtus D. poſt cœnam è vita diſceſſurus in fine illius in ſignum amoris pro diſceſſu Euchariſtiam inſtitueri, & eam Apoſtolis miniſtraret: tamen poſteà, cauſa hac ceſſante, convenientius fuit, & eſt, vt nos ad communionem accedamus nullo cibo, & potu communi occupati propter rationes *num.* 7. adductas. Et ideò id fuit ab Apoſtolis expreſſè præceptum, vel conſuetudine introductum, tamquàm neceſſarium ab Apoſtolorum tēporibus; & poſteà ab Eccleſia expreſſè præceptum in multis concilijs, & tandē à Cōſtantienſi *ſeſ.* 13. Recolantur dicta à *n.* 1.

9 Ad ſecundum (quod ſumebatur *ex* 1. *ad Corinth.* 11. *ſi quis eſurit, domi manducet*) Reſp. cùm Suarez *diſp.* 66. *ſect.* 3. ab aliquibus cōcedi, tēpore Apoſtolorum fuiſſe conſuetudinem communicandi poſt cibum, & potum. Quo gratis admiſſo, nihil nobis obſtaret: potuit enim poſtea adhùc Apoſtolorum tēpore, illa conſuetudo mutari propter maiorem ſacramenti reverentiam, præſertim, quia, refrigeſcēte charitate, & creſcente fidelium multitudine, potuit hoc magis expedire? Reſp. 2. *cum eodem Suarez, & G. Hurt. diſ. 9. diff.* 14. Paulum prædictis verbis non agere de modo ſumendi Euchariſtiam, ſed de ordine, ac decentia ſervandā in convivijs communibus, quæ tunc temporis in Eccleſia fiebant (ſolemnioribus diebus) poſt communionem, divitum expenſis: quorum divitum aliqui nolebant pauperes ad cœnam (quæ non ita citò parari poterat) expectare. Vnde ſchiſma, & diſſenſiones inter Corinthios oriebantur. Quia pauperes, qui ad præparationē cœnæ nihil attulerant, rubore cōfundebātur, & non cœnabant. Et ſic cœna Domini, (in cuius commemorationem illud cōviviū in Eccleſia fieri permittebatur) à qua nullus, neque Iudas fuit excluſus, non recolebatur. Paulus ergo ibi reprehēdit Corinthios divites, qui nō expectantes pauperes priùs ante communem cœnam in Eccleſia cœnabant: & eos admonet, vt cùm omnibus cœnent;

&

& ne aliquis, fame urgente, in Eccleſia ſeorſim ſuam cœnam cœnet, admonet, vt, ſi eſuriat, & non poſſit expectare omniũ cœnam, manducet domi, non ante, ſed poſt ſumptionem Euchariſtiæ, vt poſſit poſteà cum reliquis cęnare. Addit Suar. ibi: poſſumus præterea colligere, quod eſurienti permittit Paulus, vt poſt cibum ad Euchariſtiã accedat.

10 Ad tertium (nempè quòd, ſumpto moderato cibo, homo eſt magis habilis ad operationes mentis) Reſ. negando: nam licet in aliqua particulari perſona, & in aliqua occaſione iuvare poſſit moderatus cibus, & potus ad animæ attentionem: tamen generalitèr, & regularitèr non eſt ita; & præſertim ſi vulgaribus hominibus hæc licentia tribuatur. Leges autem morales feruntur de his, quæ regularitèr omnib⁹ expediunt.

11 Demùm objiciunt D. Chriſoſt. *epiſt. ad Cyriacum Epiſcopum:* (habetur 5. tomo) in qua cùm quidã ei obieciſſent, quod non ieiunos ad Euchariſtiã admitteret: reſpondet, etiã Chriſtum D. poſt cœnam Apoſtolis dediſſe communionem. Qua reſponſione ſignificat, licere communicare poſt cibum, & potum. Reſp. cum *Vazq. diſput.* 211. *cap.* 2. *num.* 13. *& G. Hurt. ibi*, Chryſoſt. priùs negaſſe, ſe id feciſſe. Deindè retulit factum Chriſti D. non vt ſignificaret, id licere; ſed vt extenuaret crimen ſic accedendi ad communionẽ; nec putaretur tam execrandum, quam adverſarij iactitabant. Adde, mihi eſſe ſatis veriſimile, temporibus S. Chryſoſtomi nõ eſſe omninò declaratum, à ieiunis tantùm debere fieri cõmunionem. Quia præcipuè auctoritates, quibus nitimur ad probandum, prohibitionem communicandi poſt cibum, & potum, (immò, & hoc fuiſſe ab Apoſtolorum temporibus præceptum, aut introductum) ſunt concilij Conſtantienſis *de quo num.* 1. (quod celebratum fuit poſt annũ 1400.) Toletani 7. *de quo n.* 12 (quod celebratũ eſt ad annum 640.) Sancti Auguſtini (qui vixit ad annum 420.) & S. Iſidori Hiſpalenſis, (quorũ verba tranſcripſimus *num.* 3.) qui vixit ad annũ 630. At Sanctus Ioannes Cryſoſtomus vixit ad annum 400. ¶ Et, quamvis concilium Laudicenſe *can.* 50. revocaverit licentiam, aut præceptum concilij Cartaginenſis III. *can.* 29. & Affricani ſub Bonifacio I. *can.* 8. & Matiſconenſis II. *can.* 6. ſtabilictium, quòd in feria 5. cœnæ Domini in memoriam facti D. poſt cœnam fieret communio. Quod concilium Laudicẽſe celebratum fuit ante tempora Ioannis Chryſoſt. nempè ad annum 364. Tamen præcipuũ eius motivum fuiſſe videtur, ne ſolveretur ieiunium quadrageſi-

geſi-

geſimale. Sic enim loquitur: *nō oportet, in quadrageſimæ quinta feria vltimæ hebdomadæ, ieiunium ſolvi, & totam quadrageſimam inhonorari; ſed per totos hos dies ieiunare, & ab eſcis abſtinentiæ convenientibus, id eſt, aridioribus vti.* Vnde videtur, abs re afferri hūc canonem pro ieiunio ad communionem petito. ¶ Immò addo, quod, admiſſo loqui de ieiunio Euchariſtico, parū vrget. Quia hoc conſiliū non fuit generale: & ſic totam Eccleſiā non potuit obligare, quoaduſque ille canon fuit cōfirmatus, aut res illa fuit noviter præcepta in ſexta ſynodo generali (quę eſt Cōſtantinopolitana tertia) *can.* 29. quæ ſynodus fuit celebrata ad annum 680. Quarè illam D. Ioannes Chryſoſtomus præceſsit pluſquàm per 200. annorum ſpatium.

DVB. III.

12 PEtes 3. an ieiunium ad communionē petitū debeat eſſe naturale? Reſ. affirmative. Quia ſic fert praxis Eccleſiæ; & conſenſus ferè omnium Theologorum, qui ſic intelligunt concilium Conſtantienſe *ſeſſ.* 13. & reliqua concilia, quæ ieiunium ad communionem poſtulant. Et meritò: quia in concilio Toletano VII. prohibetur communio *poſt cibum, aut potum, quantumvis minimum.* Immò ſic expreſsè habetur in Miſſali loquendo de his, quæ ex parte corporis impediunt cōmunionem. Sic Scotus *in 4. diſp. 8. quæſt. 3. §. Reſpondeo verſ. Dico ergo, D. Th. quæſt. 80. art. 8. ad 4. Durandus, Sotus, Suar. Ochagavia* (qui duo poſteriores dicunt, contrariam ſententiam eſſe errorem in fide) *Dicaſtillus, & Diana; quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 5. quæſt. 2. dicens, hoc eſſe certiſsimum.*

13 Sed ad communionem ſufficere ieiunium Eccleſiaſticū dixerunt Gotfredus, & Ioannes Parisienſis. (Quos communiter citant; præſertim Vazq. *diſp.* 211. *cap.* 3 *num.* 26. qui *num.* 27. addit, quòd hæc opinio error in fide conſeri debet) Pro qua obijcitur. Hoc præceptum ieiune communicandi eſt Eccleſiaſticum: ergo ſolùm præcipit ieiunium Eccleſiaſticum, ſeu eo modo, quo Eccleſia præcipit ieiunium in alijs occaſionibus. (Nempè diebus quadrageſimæ, vigiliarum, & quatuor tēporum; quod ieiunium non ſolvitur ſumendo aliquid per modum medicinę: etſi per hoc frāgatur ieiunium naturale) Reſ. negando conſequentiam: nam conſuetudo Eccleſiaſtica iam interpretata eſt, ieiunium ante communionem præceptū debere eſſe naturale: vt expreſſerat concilium Toletanum VII. & hac noſtra tempeſtate habetur in Miſſali; *vt n.* 12. expen-deba-

debamus. Igitur ieiunium naturale ad communionem requiritur. Pro dicendorum tamen noritia, nota, ſolù per comeſtionem veri cibi, aut potus frãgi ieiunium naturale ad communionem petitum. Ad commeſtionem autem duo requiruntur neceſſario. Primũ, quòd cibus ori applicetur ab extrinſeco. Secundu, quod in ſtomachũ deſcẽdat. Quod potiùs ſupponendum, quam probandum ex conceptu, quem de commeſtione formamus.

Quælibet minima quantitas ſolvit ieiunium naturale

14 VNdè infero primò, eſſe peccatum mortale communicare poſt ſumptam minimam quãtitatem cibi, vel potus. Quia iam fractum eſt ieiunium naturale, & quamvis materia cibi, aut potus parva eſſet, & levis; tamen ſumi Euchariſtiam à non ieiuno, res magna eſt: vt ex Ochagavia, & alijs notat Leandrus *diſp. 5. q. 3.* vbi citat. *Suar. Dianam, Hurt. D. Tho. & Ochag.* quod, & ipſe, tãquã certiſsimũ tenet; dicitque ſic comuniter tenere Theologos. Quare non ſunt audiendi nonnulli (quos ſuppoſitis nominibus referunt, præſertim *Suar. diſp. 66. ſect. 4. & G. Hurt. diſp. 9. diff. 15.*) exiſtimantes, ſolùm eſſe veniale communicare poſt ſumptionem cibi, aut potus in parva quantitate. Pro qua opinione P. Paſqualigus *in deciſione 335. per totam* multas adducit rationes; & tandẽ concludit: (teſte Diana *6. par. tract. 8. Reſp. 8.*) Hæc quidem, & alia, quæ poſſent adduci, probabilem faciunt hanc opinionem. Non tamen audeo aliquid determinare. ¶ Sed pro his Authoribus obijcies: ſumptio illa parvi cibi, aut potus videtur eſſe materia levis: ergo ſolùm erit peccatũ veniale. Reſ. quod ſumi Euchariſtiam à non ieiuno eſt materia grauis.

Sumptio reliquiarum dentibus inhærentium non ſolvit ieiunium naturale.

15 INfero ſecundò, non impedire comunionẽ reliquias ex cœna inter dẽtes remanẽtes, etiã ſi advertẽtèr deglutiantur. Quia non ſolvunt ieiunium naturale: cùm traiectio illorũ potiùs pertineat ad mãducationem præcedentis diei, quàm præſentis. Sic *Suar. diſp. 66. ſect. 4. Henriq. Tabiena, Ochagavia, Granados, Sotus, Caiet. Valentia, Philibertus, Cruz, Diana, & Paſqualigus*, quos citat, & *ſequitur Leandrus diſp. 5. quæſt. 8.* ¶ Sed ſolũ caſu, quo inadvertentèr, aut caſu deglutiantur, non impedire communionem, tenent *Vazq. diſput. 211. cap. 4. Lugo diſp. 15. num. 56. Bonacina, San-*

Sancius, Thomas Hurt. Ioan. Præpoſitus, Filliucius, Fagundez, Laimam, Palud. & alij apud prædictum Leandrum ibi. Immeritò tamen hanc differẽtiam aſſignant: quia ſive caſu, ſive ſcienter deglutiãtur, ſemper eſt verum, quòd hodie non manducavi: cũ illæ reliquiæ hodiè nõ venerint ab extrinſeco: quod manducatio neceſſariò requirit. Et ideò ſemper erit verum, quòd traiectio illa reliquiarũ ſpectat ad manducationem nõ hodiernam, ſed externam. Niſi velimus dicere, quòd degluttiuntur non per modum cibi, ſed ſalivæ.

Aqua, vel alius liquor per nares in ſtomachum attractus non ſolvit ieiunium naturale. Idem eſt de ſanguine dentiũ, &c.

16 INfero tertiò, non impedire communionẽ aquam, vel alium liquorẽ per nares attractũ, & poſteà in ſtomacaum traiectũ. Idem dicendum eſt, ſi quis deglutiat ſanguinem dẽtium, aut alium humorem de capite in os cadentem; vel ex naribus in os effluẽtem. Quia non eſt vera manducatio: cùm non veniat ab extrinſeco. Aut quia non ſumuntur per modũ cibi, ſed ſalivæ. *Sic D. Th. quæſt. 80. artic. 8. ad 4. Navarrus, Suar. Bonac. Lugo, Valentia, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt. 9.*

Tabachus non ſolvit ieiunium naturale.

17 INfero 4. ſumptionem tabachi in folio, pulvere, vel fumo non impedire communionem. Quia quocumque modo ex dictis ſumatur, non ſumitur per actionẽ, quæ ſit comeſtio. *Sic Diana 5. p. tract. 13. Reſ. 1. & par. 10. tract. 16. Reſp. 13. Narbona t. 2. hora 2. nu. 32. Hieronymus Garcia, Paſqualigus, Lugo, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt. 10.* Vbi pro oppoſita ſententia citat *Antonium de Leone, & inclinare videtur Franciſcum de Nigro.* Prædictus autem Diana citat etiam duo concilia provintialia. Alterum eſt Limenſe: & alterum Mexicanum prohibẽtia vſum tabachi ante cõmunionem: affirmatque, predicta cõcilia fuiſſe approbata à ſacra Cardinalium Congregatione.

Aliquæ guttæ aquæ præter intentionem abluentis os deſcendẽtes in ſtomachum non ſolvunt ieiunium naturale.

18 INfero 5. non manere à cõmunione impeditum, qui aliquas guttas aquæ præter intentionem, dùm os abluitur, traijceret. Quia hæc gu-

guttarum traiectio fit per modum ſalivæ. Sicque expræſsè habetur in Miſſali loquẽdo de defectib' in celebratione Miſſarum occurrentibus. *Sic Vega 1.p.ſumma caſu 23. Lugo diſp.15. num.33. Rodrig. Filliucius, Bon. Azor, Silveſt. Palud. Dicaſtillo, Paſqualigus, & Thomas Hurt.t. 2.tract.11.cap.8.n.256. & apud ipſum D.Th. quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt.12.* addẽs, ſic etiam ſentire Suar. & Ægid. cùm ſolùm à communione impedire dicãt traiectionẽ aquæ, vel vini in quantitate magna, etiam caſu, in quo contra voluntatem traijcientis fieret.

Oſsiculum, aut aliud non comeſtibile non ſolvit ieiuniũ naturale.

29 INfero 6. non eſſe à cõmunione impeditum, qui traijcit aliquod oſsiculum, chartam, aliquid ligni, aliquid ex vnguibus, vel quid ſimile non comeſtibile. Quia ſolùm cibus, aut potus impedit communionem: (vt expreſsit concilium Toletanum VII. prohibens cõmunionem *poſt cibum, aut potum, quamtumvis minimũ*) ſed per potum, aut cibum ſolũ intelliguntur, quæ per ſe loquendo alterari poſſunt à ſtomacho; non autem, quæ non ſunt comeſtibilia: ergo nullum ex prædictis impedit communionem. *Sic Sancius diſput.42.n. 23. Diana 2. par. tract. 14. Reſo. 52. & 3. par. tract. 4. Reſo. 38. & 5. par. tract. 13. Reſo. 1. Lugo diſp. 15. num.30. & 31. Narb. Cruz, Ludovicus, & Sũma Corona; quos citat, & probabiliter ſequitur Leãdrus ibi quæſt. 13.* Citat autem ibi pro oppoſita ſentẽtia *Henr. Nugnum, Reginaldum, Naldum, Laymam, Scortiam, Villal. Bonacinam, (apud quem Suar. Tabiena, & Azor) Gran. Philibertum, Ochag. & Lugo* qui (loquẽdo de charta) inclinat in hanc ſentẽtiam. Pro qua obijcitur: conveniens eſt, quod nihil ab extrinſeco (etiam ſi parva materia ſit, & non nutriat) intret in os, & ad ſtomachũ deſcẽdat priuſquã corpus Chriſti D. ergo etiã ſi non ſit comeſtibile, aut nutritivũ quodlibet, quod ab extrinſeco ſumitur, impedit cõmunionem. Reſp. (omiſſo antecedẽti; quia finis legis nõ cadit ſub legẽ. Quare ſufficit ſubdito ſervare id, quod ſibi pręcipitur: quod in pręſenti eſt nõ ſumere cibum, aut potum: vt habetur in concilio Toletano VII. quamvis aliàs legiſlatoris finis fuerit, quod nihil ab extrinſeco intraret in os, & ad ſtomachum deſcenderet priuſquã corpus Chriſti D.) negando conſequentiam: quia id lege non prohibetur: vt conſtat ex prædicto concilio Toletano VII. Et certê omninò præter intentionem legiſlatoris videtur prohibuiſſe ſumere aliquid

quid auri, ligni, aut alterius nõ nutritivi.

Mulieres terram comedentes non ſolvunt ieiunium naturale.

20 INfero 7. mulieres terram, comedentes (ob minuendum colorem, vel ob delectationem) non manere impeditas à cõmunione. Quia terra ex ſe non eſt materia comeſtibilis, aut nutritiva. Ita *Sancius diſp. 42 num. 23. Ludovicus de S. Ioan. Ledeſma*, (quatenùs generalitèr docent, rem comeſtibilem tantùm impedire communionem) *& Paſqualigus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi q. 14.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Hurt. Nugnus, & reliqui num. præcedenti citati contra noſtram ſententiam. Quibus adde Cruz, Gran. Diana, Antonium de Leon, & Thomam Hurt.* (qui dicit, oppoſitum eſſe improbabile. ſed contra illum benè dicit Leandrus, quod hoc dictum eſt improbabile. igitur AA. huius ſentẽtię nihil aliud nobis obijciunt quàm id, quod num. præcedenti fuit obiectum, & ſolutum.

Oſsiculum aliquorum fructuum, aut avellana non frangit ieiunium naturale.

21 INfero 8. poſſe communicare, qui oſsicula aliquorum fructuũ, aut avellanam cùm cortice comediſſet. Quia non ſunt materia comeſtibilis, aut nutritiva: cùm experientia conſtet integrè emitti in excrementis. *Ita Lugo diſp. 15. num. 32. & Diana 5. p. tract. 13. Reſo. 1.* Idemque dicere debere videntur quotquot affirmant, ſolam materiã nutritivam frangere ieiuniũ Eucharíſticum. ¶ Sed oppoſitũ tamquàm longè probabilius defendit Leandrus *ibi quæſ. 15. citans Sancium in ſelectis diſp. 42. num. 13. & Thomam Hurtado t. 2. tract. 1. 1. num. 255* (qui dicit, ſententiam Dianæ eſſe omninò improbabilem. Sed rigidè: vt benè notat prædictus Leãdrus. Vbi etiam advertit, malè citaſſe Sancium pro oppõſita ſententia) Et obijcit: quòd prædicta materia ex ſe, & per ſe verè eſt comeſtibilis, & alterabilis à ſtomacho; licèt fortaſsis per accidens ratione corticis nõ ſit: ergo impedit communionem. Reſpond. quod, cùm calor ſtomachi immediatè non agat in medulam, ſeu in materiã incluſam in cortice; nec illa immediatè ſumatur; ſed cortex: fit, quòd reputandum eſt, in cortice nihil eſſe incluſum. Et in rebus moralibus, non tam attendendum eſt naturas rerum metaphyſicè ſumptas, quam ad id, ad quod ſemper deſeruiũt pro humanis uſibus. Hinc dicunt com-

Digitized by Google

prædictū verè manducaſſe hodie. cùm poſt pulſum (primum, aut vltimum ſecundum varias ſententias iam adducendas) horologij in ſtomachum cibū traiecerit. Reſp. non manducaſſe hodie: cùm cibum ab extrinſeco hodie non impoſuerit. Cùm ergo ad completam rationem manducationis duo requirantur (nempè quòd ab extrinſeco cibus ori imponatur; necnon & quod in ſtomachum traijciatur) in materia odioſa immeritò reſtringitur ad vnum.

Aliquil ſacchari ori ante mediam noctem impoſitum non ſolvit ieiunium naturale, etiā ſi poſt deglutiatur.

24 INfero II. communicare poſſe eum, qui ante mediam noctem aliquid ſacchari ori imponit paulatim traijciendum, & partim ante, & partim poſt mediam noctem traijcit, quia, cùm ab extrinſeco non ſit ori impoſitum ſaccharum hodie, aut poſt mediā noctem, quamvis in ſtomachū tunc deſcendat, non dicitur verè, & perfectè tunc manducare: vt num. præcedenti expendebamus. *Ita A A. numero præcedēti pro noſtra ſententia citati: & huic ſententiæ favens Durand. Gabr. & Paludan apud Dianam 6. par. tract. 7. Reſol. 15.* Verum eſt, Leandrum limitare hanc ſententiam, nempè ſi intentio ſumentis ſaccharum ſit, vt totum ante mediā noctem liquefiat, & deglutiatur. Tunc enim, ſi aliquid poſt mediam noctem ſuperet, tamquā reliquiæ cœnæ diei præcedentis reputandum eſt. Hæc tamen limitatio non videtur mihi neceſſaria: nec conſequentèr dicta ad id, quod nobiſcum affirmavit numero præcedenti de illo, qui conſumit bucellam, quam ori impoſuerat ante pulſum horologij, poſt pulſum. Tota enim ratio illius, & noſtra ad non privandum iſtū communione erat, quod bucella illa fuit impoſita ori die præcedenti, ſeu ante mediam noctem: & conſequēter, licèt hodie deſcendat in ſtomachum, non eſt vera, & perfecta manducatio. Quod & in præſenti tenet.

25 Oppoſitum autem huius illationis defendunt *Suarez diſp. 65. ſect. 4. Vazquez diſput. 211. num. 21. Filliucius, Reginal. Ægidius, Silvius, Melfeſius, Bonacin. Dian. Fagund. Perſicus, Ioan. Vvigers, Sancius, G. Hurt. Lugo, Philibertus. Granad. Paſqualigus, & Thomas Hurt. (apud Leandrum diſput. 5. queſt. 18.)* dicens, oppoſitum nō eſſe probabile. Sed de cenſura huius Auctoris non eſt multum curandum: quia ad id eſt pronus, & abſque ſufficienti ratione id ſæpiùs facit. (meritò concludit Leand. ibi)

Digitized by Google

Omnium autem iſtorum fundamētū eſſe poteſt, quòd, cùm hodiè, ſeu poſt mediam noctem in ſtomachum deſcenderit aliqua pars ſacchari, verum eſt, aliquid cibi hodiè manducaſſe hominem illum: & conſequentèr à communione manere privatum. Reſpon. negando, tunc eſſe perfectam, & veram manducationem: cùm ad iſtam etiam requiratur, quòd hodiè, aut poſt mediā noctem ab extrinſeco cibus ſit ori impoſitus: ut non ſemel expendebamus.

26 Quod verum eſt etiam, ſi ſaccharum ſumpſerit, ſeu ori applicuerit homo animo conſumendi illud ante, vel poſt mediam noctem. Natura enim manducationis independentèr ab animo, aut intentione operántis petit illa duo, nempè, & applicationem ori ab extrinſeco; & deſcenſum cibi in ſtomachum. Quarè animus, vel intentio nullum ex his poterit ſupplere: vt in ſimili benè cùm Diana notat ipſe Leandrus, loquendo de mulieribus terram comedentibus, dicens *quæſt.* 14. quòd intentio non poteſt facere de non cibo cibum. Quarè, ſi terra non eſt cibus, quacumque intentione ſumatur, aut comedatur, non impedit communionem. Qui P. Leandrus conſequētèr debebat dicere, quòd intentio non poteſt facere de non comeſtione comeſtionem. Et conſequentèr ſive hac, ſive illa intentione Saccharum applicetur ori ante mediam noctem, deſcendatque in ſtomachum poſt mediam noctem, non franget hodiernum ieiunium: cùm defectu applicationis ori hodiè, non ſit vera, & perfecta comeſtio hodierna, ſed partim preteriti, & partim præſentis diei.

Cibus, quem quis integrum evomit, ſolvit ieiunium naturale.

27 INfero 12. non poſſe cōmunicare eum, qui aliquid comeſtibile comedit, & poſteà illud evomit. Quia verè communicaret poſt ſumptionem cibi. *Sic Leandrus diſput.* 5. *quæſt.* 19. *citans, & ſequutus Henriq. Bonac. Philibertum, & communem.*

DVB. IV.

28 PEtes 4. an dubitans de conſiſtentià ſui ieiunij naturalis poſsit communicare? Reſpon. affirmativè. Quia in dubijs melior eſt conditio poſsidentis: *l. ſi debitor ff. de pignoribus Regul. Impari de Regul. iur. in 6.* Sed tunc poſſeſsio potiùs ſtat pro libertate volentis communicare, quàm pro præcepto communicandi, ſervato ieiunio: ergo dubitans poteſt communicare. Conſequētia

tia eſt legitima: maiorem non ſolùm in materia iuſtitiæ, (ut vult Vazquez 1. 2. *diſputat.* 65. *& 66. cum multis alijs, quos citant præſertim Sancius in ſelectis diſput.* 42. *num.* 6.) ſed etiam in alijs materijs eſſe veram, docent præcitatus Sancius, & alij: eo quod poſſeſsio eſt titulus univerſalis. Minor probatur: quia in noſtro caſu dubitans poſsidet libertatem, ſeu facultatem agendi, quod maluerit; quia dubitat, an præceptum *non communicandi poſt ſumptionem cibi, vel potus* inceperit obligare. ¶ Dices: quando quis accedit ad communionem, certus eſt, quòd pro tunc iam obligat prædictum præceptum. Reſpondetur, quòd de hoc non eſt dubium: ſed homo ille dubitat, an (quando ipſe comedit, aut bibit propè mediam noctem, v. g.) ceperit iam hodierna dies? & conſequentèr an obligaret tunc præceptum non communicandi ieiunè? Plura hùc ſpectantia videantur apud prædictum Ioannem Sancium *ibi à num.* 2. Noſtram concluſionem defendunt *prædictus Sancius, & multi alij pro illationibus ſequentibus citandi.*

§.

De manducante, aut bibente in dubio, an ſit hora duodecima noctis?

29 Vndè infero primò, poſſe hunc die ſequēti Euchariſtiam ſumere. Quia poſsidet libertatem; à qua, niſi per præceptum certum non debet ſpoliari. Ita *prædictus Sancius, Diana* 3. *par. tract.* 4. *Reſol.* 29. *Laimam, Medina; & Ortiz, quos citat, & probabilitèr ſequitur Leandrus diſput.* 5. *quæſt.* 4.

¶ Idem dicendum eſt de illo, qui abluendo os, an aliquid deglutierit, dubitat? (Immò, etſi hoc certò ſciat: vt diximus *num.* 18.) Et de illo, qui aliquid maſticans dubitat, an aliquid deglutierit? Atque de illo, qui adhæret dicto aliquorum dicentium ſibi horam duodecimam noctis non ſonuiſſe, alijs ſonuiſſe affirmantibus. Quia præceptum non communicandi inieiunè non eſt impoſitum dubitanti, ſed certò ſcienti, nō eſſe ieiunum: inquit præcitatus Leandrus, addens, quòd vltimam ſequelam concedit Lugo *diſp.* 15. *num.* 43. *& citans etiā Narbonam, Paſqualigum, Medinam, Lucium, Dicaſtillo, & Dianam p.* 10. *tract.* 12. *Reſol.* 17. *& tract.* 13. *Reſol.* 54. *& alios apud ipſum.*

30 Sed prædictum manducantem, & bibentem in dubio non poſſe ſequenti die com-

Digitized by Google

municare, defendunt *Sanchez lib.1.de Matrim.diſp.41.num.40. Ægidius, Bonac. Fagund. Villal. Lugo, & Philibertus apud Leandrum ibi. Adde P. Franciſcum de Lugo in Diſcurſu prævio ad Theologiam moralem p.1. cap.2. q.30. num. 176. & Oviedo apud Dianam ibi.* Pro qua ſententia obijcit Lugo *ibi num.*44. Qui certus eſt de voto à ſe emiſſo, dubitat tamen, an illud emiſerit ante, vel poſt ſeptenium, tenetur implere votum: ergo & certus de comeſtione, dubius tamen, an impletus ſit dies, nequit communicare, ſeu ad id tenetur. Reſpond. negando antecedens: quod etſi concedat Sanchez *lib.4. in Decalog. cap.1. num.14. apud Lugo*: illud tamen negat Malderus *3. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 1. apud Dianam 3. p. tract. 6. Reſol. 50. § Notandum eſt.* Alia autem, quæ ibi adducit Lugo, ſolvũtur ex eo, quod, dùm præceptum eſt dubium, (vt eſt, quandiù mihi non certò conſtat, advenille diem ſequentem.) poſsideo meam libertatem, ſeu facultatem quã habeo ad comedendum hodiè, quamvis cràs ſim communicaturus.

De dubitante propter diverſa horologia.

31 INfero ſecundò, poſſe communicare eum, qui poſtquam ſonuerat vnum horologium comedit, aut bibit, ante pulſationem tamen alterius; dùm tamen clarè non cõſtet de errore illius. Quia poſsidet ſuam libertatem. Immo ex alio principio (nempe quod horologia ſe habent ſicut opiniones probabiles) a fortiori idem concluditur. *Ita Diana 3. p. tract. 4. Reſol. 36. & 4. p. tract. 3. Reſol. 19. Sancius in ſelectis diſput. 42. num. 18. Sanch. Fagun. Villal. Narbona, Machado, P. Leſqualigus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi q. eſt. 5. Quibus Diana 4. p. ibi addit Pharaoninum, & Vegam.* ¶ Sed oppoſitum defendunt noſter Rodriguez *in Summa t. 1. cap. 105. num. 6. Salas, & Merolla apud dictos Leandrum, & Dianam.* Et obijcit Merolla melior eſt conditio præcepti poſsidentis: ergo non licet communio. Reſp. negando, præceptum poſsidere: cùm enim de illo non certò conſtet, poſsidere non poteſt. Præterquam quòd ſumus in amplioribus terminis: etenim quodlibet horologium habetur pro opinione probabili: & conſequentèr ſolùm dubito ſpeculativè de hora: ſum autem omninò certus, quod poſſum quamlibet opinionem probabilem amplecti.

(.?.)

De dubitante propter diverſos pulſus eiuſdem horologij.

32 INfero 3. poſſe dic ſequẽti cõmunicare eum, qui, audito primo pulſu vnius horologij, (ſive vbi tantùm eſt vnum; ſive poſterioris, ubi ſunt plura) a ſumptione cibi, aut potus non ceſſat uſque ad vltimũ pulſum. Quia horologium eſt teſtis indicans nobis, quæ hora diei, aut noctis ſit: ſed hoc indicare non poteſt uſque ad vltimum pulſum: ergo uſque tunc nequit eſſe teſtis horam determinatam indicans. Cætera patent. Probatur minor: quia reliqui ſoni, aut pulſus indeterminatè ſignificant hanc, vel illam horam, ultimus autem determinatè hanc: & ideò ſolùm per ultimum conceptus audiẽtis completur: & tunc per illum audiens determinatè cognoſcit, horologium hanc horam determinatè teſtificare. Cuius ſimile in vocibus contingit: quando enim audio verba teſtis deponẽtis, Petrum, v. g. occiſum fuiſſe à Ioanne in Eccleſia; quoadusque compleat vltimum verbum, aut quoadusque loqui ceſſet, nõ formo cõceptum omnino determinatum de veritate, quã deponit. *Ita Leandrus diſp. 5. q. 7. citans Narboram, Paſqualigum, Dicaſtillo, & Thomã Hurt.* Quam ſententiam amplexos fuiſſe aliquos doctiſsimos Complutenſes Cathedraticos, præſertim P. Benavides Carmelitanũ, & Patrem Chryſoſtomum Caverum Ciſtercienſem, teſtatur prædictus Leandrus, qui hanc ſententiam mordicùs defendit. Et pro ipſa Diana *p. 10. tract. 13. Reſol. 54. addit Caramuelem, & P. Verricelli.*

33 Sed oppoſitum defendunt *Thom. Sanc. lib. 2 de Matrimonio diſp. 41. num. 40. Ioan. Sancius diſput. 42. num. 19. Trullench, Caſtro, Paleus, Villol. Fagũdez & Diana apud dictũ Leandrum.* Pro qua ſentẽtia obijcies: Primus pulſus horologij determinatè teſtificat, completã fuiſſe iam horam præcedẽtem, (in noſtro caſu duodecimam noctis) & incipere iam primam horã alterius diei. ergo, qui, primo pulſu audito, aliquid ſumit cibi, aut potus, certus manet, hoc eſſe contra ieiunium naturale huius diei præſentis: ergo cõmunicare non poteſt. Reſpond. negando antecedens: etſi enim primus pulſus teſtificetur determinatè, aliquã horam iam fluxiſſe, & incipere aliam: tamen qualis ſit, quæ fluxerit; & qualis, quæ incipit, uſque ad vltimum pulſum nõ determinat, aut teſtificatur determinatè.

¶ Dices: ergo ille, qui certus erat, horologium iam proximè duodecimã horam noctis pulſaturum, communicare nõ poterit aliquid manducans, aut bibens poſt primum pulſum:

Patet: quia per primum certus manet, diem heſternum integrum fluxiſſe, & incepiſſe hodiernum. Reſp. negando conſequētiam. Ad probationē dico, illam certitudinē eſſe accidentalem, & ſtandū eſſe iuri, quod habet expectādi vltimum pulſum ad formandum conceptū, per quem determinatè certificetur, qualis fuerit hora, quæ fluxit, & qualis, quæ fluere incepit. ¶ Reſp. 2. cùm Leandro ibi (& Trullench in ſimili de quatuor pulſibus minoribus: quos quadrantes vocant: & ad quorum primum attendendum eſſe pro cōpletione horæ præteritæ dixerat Lugo *diſp.* 15. *n.* 37. pro communione ſequētis diei. Quod tamē Trullench nō fatetur; etſi fateatur, ſic cōcludi in rigore mathematico, & Theologico; non tamen moralitèr) præditum diſcurſum cōcludere quidem mathematicè; non tamē moralitèr: (*vſualitèr*; dicerem ego) qua ratione omnes pulſus unius horæ computari debent pro uno tempore, aut hora, quę (quantùm ad nos, ſeu ad noſtram cognitionem) completur per vltimum ſonū, aut pulſum; per quem certificamur, fluxiſſe iam horam pręcedētem, & incipere aliam. Et certè cùm horologium (ſicùt & voces) ad menſurandum actiones humanas, ſeu ad uſus humanos ſit adinventum, eius uſus moralitèr, uſualitèr, aut modo humano, potiùs quàm mathematicè eſt accipiēdus. Vſus autem fert, quòd, uſque dùm numeretur ultimus pulſus, nō dicamus, eſſe iam duodecimam horā, v.g. Nec aliud credi poteſt de Eccleſiæ Matris pietate. Videretur enim rigidum, velle ob tàm breviſſimum temporis intervallum ſacra fideles communione privare: eò pręſertim quòd humanus modus, & uſus obſervatur. Plura hùc ſpectantia videantur apud præcitatum Leandrum. Qui meritò dicit, ea, quæ dicit Lugo de minoribus pulſibus, quos quadrantes vocant, & ſcrupulis eſſe plena, & à praxi aliena.

De dubitante propter diverſa ieiunia.

34 INfero 4. poſſe communicare die ſequenti eū, qui pro ſervādo ieiunio Eccleſiaſtico Sabbati Sancti, v.g. elegit horologium, quod primùm ſonuit; & ita, audita duodecima hora noctis, comedit carnem; poſteà verò pro ieiunio naturali, aut Euchariſtico elegit aliud horologium ultimò, aut poſt cœnam ſonans. Quia in utroq; caſu ſequutus eſt opinionem probabilem. Poſſe autem quēlibet ſequi opinionem probabilem eſt vulgare inter Authores. Nec aliquod principium eſt cogens, me ſemper debere ſequi eam opinionē, cui ſemel ad-

adhæſi. Immò praxis fert oppoſitum: ſępè enim experimur, doctiores pro aliqua occaſione, aut actione operari contra propriam opinionem, aliorum opinioni adhęrendo, ſolùm per principia extrinſeca. De quo præſertim legatur Ioannes Sàcius *in ſelectis diſp.* 3 *1. num.* 33. *diſp.*4 1. *num.* 7. *&* *diſp.* 44. *à num.* 3 1. *&* *Diana* 2. *p. tract.* 13. *Reſol.* 14 aſſerens, quod reſponſor caſuum conſcientiæ poteſt conſulere in his, quæ pertinent ad utilitatem interrogantis, iuxta aliorum opinionem cōtra propriam.

35 Sed Leandrus *diſp.* 5. *q.* 6. certiſsimum putat oppoſitum, quem ſequūtur *D. Didacus Narbona t.* 2. *hora* 12. *num.* 22. *&* *Diana p.* 10. *tract.* 15. *Reſ.* 29. Quod, & Lugo *diſp.* 15 *ſect.* 2. maitis confirmare nititur. Igitur exiſtimant, nō poſſe illum, qui ſemel accepit vnum horologium pro regula ieiunij Eccleſiaſtici; poſteà pro libito illud relinquere, & accipere aliud pro regula ieiunij naturalis, aut Euchariſtici. Et obijciunt, quòd, quāvis liberum ſit vnicuique regulariter loquendo amplecti ex duabus ſententijs probabilibus, quam voluerit; eam tamen, quam amplectitur, debet retinere, (quandiù de eius improbabilitate nō cōſtat) quotiès libera facultas variandi ſententiam reſultat in præiudicium tertij; qui eo modo fraudaretur iure ſuo: quod ius habet non probabile, ſed certū ad aliquid exigendum. Vndè, licèt liberum ſit vnicuique accipere pro regula quodlibet horologium; non tamen eſt liberum recedere ab illo in præiudicium tertij: quia eo ipſo, quòd vnum horologium accipit, videtur renuntiare omnibus alijs, & ſe habere proindè, ac ſi no eſſet vnum aliud. Cùm ergo in noſtro caſu ſuperior ex vi duplicis præcepti habeat ius certum, vt poſt comeſtionem hodiernam homo nihil comedat ante communionē craſtinam: quo iure fraudaretur, ſi homo iuxta primum horologium cœnaret poſt mediā noctem; & iuxta ſecundum celebraret cras, non debet concedi taliſlibertas, ſed dicendum, quòd eo ipſo, quòd vult homo accipere primum horologium pro regula ad cęnandum, obligat ſe implicitè ad ſuſtinēdum illam regulam, quandiù de eius errore non conſtat, ne ſuperior fraudetur iure ſuo, quod habebat ex complexione vtriuſque præcepti, vt homo nihil comederet ante communionē craſtinam poſt prandium, vel refectionem hodiernā. Hæc, & alia habet, & docet Lugo loco citato. Lege illum, & lætaberis valdè. (inquit præcitatus Leādrus: cuius ſunt omnia prædicta verba, à quibus nec apicē abſtuli, vt expendatur, quo funda-

Digitized by Google

mento dixerit P. Leandrus: *Ego vero certiſsimè respondeo, &c.*)

36 Igitur tota vis prædictorum in paucis conſiſtit, nempè, quòd, qui primum horologiũ accepit pro regula ieiunij Eccleſiaſtici, ſe obligavit implicitè ad ſuſtinendum illam etiã pro ieiunio naturali. Hoc tamẽ mihi eſt omninò volũtarie dictum: aliàs numquàm liceret mihi contra propriam opinionem operari inhærendo aliorum opinioni probabili: cuius oppoſitum Doctorum praxis affirmat, & meritò: cùm enim prudentèr operetur, qui ſequitur opinionem probabilem, nõ apparet, cur non poſſim cõtra propriam opinionem operari, aliorũ probabili opinioni adhærendo. ¶ Dicunt prædicti AA. (& eſt, vel totale illorum fundamentum, vel ſaltẽ principale) hoc provenire, ſeu non poſſe tunc ſequi opinionẽ probabilem; quia ex complexione vtriuſque præcepti habet ſuperior ius certum, & non probabile tantũ ad exigendum ieiunium naturale: quo fraudaretur ex eo, quòd ego haberem liberam facultatem eligendi aliam ſententiam ab illa, quã pro regula fixerã. Tamẽ, quod contra ius certum ſuperioris poſſim ego operari ſequendo opinionem probabilem, fatẽtur, quotquot affirmant, ſubditum non cõſtringi obedire ſuperiori, quotiès opinio probabilis aſſerit, ipſum ſubditum non teneri, parere. Quos AA. citat, & ſequitur Ioannes Sancias *in Selectis disp. 33. n. 32.*

37 Quod & in multis alijs paſſim practicatur. Eccleſia enim habet ius certum, & præcipit ieiunare hodie v.g. & tamẽ eximitur à ieiunio ille, qui pro ſe habet opinionẽ probabilem de ſua neceſsitate, aut non obligatione. Idem dico de præcepto recitandi, audiendi ſacrum, &c. Immò & in his, quæ ex iure divino obligant, idem reperitur: vt patet in voto caſtitatis v.g. ad quem non tenetur ille, qui habet opinionem probabilẽ ipſum deobligantem. Quod & vniverſalitèr eſt verum in omnibus præceptis humanis, & divinis: quotieſcũque enim aliquis habet opinionem probabilem affirmantem ipſum lege non obligari, tuta conſcientia legem non cuſtodit: ergo in noſtro caſu, quamvis ſuperior habeat ius certum exigendi ieiunium naturale, & ipſum exigat pro receptione Euchariſtię, ipſi ſatiſfacio ſequendo opinionẽ probabilem, ſeu poſterius horologium.

38 Nec illud de præiudicio tertij multùm cogit: quando enim certam debeo Petro quãtitatem, eximor à ſatiſfactionis obligatione, ſi pro me habeam opinionem probabilem.

Et

Et ſpecialitèr hoc propugnat Leandrus *tract. 8 diſ. 4. quæſ. 10.* dùm affirmat, Sacerdotem ſatisfacere pro ſtipendio accepto pro vna Miſſa applicando illi perſonæ partem ipſi Sacerdoti ex ſacrificio correſpondentem. Et tamen ſolùm probabilitèr facit hanc applicationem pro debito nō ſolùm moralitèr, ſed etiam phyſicè certo. Quod contra aliquos ſibi obmurmurantes cōfirmat prædictus Leandrus duabus inſtantijs, quas ipſi concedunt. Altera eſt illius Sacerdotis, cuius ordinatio ſolùm fuit probabilis: eo quòd tunc ſolùm tetigit calicem, & patenam, non autem hoſtiam ſuperpoſitam. Qui tamen Sacerdos ſatisfacit pro ſtipendio accepto per ſacrificium tantùm probabile. Altera inſtantia eſt Sacerdotis, qui accepit uberius ſtipendium ad celebrandum in altari priviligiato: qui tamē (ſecūdū prędictos AA.) verè ſatisfacit alibi celebrando cùm calculo Sancti Caroli, v. g. quamvis alij Doctores negent, ſic ſatisfacere.

39 Ex his ergo à Leandro cōceſsis, & propugnatis, ad hominem contra ipſum expendo, non debere ipſum multum niti in præiudicio tertij: cùm re vera nullum pręiudicium temporaneum, aut reparabile proximi poſsit me privare facultate utēdi opinione probabili: cùm tunc prudentèr operer: ſitque ſupra humanam facultatem nō ſolùm prudentem, ſeu prudentiſsimam a me exigere operationem, ne proximo aliquod damnum temporaneum e mea operatione conſurgat. Secùs autem foret, ſi damnum proximi eſſet ſpirituale, & irreparabile. Et ideo in adminiſtratione Sacramenti, quod eſt ſimpliciter neceſſarium proximo ad ſalutem (ut in baptiſmo; & confeſsione, ſaltèm moribundi) debeo uti opinione certa, & nō probabili circa eſſentialia illius ſacramēti. Quia tunc damnum proximi eſſet irreparabile in re tanti momenti, ac eſt conſequutio vitæ æternæ.

DVBIVM V.

40 PEtes 5. an liceat aliquādo celebrare, aut communicare abſque ieiunio? Reſpond. affirmativè. Quia commune eſt omnibus præceptis humanis (etiam Eccleſiaſticis) non obligare illos, qui habent veram neceſsitatem non obſervandi illa: (ut patet in præceptis ieiunandi, recitandi officium divinum, audiendi ſacrum, &c.) ergo idem dicendùm eſt de hoc præcepto. Sic communiſsimè AA. Licet diſcordent diſputando caſus particulares: vt ex dicendis conſtabit.

(§.)

Pro-

De infirmo ob devotionem communicante.

43 INfero 2. licere infirmo qui iam ſemel accepit Viaticum, intra eamdem infirmitatem iterùm haud ieiunè communicare. Quia ſic fert vſus fideliũ timoratæ cõſcientiæ: nec ab Eccleſia damnatur: quarè tacitè approbare videtur. Immò expreſsè id approbare videtur Cõſtãtienſe concilium; dum *ſeſ.* 13. generalitèr, & abſque vlla exceptione in infirmitate largitur facultatem abſque ieiunio communicandi: (Concilij verba retulimus *num.* 41.) ergo gratis limitatur hæc facultas ad articulum mortis tantùm. Ita *Diana 2 par. tract.* 14. *Reſolutione* 75. *& alibi ſæpè, Lugo diſputatione* 15. *num.* 64. *Suar. Regin. Villal. & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 5. *quæſt.* 39.

44 Sed oppoſitũ defendunt *Vazq. diſp.* 211. *num.* 38. *Cruz, P. de Ledeſma, Ochagavia, Medina, Gamacheus, & Præpoſitus, apud Dianam* 5. *p. tract.* 3. *Reſ.* 37. *Quibus Leandrus ibi addit Thomam Hurt. t.* 2. *tract.* 11. *cap.* 10. *Reſ.* 10. § 2. *num.* 348. Et obijciunt. Ratio, ob quam poteſt quis nõ ieiunus cõmunicare eſt, vt impleat præceptum divinum cõmunicandi in articulo mortis. Sed hæc ratio ceſſat, quando quis iam implevit præceptum: ergo iterùm nequit infirmus non ieiunus cõmunicare. Reſ. negando maiorem: ratio enim fuit, noluiſſe piam Matrem Eccleſiam infirmos tanto ſacramento privare. Et ideò poſſe infirmum non ieiunum cõmunicare in articulo mortis, concedunt etiam AA. illi, qui negãnt, infirmum tunc teneri ſaltèm ſub obligatione gravi; vt ſunt *D. Bonaven. Caiet. & alij citati cap.* 2. *num.* 54. Nec non, & illi, qui idem negant, ſi aliàs infirmus in paſchate communicaverat, vt ſunt *Armilla, Sà, Caiet. & allij citati ibidem num.* 56. Inſupèr, & illi, qui idẽ negant, quando infirmus paulò anteà (hoc eſt, intra quindecim dies) ex devotione communicaverat. Quam ſententiã cùm Suar. Lugo, & alijs propugnavimus *ibidem à num.* 57. Igitur cùm nos, & prædicti AA. affirmemus, in ſingulis his caſibus infirmum tunc præcepto communicandi in mortis articulo non obligari; & aliàs poſſe non ieiunum communicare, dicimus cõſequentèr, rationẽ, qua Eccleſia fuit ducta ad largiẽdũ facultatem infirmo communicandi abſque ieiunio, non fuiſſe, vt impleret præceptum cõmunicandi in articulo mortis, ſed nolle infirmos tanto ſacramento privare.

(∵)

De

fatetur Leandrus) debebant reddere rationem, cur præceptum ieiunè communicandi prævaleat contra præceptum in paſchate communicandi. Huius autem rationē haud facilè invenient, præſertim cùm illud præceptum ieiunè communicandi ſit purè Eccleſiaſticum, non autem præceptum in paſchate communicandi. quod quidem eſt divinū, & ſolū quoàd determinationē temporis Eccleſiaſticum. Recolantur dicta *cap. 2 à num. 36.* vnde conſtat, extare præceptum divinū communicandi. Itèm dicta *ibi num. 50. & 52.* vndè coſtat, hoc præceptum divinum ab Eccleſia pro ſingulis annis ſaltêm in paſchate eſſe determinatum.

¶ Præterea, ſi Eccleſia diſpenſavit cum infirmante gravitèr in præcepto ieiunè communicandi, vt ſic impleret præceptum divinum communicandi in mortis articulo: (vt exiſtimāt *Vazq. & alij citati num. 44.*) aut ne privetur tanto ſacramēto, & illius vtilitatibus: (vt nos exiſtimamus ibidē) vndè AA. iſti affirmant, ſtandum eſſe præcepto ieiunè communicandi potiùs, quam præcepto communicandi in paſchate? Quarè mihi magis arridet opinio Toleti num. præcedē. citati. Immo exiſtimarem, cùm verè infirmantibus (etſi non periculosè) quantùm ad ieiun. communicandum non nimis ſcrupulosè eſſe agendum, præſertim cùm concilium Conſtantienſe *num. 41.* relatum abſolutè, & abſque ulla limitatione, aut diſtinctione infirmitatis periculoſę, aut non periculoſę, facultatem præſtet non ieiunè communicandi in infirmitate.

De infirmo non potente communicare.

48 NOta obiter, Euchariſtiam non eſſe deferendam ægrotanti gravitèr, vt illam adoret; ſi illam recipere non poteſt ob vomitum, aut aliam cauſam. Quia ſic declaravit Pius V. & ſacra congregatio concilij: vt referunt *Sà verb. Euchariſtia n. 5. Rodrig. 1. p. cap. 64. num. 3. & Ludovicus t. 1. art. 4. num. 30. fol. 79.* Qui & referunt Congregationis reſponſum. Sic etiam docent *ipſi, & Victorellus in Appendice 1. ad cap. 8. Poſſevini, & iam omnes.* (Inquit Leandrus *diſp. 5. q. 42*) ¶ Sed oppoſitum defendunt Sotus *diſt. 23. quaſt. 1. art. 3. Henr. lib. 8. cap. 39. & cap. 55. n. 3. Ortiz in ſua ſumma cap. 19. §. 40. fol. 226. & inſinuat Victorellus in Additionibus ad Sà verb. Euchariſtia in fine*, apud prædictum Leandrum. Et his Authoribus libentiùs ſubſcriberem ego, ſi non ſtaret prædictum decretū Pij V. & Congregationis, aut ſi de illo non conſtaret authenticè. Quia hoc videtur magis pium, ſeu ſpectans ad fidelium,

Digitized by Google

lium & devotionem, & conſolationem, & aliàs non videtur contra Euchariſtię reverentiã. Etenim, ſi in hoc aliqua reperiretur, à viris doctis, & timoratis numquã fuiſſet conſultum, aut factum. Cuius oppoſitum conſtat (quoad conſilium) ex Authoribus ſic fieri poſſe ſentientibus: quoad factum autem ex diverſis Sanctorum hiſtorijs, præſertim D. Bonaventurę; cui in articulo mortis communicare non licuit ob vomitum, illique fuit Euchariſtia adorãda delata. Quod, ſi in hoc aliqua irreverentia interveniret, tantus Doctor nec poſtularet, nec permitteret. Præterea, ſi ob fidelium devotionem, & conſolationẽ Euchariſtia in magnis feſtivitatibus diſcooperitur, & proponitur adoranda: cur idem non fiet ob devotionem, & conſolationem infirmi ex hac vita migraturi? Certè hoc pijſsimę Matris Eccleſię benignitati non videtur multum accommodatum. Quarè, etſi prędicto decreto (ſi emanaverit) pleniſsimè ſubiaceam; eius tamen exiſtentia, quoaduſque authenticè conſtet, ſemper mihi erit ſuſpecta: & conſequentèr Soti, & aliorum opinio magis probabilis.

(.✻.)

Proponuntur caſus, in quibus licet Sacerdoti ſano Euchariſtiam ſumere inieiunè.

De Sacerdote infirmum communicaturo.

49 INfero 4. poſſe Sacerdotem non ieiunum (ſi ieiunus alius non adſit; nec ſint formæ conſecratæ) celebrare ad conferendum Viaticum infirmo morti proximo. Quia ſuſcipere Viaticum eſt præceptum divinum: celebrare autem in ieiunio eſt præceptum humanum: ergo licebit Sacerdoti inieiunè celebrare, vt proximus præceptum divinum adimpleat. *Sic Thomas Hurtado t. 2. tract. 11. cap. 9. Reſ. 8. num. 306. & 311. apud Leandrum tract. 7. diſp. 5. quæſt. 20. pro qua citat Maiorem in 4. d. 19. q. 1. ad 5. Zanardum, Zambranum, Philtarcum, Herediam, Petrum Matthiam: dicitque, hanc ſententiam probabilẽ vocare Pilliucium, Layman, Suar. Philibertum, Victoriam, & Victorellũ, & Lugo;* (cùm hac limitatione, quod infirmus aliud Sacramentum ſuſcipere non poſſit, & ceſſet ſcandalũ) *Et quòd in eam valdè inclinat Granados: eamque expreſſe tenet Torreblãca.* Quam & ipſe Leandrus probabilem iudicat, & in praxi amplecti poſſe.

50 Sed Leandrus ibi pro oppoſita ſententia (quam probabl-

babiliorem vocat, & defendit) citat Vazq. *diſp. 211. cap. 5. n. 62.* (qui oppoſitam ſententiam improbabilem dicit: ſed immeritò: vt meritò notat Leandrus) *Suar, Palud. Ledeſmam Navarrũ, Toletum, & alios, huc citat., & ſequitur. Diana 2. p. tract. 14. Reſ. 66. & alibi ſæpè.* Et obijciunt. licèt ſit præceptum divinũ Euchariſtiam ſumere in articulo mortis: id tamen locum habet, quando decentèr, & iuxta ritũ ab Eccleſia præſcriptum ſumi poteſt: ſed Eccleſia prohibet, confici a Sacerdote nõ ieiuno: ergo tunc non currit præceptũ communicandi. Reſp. diſtinguendo minorem: regularitèr, concedo: in ſpecialibus caſibus, nego. Alioqui numquàm, aut in nullo caſu liceret communicare ſine ieiunio. Quod nullus cõcedit, vt ex dictis, & ex dicendis per totum hoc dubium 5. ſatis conſtabit. Quod autem in hoc noſtro caſu id liceat, conſtat ex ratione pro noſtra ſententia adducta. Adde, quòd, ſi cõcilium Conſtantienſe iudicavit, non eſſe aliquam indecentiã in hoc, quòd infirmus abſque ieiunio cõmunicet ad implendum præceptum divinum cõmunicandi in articulo mortis. (propter hoc enim tantùm diſpẽſaſſe autumnant *Vazq. & alij num. 44. citati*) quam impletionem eſſe rem tanti momenti, iudicavit Eccleſia, vt tunc in ieiunio omnibus generalitèr impoſito diſpẽſaverit, cur non piè credemus, etiam cùm Sacerdote, alio modo non valente communicare tunc infirmum, diſpenſaſſe? Præſertim cùm in aliquibus alijs caſibus ex rationabili Eccleſiæ præſumpta licẽtia liceat Sacerdoti non ieiuno communicare: vt ex dicendis conſtabit.

51 Dices: diſpenſatio illa concilij Conſtantienſis communicandi abſque ieiunio cõceſſa fuit infirmo tantùm: ergo Sacerdos vi illius non poterit inieiunus celebrare. Reſp. diſtinguendo antecedẽs: eſt enim verum de conceſsione directa; falſum autẽ de indirecta. Quia eò ipsò, ac infirmo cõceditur, poſſe tunc inieiunus communicare; indirectè conceditur miniſtro, vt, ſi alitér nõ poſsit, inieiunus celebret, vt infirmũ communicet. Hac ratione licitè poteſt excommunicatus toleratus miniſtrare ſacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, &c. cuilibet fideli exigenti: quoniã favor ille concilij Conſtantiẽſis, & Martini V. communicãdi cùm excommunicato tolerato, etſi primariò, & directè conceſſus ſit fidelibus non excommunicatis, ne ſcrupulis angerẽtur; ſecundariò tamen, aut indirectè conceſſus fuit ipſi excommunicato ſub conditione, quòd ab ipſo peteretur alicuius ſacramẽti adminiſtratio. Et ideò, quamvis ipſe ex-

Digitized by Google

communicatus illicitè adminiſtraret aliquod ſacramẽtum (ceſſante neceſsitate) non petenti. Tamen reſpectu petentis habet privilegium ſibi indirectè conceſſum a Martino V. aut concilio Conſtantienſi, id directè concedenti alijs fidelibus.

52 Notant autem aliqui AA. *ex num.* 50. citatis pro oppoſita ſententia, quòd, ſi in noſtro caſu oriretur ſcandalum ex nõ celebrando ad communicandum infirmum, poterit Sacerdos nõ ieiunus celebrare. Quia iure naturæ ſcandalum vitare tenemur. *Sic Ægidius, Thomas Hurtad. & alij apud Leandrum ibi:* quod & ipſe tamquàm probabilius defendit contra Navarrum *cap. 21. num.* 53. negantem, adhùc tunc poſſe Sacerdotem non ieiunum celebrare.

53 Inſupèr notant Palacios *in 4. d. 9. Th. Hurt. t. 2. tract. 11. cap. 9. Reſ. 8. num. 306. & alij, quos, ſuppreſſo nomine, refert Azor t. 1. lib. 10. cap. 30. quæſ. 2 in fine,* in caſu noſtro poſſe Sacerdotẽ non ieiunum celebrare ex diſpenſatione Epiſcopi; aut alterius Prælati inferioris Papa.

¶ Hoc autem malè audiunt *Navarrus, Suar. Azor, Fagũdez, & omnes communitèr*, vt loquitur Leandrus *ibi quæſt.* 21. quod & ipſe, tamquã certiſsimum tenet, ex eo: quòd nullus Prẹlat' inferior Papa poteſt diſpenſare præceptum vniverſale totius Eccleſiæ.

De Sacerdote pro infirmo extra Miſſam conſecrante.

54 Nota, (obitèr quidem) quod Sacerdos nõ ſolùm poteſt ieiunus celebrare; ſed etiam ad dandum viaticum infirmo alioquin abſque Euchariſtia, & alio ſacramento morituro poteſt privatim coſecrare dicendo verba conſecrationis ſolũ. Quia extat præceptum divinum tunc communicandi obligans directè infirmum, & indirectè miniſtrum: (vt *num.* 51. explicabamus) ergo caſu, quo non ſit alitèr factibile communicare infirmum: quia non eſt ſacramentum ſervatum, (vel ex incuria, vel aliũndè) & aliàs Parochus celebrare non poſſet propter ſcãdalum, aut aliud grave incommodum, poſſet extra Miſſam conſecrare (ſecretò quidem, & in Eccleſia) bucellam ad infirmum tunc communicandũ, præſertim ſi ſupponamus, infirmum non poſſe cõfiteri, aut aliud ſacramẽtum recipere; & aliàs ſolùm eſſet attritus. (etſi prudenter exiſtimando ſe eſſe contritum. Alioqui illicitè reciperet Euchariſtiam, aut aliud ſacramentum vivorum.) Tunc enim certum eſt, quòd damnaretur ſine receptione alicuius ſacramenti; probabile autem, quòd

quòd ſalvabitur recipiẽdo Euchariſtiam: cùm ſit ſatis probabile, quòd tunc conferat primam gratiam, & faciat de attrito contritum: (æquivalenter) ſive hoc faciat per accidens; ſive propter rationem genericam, ſeu cõmunem ſacramenti iuxta varios, & probabiles modos philoſophandi à nobis explicatos *tract. de Sacramen. in gen. capit. 4. à num. 11.* Quarè cùm hoc ſacramentum (ſicùt & cætera) ſit inſtitutum ad credentium utilitatẽ, haud facilè credendum erit, velle potiùs Chriſtum D. damnari hominem, quàm, quòd bucella illa extra Miſſam conſecretur. Vndè à fortiori dicimus, in prædicto caſu conſecrationem fieri poſſe in pane fermentato; ſine ara, ſine veſtibus ſacris, & ſine quacumque alia ex ceremoniis ab Eccleſia præceptis, aliàs neceſſitate id exigente. *Ita Mai. in 4. d. 19. quæſt. 3. ad 5. Ludovicus de San Iuan in Summa parva art. 4. de communione infirmorum fol. 74. dub. 19. & Sotus in 4. diſt. 12. art. 4 in fine. Quam ſententiam eſſe probabilem innuunt Victoria de Euchariſtia num. 83. Vivaldus de Euchar. num. 156. & Philibertus tract. 3. p. 3. capit. 3. num. 13.* Quarè non ſunt audiẽdi aliqui dicentes ſententiam iſtam eſſe improbabilẽ. Quod ex ſolutione argumentorũ amplius conſtabit.

55 Sed Leandrus *tract. 7. diſp. 5. quæſt. 22.* dicit, oppoſitam ſententiam ſibi eſſe certiſsimã: & pro illa citat *Suar. diſput. 66. ſect. 5. Vazq. diſp. 211. cap. 5. Victoriam, Vivaldum, Thilibertum, Lugo, Cornejo, Layman, Granados, Dicaſtillo, & Th. Hurt.* Et obijcit; quòd ſic expreſsè habetur *in cap. Comperimus de Conſecrat. diſt. 1.* Reſpon. loqui in caſibus regularitèr occurrentibus; non autem, quandò ſic urget neceſſitas, ut proximi ſalus æterna periculo exponeretur; eò quòd nullum aliud ſacramentum recipere poſſet. Cùm enim nec nobis, nec ſibi conſtare poſsit de vera, & ſupernaturali contritione, longèque faciliùs ſit, elicere attritionem, fortè tunc infirmus ſolùm habet attritionem: (contritionem exiſtimatam) cùm qua ſacramentũ Euchariſtiæ (quod tantùm recipere poteſt; ut ſupponimus) conferet gratiam ſanctificantem: & ſalvabitur ille aliàs ſine ſacramento periturus.

56 Obi. 2. contra ius divinum eſt cõſecrare unam ſpeciem ſine altera: ergo in nullo caſu poteſt conſecrari. Reſpon. negando antecedens, non quia exiſtimemus: *cùm Maiori in 4. d. 9 q. 3. Adriano q. 6. de Euchariſt. Claudio Pep. 10. cap. 3. Navarro obiter in ſumma cap. 25. num 91. & alijs apud Azorium lib. 10. c. 19. q. 2. & apud Pagundez præcep. 1. lib. 3. cap. 5. n. 2.* ſolùm iure Pontificeo, & non divino hoc

eſſe prçceptũ:ſed quia præceptum divinũ iſtud(de quo *c.* 12. *à n.* 44.) ſolùm urget regularitèr, non autẽ in tam vrgente neceſſitate. Sicuti iure, aut præcepto divino tenemur confiteri omnia, & ſingula peccata quę memoriæ occurrunt, poſt præmiſſam diligentẽ præmeditationem: (ut diffinit Tridentinum *ſeſ.* 14. *c.* 5. *& can.* 7. De quo egimus *tract. de Pœnit. c.* 17. *à num.* 108.) & tamen hoc præceptum ſolùm obligat regularitèr, non autem, quãdo cõmodè impleri non poteſt, prçſertim ſi infirmus propter moram in peccatorum omniũ manifeſtatione ſine ſacramẽto Pœnitentiæ eſſet moriturus. (ut tamquã certum ſuppono ex ibidem dictis) ſic in præſenti:obligat quidem præceptũ divinũ nõ conſecrãdi unam ſpeciẽ ſine alia regulariter, & extra caſum urgẽtiſsimæ neceſsitatis:ſecùs autem in iſto:in quo forté damnatio proximi per Euchariſtiæ receptionem evitatur: ut poſſe contingere dicebamus *num.* 54.

57 Et quidẽ mirũ eſt, quòd, etſi de iure divino ſit, confiteri omnia, & ſingula mortalia, quę memoriæ, præmiſſo examine, tẽpore confeſsionis occurrũt; non ſolũ imminente morte ex mora cõfeſsionis; ſed etiam in multis alijs caſib' (ut ſuppono) dicant AA. prædictũ præceptũ non obligare; in noſtro autem caſu idem renuant autumare; præſertim cùm hic concurrat aliud præceptum divinu communicandi in articulo mortis.

58 Adde, ęgre reddituros rationẽ AA. oppoſitæ ſententiæ, quarè potiùs prçvaleat prçceptum divinũ nõ conſecrandi vnicam ſpeciẽ, aut extra Miſſam; quam divinũ præceptũ cõmunicandi in articulo mortis: cò præſertim, quod omnia, & ſingula ſacramẽta fuerint inſtituta in credentiũ utilitatẽ propter quam (adhùc non cõcurrente alio prçcepto divino) ceſſat, ſeu non obligat divinũ prçceptum cõfitendi omnia, & ſingula peccata memoriæ tempore cõfeſsionis, præmiſſo examine, occurrentia. De diverſis caſibus, in quibus poſsit dimidiari confeſsio, præſertim videatur Auſonius compẽdians Dianam verbo confeſsio *num.* 45.

De Sacerdote caſu ieiunè invento.

59 INfero 5. (ex dictis *n.* 40.) Sacerdotẽ, qui loco vini aquam poſuit, & aliàs antequã illam traijciat, eſſe aquã guſtũ percepit, poſſe eam deglutire; & de novo vinum appoſitum cõſecrare, & ſumere. Quia tũc excuſatur à prçcepto ieiunè cõmunicandi: cùm id ſine gravi irreverentia, aut indecentia fieri nequeat: ut notant cõmunitèr AA. & de ſe patet. Si enim aqua iam ore incluſa eijceretur, ſine alicuius particulæ hoſtiæ

ſtiæ iam receptæ diſpēdio fieri non poſſet. Ita *D. Th. q. 85. art. 6. ad 4. Dian. 2. p. tract. 14. Reſol. 66. Ledeſma, Cruz, Henriq. Hur.* Philibertus, *& Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandr. tract. 7. q. 23.* dicens, ſibi eſſe certiſsimū; addenſque, ſic debere facere Sacerdotem. Quod extendunt ad caſum, quo particula hoſtię calici immixta adhæreat, vel ipſi calici, vel palato communicātis, nec facilè diggluriri poſsit. Tunc enim licet, & calici vinū infundi, vt è calice diſiungatur: & vinū, aut aquam ſumere, vt è palato diſiuncta tranſglutiatur. Quia ſic aptiùs, & decenciùs ſumitur a celebrāte. ¶ Et, quamvis *Directorii lib. 1. tit. 7. Angelus, Silveſter, Roſella, & Tabiena apud Henr. lib. 8. cap. 50. n. 3. Necnō & Bartholomeus ab Angelo, & Th. Hurt.* oppoſitū huius illationis defendant: nihil tamē obiiciunt, præter obligationē ieiunè cōmunicandi. Hanc tamen tunc ceſſare, aut ſuſpendi conſtat ex dictis.

De Sacerdote aliquando licitè celebrante ſub vnica ſpecie.

60 Nota, (obiter quidèm: non enim ſpectant ad cōmunicandum ieiunè) Sacerdotem, qui pro vino aquam in calice appoſuit, & ſumpſit, non debere neceſſariò denuo vinū conſecrare, & ſumere, ſi hoc fieri nequeat abſque gravi ſui nota, aut gravi perturbatione aſtantiū; ſed poſſe abſque illius conſecratione finire Miſſam. Quia præceptū divinum de ſacrificando ſub vtraque ſpecie. (De quo *cap. 12. à num. 44.*) non obligat cum tanto detrimento Sacerdotis: qui facilè de incuria accuſari poſſet, & deponi: nec cum tanta populi admiratione, ſeu ſcandalo, quod iure naturali vitandū eſt. Ita tāquàm probabilius defendit Leādrus *diſp. 5. q. 24. citans Maiorem, Suar. Fagund. Azor, Hurt. Dicaſtillo, Bartholom ab Angelo, & Dianam p. 10. trac. 12. Reſ. 14.* ¶ Sed Petrus Cornejo *tract. 4. circa quæſt. 74. diſp. 1. dub. 2. n. 1. & 2. pag. 317.* oppoſitum defendit. (& innuit Henr. *lib. 9. c. 37. n. 3. in fine.*) Et obiicit, quòd, etſi oriatur ſcandalum non licet relinquere ſacrificium imperfectum: quia illud ſcandalum nō eſſet datum, ſed acceptum. Reſp. omiſſo illo de imperfectione, aut incompletione ſacrificij. Qui enim negant, ad eſſentiam ſacrificij pertinere cōſecrationē utriuſque ſpeciei, (de quo nos infra.) dicunt cōſequentèr, tunc ſacrificium nō manere eſſentialitèr imperfectum. Ommiſſo etiam illo de ſcandalo, videlicet, an tunc ſit datū? an acceptum? Igitur hoc vtroq; ommiſſo, dicimus, præceptū divinū celebrādi ſub utraque ſpecie nō obligare cùm tāto diſpēdio Sacerdotis: qui facilè de incuria ac-

ceſſari poſſet, & deponi. Sicuti *num.* 57. & 58. dicebamus, præceptum divinum integritatis confeſsionis aliquando non obligare cum proprio, aut alieno diſpendio.

De Sacerdote, qui ante conſecrationem meminit, ſe non eſſe ieiunum.

61 INfero 6. prædictum Sacerdotē licitè poſſe finire Miſſam. (etiam ſi abſque aſtantium ſcandalo, aut nota, aut infamia ipſius Sacerdotis poſſet illā nō finire) Quia Miſſam ceptā relinquere, eſt prohibitum Sacerdoti ab Eccleſia: (ſive expreſſo præcepto in cap. *Nullus de Conſecrat. diſtin.* 1. ſive implicito, aut conſuetudine) eſtque adeò novū, & inuſitatū, ut nō ſit præſumendū, velle Eccleſiā tunc prævalere præceptū ieiunè cōmunicandi. Ita *noſter D. Bonav. in* 4. *d.* 13. *Angelus verbor. Euchariſt.* 2. *n.* 6. *& probabile reputat Diana* 4. *p. trac.* 4. *Reſ.* 104. *in fine: quod & eſſe probabile innuit D. Th.* 3. *p. q.* 83. *art.* 6. *ad* 2. *apud Leandrū tract.* 5. *q.* 25 ¶ Ipſe verò tamquam longè probabilius defendit oppoſitū: pro quo citat *D. Th. ibi. Dianā citatū, Silveſtrum, Hurt. Philibertum, & Machadum: dicitque eſſe communē ſententiam.* Cuius fundamentū fortè erit, quod tunc ad finiendum Miſſam obſtat præceptum ieiunè cōmunicandi. Reſp. negādo: hoc enim præceptum ſuſpenditur propter incōpoſſibilitatem illius cum præcepto non relinquendi Miſſam inceptam.

De Sacerdote, qui poſt conſecrationem alterius, aut utriuſque ſpeciei meminit, ſe non eſſe ieiunum.

62 INfero 7. hunc Sacerdotē debere Miſsā finire. Tùm quia tenetur inceptā Miſſam finire: ut num. præcedēti dicebamus. Tùm, quia tenetur conſecratas ſpecies ſumere; qua ſumptione cōpletur ſacrificiū. *Ita communiſsime AA.*

De Sacerdote non valente Miſſam finire.

63 INfero 8. quòd, ſi contingat, Sacerdotē, poſt cōſecrationē unius, aut utriuſque ſpeciei, morbo, aut morte impediri à Miſſæ finitione, poſsit alter Sacerdos nō ieiunus (deficiēte altero ſub ieiunio) perficere Miſsam: immò, & quòd ad hoc teneatur. Quia ſtrictus eſt præceptū nō relinquēdi ſacrificiū imperfectū, (quod directè obligat illum Sacerdotem, qui Miſſam incipit, indirectè verò quēcumq; alium) quā præceptū ieiunè cōmunicandi. Ita *Vazq. diſp.* 211. *c.* 5. *Lugo diſp.* 15. *n.* 75. *D. Tho. Tabiena, Navarrus, Ægidius, Bonac. Silvius, Diana, Philib. Dicaſtillo, & Villal. quos citat, & ſequitur Leandrus tract.* 7. *diſp.* 5. *q.* 48.

64 Sed tunc poſſe quidem alium Sacerdotē finere Miſſam,

ad

ad hoc tamen non teneri, dixerunt *Sotus diſt. 13. quæſt. 2. artic. 6. Henriq. lib. 8. capit. 50. num. 3. Silveſter, Angelus: quos ſequi videtur Filliucius: & probabile reputant Cruz, & Petrus Ledeſma.* Pro quibus obiicies: præceptũ non relinquendi ſacrificium mutilum, aut incompletũ fuit impoſitum incipienti Miſſam: ergo alterum obligare non poteſt: ergo, etſi alter Sacerdos poſſit, ſi velit (etiam inieiunè) ſacrificium finire; ad hoc tamẽ non tenetur. Reſpond. negando antecedens: etſi enim directè ſolum obliget Sacerdotem, qui Miſſam incæpit: indirectè tamen quemcumque aliũ Miſſam perficere potentem obligat, ſicuti tenetur ſæcularis eleuare Euchariſtiam è manibus Sacerdotis elapſam, ſi aliàs ipſe Sacerdos eam eleuare nollet; neque alius Sacerdos commodè inueniretur.

65 In noſtro autem caſu ſtrictiùs adhùc ſentit Azor *lib. 10. capit. 33. q. 1.* Affirmat enim, alium Sacerdotem non ſolùm nõ debere, ſed neque poſſe inieiunè Miſſam perficere. Sed debent (inquit) ſpecies conſecratæ ſeruari in pyxide, aut in alio vaſe, ut in die proximè ſequenti ſumantur. Pro quo obiicies, quod præceptum ieiunè ſumendi ſacramentum inſtat: & aliàs alter Sacerdos non tenetur perficere Miſſam: cùm præceptum non ſit ei impoſitum: ergo non licet ſibi inieiunè Miſſam finire. Reſp. negando totum. Non quippe inſtat præceptum ieiunè communicandi; ſed ſuſpenditur propter incompoſibilitatem illius cùm præcepto perficiendi ſacrificium directè obligante Sacerdotem, qui Miſſam cæpit; indirectè autem, & in caſu prædictę neceſſitatis reliquos omnes Sacerdotes.

De Sacerdote ieiuno.

66 INfero 9. in caſu præcedenti teneri quemlibet alium Sacerdotẽ ieiunum Miſſam finire. Quod à fortiori ex nupèr dictis conſtat. Si enim non ieiunus tenetur, à fortiori tenebitur ieiunus. *Ita D. Thom. q. 83. art. 6. ad 1. Lugo diſp. 15. num. 75. Nauarrus, Azor, Philiber. & Dicaſtillo apud Leãdrum ibi q. 27.* Quod & ipſe longè probabilius iudicat, quàm oppoſitũ. Quod defendit Sotus *d. 13. quæſt. 2. artic. 6. & Henriq. lib. 8. capit. 50. num. 3. & alibi, & reputat probabile Azor lib. 10. cap. 33. q. 1.* Pro quo obiicies, præceptum perficiendi ſacrificium imponi Sacerdoti, qui Miſſam cæpit, non autem alijs. Reſpond. etiam alijs fuiſſe impoſitum indirectè.

.§.

Digitized by Google

De laico volente tunc ſumere ſpecies.

67 INfero 10. in prædicto caſu (quando poſt conſecrationem impeditur finire Miſſam morbo, vel morte: & aliàs ſpecies congruè ſervari nō poſſent, quin corrumperentur, aut in manus infidelium devenirent) poſſe laicum, deficiente Sacerdote, ſumere ſpecies etiā vini, etiam ſi non ſit ieiunus: immò ad hoc tenetur. Quia præceptum divinum naturale non inferendi irreverentiam rebus divinis, & ſupernaturalibus (qualia ſunt ſacramenta) ſe extendit, aut obligat etiam ad non permittendum, ſeu impediendum prædictam irreverētiā: (ſi poteſt) ergo, licèt directè, & primariò obligentur Sacerdotes, imminente prædicto periculo irreverentiæ, ſumere, etiam inieiunè, ſpecies conſecratas; indirectè, & ſecundariò obligantur ſinguli fideles; deficiente Sacerdote, aut nolente eas ſumere. Antecedens probant multæ inſtantiæ. Sufficiat exemplum præcepti divini non occidendi; quod nòn ſolùm obligat ad non inferendū mortem alicui; ſed etiam ad illam non permittēdum, aut impediendum. (ſi commodè poſſum.)

68 Quarè diſplicet mihi Pater Leandrus *tract. 7. diſp. 5. q. 29.* qui, etſi affirmet, in noſtro caſu poſſe ſæcularem licitè ſumere prędictas ſpecies; (quod Navarrus, Sotus, & Henriq. negant) addit tamen, & quod debet eſſe ieiun⁹; & quòd ad id non tenetur. Immeritò tamen tunc requirit ieiunium in ſæculari: cùm hoc no requirat in Sacerdote. Immeritò etiā eximit ſæcularem ab obligatione impediendi irreverentiam fieri ſacramēto: cum ſaltèm indirectè, & ſecundariò ſingulos fideles obliget. Pro hac noſtra ſententia (non quidem abſolutè, ſed cùm prædictis limitationibus) citat *Leandrus ibi Petrum Ledeſma, Cruz, Ludovicum de S. Iuan, & Dianam 5. par. tract. 3. Reſol. 34* quorum ſentētiam ipſe Leandrus tamquàm probabiliorem defendit.

De Sacerdote poſt ablutionem particulas à ſe conſecratas reperiente.

69 INfero 11. poſſe hunc Sacerdotē prædictas particulas ſumere. (etiā poſt orationes dictas) Quia, cùm ſint ex eodē ſacrificio, tota illa actio reputatur vnus act⁹; una perfecti ſacrificij ſumptio; ideq; cōviviū; quod nō cēſetur abſolutū totalitèr, dùm Sacerdos ſaltē in altari manet. Sic *Bonac. diſp. 4. q. 6. puncto 2. num. 14. Hugo diſput. 15 num 76. Vazq. Suarez, & multi alij, quos citat & quorum* doctri-

doctrinam, tamquàm probabiliorẽ ſequitur Leãdrus diſp.5.quæſt.30. ¶ Et loquendo de fragmentis, aut particulis, quę nõ ſint magnæ, idem defendunt *G. Hurt. diſp.9.diffic.17. & Sotus d.11.q.1.art.8. & Th.Hurt.* (ſi particulæ magnæ ſervari poſsint pro communicantibus) verum abſolutè loquẽdo (hoc eſt de particulis tam parvis, quàm magnis) oppoſitum defendunt *Palud. in 4.d.9.q.1. D. Anton. & Roſella apud Leandrum ibi.* Pro quibus obijcies, quòd Sacerdos iam non eſt ieiunus: ergo illas particulas ſumere non poteſt. Reſp. negando conſequẽtiam: quia illæ particulæ (ſive ſint parvæ, ſive magnæ) pertinent ad idem convivium; quod non cenſetur abſolutum totalitèr, dùm Sacerdos ſaltèm in altari manet.

De Sacerdote ad ſacriſtiam iam reverſo.

70 INfero 12. prædictũ Sacerdotem, ſi in patena, aut calice, ſive corporalib⁹ inveniat aliquas particulas ex his, quas conſecravit, poſſe, illas (ſi adhuc ſacris veſtibus eſt indutus) conſumere. Quia pertinent ad idem convivium. Et ideò ſumptio illa reputatur idẽ actus, perfectioque præcedentis ſumptionis: atque adeò poteſt peragi ab eo, qui initio cõmunionis fuit ieiunus. Adde, prædictas particulas vix ſine periculo irreverentię amiſsionis propter earum parvitatem (regularitèr enim ſunt valdè parvulæ) ſervari poſſe. Quarè meritò dixit Thom. Hurt. apud Leandrum ibi, illas conſumere eſſe multò decentius, quàm ibi relinquere, vel cum tumultu ad Eccleſiã portare. Ita *Leandrus ibi q.31. citans Granados, Th. Hurt, (& apud iſtum Suar. & Fagundez) & Martinum de S. Ioſeph.*

71 *Sed Diana 5. p. tract.14. Reſ.43. & alibi, Dicaſtillo, Ægid. Layman Bonac.* Philibertus, *Palud. D. Antoninus Roſella, Angelus, Henr. & Sylveſter* oppoſitum defendunt: & obijciunt, quòd poſt receſſum Sacerdotis ab altari abſolutum fuit Sacrificium, & cõviviũ: ergo ſumptio illarum reliquiarũ erit nova communio: quam fieri non licet ex duplici capite, nempè, quia eodem die non permittitur duplex communio; nec nõ & quia à non ieiuno nequit cõmunicari. Reſp. negando antecedens, dùm enim Sacerdos veſtes ſacras non deponit, reputatur ſacrificium, aut cõvivium non fuiſſe omninò abſolutum, & conſequentèr ſumptio reliquiarum illius non reputatur nova communio, ſed completio pręcedentis. Quod, & multi AA. oppoſitæ ſententiæ fateri tenentur, quatenùs affirmant, quòd, quotiès prędictæ

ctæ reliquiæ nequeunt conſervari commodè, aut ſine maiori irreverentia, abſumi poſſunt à Sacerdote non ieiuno, etiam poſtquàm in ſacriſtiam ſit reverſus: vt concedunt *Suar. Laimam Fagund. Lugo, Diçaſtillo, & Diana apud prædictum Leandrum.* Quod ſanè non cōcederent, niſi exiſtimaſſent, particulas illas pertinere ad idem met ſacrificium, & convivium: & conſequenter, quòd ſumptio illarũ non eſt diſtincta communio, ſed completio præcedentis.

De particulis præconſecratis ab alio.

72 INfero 13. eodem modo loquendum eſſe de particulis, quæ remanſerunt ex alia Miſſa: cùm enim poſsē ego illas ante ablutionem ſumere, poſſum etiam & poſteà non minùs, ac particulas à me conſecratas ſumere. Ideò autē poteram eas ante ablutionem ſumere, quia, etſi ab alio fuiſsēt cōſecratæ, eo quòd ad meũ ſacrificiũ pervenerũt, reputatur, ad illud ſacrificiũ, & conviviũ pertinere: ergo eodē modo de illis, ac de particulis à me conſecratis erit philoſophandum. Ita *Philibertus tract. 3. p. 3. c. 3. n. 19, & Palaus t. 4. tract. 21. puncto 20. num. 13. apud Leandrum ibi q. 32.* quibus ipſe partim ſubſcribit, dum dicit, nō poſſe per ſe; benè tamen per accidēs, nempè, quia difficile eſt ſcire, an reliquiæ inventæ poſt ablutionē ſint ex præconſecratis ab alio, vel a ſe ipſo: cùm ſæpiſsimè reperiantur particulæ præconſecratæ ab alio. Inſupèr, & quia eſt valdè difficile eas decentèr ſervari. Pro qua ſententia citat *Lugo diſp. 15. à num. 81. Henriq. Suar. & alios.* Quibus in hoc non diſſentio; addo tamen, noſtram ſentētiam, etiam per ſe, & ſecluſis his incommodis, eſſe veram; idque convincere rationem pro ea factam.

73 Sed *Diana 6. p. tract. 6. Reſol. 23. citans Vazq. Reginaldũ, Ægid. Filiucium, & alios, itèm Philibertus citans Suar. Bonacinã, Fagundez, & alios. Inſupèr Thom. Hurt. apud prædictum Leandrum ibi* exiſtimant, reliquias ab alio conſecratas nō poſſe ſumi poſt ablutionē: & obijciunt: hæ particulæ non pertinent ad meum ſacrificium: ergo non poſſum eas ſumere, tamquam complementum illius. Reſp. negando antecedens: eo enim quod uſque ad ſacrificium meum perveniunt, reputantur ad illud convivium pertinere: & ideò indiſcriminatim, aut ſine aliqua differentia poteram illas, ſicùt & alias à me conſecratas ante ablutionem ſumere. Eſt enim de per accidens, quod nunc, vel anteà; à me, vel ab alio ſint cōſecratæ, ſi in meo ſacrificio, aut convivio reperiātur. Et ideò quidquid mihi circa particulas à me nunc conſecratas

cratas licet, licet etiam circa illas, quæ alias fuerunt conſecratæ, dummodo ad meum ſacrificium pervenerint: etenim quantum ad ſumptionem integrant unum, & idem conviviũ. Alioquin neque ante ablutionẽ poſſent ſimul cum alijs a me conſecratis ſumi: cùm duo cõvivia ſacra eodem die celebrare, non liceat.

De particulis poſt communionem manentibus.

32 Infero 14. poſſe Sacerdotem, qui poſt finitã Miſſam, ſacram comunionem dedit, vaſa purificare, & reliquias, ſeu fragmenta, quæ ſuperſunt, conſumere; non ſolum loquendo de reliquijs à ſe coſecratis, ſed de conſecratis ab alio. Quia eo ipſo ac pervenerunt ad meũ ſacrificium, ad illud pertinere cẽſentur: ut modo dicebamus. Ita Leandrus (ſub hac limitatione; ſi reliquiæ fuerint conſecratæ in ea Miſſa) *diſp.5.q.33. citans Suar. diſp. 68. ſect. 6. Lugo diſp. 15. num. 81. Bonac. Fagund. Poſſeſſinum, Philibertum, Filliucium & Th. Hurt.* Quibus quoàd dictam limitationem non ſubſcribo. ¶ Pro oppoſita autem ſententia adducit Leandrus, *Paludanum, & Antoninum, Roſellam & G. Hurt;* Pro quibus, necnon & pro ponentibus prædictam limitationem obijcies: Sacerdos iam non eſt ieiunus: ergo nequit illa fragmenta ſumere. Reſp. negando cõſequẽtiam: ſufficit enim, quòd ieiunus cęperit illud ſacrificium, ad cuius completionem pertinent quęcumque fragmenta, aut reliquiæ, quæ ad illud pervenerunt: ut non ſemel natabamus.

De ſæculari recipiente illas particulas.

75. Infero 15. prædicta fragmenta, aut reliquias poſſe dari ſæculari, qui modò communicavit; non ſolùm ante ablutionem. (Quia ob minimam tẽporis moram cenſetur vna, & eadem actio moralis cum ſumptione formulæ: vt tenet Leandrus *ibi q. 34. citas Philibertum, Lugõ, Cruz, & Dicaſtillo:* contra *Suar. Bonac. Fagund. Ægidium, Filliucium, & Th. Hurt.*) Sed etiam poſt ablutionem. Quia ratio ex Leandro nupèr allata idem convincit antè, & poſt ablutionẽ (nẽpè quòd ob minimam temporis moram cenſetur vna, & eadem actio moralis illa ſumptio fragmentorum, aut reliquiarũ cum præcedente ſumptione formulæ.) Ita *Philibertus tract. 3. p. 3. cap. 3. num. 18. Cruz q. 5. de Euch. dub. 4. concluſ. 3. & Caraſus Baucius in Caſibus ſingularibus caſu 136. & probabile reputat Dicaſtillo, & Diana p. 10. tract. 13. Reſ. 53. apud Leandrum diſput. 5. quæſt. 35.*

76 Vbi

76. Vbi ipſe tamquã longè probabilius defendit, non licere dare laicis poſt ablutionem dictas particulas, pro qua ſententia citat *Suar. Filliuciũ. Ægid. & alios*: & obbijcit: laicus iam nõ eſt ieiunus ergo illi nequeũt dari dictæ particulæ. Reſpond. negando conſequentiam: ſufficit enim, quod ieiunus acceſſerit ad communionem; cum qua illa reliquiarũ ſumptio ob minimam temporis moram cenſetur vna, eademque actio moralis. Alias neque ipſe Leãdrus poſſet cõcedere, licite dari ſęculari poſt communionem, & ante ablutionem prędictas particulas. Si enim ob minimam temporis moram non recurrat ad actionem moralem, cõvinceretur, ſumptionem reliquiarum eſſe novam communionẽ, & conſequentèr. illicitam.

¶ Obi. 2. Sacerdos habet obligationem, aut debitum perficiẽdi ſacrificium, quod vt perſolvat, poteſt poſt ablutionem recipere fragmenta, aut particulas, ſed ſæcularis tale debitũ non habet: ergo non habet titulum ad ſumendum prædictas particulas: ergo nequit illas poſt ablutionẽ recipere. Reſp. negando vltimam conſequentiam, quia, etſi non habet titulum, ſeu obligationem; licitè tamen illas recipiet, ſi velit, eo quod earum receptio cùm cõmunione antecedente reputatur vna, eademque actio moralis; quã licitè exercet incipiendo illam ſub ieiunio naturali.

De ſumente Euchariſtiam inieiunè ad vitandum aliquod incommodum.

77 INfero 16. poſſe quem inieiunè ſumere Euchariſtiam propter vitandam infamiam, & a fortiori ad vitandum ſcandalum. Quia præceptum humanum ieiunè communicãdi nõ obligat cùm tam gravi incommodo. Ita *Suar. diſput. 68. ſect. 5. in fine Lugo diſp. 15. n. 70. Vazq. Laymam, Th. Hurt.* (benè probans, quòd tutò poterit Sacerdos nõ ieiunus ſacrificare caſu, quo Princeps, non ex odio Religionis, aut cæremoniarum Miſſę, vim illi inferat gravia damna minitando) *& Diana 5. p. tract. 3. Reſo. 39. quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 5. quæſt. 36.* Vbi pro oppoſita ſententia citat Navarrum *cap. 21. n. 53. in fine,* & Lugo citatus dicit, eſſe ſententiã aliorũ. Pro qua ſententia obijcies præceptum ieiunè communicandi. Reſp. non obligare cùm tanto diſpendio. ¶ Addo ego, nõ ſolùm poſſe, ſed etiam debere quemlibet inieiunũ cõmunicare ad vitandum ſcandalum. Quia præceptum naturale vitandi ſcandalum non ſolùm præponderat præcepto ieiunè communicandi; ſed etiam abſolutè obligat.

78 Si autem incommodum vergat in ipſum ſacramentum v.g. in gravem iniuriam, aut irreverentiam illius; vt ſi periculum ſit, quod deveniat in poteſtatem infidelium, aut quòd comburatur, vel comedatur à bruto, extra controverſiam eſt, non ſolùm poſſe quemlibet inieiunum comunicare; ſed etiã ad id teneri. Quia iure naturæ tenetur quis iniuriam, vel irreverentiam a tanto ſacramento avertere. vt benè Leandrus *diſ. 5. quæſt. 36.* etſi minùs coſequẽter ad id, quod docuerat *quæſt. 29.* De quo nos *num. 67.*

De communicante ante ſomnum captum, aut cibum digeſtum.

79 INfero 17. hunc licitè cõmunicare. Quia verè ieiunus communicat. & alias nullo iure prohibetur communio ante ſomnum, aut cibi digeſtionem. Sic *D. Thom. q. 80. art. 8. ad 5. Suar. diſp. 68. ſect. 4. propè finem, Navar. Henriq. Sotus, Fagund. & communiter omnes, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. quæſt. 45.* ¶ Sed olim contrarium dixerunt *Gloſſa in cap. Nihil 7. quæſt. 1. Ioannes à Lapide, Panormitanus, Felinus, Aureolus, Ricardus, & Mairlus, apud dictum Leandrum.* Pro quibus obijcies, ſequi camdem indecentiã communicando ante digeſtionem, aut ſomnum, ac ſi quis communicaſſet non ieiunus; immò, & aliquando maiorem: præſertim ſi poſt nimiam cœnam ſtatim fieret communio, ut contingere poſſet in die nativitatis Domini, quando licitè celebratur ad dimidiam noctem, & paulò ante poterat quis magnam ciborum quantitatẽ ſumpſiſſe: ergo non licet ſaltèm ante digeſtionem, aut ciborum per ſomnum coctionem communicare. Reſp. (admiſſo, finem præcipiendi ieiunium ad comunionẽ fuiſſe, ne in ſtomacho repleto reciperetur Chriſtus D. & hac ratione cõmunicans exponeretur periculo vomitus. Recolãtur dicta *num. 7.* unde conſtat, hunc finẽ non fuiſſe adæquatum) finẽ legis non cadere ſub legem: hoc eſt, ſubditum adimplere legem faciendo id, quod lex præcipit; etſi finem a legiſlatore intentũ non coſequatur. Quarè, cùm lex ſolùm præcipiat communicare ieiun , ſeu antequã hodiè aliquid cibi, aut potus acceperit; implet quidem præceptum, qui ieiun. cõmunicat; etſi alias finem ab Eccleſia per illam legem intentum non coſequatur. Si autem communicans prudenter timeret periculum vomitus, deberet quidem à communione abſtinere; non tamẽ vi præcepti Eccleſiaſtici ieiunè communicandi; ſed vi præcepti naturalis divini non inferendi ſacramento irreverentiam.

De

De manducante ſtatim poſt communionem.

80 NOtant, (incidentèr quidem: cùm hoc nō ſpectet ad ieiunium) licere ſtatim poſt communionem alios cibos ſumere. Quia nullum extat præceptum obligans ad ieiunium poſt communionem. Ita *D.Th.in 4.d 8.q.1.art.4.q.3. Suar. diſp.68.ſect.4.in fine, Henr. Bonac. Adrianus, Sotus, Valentia, Coradinus, Laymam, Azor, Villalobos, Granados, Narbona, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leādrus diſp.5.quæſt.43.* ¶ Sed oppoſitū defendunt *Silveſter verb. Euchar.3.num.8. Sá eo verbo n.20. Angelus verbo Miſſa num.55.* Et obijciunt caput *Tribus gradibus de Conſecrat. diſt.2.* vbi dicitur, quòd ieiunās debet ieiunare à mane vſque ad veſperam. Reſ. cùm D.Th.*3 p.quæſt. 80. art.8. ad 6.* prædictū caput vſu, & cōſuetudine abrogatum eſſe.

¶ Pro hac ſententia poſſunt etiam adduci *Fagund. precepto 3.cap.6.n.5. & Diana 5. p.tract. 4. Reſ.44.* quatenùs affirmant, hoc eſſe peccatum veniale, ſi id ſine aliquali cauſa fiat. Immeritò tamē ſic loquuntur, ſemel ſtatuto, de hoc non extare præceptum. Quare ſolū poſſet dici in hoc reperiri aliquam indecentiam negativam, hoc eſt, minus decere.

De expuente ſtatim poſt communionem.

81 INſupèr notant, (etiā incidentèr) licere expuere ſtatim poſt communionem. Quia nullum extat præceptum de hoc. Ita *Leandrus diſ. 5.quæſt.44. ſecutus Granados trac. 11. de Euch. diſp.1.num.6. cui ſubſcribere videtur Narbona tomo 2. hora 5. num.24.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Caiet. verb. communio. Henr. lib.8 cap.49. num.1. Tabiena, Philibertus, Coradinus, & Laymam apud dictum Leandrū.* Pro quibus obijcies, in hoc reperiri aliquam irreverentiam. Reſp. ſolùm eſſe negativam, hoc eſt, minùs decere, ſeu magis decens eſſe non ſpuere: non autem poſitivam. Si enim nulla prudens ſuſpicio ſubeſt expuēdi aliquam reliquiā: vt ſuppono; (ſi enim ſubeſſet, ingens foret temeritas, & peccatum) vnde orietur indecentia poſitiva, ſeu peccatiuncula? Hæc enim oriri debet ex fractione alicuius præcepti naturalis, divini, aut humani,

De mundiria corporali ad dignam communionem petita.

82 IN principio huius capitis notabamus, exigi ab Eccleſia ad dignam communionem ex parte corporis non ſolùm

ſolùm ieiunium, ſed etiã munditiam, ſeu non præceſsiſſe pollutionem in communicante. Egimus vſque modo de ieiunio; ſuccedit de munditie, ſeu carentia pollutionis diſputare. Tamē, quia omnia, quę in præſenti poſsēt examinari diſcuſſa à nobis ſunt *cap.2. à num.169.* ibi videnda remiſimus; vbi reſolvimus, nullum eſſe peccatū (adhùc veniale) communicare eo die, quo quis habuit pollutionem involuntariam: & multa alia hùc ſpectantia. Ad completam autem corporalis munditiæ cognitionem, prout ad Euchariſtiam requiritur, tria poſſent deſiderari: quæ duobus ſequentibus dubijs diſcutiemus.

DVBIVM VI.

83 PEtes 6. an mulieri patienti fluxum ſanguinis, aut tempore menſtrui, vel partus cõſulenda ſit Euchariſtiæ abſtinentia? Reſp. negativè. Quia cõmunicare eſt opus virtuoſum, & aliàs in illa ſua paſſione nullū reperitur peccatū. Ita *Leandrus tract.7. diſp.6. quæſ. 7. citans Lugo. Henr. Dicaſtillo, & alios.* ¶ Sed Suar. *diſp.68 ſect. 2. & Granados tract.10. de Euch. diſp.9. num.13.* exiſtimant, eſſe veniale, tunc ad Euchariſtiam accedere. (Si alias cauſa non vrgeat) Pro qua ſentētia obijci poteſt, tūc intervenire indecentiam aliquam. Reſ. eſſe negativam, id eſt, magis decens eſſe alias ſine tali fluxu communicare: nulla tamē eſt indecentia poſitiva, aut peccaminoſa: quia hæc ex aliqua lege hoc prohibente oriri debebat. ¶ Dices: eſt indecentia ſaltèm negativa tunc communicare? Ergo melius eſt non communicare tunc: ergo abſtinentia eſt tunc conſulenda. Reſp. negando conſequētias: quia illa phyſica indecentia nullam indecētiam moralem, aut peccaminoſam indecentiam inducit, & aliàs abſtinentia communionis privat gratia, & alijs fructibus à communione provenientibus: quos *cap.2. num. 143.* enumeravimus. ¶ Inſtabis, quòd antiquitùs fuit prohibita communio intra aliquod dierum ſpatium fœminæ poſt partum; itèm poſt matrimoniū, & eius conſumationem, & demū mēſtruatæ, vt probat Vazq. *quæſt. 80. art.7. à num.26.* ergo aliqua indecentia moralis, aut peccaminoſa orta ex prohibitione reperitur in communione prędicta. Reſp. negando cõſequētiam quia, ſi extitit talis prohibitio, cõtrario vſu fuit abrogata, & conſequenter ex illa nulla malitia moralis, aut peccaminoſa poteſt in cõmunicātē derivari. Huc ſpectant, quæ diximus *cap. 2. num.160.*

(∴)

DVB. VII.

84 PEtes 7. an nõ lotis manibus celebrare ſit peccatum veniale? Reſp. affirmativè. Quia eſt contra reverentiam tanto ſacramẽto debitã, propter quod & in Miſſali pręcipitur. *Ita Diana p. 10. tract. 12. Reſ. 19. Gravados, Narbona, Martinus de S. Ioſeph, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi q. 8.* ¶ Hoc tamen non eſt extẽdendum ad communicantem, cùm enim hic manibus ſacramentum nõ tractet, non videtur reverentię defectus reperiri in iſto; ſicùt in Sacerdote celebrãte. ¶. Propter eamdem rationem non acquieſco prædictis Authoribus affirmantibus, eſſe peccatum veniale communicare, non abluta facie: vt libavimus *cap. 2. num. 174.*

DVB. VIII.

85 PEtes 8. an ſit veniale nõ abluere manus poſt celebrationem Miſſæ? Reſ. negativè. Quia nullibi pręcipitur; nec in hoc irreverentia aliqua reperitur. *Ita Leandrus ibi ſecutus Dianam* Contra *Gavantum Nigrum, Spereilum, & Caraldũ.*

(.?.)

De diſpoſitione ex parte animæ ad dignam communionem petita.

86 DIcebamus in principio huius capitis, ab Eccleſia peti in Miſſali ex parte animæ ad dignam communionem, quòd communĩcans non ſit ſub aliqua cenſura, aut in peccato mortali. Quod in præſentiarum declarandũ venit.

DVB. IX.

87 PEtes 9. quæ ſint certa de diſpoſitione ex parte animæ ad dignam Euchariſtiæ receptionem? Reſp. poſt Tridentinum tria eſſe certa. Primum eſt, ad dignam communionem requiri ſtatum gratiæ ſanctificantis, (ſaltem prudentèr exiſtimatum) ſeu quòd communicans ſit ſine conſciẽtia peccati mortalis. Secũdum eſt, quòd qui eſt conſcius peccati mortalis, quantumvis cõtritus ſibi videatur, confiteatur ante communionẽ, ſi aliàs habeat copiam confeſſoris. Tertium eſt, quòd, ſi defectu copiæ confeſſoris, & aliàs vrgente neceſſitate, Sacerdos ſine prævia confeſſione celebravit, quàm primũ poſſit, confiteatur. Quæ tria conſtant ex Tridentino *ſeſſ. 13. cap. 7. & can. 11. cuius verba referam num.* 104. Quia tamen circa quodlibet iſtorum ſunt ali-

aliquæ difficultates, vnũ quodque illorũ eſt ſingillatim proponendum.

Primum certum.

88 ERat, ad dignam cõmunionem requiri ex parte animæ in comunicante ſtatum (ſaltem exiſtimatũ) gratiæ ſanctificantis, ſeu carẽtiam conſcientiæ culpæ mortalis. Quod certum ſemper fuit apud Catholicos. (videatur tamen numerus 110.) Et meritò: Euchariſtia enim eſt ſacramentum vivorum: atque adeò ab habente vitam animæ (quæ eſt gratia ſanctificans) debet recipi. Quia hoc commune eſt omnibus ſacramentis vivorum. Quarè turpiter errant hæretici huius tẽporis, (vt ex Roffenſi, Bellarmino, & alijs no. Suar. *diſp 66. ſect. 1. §. Igitur*) qui non ſolùm diſpoſitionem gratiæ nõ requirunt in baptizato ad dignam communionem; ſed aſſerunt, quò magis eius conſcientia peccatorum onere gravatur, eò melius eſſe diſpoſitum ad hoc ſacramentum recipiendum; dũmodo firmiter credat, ea peccata non eſſe ſibi imputanda propter Chriſtum. Quia hoc ſacramentum (aiunt) nõ ſolùm eſt cibus animæ; ſed etiã medicamẽtum: vt autem dicitur *Matth. 9. Non ſani egent medico ſed qui malè habent.* Hi verò hæretici errãt in primis in generali doctrina de iuſtificatione, & remiſsione peccatorum; dum putant, peccata non tolli, ſed ſolùm non imputari; idque nõn per veram pœnitentiam, ſed per ſolam fidem. Deindè ſpecialitèr errant in effectu, fine, & inſtitutione huius ſacramẽti: exiſtimant enim, eſſe inſtitutum ad tollendum peccata mortalia; idque ſolùm explicando fidem. Quorum vtrumque eſt falſum. Primum quidẽ; quia eſt ſacramentum vivorũ: hæc autem ex vi ſuæ inſtitutionis non auferunt mortale. Euchariſtia vero dicitur, & eſt medicina; non quidem ſublevativa, aut ſanans, ſed præſervans à mortali Secũdum itèm eſt falſum: quia peccata mortalia nõ remittuntur per fidem, ſed per pœnitentiã. Hùc ſpectant multa à nobis dicta per totum bipartitum. tractatum de Pœnitentia, præſertim *cap. 1. num. 1. & num. 11.*

89 Igitur, hæreticis omiſsis, inter Catholicos certum fuit ſemper, & modò eſt, ad dignam Euchariſtiæ receptionem requiri in communicante ſtatum gratiæ ſanctificantis, ſeu non habere cõſcientiam culpæ mortalis. Vndè nonnulla inferũtur.

Vnd

cuſari poſſet, & deponi. Sicuti *num.57. & 58.* dicebamus, præceptum divinum integritatis confeſsionis aliquando non obligare cum proprio, aut alieno diſpendio.

De Sacerdote, qui ante conſecrationem meminit, ſe non eſſe ieiunum.

61 INfero 6. prædictum Sacerdotē licitè poſſe finire Miſſam. (etiam ſi abſque aſtantium ſcandalo, aut nota, aut infamia ipſius Sacerdotis poſſet illā nō finire) Quia Miſſam ceptā relinquere, eſt prohibitum Sacerdoti ab Eccleſia: (ſive expreſſo præcepto in cap. *Nullus de Conſecrat. diſtin.* 1. ſive implicito, aut conſuetudine) eſtque adeò novū, & inuſitatū, ut nō ſit preſumendū, velle Eccleſiā tunc prævalere præceptū ieiunè cōmunicandi. Ita *noſter D. Bonav. in 4. d. 13. Angelus verbor. Euchariſt. 2. n. 6. & probabile reputat Diana 4. p. trac. 4, Reſ. 104. in fine quòd & eſſe probabile innuit D. Th. 3. p. q. 83. art. 6. ad 2. apud Leandrū tract. 5. q. 25* ¶ Ipſe verò tamquam longè probabilius defendit oppoſitū: pro quo citat *D. Th. ibi. Dianā citatū, Silveſtrum, Hurt. Philibertum, & Machadum: dicitque eſſe communē ſententiam.* Cuius fundamentū forte erit, quod tunc ad finiendum Miſſam obſtat præceptum ieiunè cōmunicandi. Reſp. negādo: hoc enim præceptum ſuſpenditur propter incōpoſibilitatem illius cum præcepto non relinquendi Miſſam inceptam.

De Sacerdote, qui poſt conſecrationem alterius, aut utriuſque ſpeciei meminit, ſe non eſſe ieiunum.

62 INfero 7. hunc Sacerdotē debere Miſsā finire. Tùm quia tenetur inceptā Miſſam finire: ut num. præcedēti dicebamus. Tùm, quia tenetur conſecratas ſpecies ſumere; qua ſumptione cōpletur ſacrificiū. *Ita communiſsime AA.*

De Sacerdote non valente Miſſam finire.

63 INfero 8. quòd, ſi contingat, Sacerdotē, poſt cōſecrationē vnius, aut utriuſque ſpeciei, morbo, aut morte impediri à Miſſæ finitione, poſsit alter Sacerdos nō ieiunus (deficiēte altero ſub ieiunio) perficere Miſsam: immò & quòd ad hoc teneatur. Quia ſtrictus eſt præceptū nō relinquēdi ſacrificiū imperfectū, (quod directè obligat illum Sacerdotem, qui Miſſam incipit, indirectè verò quēcumq; alium) quā præceptū ieiunè cōmunicandi. Ita *Vazq. diſp. 211. c. 5. Lugo diſp. 15. n. 75. D. Tho. Tabiena, Navarrus, Ægidius, Bonac. Silvius, Diana, Philib. Dicaſtillo, & Villal. quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 5. q. 48.*

64 Sed tunc poſſe quidem alium Sacerdotē finere Miſſam, ad

ad hoc tamen non teneri, dixerunt *Sotus diſt. 13. quæſt. 2. artic. 6. Henriq. lib. 8. capit. 50. num. 3. Silveſter, Angelus: quos ſequi videtur Filliucius: & probabile reputant Cruz. & Petrus Ledeſma.* Pro quibus obiicies: præceptũ non relinquendi ſacrificium mutilum, aut incompletũ fuit impoſitum incipienti Miſſam: ergo alterum obligare non poteſt: ergo, etſi alter Sacerdos poſſit, ſi velit (etiam ieiunè) ſacrificium finire; ad hoc tamẽ non tenetur. Reſpond. negando antecedens: etſi enim directè ſolum obligetSacerdotem, qui Miſſam incæpit: indirectè tamen quemcumque aliũ Miſſam perficere potentem obligat, ſicuti tenetur ſæcularis elevare Euchariſtiam è manibus Sacerdotis dilapſam, ſi alias ipſe Sacerdos eam elevare nollet; neque alius Sacerdos commodè inveniretur.

65 In noſtro autem caſu ſtrictiùs adhuc ſentit Azor *lib. 10. capit. 33. q. 1.* Affirmat enim, alium Sacerdotem non ſolùm nõ debere, ſed neque poſſe inieiunè Miſſam perficere. Sed debent (inquit) ſpecies conſecratæ ſervari in pyxide, aut in alio vaſe, ut in die proximè ſequenti ſumantur. Pro quo obiicies, quod præceptum ieiunè ſumendi ſacramentum inſtat: & aliàs alter Sacerdos non tenetur perficere Miſſam: cùm præceptum non ſit ei impoſitum: ergo non licet ſibi inieiunè Miſſam finire. Reſp. negando totum. Non quippe inſtat præceptum ieiunè communicandi; ſed ſuſpenditur propter incompoſibilitatem illius cùm præcepto perficiendi ſacrificium directè obligante Sacerdotem, qui Miſſam cæpit; indirectè autem, & in caſu prædictę neceſſitatis reliquos omnes Sacerdotes.

De Sacerdote ieiuno.

66 INfero 9. in caſu præcedenti teneri quemlibet alium Sacerdotẽ ieiunum Miſſam finire. Quod à fortiori ex nupèr dictis conſtat. Si enim nõ ieiunus tenetur, à fortiori tenebitur ieiunus. *Ita D. Thom. q. 83. art. 6. ad 1. Lugo diſp. 15. num. 75. Navarrus, Azor, Philiber. & Dicaſtillo apud Leãdrum ibi q. 27.* Quod & ipſe longè probabilius iudicat, quàm oppoſitũ. Quod defendit Sotus *d. 13. quæſt. 2. artic. 6. & Henriq. lib. 8. capit. 50. num. 3. & alibi, & reputat probabile Azor lib. 10. cap. 33. q. 1.* Pro quo obiicies, præceptum perficiendi ſacrificium imponi Sacerdoti, qui Miſſam cæpit, non autem aliis. Reſpond. etiam aliis fuiſſe impoſitum indirectè.

.§.

De laico volente tunc ſumere ſpecies.

67 INfero 10. in prædicto caſu (quando poſt conſecrationem impeditur finire Miſſam morbo, vel morte: & aliàs ſpecies congruè ſervari nõ poſſent, quin corrumperentur, aut in manus infidelium devenirent) poſſe laicum, deficiente Sacerdote, ſumere ſpecies etiã vini, etiam ſi non ſit ieiunus: immò ad hoc tenetur. Quia præceptum divinum naturale non inferendi irreverentiam rebus divinis, & ſupernaturalibus (qualia ſunt ſacramenta) ſe extendit, aut obligat etiam ad non permittendum, ſeu impediendum prædictam irreverẽtiã: (ſi poteſt) ergo, licèt directè, & primariò obligentur Sacerdotes, imminente prædicto periculo irreverentiæ, ſumere, etiam inieiunè, ſpecies conſecratas; indirectè, & ſecundariò obligantur ſinguli fideles; deficiente Sacerdote, aut nolente eas ſumere. Antecedens probant multæ inſtantiæ. Sufficiat exemplum præcepti divini non occidendi; quod nõn ſolùm obligat ad non inferendũ mortem alicui; ſed etiam ad illam non permittẽdum, aut impediendum. (ſi commodè poſſum.)

68 Quarè diſplicet mihi Pater Leandrus *tract. 7. diſp. 5. q. 29.* qui, etſi affirmet, in noſtrò caſu poſſe ſæcularem licitè ſumere prędictas ſpecies; (quod Navarrus, Sotus, & Henriq. negant) addit tamen, & quod debet eſſe ieiun⁹; & quòd ad id non tenetur. Immeritò tamen tunc requirit ieiunium in ſæcalari: cùm hoc nõ requirat in Sacerdote. Immeritò etiã eximit ſæcularem ab obligatione impediendi irreverentiam fieri ſacramẽto: cum ſaltèm indirectè, & ſecundariò ſingulos fideles obliget. Pro hac noſtra ſententia (non quidem abſolutè, ſed cùm prædictis limitationibus) citat *Leandrus ibi Petrum Ledeſma, Cruz, Ludovicum de S. Iuan, & Dianam 5. par. tract. 3. Reſol. 34* quorum ſentẽtiam ipſe Leandrus tamquam probabiliorem defendit.

De Sacerdote poſt ablutionem particulas à ſe conſecratas reperiente.

69 INfero 11. poſſe hunc Sacerdotẽ prædictas particulas ſumere. (etiã poſt orationes dictas) Quia, cùm ſint ex eodẽ ſacrificio, tota illa actio reputatur vnus act⁹; una perfecti ſacrificij ſumptio; ideḿq; cõvivium; quod nõ cẽſetur abſolutũ totalitèr, dùm Sacerdos ſaltẽ in altari manet. Sic *Bonac. diſp. 4. q. 6. puncto 2. num. 14. Lugo diſput. 15 num 76. Vazq. Suarez, & multi alij, quos citat & quorum* doctri-

doctrinam, tamquam probabiliorē ſequitur Leādrus diſp.5.quæſt.30. ¶ Et loquendo de fragmentis, aut particulis, quę nō ſint magnæ, idem defendunt *G. Hurt. diſp.9.diffic.17. & Sotus d.11.q.1.art.8. & Th.Hurt.* (ſi particulæ magnæ ſervari poſsint pro communicantibus) verum abſolutè loquēdo (hoc eſt de particulis tam parvis, quam magnis) oppoſitum defendunt *Palud. in 4.d.9.q.1. D. Anton. & Roſella apud Leandrum ibi.* Pro quibus obijcies, quòd Sacerdos iam non eſt ieiunus: ergo illas particulas ſumere non poteſt. Reſp. negando conſequētiam: quia illæ particulæ (ſive ſint parvæ, ſive magnæ) pertinent ad idem convivium; quod non cenſetur abſolutum totalitèr, dùm Sacerdos ſaltèm in altari manet.

De Sacerdote ad ſacriſtiam iam reverſo.

70 INfero 12. prædictū Sacerdotem, ſi in patena, aut calice, ſive corporalibꝰ inveniat aliquas particulas ex his, quas cōſecravit, poſſe, illas (ſi adhuc ſacris veſtibus eſt indutus) conſumere. Quia pertinent ad idem convivium. Et ideò ſumptio iſta reputatur idē actus, perfectioque præcedentis ſumptionis; atque adeò poteſt peragi ab eo, qui initio cōmunionis fuit ieiunus. Adde, prædictas particulas vix ſine periculo irreverentię amiſsionis propter earum parvitatem (regularitèr enim ſunt valdè parvulæ) ſervari poſſe. Quarè meritò dixit Thom.Hurt. apud Leandrum ibi, illas conſumere eſſe multò decentius, quàm ibi relinquere, vel cum tumultu ad Eccleſiā portare. Ita *Leandrus ibi q.31. citans Granados, Th. Hurt,* (& *apud iſtum Suar. & Fagundez*) & *Martinum de S. Ioſeph.*

71 *Sed Diana 5.p.tract.14. Reſ.43. & alibi, Dicaſtillo, Ægid. Laymam Bonac.* Philibertus, *Palud. D. Antoninus Roſella, Angelus, Henr. & Sylveſter* oppoſitum defendunt: & obijciunt, quòd poſt receſſum Sacerdotis ab altari abſolutum fuit Sacrificium, & cōviviū: ergo ſumptio illarum reliquiarū erit nova communio: quam fieri non licet ex duplici capite, nempè, quia eodem die non permittitur duplex communio; nec nō & quia à non ieiuno nequit cōmunicari. Reſp. negando antècedens, dùm enim Sacerdos veſtes ſacras non deponit, reputatur ſacrificium, aut cōvivium non fuiſſe omninò abſolutum, & conſequentèr ſumptio reliquiarum illius non reputatur nova communio, ſed completio pręcedentis. Quod, & multi AA. oppoſitæ ſententiæ fateri tenentur, quatenus affirmant, quòd, quoties prędi-

Google

ctæ reliquiæ nequeunt conſervari commodè, aut ſine maiori irreverentia, abſumi poſſunt à Sacerdote non ieiuno, etiam poſtquàm in ſacriſtiam ſit reverſus: vt concedunt *Suar. Laimam Fagund. Lugo, Dicaſtillo, & Diana apud prædictum Leandrum.* Quod ſanè non cōcederent, niſi exiſtimaſſent, particulas illas pertinere ad idemmet ſacrificium, & convivium: & conſequenter, quòd ſumptio illarū non eſt diſtincta communio, ſed completio præcedentis.

De particulis præconſecratis ab alio.

72 INfero 13. eodem modo loquendum eſſe de particulis, quæ remanſerunt ex alia Miſſa: cùm enim poſsē ego illas ante ablutionem ſumere, poſſum etiam & poſteà nonminùs, ac particulas à me conſecratas ſumere. Ideò autē poteram eas ante ablutionem ſumere, quia, etſi ab alio fuiſsēt cōſecratæ, eo quòd ad meū ſacrificiū pervenerūt, reputatur, ad illud ſacrificiū, & conviviū pertinere: ergo eodē modo de illis, ac de particulis à me conſecratis erit philoſophandum. Ita *Philibertus tract. 3. p. 3. c. 3. n. 19, & Palaus t. 4. tract. 21. puncto 20. num. 13. apud Leandrum ibi q. 32.* quibus ipſe partim ſubſcribit, dùm dicit, nō poſſe per ſe; benè tamen per accidēs, nempè, quia difficile eſt ſcire, an reliquiæ inventæ poſt ablutionē ſint ex præconſecratis ab alio, vel a ſe ipſo: cùm ſæpiſsimè reperiantur particulæ præconſecratæ ab alio. Inſupèr, & quia eſt valdè difficile eas decentèr ſervari. Pro qua ſententia citat *Lugo diſp. 15. à num. 81. Henriq. Suar. & alios.* Quibus in hoc non diſſentio; addo tamen, noſtram ſententiam, etiam per ſe, & ſecluſis his incommodis, eſſe veram; idque convincere rationem pro ea factam.

73 Sed *Diana 6. p. tract. 6. Reſol. 23. citans Vazq. Reginaldū, Ægid. Filiucium, & alios, itèm Philibertus citans Suar. Bonacinā, Fagundez & alios. Inſupèr Thom. Hurt. apud prædictum Leandrum ibi* exiſtimant, reliquias ab alio conſecratas nō poſſe ſumi poſt ablutionē; & obijciunt: hæ particulæ non pertinent ad meum ſacrificium: ergo non poſſum eas ſumere, tamquam complementum illius. Reſp. negando antecedens: eo enim quod uſque ad ſacrificium meum perveniunt, reputantur ad illud convivium pertinere: & ideò indiſcriminatim, aut ſine aliqua differentia poteram illas, ſicùt & alias à me conſecratas ante ablutionem ſumere. Eſt enim de per accidens, quod nunc, vel anteà; à me, vel ab alio ſint cōſecratæ, ſi in meo ſacrificio, aut convivio reperiātur. Et ideò quidquid mihi circa particulas à me nunc conſecratas

cratas licet, licet etiam circa illas, quæ alias fuerunt conſecratæ, dummodò ad meum ſacrificium pervenerint: etenim quantum ad ſumptionem integrant unum, & idem conviviũ. Alioquin neque ante ablutionẽ poſſent ſimul cum alijs a me conſecratis ſumi: cùm duo cõvivia ſacra eodem die celebrare, non liceat.

De particulis poſt communionem manentibus.

32 INfero 14. poſſe Sacerdotem, qui poſt finitã Miſſam, ſacram comunionem dedit, vaſa purificare, & reliquias, ſeu fragmenta, quæ ſuperſunt, conſumere; non ſolùm loquendo de reliquijs à ſe coſecratis, ſed de conſecratis ab alio. Quia eo ipſo ac pervenerunt ad meũ ſacrificium, ad illud pertinere cẽſentur: ut modò dicebamus. Ita Leandrus (ſub hac limitatione; ſi reliquiæ fuerint conſecratæ in ea Miſſa) *diſp.5.q.33. citans Suar. diſp. 68. ſect. 6. Lugo diſp. 15. num. 81. Bonac. Fagund. Poſſeſsinum, Philibertum, Fillium, & Th. Hurt.* Quibus quoàd dictam limitationem non ſubſcribo. ¶ Pro oppoſita autem ſententia adducit Leandrus, *Paludanum, & Antoninum, Roſellam & G. Hurt.* Pro quibus, necnon & pro ponentibus prædictam limitationem objicies: Sacerdos iam non eſt ieiunus: ergo nequit illa fragmenta ſumere. Reſp. negando cõſequẽtiam: ſufficit enim, quòd ieiunus cęperit illud ſacrificium, ad cuius completionem pertinent quęcumque fragmenta, aut reliquiæ, quæ ad illud pervenerunt: ut non ſemel natabamus.

De ſæculari recipiente illas particulas.

75. INfero 15. prædicta fragmenta, aut reliquias poſſe dari ſæculari, qui modò communicavit; non ſolùm ante ablutionem. (Quia ob minimam tẽporis moram cenſetur vna, & eadem actio moralis cum ſumptione formulæ: vt tenet Leandrus *ibi q. 34. citas Philibertum. Lugo, Cruz, & Dicaſtillo:* contra *Suar. Bonac. Fagund. Ægidium, Fillucium, & Th. Hurt.*) Sed etiam poſt ablutionem. Quia ratio ex Leandro nupèr allata idem convincit antè, & poſt ablutionẽ (nẽpè quòd ob minimam temporis moram cenſetur vna, & eadem actio moralis illa ſumptio fragmentorum, aut reliquiarũ cum præcedente ſumptione formulæ.) Ita *Philibertus tract. 3. p. 3. cap. 3. num. 18. Cruz q. 5. de Euch. dub. 4. concluſ. 3. & Caralus Baucius in Caſibus ſingularibus caſu 126. & probabile reputat Dicaſtillo, & Diana p. 10. tract. 13. Reſ. 53. apud Leandrum diſput. 5. quæſt. 35.*

76. Vbi ipſe tamquã longè probabilius defendit, non licere dare laicis poſt ablutionem dictas particulas, pro qua ſententia citat *Suar. Filliuciũ. Ægid. & alios*: & obbijcit: laicus iam nõ eſt ieiunus: ergo illi nequeũt dari dictæ particulæ. Reſpond. negando conſequentiam: ſufficit enim, quod ieiunus acceſſerit ad communionem; cum qua illa reliquiarũ ſumptio ob minimam temporis moram cenſetur vna, eademque actio moralis. Aliàs neque ipſe Leãdrus poſſet cõcedere, licitè dari ſæculari poſt communionem, & ante ablutionem prędictas particulas. Si enim ob minimam temporis moram non recurrat ad actionem moralem, cõvinceretur, ſumptionem reliquiarum eſſe novam communionẽ, & conſequenter, illicitam.

¶ Obi. 2. Sacerdos habet obligationem, aut debitum perficiẽdi ſacrificium, quod vt perſolvat, poteſt poſt ablutionem recipere fragmenta, aut particulas, ſed ſæcularis tale debitũ non habet: ergo non habet titulum ad ſumendum prædictas particulas: ergo nequit illas poſt ablutionẽ recipere. Reſp. negando vltimam conſequentiam, quia, etſi non habet titulum, ſeu obligationem; licitè tamen illas recipiet, ſi velit, eo quod earum receptio cùm cõmunione antecedente reputatur vna, eademque actio moralis; quã licitè exercet incipiendo illam ſub ieiunio naturali.

De ſumente Euchariſtiam inieiunè ad vitandum aliquod incommodum.

77 INfero 16. poſſe quem inieiunè ſumere Euchariſtiam propter vitandam infamiam, & à fortiori ad vitandum ſcandalum. Quia præceptum humanum ieiunè communicãdi nõ obligat cùm tam gravi incommodo. Ita *Suar. diſput. 68. ſect. 5. in fine Lugo diſp. 15. n. 70. Vazq. Laymam, Th. Hurt.* (benè probans, quòd tutò poterit Sacerdos nõ ieiunus ſacrificare caſu, quo Princeps, non ex odio Religionis, aut cæremoniarum Miſſę, vim illi inferat gravia damna minitando) *& Diana 5. p. tract. 3. Reſo. 39. quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 5. quæſt. 36.* Vbi pro oppoſita ſentẽtia citat Navarrum *cap. 21. n. 53. in fine*, & Lugo citatus dicit, eſſe ſententiã aliorũ. Pro qua ſententia obijcies præceptum ieiunè communicandi. Reſp. non obligare cùm tanto diſpendio. ¶ Addo ego, nõ ſolùm poſſe, ſed etiam debere quemlibet inieiunũ cõmunicare ad vitandum ſcandalum. Quia præceptum naturale vitandi ſcandalum non ſolùm præponderat præcepto ieiunè communicandi; ſed etiam abſolutè obligat.

78 Si

78 Si autem incommodum vergat in ipſum ſacramentum v.g. in gravem iniuriam, aut irreverentiam illius; vt ſi periculum ſit, quod deveniat in poteſtatem infidelium, aut quòd comburatur, vel comedatur à bruto, extra controverſiam eſt, non ſolùm poſſe quemlibet inieiunum comunicare; ſed etiã ad id teneri. Quia iure naturæ tenetur quis iniuriam, vel irreverentiam a tanto ſacramento avertere vt benè Leandrus *diſ. 5. quæſt. 36.* etſi minùs cõſequẽter ad id, quod docuerat *quæſt.* 29. De quo nos *num.* 67.

De communicante ante ſomnum captum, aut cibum digeſtum.

79 INfero 17. hunc licitè cõmunicare. Quia vere ieiunus communicat, & alias nullo iure prohibetur communio ante ſomnum, aut cibi digeſtionem. Sic *D. Thom. q. 80. art. 8. ad 5. Suar. diſp. 68. ſect. 4. propè finem, Navar. Henriq. Sotus, Fagund. & communiter omnes, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. quæſt. 45.* ¶ Sed olim contrarium dixerunt *Gloſſa in cap. Nihil 7. quæſt. 1. Ioannes à Lapide, Panormitanus, Felinus, Aureolus, Ricardus, & Maiolus apud dictum Leandrum.* Pro quibus obijcies, ſequi eamdem indecentiã communicando ante digeſtionem, aut ſomnum, ac ſi quis communicaſſet non ieiunus; immò, & aliquando maiorem: præſertim ſi poſt nimiam cœnam ſtatim fieret communio, ut contingere poſſet in die nativitatis Domini, quando licitè celebratur ad dimidiam noctem, & paulò ante poterat quis magnam ciborum quantitatẽ ſumpſiſſe: ergo non licet ſaltèm ante digeſtionem, aut ciborum per ſomnum coctionem communicare. Reſp. (admiſſo, finem præcipiendi ieiunium ad comunionẽ fuiſſe, ne in ſtomacho repleto reciperetur Chriſtus D. & hac ratione cõmunicans exponeretur periculo vomitus. Recolãtur dicta *num.* 7. und. conſtat, hunc finẽ non fuiſſe adæquatum) finẽ legis non cadere ſub legem: hoc eſt, ſufficere adimplere legem faciendo id, quod lex præcipit; etſi finem à legiſlatore intentũ non conſequatur. Quarè, cùm lex ſolùm præcipiat communicare ieiun., ſeu antequã hodiè aliquid cibi, aut potus acceperit; implet quidem præceptum, qui ieiun. cõmunicat; etſi alias finem ab Eccleſia per illam legem intentum non conſequatur. Si autem communicans prudenter timeret periculum vomitus, deberet quidem à communione abſtinere; non tamẽ vi præcepti Eccleſiaſtici ieiunè communicandi; ſed vi præcepti naturalis divini non inferendi ſacramento irreverentiam.

De

De manducante ſtatim poſt communionem.

80 NOtant, (incidentèr quidem: cùm hoc nõ ſpectet ad ieiunium) licere ſtatim poſt communionem alios cibos ſumere. Quia nullum extat præceptum obligans ad ieiunium poſt communionem. Ita *D.Th. in 4. d 8. q. 1. art. 4. q. 3. Suar. diſp. 68. ſect. 4. in fine, Henr. Bonac. Adrianus, Sotus, Valentia, Coradinus, Laymam, Azor, Villalobos, Granados, Narbona, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leãdrus diſp. 5. quæſt. 43.* ¶ Sed oppoſitũ defendunt *Sil veſter verb. Euchar. 3. num. 8. Sà eo verbo n. 20. Angelus verbo Miſſa num. 55.* Et obijciunt caput *Tribus gradibus de Conſecrat. diſt. 2.* vbi dicitur, quòd ieiunãs debet ieiunare à mane vſque ad veſperam. Reſ. cùm D.Th. *3 p. quæſt. 80. art. 8. ad 6.* prædictũ caput vſu, & cõſuetudine abrogatum eſſe.

¶ Pro hac ſententia poſſunt etiam adduci *Fagund. præcepto 3. cap. 6. n. 5. & Diana 5. p. tract. 4. Reſ. 44.* quatenùs affirmant, hoc eſſe peccatum veniale, ſi id ſine aliquali cauſa fiat. Immeritò tamẽ ſic loquuntur, ſemel ſtatuto, de hoc non extare pręceptum. Quarè ſolù poſſet dici in hoc reperiri aliquam indecentiam negativam, hoc eſt, minus decere.

De expuente ſtatim poſt communionem.

81 INſupèr notant, (etiã incidentèr) licere expuere ſtatim poſt communionem. Quia nullum extat præceptum de hoc. Ita *Leandrus diſ. 5. quæſt. 44. ſecutus Granados trac. 11. de Euch. diſp. 1. num. 6. cui ſubſcribere videtur Narbona tomo 2. hora 5. num. 24.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Caiet. verb. communio. Henr. lib. 8. cap. 49. num. 1. Tabiena, Philibertus, Coradinus, & Laymam apud dictum Leandrũ.* Pro quibus obijcies, in hoc reperiri aliquam irreverentiam. Reſp. ſolùm eſſe negativam, hoc eſt, minùs decere, ſeu magis decens eſſe non ſpuere: non autem poſitivam. Si enim nulla prudens ſuſpicio ſub eſt expuẽdi aliquam reliquiã: vt ſuppono; (ſi enim ſubeſſet, ingens foret temeritas, & peccatum) vndè orietur indecentia poſitiva, ſeu peccaminola? Hæc enim oriri debet ex fractione alicuius præcepti naturalis, divini, aut humani,

De munditia corporali ad dignam communionem petita.

82 IN principio huius capitis notabamus, exigi ab Eccleſia ad dignam communionem ex parte corporis non ſolùm

Digitized by Google

ſolùm ieiunium, ſed etiã munditiam, ſe u no præceſsiſſe pollucionem in communicante. Egimus vſque modo de ieiunio; ſuccedit de munditie, ſeu carentia pollutionis diſputare. Tamẽ, quia omnia, quę in preſenti poſsẽt examinari diſcuſſa a nobis ſunt *cap.2. à num.169.* ibi videnda remiſimus; vbi reſolvimus, nullum eſſe peccatũ (adhùc veniale) communicare eo die, quo quis habuit pollutionem involuntariam: & multa alia hùc ſpectantia. Ad completam autem corporalis munditiæ cognitionem, prout ad Euchariſtiam requiritur, tria poſſent deſiderari: quæ duobus ſequentibus dubijs diſcutiemus.

DVBIVM VI.

83 PEtes 6. an mulieri patienti fluxum ſanguinis, aut tempore menſtrui, vel partus cõſulenda ſit Euchariſtiæ abſtinentia? Reſp. negativè. Quia cõmunicare eſt opus virtuoſum, & aliàs in illa ſua paſſione nullũ repetitur peccatũ. Ita *Leandrus tract.7. diſp.6. quæſ. 7. citans Lugo. Henr. Dicaſtillo, & alios.* ¶ Sed Suar. *diſp.68 ſect. 2. & Granados tract.10. de Euch. diſp.9. num.13.* exiſtimant, eſſe veniale, tunc ad Euchariſtiam accedere. (Si alias cauſa non vrgeat) Pro qua ſentẽtia obijci poteſt, tũc intervenire indecentiam aliquam. Reſ. eſſe negativam, id eſt, magis decens eſſe alias ſine tali fluxu communicare: nulla tamẽ eſt indecentia poſitiva, aut peccaminoſa: quia hæc ex aliqua lege hoc prohibente oriri debebat. ¶ Dices: eſt indecentia ſaltèm negativa tunc communicare? Ergo melius eſt non communicare tunc: ergo abſtinentia eſt tunc conſulenda. Reſp. negando conſequẽtias: quia illa phyſica indecentia nullam indecẽtiam moralem, aut peccaminoſam indecentiam inducit, & aliàs abſtinentia communionis privat gratia, & alijs fructibus à communione provenientibus: quos *cap.2. num.143.* enumeravimus. ¶ Inſtabis, quòd antiquitùs fuit prohibita communio intra aliquod dierum ſpatium fœminæ poſt partum; itèm poſt matrimoniũ, & eius conſumationem, & demũ mẽſtruatæ, vt probat Vazq. *quæſt. 80. art.7. à num.26.* ergo aliqua indecentia moralis, aut peccaminoſa orta ex prohibitione reperitur in communione prędicta. Reſp. negando cõſequẽtiam, quia, ſi extitit talis prohibitio, cõtrario vſu fuit abrogata, & conſequenter ex illa nulla malitia moralis, aut peccaminoſa poteſt in cõmunicãtẽ derivari. Huc ſpectant, quæ diximus *cap. 2. num.160.*

(∴)

DV-

aliquæ difficultates, vnũ quodque illorũ eſt ſingillatim proponendum.

Primum certum.

88 ERat, ad dignam cõmunionem requiri ex parte animę in comunicante ſtatum (ſaltem exiſtimatũ) gratiæ ſanctificantis, ſeu carẽtiam conſcientiæ culpæ mortalis. Quod certum ſemper fuit apud Catholicos. (videatur tamen numerus 110.) Et meritò: Euchariſtia enim eſt ſacramentum viuorum: atque adeò ab habente vitam animæ (quæ eſt gratia ſanctificans) debet recipi. Quia hoc commune eſt omnibus ſacramentis viuorum. Quarè turpiter errant hæretici huius tẽporis, (vt ex Roffenſi, Bellarmino, & alijs no a. Suar. *diſp* 66. *ſect.* 1. *§. Igitur*) qui non ſolùm diſpoſitionem gratiæ nõ requirunt in baptizato ad dignam communionem; ſed aſſerunt, quò magis eius conſcientia peccatorum onere grauatur, eò melius eſſe diſpoſitum ad hoc ſacramentum recipiendum; dũmodo firmiter credat, ea peccata non eſſe ſibi imputanda propter Chriſtum. Quia hoc ſacramentum (aiunt) nõ ſolùm eſt cibus animæ; ſed etiã medicamẽtum: vt autem dicitur *Matth. 9. Non ſani egent medico ſed qui malè habent.* Hi verò hæretici errãt in primis in generali doctrina de iuſtificatione, & remiſsione peccatorum; dum putant, peccata non tolli, ſed ſolùm non imputari; idque nõn per veram pœnitentiam, ſed per ſolam fidem. Deindè ſpecialitèr errant in effectu, fine, & inſtitutione huius ſacramẽti: exiſtimant enim, eſſe inſtitutum ad tollendum peccata mortalia; idque ſolùm explicando fidem. Quorum vtrumque eſt falſum. Primum quidẽ, quia eſt ſacramentum viuorũ: hæc autem ex vi ſuæ inſtitutionis non auferunt mortale. Euchariſtia vero dicitur, & eſt medicina; non quidem ſubleuatiua, aut ſanans, ſed præſeruans à mortali. Secũdum itèm eſt falſum: quia peccata mortalia nõ remittuntur per fidem, ſed per pœnitentiã. Hùc ſpectant multa à nobis dicta per totum bipartitum tractatum de Pœnitentia, præſertim *cap.* 1. *num.* 1. *& num.* 11.

89 Igitur, hæreticis omiſsis, inter Catholicos certum fuit ſemper, & modò eſt, ad dignam Euchariſtiæ receptionem requiri in communicante ſtatum gratiæ ſanctificantis, ſeu non habere cõſcientiam culpæ mortalis. Vndè nonnulla inferũtur.

Vnd

De cõmunicante cum pluribus mortalibus.

60 INfero primò, graviùs peccare per ſe loquendo, eum, qui pluribus peccatis mortalibꝰ, quàm, qui cum vnico: itèm, eum, qui cum graviori, quàm, qui cùm minùs gravi communicat. Quia indignior accedit. *Ita D.Th. quæſt. 80. art. 5. ad 2. Suar. Vazq. Lugo, Ledeſma Villalobos, Bonac. Hērir. Reginaldus, Angles, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 2.*

De gravitate peccati indignè communicantis.

91 INfero 2. gravius peccatum committere in mortali cõmunicātē, quàm, qui peccat contra quamcūque aliam virtutē moralem. Quia illud peccatum eſt contra virtutem Religionis: quæ perfectior eſt omnibus virtutibꝰ moralibus. Sed peccatorum malitia, & gravitas ſumitur ex perfectione illius virtutis, cui opponitur: ergo ſacrilegium indignè communicantis eſt gravius peccatum, quā quodlibet aliud peccatum comiſſum cōtra quamcumque aliam virtutem moralem. Et conſequentèr ex ſe eſt gravius homicidio, adulterio, furto. &c. *Ita D.Th. quæſt. 80. art. 5. Vazq. diſp. 207. cap. 1. G. Hurt. Fagund. Villalobos Caiet. & Sotus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt. 7.*

92 Sed *Suar. diſp. 66. ſect. 2. Palud. Durand. & Fagund. (ſibi contrarius) apud prædictum Leādrum* exiſtimant, magis gravia peccata eſſe homicidiū, adulterium, aut aliud peccatū contra naturam. Et obijciunt: homicidium infert maximū nocumentum proximo, & irreparabile: indigna autem communio, etſi iniurioſa ſit Chriſtō D. re tamen ipſa ei non infert nocumentum: ergo, etſi Chriſtus D. ſit nobilius obiectum, quàm proximum, indigna eius ſuſceptio non eſt gravius peccatum homicidio. Reſp. ſimili argumēto probari, homicidiū eſſe gravius peccatū odio Dei: hoc enim reipſa non infert nocumentum Deo. Quare neganda eſt conſequentia: nocumentum enim, aut aliquis alius effectus ex aliquo peccato ſecutus non ſpectat ad eius malitiā, aut gravitatem eſſentialem, & primariam; ſed ad accidentalem, & ſecundariam. Et ideò ex illo (& ſimili) argumento ſolùm concluditur, homicidiū in aliquo accidēti gravius peccatum eſſe, quam indigna Euchariſtiæ ſuſceptio: in gravitate tamen ſubſtantiali indigna cōmunio excedit homicidiū, & quodcumque aliud peccatū oppoſitum cuicumque virtuti morali: cùm opponatur nobiliori

liori virtuti, nempè Religioni; quæ excellentia, & perfectione ſingulas morales exuperat.

93 Obijciunt 2. ſub graviori genere mali poteſt contineri aliqua ſpecies moralis minus gravis, quàm ſit alia ſub inferiori genere mali contenta: ergo, licèt ſacrilega communio ratione generica ſacrilegij ſit gravior furto, v. g. non ideò infertur abſolutè, & etiā ſub ratione ſpecifica indignam communionem eſſe peiorem furto, v. g. Conſequētia eſt legitima: antecedens autem probatur inſtantia homicidij: quod quidem gravius peccatum eſt, quā oratio inattenta: & tamen iſta eſt ſub ratione generica ſacrilegij, ſeu contra virtutem religionis; illud verò contra iuſtitiam; quæ eſt inferioris excellentiæ, quàm religio. Reſp. negando antecedens: cùm enim genus, & differentia identificētur ad componēdum ſpeciem, fit, vt differentiæ quaſi menſurentur cum perfectione generica. Et ideo quò perfectius eſt genus, perfectiores differētias (& conſequentèr ſpecies) continet. Vndè impoſſibile eſt, quòd ſub aliquo genere minus perfecto cōtineatur aliqua ſpecies perfectior, aut æqu: perfecta, quàm alia contenta ſub genere magis perfecto. Immò imperfectiſsima ſpecies animalis v. g. debet in eſſentiali perfectione ſuperare quamſibet ſpeciem (etiam perfectiſsimam) plantæ, v. g. quæ continetur ſub alio genere imperfectiori, quā animal. Hinc ad probationem dicimus, orationem inattentā eſſentialitèr eſſe peiorem furto: licèt in accidentali perfectione (eò ſcilicèt, quòd eſt magnum nocumentum infert; ſcādaloſum; &c.) iſtud illam excedat. Sicùt minimum auri eſſentialitèr eſt perfectius argento: etiam ſi illud in accidētali perfectione (nempè ob magnam quantitatem) aliquando exuperet aurum.

94 Vndè conſtat, decipi Durandum *in* 4. *d.* 9. *q* 4. *n.* 10. dùm exiſtimat, homicidiū perſonæ privatæ ſecundùm rationē ſpecificā eſſe gravius peccato cōtumeliæ in Principē. Cùm enim iſta opponatur obſervantiæ erga ſuperiores; quæ perfectior eſt, quā iuſtitia, cui opponitur homicidium privatæ perſonæ; impoſſibile eſt, quòd eſſentialiter, & ſecundùm rationē ſpecificam, nō ſit perfectior dicto homicidio; etiam ſi accidentalitèr poſſit eſſe levior, & digna minori pœna: ut benè notat G. Hurt. *diſp.* 9. *diff* 2. §. *& nō ſolùm.*

¶ Similitèr philoſophandū eſt de peccato contra naturam (in quo exemplificat Suar. *ibi* §. *Ex hac verò*) cōparato cum furto: cùm enim illud cōtineatur ſub genere intēperātiæ; & illud ſub genere iniuſtitiæ, quæ gravior eſt illa: impoſſibile eſt, quòd in

M eſſen-

eſsētiali perfectione illud peccatum exuperet furtū, aut cum illo adæquetur; etiam ſi poſsit in perfectione aliqua accidentali.

95 Ex dictis à *num. 91.* etiam conſtat, peccatum indignè cōmunicātis minus grave eſſe ex ſe, & eſſentialitèr, quam quodlibet peccatū commiſſum contra aliquā ex virtutibus Theologalibus. (quales ſunt fides, ſpes, & charitas divina) Quia iſtę habent perfectiora obiecta, nempè ipſum Deum immediatè: ut ſuppono. Præſertim videatur Suar. *diſp. 66. ſect. 2. in principio.*

De infideli comparato cum fideli indignè communicanti.

96 INfero 3. graviùs peccare infidelem, ſeu hæreticum indignè communicantem, quàm fidelem id exequentem. Quia ille indignior accedit. Quia gravius eſt peccatum hæreſis peccato furti, v.g. quo fidelis accedit: ergo, ſi iſte fidelis non peccavit contra ſpem, aut charitatem, (ut ſuppono) cæteris paribus quantū ad numerum peccatorum, minus indignus accedit, quàm infidelis hæreticus. Ita *D. Th. q. 80. art. 5. ad 2. Suar. Vazq. & Fagund. quos citat, & ſequitur Leand. ibi q. 6.*

97 Sed *Palud in 4. d. 9. quæſ. 2. art. 2. concluſ. 2. Carthuſianus ibidem, & Corilianus* oppoſitū defendunt. Quod & probabile reputat Dicaſtillo *apud prædictum Leandrum*. Pro qua ſentētia obiici poteſt: fidelis operatur cōtra veritatem ſibi cognitā: hæreticus autem (præſertim ſi neget veritatem Euchariſtiæ) cōtra incognitam: ergo graviùs peccat fidelis. Patet conſequētia: nam maior cognitio maiorem rationem volūtarij arguit in actu & conſequenter maiorem malitiam, aut ſaltèm imputabilitatem. Reſp. quòd, loquēdo de hæretico, qui nō negat veritatem Euchariſtiæ (de quo tantùm videtur loqui AA. noſtræ ſententiæ; ut apta fiat comparatio) nullam vim habet hoc argumentum. Immò, etſi fiat ſermo de quocumque alio: quia, cum eius peccatū infidelitatis ſit peius quocumque alio commiſſo contra aliquam virtutem moralem, (cuius generis ſunt peccata, quibus oppreſsi fideles regularitèr indignè cōmunicāt) ſit, ut per ſe indigniùs accedat. ¶ Nec illud de maiori cognitione urget: maior enim, aut minor cognitio non variat per ſe, & eſſentialitèr rationem malitiæ, aut imputabilitatis in actu; etiam ſi illam aggravet accidentalitèr.

De communicāte cum peccato carnali comparato cum communicante cum ſpirituali.

98 INfero 4. graviùs peccare accedentem ad cōmunio-

nionẽ cum peccato ſpirituali, (ut ſunt ira, ſuperbia, odium, invidia, &c.) quam qui accedit cum peccato carnis. Quia prædicta peccata ſpiritualia opponuntur excellentioribus virtutibus. Ita *D.Th.q.80.art.5.ad 2. Lugo diſp.14.n.17. Vazq. Suarez, Corialanus, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt.5.*

¶ *Sed noſter Alenſis 4.p.quæſ.46. membr.4. & 5. Henr. lib.8. cap. 45.num.1.in fine, & alij, teſte Leãdro ibi* oppoſitũ defendunt. Pro qua ſententia objicies: Euchariſtia habet maiorem oppoſitionem cum peccato carnali, quàm ſpiritualibus: (vt libavimus *cap. 2 n.156.*) ergo graviùs peccat, qui accedit cum peccato carnis. Reſp. negando antecedens: ſacramẽtum enim habet oppoſitionem cum peccato mortali: (quod gratiam ſanctificantem a ſe productã deſtruit) & conſequenter cum graviori peccato maiorem habet oppoſitionem. Solùm autẽ per quãdam analogiam, proportionẽ, aut accommodationem dicitur hoc ſacramentũ habere oppoſitionem cum immunditia corporali; eò ſcilicèt, quòd cõtinet Chriſtum D. qui eſt fons totius mũditiæ. Inſupèr, & quia manducatus generat, & fovet caſtas cogitationes. Propter quod *Zach.9.* appellatur *vinum generans virgines.*

(∴)

De confeſsione peccati indignæ communionis.

99 INfero 5. non eſſe obligationem explicandi in confeſsione qualitatẽ, vel numerum peccatorũ, cùm quorũ cõſcientia aliquis indigne cõmunicavit. Quia qualitas, aut numerus peccatorũ cõmunionem præcedẽtiũ nõ facit, quòd communio ſubſequens ſit in ſe plura peccata numero, aut ſpecie diverſa, ſed ad ſummum eſt circũſtantia notabiliter aggravans: quam in confeſsione explicare, non eſt neceſſarium. ut dixi *in tract. Pœnit.c.17.à n.136.* Ita *Vazq.diſp.207.cap.1.num.12. G.Hurt diſp.9. diff.2. Lugo diſp. 14.num.17. & Dicaſt. illo tract.4. diſp.9.dubit.2.num.37. quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt.4.*

¶ Sed oppoſitum defendit *Petrus Ledeſma in ſumma t.1.cap.6. de Sacramentis in genere poſt 7. cõcluſionẽ, & cap. 11. de Euchariſt. quem citat & ſequitur Marcus de los Huertos apud Leandrum citatum.* Pro qua ſententia objici poſſunt ea omnia, quæ objicit ſententia affirmans, circumſtantias notabilitèr aggravãtes neceſſariò eſſe confitendas, quę nos adduximus, & ſolvimus *in prædicto tract. de Pœnit. loco citato.*

.§.

De communicante cum veniulibus.

400 INfero 6. nõ peccare venialitèr, qui cum venialibus communicat. Quia nullibi eſt prohibitum. De quo latè egimus *cap. 2. à n. 150.*

DVBIVM X.

101 PEtes 10. an in aliquo ſpeciali caſu liceat alicui cõmunicare cum coſciẽtia peccati mortalis? (v. g. ſi aliquando nõ poſſet peccator relinquere communionem ſine ſcandalo, aut nota ſui peccati; nec poſſet præparare ſe ad gratiam ob anguſtias tẽporis; aut ex mea non ſumptione ab infidelibus repentè irruentibus ſacramentum eſſet conculcandum, aut comburẽdum) Reſp. affirmativè. Quia præceptum divinum cõmunicandi in ſtatu gratiæ, aut ſine coſcientia peccati mortalis non obligat cum tanto diſpendio: ut in ſimili dicebamus *à num. 57.* loquẽdo de præcepto divino celebrãdi ſub utraque ſpecie: (quod in noſtra ſententia aliquando non obligat) & inſtabamus in præcepto divino integrè confitẽdi. quod aliquãdo non obligare, admittunt omnes. Ita *Vazq. diſp. 207. cap. 1 n. 3. G. Hurt. diſp. 9. de Euchariſt. diff. 1. Lugo (probabilitèr) diſp. 14. n. 3. & Leandrus tract. 7. diſp. 7. q. 2.* Vbi notat, hunc caſum vix poſſe practicari nõ ſolùm in celebrante, ſed etiam in communicante. Quia, dùm Euchariſtia eſt in ore recepta, antequam mãducetur, poteſt cõmunicans conari ad contritionem, ſeu ad gratiã ſe diſponere. ¶ Sed, quidquid ſit de hoc, nos affirmamus, quòd in prædicto caſu (aut practicabili, aut ſaltèm metaphyſico) nullũ cõmitteret peccatum communicans in peccato mortali ratione impotentiæ ſe diſponendi ad gratiam.

102 Sed in nullo caſu licere alicui accedere ad Euchariſtiã cum conſcientia peccati mortalis; & cõſequentèr in quocũque caſu teneri cõmunicantem conari ad gratiam, ſeu ad habendum contritionem, defendunt *Suar. diſput. 66 ſect. 1. & Ochagavia tract. 2. de Euchar. §. De huius ſacramenti vſu fol. 256.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe improbabilẽ: ſi credendũ eſt præcitato Leandro. Quod notantèr dico: quoniam ipſe *Petrus Ochagavia tract. 2. de Euchariſtiæ effectibus q. 8. n. 4.* poſtquã dixiſſet, peccatorem debere differre cõmunionẽ, & pro brevitate tẽporis in quocũq; evẽtu procurare cõtritionẽ: ſic cõcludit. Quod, ſi eam anguſtijs tẽporis conſtrictus nõ elicit, potiùs debet Euchariſtiã recipere, quã ab altari diſcedere cũ populi ſcãdalo, & proprio dedecore. Quia nõ eſt credẽdũ, piũ, ac bo-

benignum Ieſum hoc ſacramẽtum inſtituiſſe in noſtrarum animarum remedium cum tanto diſpendio noſtro, & alieno. Hæc Ochagavia ibi. Quarè videtur, potiùs pro noſtra, quàm oppoſita ſententia poſſe citari.

103 Immò idem, exiſtimo, docere Suarez citatum, & doctuuros omnes deveniendo ad caſum, (practicabilẽ, vel ſaltèm metaphyſicum) in quo impoſſibile ſit, peccatorem ſe diſponere ad dignam communionẽ per confeſsionem, aut ſaltèm per contritionem. Ad impoſsibile quippè nemo tenetur. Et ideò inter AA. cõtroverſia potiùs videtur eſſe in examinando, an ſit dabilis caſus, in quo præparatio ad dignam communionẽ ſit peccatori impoſſibilis? quàm in examinando, an, ſuppoſita impoſsibilitate diſpoſitionis, homo peccat cõmunicando? Si enim apud omnes eſt cõſtitutum, quòd ad impoſsibile nemo tenetur; quarè peccabit, qui non elicit diſpoſitionem, quam elicere non poteſt: etſi alias cõmunicet propter vitandum ſcandalum, propriam infamiam, aut irreverẽtiam Sacramento imminentẽ? Immò putarem, in his caſibus, præſertim in priori, & poſteriori adeſſe ſtrictam obligationem cõmunicãdi, etiam ſi aliàs præparatio, aut diſpoſitio ad dignam cõmunionẽ eſſet impoſsibilis: quia præceptum naturale non ſcandalizandi, aut divinum non inferendi irreverentiam Sacramento (quod ſe extendit ad illã impediendam) præponderat, aut prçferendum eſt præcepto divino dignè cõmunicandi. Hùc ſpectant dicta *num.67.& 78.*

Secundum certum.

104 Erat, (vt diximus *n.87.*) quòd, quì eſt conſcius peccati mortalis, quantumvis contritus ſibi videatur, confiteatur ante cõmunionẽ, ſi aliàs habeat copiã confeſſoris. Quod poſt Tridentinũ indubitatũ eſt apud Catholicos: cùm *ſeſ.* 13.*c.* 7.& *can.* 11. præcipiatur ad minus, aut fortè declaretur, ſemper fuiſſe in Eccleſia præceptũ ab Apoſtolo 1.*ad Corinth.*11. intimatũ. Sic enim loquitur Tridentinum capite illo ſeptimo. *Quarè communicare volenti revocandum eſt in memoriam eius præceptum, Probet ſe ipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſervandum eſſe, decrevit; modò non deſit illis copia confeſsoris. Quòd ſi neceſsitate vr-*

gente, Sacerdos abſque prævia confeſsione celebraverit, quā primùm confiteatur. Et *can.* 11. addit. *Si quis autē contrarium docere, prædicare, vel pertinacitèr aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit; eò ipſo excommunicatus exiſtat.*

105 Igitur inter Catholicos hoc certū eſt poſt Trident. cùm ad minus ibi ſit præceptum, aut fortè declaratum, ſemper fuiſſe in Eccleſia præceptum, vt cōſcius peccati mortalis cōfeſsionem ſacramentalem prēmittat cōmunioni, modò habeat copiam cōfeſſoris. Ante Trident. autem non fuit ita certum: exiſtimabant enim aliqui, ſufficere contritionē. Ita *Caiet.* 3. *p. q.* 80. *art.* 4. *& in illud ad Corinth.* 11. *Probet autem ſe ipſum homo, & in ſumma verbo Communio,* (ubi addit, eſſe peccatum veniale, cōfeſsionē non prēmittere, ſi adſit cōfitendi opportunitas) *Armilla verbo Communio* §. *Vltimo, Abbas in cap. de Celebratione Miſſarum, Ricard. in* 4. *d.* 17. *art.* 1. *q.* 6. *Palud. q.* 2. *& Adrianus q.* 3. *de Confeſsione.*

DVB. XI.

106 Petes 11. an ille, qui dubitat, an habeat peccatum mortale, poſsit contritus cōmunicare ſine prævia cōfeſſione? Reſp. negativè. Quia tenetur, peccatū dubium cōfiteri: vt dixi *tract. de Pœnit. c.* 14. *à num.* 13. undè multa hùc ſpectātia ſunt mutuanda. Ita Diana 5. *p. tract.* 14. *Reſ.* 43 *Bonac. Sanch. Navarrus, & Gerſon, quos citat, & ſequitur Leandrus tract.* 7. *diſp.* 7. *q.* 11 ❡ Sed *Henr. lib.* 8. *c.* 45. *n.* 3. *lit. P. & apud ipſum Tabiena, D. Antoninus, & Paludanus, quos ſequitur Granados tract.* 10. *de Euch. diſp.* 7. *num.* 13. *& etiam Sà verb. Euchariſtia n.* 23. (verba Granados, & Sà refert præcitat⁹ Leādrus) oppoſitum defendunt. Et obijciunt Tridentinū *num.* 104. citatum ſolùm obligans ad cōfitēdum ante cōmunionē illud mortale, cuius pœnitēs eſt cōſcius. Sed qui dubitat, nō eſt cōſcius: ergo non tenetur. Reſp. ly *conſcius* ibi ſolùm contraponi peccatis oblitis: ut notabamus *in prædicto tract. de Pœnitentia.*

DVB. XII.

107 Petes 12. an præceptum prēmittendi cōfeſsionem cōmunioni ſit merè humanum? Reſp. negativè. Quia ſi eſſet humanū, conſuetudo poſſet illud tollere. Nec nō & Papa poſſet in illo diſpenſare. Itaque eſt divinū poſitivū à Chriſto D. latum, promulgatū verò, & declaratum à D. Paulo 1. *ad Corint.* 11. verbis illis. *Probet autem ſe ipſum homo.* Quia D. Paulus non potuit imponere præceptum toti Eccleſię, ſed ſolùm illud à Chriſto D impoſitum promulgare. Et ideò reprehendit Corinthios, eò quòd abſq; cōfeſsione, ſeu probatione ſumebant Euchariſtiam; ergo in ipſa re-

...ed by Goo...

reprehenſione ſupponit, ipſos fuiſſe tranſgreſſores præcepti præmittendi ad cōmunionem probationē, ſeu confeſsionem ſacramentalē de peccato mortali. Patet conſequentia: quia ſi non eſſet iam prçceptū (immò ipſis ore tenùs, aut traditione promulgatum) nō eſſent reprehenſibiles; nec diceret Paulus, eo quod ſine prævia probatione, aut cōfeſsione comunicabant, plures illorum fuiſſę infirmitatib⁹, mortibus, & alijs pœnalitatib⁹ à Deo punitos. ¶ Vnde cōſtat hoc præceptū, ſeu legem præmittendi comunioni probationē per ſacramentalē confeſsionē dici Pauli; (ſic loquitur Scotus *in 4.d.9.in fine*) nō quia eam tulerit; nec quia eam primus promulgaverit: (traditione enim iam coſtabat: alioquin immeritò ipſe reprehenderet Corinthios) ſed quia ſolem alus, ſeu per ſcriptura eam promulgavit. Hanc concluſionē defendunt *Suar. diſp. 66. ſect. 3. Vazq. diſp. 207. c. 4. Lugo diſp. 14. à num. 69. G. Hurt. diſp. 9. diff. 5. Sotus, Valētia, Bonacina, Cornejo, Granados; Philibertus, Villal. Machado, & Ludovicus à S. Ioanne, quos citat, & ſequitur Leādrus diſp. 7. q. 12.*

108 Sed præceptum confeſſionis ante cōmunionē eſſe ſolùm de iure Eccleſiaſtico, docēt *Navarr. de Pœnitent. diſt. 5. in 3. p. Gloſſæ n. 31. & 32. Medina C. de Confeſsione, Armilla, Palacios, Ricardus, Paludanus, Adrianus, & alij apud Machado* (teſte prædicto Leandro) exiſtimantes, ſolùm eſſe latū ab Apoſtolo Paulo *1. ad Corint. 11.* verbis illis: *Probet autem ſe ipſum homo.* Quā ſententiā eſſe probabilē affirmat Diana *2. p. tract. 14. Reſ. 63. & p. 9. tract. 3. Reſ. 2.* docet, non eſſe improbabilem ex *Suar. Leſsio, Soto, Amico, & Coninch contra Nugnū*; ut notat præcitatus Leādrus advertens, immeritò dixiſſe Philibertum, prędictam opinionē eſſe temerariā. Quā à fortiori defendere debent *Caiet. & alij num.* 104. relati pro ſententia dicente, ante Tridētinum non requiri ad comunionē cōfeſsionē de peccato mortali; ſed ſufficere contritionē.

109 Igitur pro hac ſententia objicitur, quod præceptū præmittēdi cōfeſsionē, ſeu probationē per cōfeſsionē ante cōmunionē vocatur Pauli tùm à Scoto *n.* 107. citato. Tùm à Tridentino: cuius verba tranſcripſimus *n.* 104. ergo non eſt divinum. Reſp. negando conſequētiam: quia etiā vetus eſt divina; & tamē vocatur lex Moyſis; nō quidem, quia ab eo fuerit lata; ſed quia fuit promulgata. Qua ratione præceptum iſtud dicitur Pauli; eò ſcilicet, quia ab eo per ſcripturā fuit traditū; etiā ſi ante Pauli epiſtolam illam eſſet iam ore tenus, & traditione promulgatum; ut notabamus ſupra.

Digitized by Google

Qui ſint excepti ab hoc præcepto.

110 TRidentinum *ſeſ.* 13. *cap.* 7. (cuius verba adduximus *num.* 104.) ab obligatione confitendi ante communionem excepit illos, quibus, & deeſt copia confeſſoris, & vrget neceſsitas communicãdi. Et, quamvis certum ſit, tunc non eſſe copiam confeſſoris, quando non adeſt cõfeſſor; aut, ſi adeſt, confeſsionem audire non vult. Itẽ, & quòd tunc vrget communicandi neceſsitas, quando ex non communicando incommodum magnum oriretur. Eſt tamen inter AA. longa diſſenſio in determinãdo, quando aliquis dicendus ſit in ſpecialibus caſibus, & non habere copiam confeſſoris; & ipſum vrgere communicandi neceſsitatẽ, vt ſic licitè poſſit cum contritione tantũ (Hãc enim debet habere, excepto caſu illo rariſsimo *num.* 101. explicato. Verũ eſt, quod Diana *p.* 9. *tra.* 3. *Reſ.* 19. dicit, quòd non defuerunt aliqui Theologi recentiores, qui docuerunt, ſufficere in eo caſu attritionẽ, quamvis cognita ſit. Hoc tamẽ nec ipſe approbat: neque eſt verum: quia Euchariſtia eſt ſacramentum vivorum,) & non præmiſſa confeſſione Euchariſtiam ſumere.

(.?.)

De defectu copiæ confeſſoris.

111 ILle dicitur non habere copiam confeſſoris, (quoad præſens attinet) cuius idioma confeſſarius non intelligit. Itèm qui prudentèr timet, confeſſarium non ſervaturum ſigillum. Inſupèr, & quãdo confeſſarius non poteſt vocari à pœnitente; neque iſte poteſt ad illum venire ob diſtantiam, aut periculum itineris. ¶ Sed circa diſtantiam repertam inter confeſſarium, & pœnitentem AA. examinant ſequens dubium.

DVB. XIII.

112 PEtes 13. an diſtantia vnius leucę inter pęnitentem, & confeſſarium ſit ſufficiens, vt pœnitens dicatur non habere copiam confeſſoris? (Et conſequentèr poſsit, vrgente neceſsitate, non præmiſſa confeſsione communicare?) Reſp. diſtrahi AA. *Henr. enim lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 4. *num.* 4. *& alibi, Canus Relect. de Pœnit. p.* 5. *§. Ad tertium, Ortiz, & Vega* affirmatiuè reſpondent. ¶ Negativê vero Granados *tract.* 10. *de Euch. diſp.* 7. *num.* 13. dicens, obligandum eſſe Parochum ire ad confeſſarium, qui duas, vel tres leucas diſtat, ſi per tempus, & alias circumſtantias liceat. Et ante Granados ſic ferè docue-

docuerat noſter Emmanuel Rodriguez 1.p. *Sũmæ q.*65.¶ Ægidius *autem quæſt.*80.*art.* 4. *num.* 23. *Lugo diſp.*14.*num.*83. (*citans Suar.& Vazq.*) *Bonacina, Nugnus, Reginaldus, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.*7.*quæſt.*44.dicunt, hoc relinquendum eſſe arbitrio prudentis, habita ratione circumſtantiarum, perſonæ, temporis, difficultatis itineris, &c. Fieri enim poteſt, vt reſpectu vnius perſonæ diſtantia vnius leucæ ſit ſufficiens ad confeſſorem nõ quærẽdum; reſpectu autem alterius minimè. ¶ Cui ſentẽtiæ omninò ſubſcribo. Nec video, ex quo principio potuit colligi, diſtantiam vnius leucę, ablatis alijs circumſtantijs, reputari ſufficiens impedimentum, maximè reſpectu illius, cui equitare per maiorem diei partem non ſemel venationis, vel alterius voluptatis cauſa, non ſolùm non eſt moleſtum, verumetiam facile, iucundum, & valde familiare.

DVB. XIV.

113 PEtes 14. an dicatur nõ habere copiam confeſſoris ille, qui ſolùm habet confeſſorem, cum quo non ſolùm non habet coniunctionem, ſed habet rixas? Reſp. affirmatiuè. Quia nec Deus, nec Eccleſia obligant pœnitentẽ ad cõfitendum peccata hoſti, cum quo iratus eſt. Hoc enim videtur, eſſe ſupra capacitatem humanam. Ita *Philibertus tract.*3. *p.*3.*c.*1.*num.*7.*& Leandrus diſp.* 7.*quæſt.*30.

114 Hoc tamen non eſt extendendum ad illum; qui cum idoneo confeſſore præſenti nõ habet talem averſionem, ſperat tamen breviter venturum alium, cui devotiùs, & ſecuriùs confiteri ſolet. In hoc enim caſu nihil ſupra capacitatem humanã videtur reperiri. Et ideò non apparet, quarè pœnitens dicatur non habere copiã confeſſoris; etſi aliàs poſſet verificari, non habere copiam huius, quẽ expectat. Ita *Suar. diſp.*66. *ſect.*4.*Vazq. diſp.* 208. *cap.* 1. *Fagundez* (dicens, contrariũ eſſe improbabile) *Ægidius, Bonacina, Lugo, Lean.& alij apud ipſum; & Dianam p.*9.*tract.*3.*Reſol.*13. ¶ Nec aliquam rationem oppoſitum ſuadentem adducunt aliqui tenentes contrarium; quos citant Diana, & Leandrus ibi. Hi ſunt *Ricardus in* 4.*d.*17.*q.* 6.*art.*3; *Silveſter verb. Euchariſtia* 3.*quæſt.* 14. *Armilla verb. Communio in fine, & Roſella.* Quã ſententiam eſſe aliquẽtulum probabilem, non obſcurè indicant *Azor t.*1.*lib.* 1. *cap.* 31. *quæſt.* 8. *Philibertus, & Filliucius.* (inquit Leandrus *tract.*7.*diſput.*7. *q.*28.)

115 Inſupèr non eſt extendenda doctrina *num.* 127. ad caſum, in quo, etſi proprius Sacerdo

cerdos non adſit, adeſt tamen alius, cui ex privilegio poteſt pœnitens confiteri. Tunc (inquam) non dicitur, non habere copiam confeſſoris: cùm ſine incōmodo confiteri poſsit. Ita *Lugo diſp. 14. n. 106. Suar. Vazq. & multi alij apud Leādrum quæſ. 29. & Dianam citatum*: qui dicit, contrarium eſſe improbabile: ¶ Sed aliqui oppoſitum affirmant *apud Bonacinam diſp. 4. q. 6. punct. 1. num. 27. & Filiucium, vt teſtatur Leandrus ibi.*

DVB. XV.

116 PEtes 15. an deſit copia confeſſoris illi, qui habet reſervatum, & non poteſt recurrere ad ſuperiorē, benè tamen ad alium confeſſorem, qui non habet facultatem abſolvendi a reſervato? Reſp. affirmativè. Quia iſte confeſſor nequit abſolvere illud reſervatum: ergo reſpectu illius nō habet copiam confeſſoris; etiam ſi reſpectu aliorum mortalium (quæ ſimul habere pœnitentē, ſupponitur) non deſit illi copia confeſſoris.

117 Dices, quòd tunc debet cōfiteri omnia mortalia reſervata, & non reſervata: & ſic abſolvitur ab omnibus; directè (inquam) à non reſervatis; quia confeſſor eſt legitimus iudex reſpectu illorum: cùm habeat poteſtatem abſolvendi ab illis: indirectè autem à reſervatis: cùm ad abſolvendum ab illis non habeat iuriſdictionem, & ſic illa ſolùm tollat per accidens: eò ſcilicet, quòd vi abſolutionis peccatorum nō reſervatorum, reſpectu quorum eſt legitimus iudex, præſtat gratiā ſanctificantem incompatibilē cùm omni peccato mortali, & ideò tollūtur etiam reſervata, cum obligatione tamē illa iterùm cōfitendi cum habente facultatem abſolvendi ab illis.

¶ Sed contra: ex hoc enim obligaretur pœnitens (admiſſo, quod tunc poſſet confiteri inferiori, ſeu non habenti facultatem abſolvendi à reſervatis) ad bis confitendum idem peccatum. Quod eſt valdè durum.

118 Dices 2. quòd tunc poteſt dimidiare confeſsionem, tacēdo peccatum reſervatum. ¶ Sed contra: tunc enim concurrunt duo præcepta incompoſsibilia, nempè, præmittere confeſsionem ad communionem; & integrè confiteri. Cur ergo ſtādum eſt priori? Præſertim, quòd omnino certum eſt, eſſe de iure divino præceptum de integritate cōfeſsionis: præceptum verò præmittendi cōfeſsionem communioni, eſſe de iure Eccleſiaſtico dixerunt Navarrus, & alij *num. 108. citati*: quibus, etſi nō aſsētiamur; (vt conſtat ex dictis *num. 107.*) negare non poſſumus, non eſſe ita certū, præceptum præmittendi confeſsionem ſumptioni

ni Euchariſtiæ, eſſe divinum; ac eſt certũ eſſe divinum præceptum integrè confitēdi. Quo ſemel ſtatuto, immeritò dicitur, itādum potiùs eſſe præceptum præmittendi cōfeſsionem, quam præcepto integrè confitendi. Contrarium enim debet aſtrui. ſicùt enim præceptum divinum præualet non diuino, aut humano (quādo cōcurrũt, & alias ſunt incompatibilia) ita præceptum certo divinum præualere debet præcepto dubiè divino.

119 Manet ergo firma noſtra concluſio *num.* 116. poſita, nempè quòd habens reſervatũ non habet copiam cōfeſſoris, etiã ſi adſit confeſſor, cum quo alia mortalia nō reſervata poſſit confiteri: & conſequentèr, quòd, ſi urgeat neceſsitas, cōmunicare poteſt, non præmiſſa confeſsione, cum ſola cōtritione. Ita *Silvius, Ricardus, Adrianus, Durandus, Vazq. Hurt. Machado, & alij, quos citat Leandrus diſput. 7. q. 36. & Diana p. 9. tract. 3. Reſ. 11. & alibi.*

102 Sed oppoſitum defendunt *Suar. diſp. 66. ſect. 4. §. Quartus caſus, Lugo diſp. 14. num. 96. Vega, Ægidi⁹, Philibertus, Borac. & alij, quos citat; & ſequitur Leādrus ibi.* Et obi. quòd tunc poteſt abſolvi indirectè: aut dimidiare confeſsionem tacēdo reſeruatum: ergo nō deeſt copia confeſſoris. Reſp. negando antecedens. Et quidem quoad primam partem: quia indè cogeretur pœnitens ad bis confitendum idem peccatum. vt expēdebamus *num.* 117. Et quoad ſecundam: quia præceptum de integritate confeſsionis debet pręvalere, ſeu pręponi pręcepto præmittendi confeſsionem ad communionem: vt diximus *num.* 118.

121 Ex quibus à fortiori infertur, habentem reſervatum non poſſe confiteri venialia cũ ſimplici Sacerdote præſenti, vt ſic per gratiam collatam vi cōfeſsionis indirectè abſolvatur à reſeruato. Ita AA. noſtræ ſententiæ. ¶ Sed. *Suar. Ægid. & Lugo, quos citat, & probabilitèr ſequitur Leandrus q. 38.* oppoſitum defendunt: & obijciunt: qui cōfitetur venialia cum ſimplici Sacerdote, abſoluitur indirectè à mortali, cuius non recordatur: ergo & in præſenti indirectè abſoluetur à reſervato. Reſp. diſparitatem eſſe, quòd in priori caſu validè confitetur, nec illi imputatur ad culpã ommiſsio cōfitendi peccatum ratione oblivionis inculpabilis. In poſteriori autem caſu culpabilitèr mediat confeſsionem: cum in noſtra ſententia nō ſit cauſa ſufficiens dimidiādi confeſsionem, & ſic potiùs debeat, urgente neceſsitate, communicare contritus.

(.*.)

Digitized by Google

DVB. XVI.

122 PEtes 16. an deſit copia confeſſoris illi, qui habet excommunionē reſervatam, & non habet recurſum ad legitimum ſuperiorē? Reſp. affirmatiuè. Quia nequit abſolui à peccatis, (ſaltèm debitè) quin abſoluatur ab excōmunione: cùm per cenſuram (ſub qua continetur excommunicatio) privetur homo uſu ſacramentorum: atque adeò prioritate ſaltèm naturę debet abſolutio cenſuræ præcedere abſolutionem peccatorum.

¶ Vndè infertur, prædictum excommunicatum poſſe tunc, aliàs urgente neceſsitate, celebrare, aut communicare. Quia præceptum Eccleſiæ, cum quo cenſuram imponit, nō obligat cum tanto detrimento: ſi enim tunc nō comunicaret, aut non celebraret, famæ periculum immineret: lex autem naturalis, & divina defendendi famā, aut non ſcandalizandi præſtat legi humanæ abſtinendi a ſacro ſiue à cōmunione, quando quis eſt excommunicatus. Ita communitèr AA. præſertim *Lugo diſp. 14. à n. 100. Diana 3. p. tract. 4. Reſ. 104 & p. 9. tract. 3. Reſ 11. §. Nota. Vazq. Suar. Ægidi', Herrera, Petrus Ledeſma, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 7. quæſt. 39.*

123 Sed *Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 4. Silveſter Roſella, & Covarruv. apud Lugo ibi, & apud Henriq. lib. 8. cap. 47. num. 4. lit. Q. & apud Leandrum citatum* dicunt, non poſſe excommunicatum, etiam occultum, extra mortis articulum, etiam vrgente ſcādalo, & infamia, celebrare, aut communicare. Pro qua ſententia objicitur: excomunicatus non poteſt validè abſolvi à peccato, non præmiſſa abſolutione à cenſura: ergo nequit confiteri cum confeſſario, (quem ſupponimus eſſe præſentem) qui non poteſt eum abſoluere à cenſura: ergo nequit tunc communicare. Reſp. negando antecedens: quamvis enim illud concedat, & defendat Vazq. Negant tamen Suar. Sanch. & alij apud Lugo *diſp. 14. n. 102.* quod & ipſe probabilius iudicat. ¶ Reſp. 2. (admiſſo antecedenti) negando ſecundam conſequentiam: tunc enim debebat communicare contritus: vt in ſimili diximus *num. 119.*

DVB. XVII.

124 PEtes 17. an deſit copia confeſſoris illi, pro cuius abſolutione à reſervato ſuperior nō vult concedere facultatem, ſeu authoritatem? Reſp. ſub diſtinctione. Si enim loquamur de poteſtate ſuperioris, rei natura attenta, poteſt quidem negare dictam facultatem, & ſubditus tenetur cum illo confiteri: & conſequentèr, dum

dùm pœnitens poteſt recurrere ad ſuperiorem, non poteſt verificari, quod illi deſit copia cōfeſſoris. Si tamen loquamur in præſenti rerum diſpoſitione, ex alio capite non deeſt tunc pœnitenti copia confeſſoris; nēpè, quia in Religionibus bene gubernari ſolitis ſtatuitur, quod in vnoquoque conuentu ſint aliqui, præter ſuperiorem, qui habeant authoritatem abſolvendi à reſeruatis. *Sic in n. ſtris ſtatutis Segovienſibus cap. 6. tit.* D *caſibus Reſervatis num.* 13. (exiſtimo, ſimilem legem, aut uſum eſſe in alijs religionibus) ¶ Dices: ſupponamus, deeſſe prædictos confeſſarios pro reſeruatis aſsignatos. Reſp. nec tunc pœnitētibus deeſſe copiā confeſſoris. Quia extat deciſio Pauli V. (quam refert Naldus *in ſumma verb. Religioſus n.* 44) qua ſua ſanctitas declarauit, vt, ſi ſuperior noluerit facultatem pœnitentibus dare, poſsint cōfeſſarij illa vice Regulares abſolvere, etiam nō obtenta a ſuperiore facultate. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Pœnit. cap. 12. à num.* 57.

125 Inſtabis, ſupponamus, tantùm eſſe aliquando Prælatum, & ſubditum, illumque habere caſum reſervatum; & aliàs vrgere celebrādi, aut communicandi neceſsitatem; poterit ne ſolùm cōtritus accedere defectu copiæ confeſſoris? Reſp. affirmatiuè. Quia durum nimis videtur obligare confiteri cum ſuperiore reſeruatum. Et ideo Religiones diſpoſuerunt, vt in quocuque conventu eſſent aliqui diſtincti à Prælato cum facultate abſolvēdi a reſervatis. Hinc etiam Paulus V. conceſsit facultatem confeſſoribus abſolvendi à reſeruatis, quandò ſuperior noluerit talem facultatem concedere: vt num. præcedenti expēdebamus. Si ergo iudicio Pontificis, & Religionum tàm ardua eſt obligatio confitendi cum ſuperiore reſervatum; videtur, vt in noſtro caſu, in quo diſpoſitio Pontificis, & Religionū non procedit pœnitenti; poſsit communicare contritus, eò quod illi deſit copia confeſſoris. Hanc concluſionem a fortiori defendere tenentur *Ricardus, Silveſter. Armilla, & Roſella num.* 114. *citati* pro ſententia affirmante, poſſe confiteri contritum, & nō præmiſſa cōfeſsione, eum, qui, etſi habeat præſentem confeſſariū idoneum; ſperat tamen breviter venturum alium, cui devotiùs, & ſecuriùs ſolet confiteri.

DVB. XVIII.

126 PEtes 18. an illi, qui hic, & nunc non poteſt integrè confiteri, deſit copia confeſſoris? Reſ. affirmative. Quia præceptum integrè confitendi præponderat, ſeu debet præponi præcepto præmittendi confeſsio-

eſsētiali perfectione illud peccatum exuperet furtū, aut cum illo adæquetur; etiam ſi poſsit in perfectione aliqua accidentali.

95 Ex dictis à *num. 91* etiam conſtat, peccatum indignè cōmunicātis minus grave eſſe ex ſe, & eſſentialitèr, quam quodlibet peccatū commiſſum contra aliquā ex virtutibus Theologalibus. (quales ſunt fides, ſpes, & charitas divina) Quia iſtę habent perfectiora obiecta, nempè ipſum Deum immediatè: ut ſuppono. Præſertim videatur Suar. *diſp. 66. ſect. 2. in principio.*

De infideli comparato cum fideli indignè communicanti.

96 INfero 3. graviùs peccare infidelem, ſeu hæreticum indignè communicantem, quàm fidelem id exequentem. Quia ille indignior accedit. Quia gravius eſt peccatum hæreſis peccato furti, v.g. quo fidelis accedit: ergo, ſi iſte fidelis non peccavit contra ſpem, aut charitatem, (ut ſuppono) cæteris paribus quantū ad numerum peccatorum, minus indignus accedit, quàm infidelis hæreticus. Ita *D.Th. q. 80. art. 5. ad 2. Suar. Vazq. & Fagund. quos citat, & ſequitur Leand. ibi q. 6.*

97 Sed *Palud in 4. d. 9. quæſ. 2. art. 2. concluſ. 2. Carthuſianus ibidem, & Corilianus* oppoſitū defendunt. Quod & probabile reputat Dicaſtillo *apud prædictum Leandrum*. Pro qua ſentētia obiici poteſt: fidelis operatur cōtra veritatem ſibi cognitā: hæreticus autem (præſertim ſi neget veritatem Euchariſtiæ) cōtra incognitam: ergo graviùs peccat fidelis. Patet conſequētia: nam maior cognitio maiorem rationem volūtarij arguit in actu & conſequentèr maiorem malitiam, aut ſaltèm imputabilitatem. Reſp. quòd. loquēdo de hæretico, qui nō negat veritatem Euchariſtiæ (de quo tantùm vidētur loqui AA. noſtræ ſententiæ; vt apta fiat comparatio) nullam vim habet hoc argumentum. Immò, etſi fiat ſermo de quocumque alio: quia, cum eius peccatū infidelitatis ſit peius quocumque alio commiſſo contra aliquam virtutem moralem, (cuius generis ſunt peccata, quibus oppreſsi fideles regularitèr indignè cōmunicāt) fit, ut per ſe indigniùs accedat. ¶ Nec illud de maiori cognitione urget: maior enim, aut minor cognitio non variat per ſe, & eſſentialitèr rationem malitiæ, aut imputabilitatis in actu; etiam ſi illam aggravet accidentalitèr.

De communicāte cum peccato carnali comparato cum communicante cum ſpirituali.

98 INfero 4. graviùs peccare accedentem ad comunio-

nionẽ cum peccato ſpirituali, (ut ſunt ira, ſuperbia, odium, invidia, &c.) quàm qui accedit cum peccato carnis. Quia prædicta peccata ſpiritualia opponuntur excellentioribus virtutibus. Ita *D. Th. q. 80. art. 5. ad 2. Lugo diſp. 14. n. 17. Vazq. Suarez, Corialanus, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt. 5.*

¶ *Sed noſter Alenſis 4. p. quæſ. 46. membr. 4. & 5. Henr. lib. 8. cap. 45. num. 1. in fine, & alij, teſte Leãdro ibi* oppoſitũ defendunt. Pro qua ſententia objicies: Eucharistia habet maiorem oppoſitionem cum peccato carnali, quàm ſpiritualibus: (vt libavimus *cap. 2 n. 156.*) ergo graviùs peccat, qui accedit cum peccato carnis. Reſp. negando antecedens: ſacramẽtum enim habet oppoſitionem cum peccato mortali: (quòd gratiam ſanctificantem a ſe productã deſtruit) & conſequenter cum graviori peccato maiorem habet oppoſitionem. Solùm autẽ per quãdam analogiam, proportionẽ, aut accommodationem dicitur hoc ſacramentũ habere oppoſitionem cum immunditia corporali; eò ſcilicet, quòd cõtinet Chriſtum D. qui eſt fons totius mũditiæ. Inſupèr, & quia manducatus generat, & fovet caſtas cogitationes. Propter quod *Zach. 9.* appellatur *vinum generans virgines.*

(∴)

De confeſsione peccati indignæ communionis.

99 **I**Nfero 5. non eſſe obligationem explicandi in confeſſione qualitatẽ, vel numerum peccatorũ, cùm quorũ cõſcientia aliquis indigne cõmunicavit. Quia qualitas, aut numerus peccatorũ cõmunionem præcedẽtiũ nõ facit, quòd communio ſubſequens ſit in ſe plura peccata numero, aut ſpecie diverſa, ſed ad ſummum eſt circũſtantia notabiliter aggravans: quam in confeſsione explicare, non eſt neceſſarium: ut dixi *in tract. Pænit. c. 17. à n. 136.* Ita *Vazq. diſp. 207. cap. 1. num. 12. G. Hurt diſt. 9. diff. 2. Lugo diſp. 14. num. 17. & Dicaſ. illo tract. 4. diſp. 9. dubit. 2. num. 37. quos citat, & ſequitur Leandrus ibi quæſt. 4.*

¶ Sed oppoſitum defendit *Petrus Ledeſma in ſumma t. 1. cap. 6. de Sacramentis in genere poſt 7. cõcluſionẽ, & cap. 11. de Euchariſt. quem citat, & ſequitur Marcus de los Huertos apud Leandrum citatum.* Pro qua ſententia objici poſſunt ea omnia, quæ objicit ſententia affirmans, circumſtantias notabilitèr aggravãtes neceſſariò eſſe confitendas, quę nos adduximus, & ſolvimus *in prædicto tract. de Pœnit. loco citato.*

.§.

De communicante cum venialibus.

100 INfero 6. nõ peccare venialitèr, qui cum venialibus communicat. Quia nullibi eſt prohibitum. De quo latè egimus *cap.2. à n.150.*

DVBIVM X.

101 PEtes 10. an in aliquo ſpeciali caſu liceat alicui cõmunicare cum coſciẽtia peccati mortalis? (v. g. ſi aliquando nõ poſſet peccator relinquere communionem ſine ſcandalo, aut nota ſui peccati; nec poſſet præparare ſe ad gratiam ob anguſtias tẽporis; aut ex mea non ſumptione ab infidelibus repentè irruentibus ſacramentum eſſet conculcandum, aut comburẽdum) Reſp. affirmativè. Quia præceptum divinum cõmunicandi in ſtatu gratiæ, aut ſine cõſcientia peccati mortalis non obligat cum tanto diſpendio: ut in ſimili dicebamus *à num.57.* loquẽdo de præcepto divino celebrãdi ſub utraque ſpecie: (quod in noſtra ſententia aliquando non obligat) & inſtabamus in præcepto divino integrè confitẽdi: quod aliquãdo non obligare, admittunt omnes. Ita *Vazq. diſp. 207. cap. 1 n. 3. G. Hurt. diſp. 9. de Euchariſt. diff. 1. Lugo (probabilitèr) diſp. 14. n. 3. & Leandrus tract. 7. diſp. 7. q. 2.* Vbi notat, hunc caſum vix poſſe practicari nõ ſolùm in celebrante, ſed etiam in communicante. Quia, dùm Euchariſtia eſt in ore recepta, antequam trãducetur, poteſt cõmunicans conari ad contritionem, ſeu ad gratiã ſe diſponere. ¶ Sed, quidquid ſit de hoc, nos affirmamus, quòd in prædicto caſu (aut practicabili, aut ſaltèm metaphyſico) nullũ cõmitteret peccatum communicans in peccato mortali ratione impotentiæ ſe diſponendi ad gratiam.

102 Sed in nullo caſu licere alicui accedere ad Euchariſtiã cum conſcientia peccati mortalis; & cõſequentèr in quocũque caſu teneri cõmunicantem conari ad gratiam, ſeu ad habendum contritionem, defendunt *Suar. diſput. 66 ſect. 1. & Ochagavia tract. 2. de Euchar. §. De huius ſacramenti uſu fol. 256.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe improbabilẽ: ſi credendũ eſt præcitatò Leandro. Quod notantèr dico: quoniam ipſe *Petrus Ochagavia tract. 2. de Euchariſtiæ effectibus q. 8. n. 4.* poſtquã dixiſſet, peccatorem debere differre communionẽ, & pro brevitate tẽporis in quocũq; evẽtu procurare cõtritionẽ: ſic cõcludit. Quod, ſi eam anguſtijs tẽporis coarctus nõ elicit, potiùs debet Euchariſtiã recipere, quã ab altari diſcedere cũ populi ſcãdalo, & proprio dedecore. Quia nõ eſt credẽdũ, piũ, ac

benignum Ieſum hoc ſacramẽtum inſtituiſſe in noſtrarum animarum remedium cum tanto diſpendio noſtro, & alieno. Hæc Ochagavia ibi. Quarè videtur, potiùs pro noſtra, quàm oppoſita ſententia poſſe citari.

103 Immò idem, exiſtimo, docere Suarez citatum, & doctuross omnes deveniendo ad caſum, (practicabilẽ, vel ſaltèm metaphyſicum) in quo impoſſibile ſit, peccatorem ſe diſponere ad dignam communionẽ per confeſsionem, aut ſaltèm per contritionem. Ad impoſsibile quippè nemo tenetur. Et ideò inter AA. cõtroverſia potiùs videtur eſſe in examinando, an ſit dabilis caſus, in quo præparatio ad dignam communionẽ ſit peccatori impoſſibilis? quàm in examinando, an, ſuppoſita impoſsibilitate diſpoſitionis, homo peccat cõmunicando? Si enim apud omnes eſt cõſtitutum, quòd ad impoſsibile nemo tenetur; quarè peccabit, qui non elicit diſpoſitionem, quam elicere non poteſt: etſi aliàs cõmunicet propter vitandum ſcandalum, propriam infamiam, aut irreverẽtiam Sacramento imminentẽ? Immò putarem, in his caſibus, præſertim in priori, & poſteriori adeſſe ſtrictam obligationem cõmunicãdi, etiam ſi aliàs præparatio, aut diſpoſitio ad dignam cõmunionẽ eſſet impoſsibilis: quia præceptum naturale non ſcandalizandi, aut divinum non inferendi irreverentiam Sacramento (quod ſe extendit ad illã impediendam) præponderat, aut prçferendum eſt præcepto divino dignè cõmunicandi. Hùc ſpectant dicta *num.67. & 78.*

Secundum certum.

104 Erat, (vt diximus *n.87.*) quòd, qui eſt conſcius peccati mortalis, quantumvis contritus ſibi videatur, confiteatur ante cõmunionẽ, ſi aliàs habeat copiã confeſſoris. Quod poſt Tridentinũ indubitatũ eſt apud Catholicos: cùm *ſeſ.13.c.7.* & *can.11.* præcipiatur ad minus, aut fortè declaretur, ſemper fuiſſe in Eccleſia præceptũ ab Apoſtolo *1.ad Corinth.11.* intimatũ. Sic enim loquitur Tridentinum capite illo ſeptimo. *Quarè communicare volenti revocandum eſt in memoriam eius præceptum, Probet ſe ipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſervandum eſſe, decrevit; modo non deſit illis copia confeſſoris. Quòd ſi neceſsitate vr-*

gente, Sacerdos abſque prævia confeſsione celebraverit, quã primùm confiteatur. Et *can.* 11. addit. *Si quis autẽ contrarium docere, prædicare, vel pertinacitèr aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit; eò ipſo excommunicatus exiſtat.*

105 Igitur inter Catholicos hoc certũ eſt poſt Trident. cùm ad minus ibi ſit præceptum, aut fortè declaratum, ſemper fuiſſe in Eccleſia præceptum, vt cõſcius peccati mortalis cõfeſsionem ſacramentalem pręmittat cõmunioni, modò habeat copiam cõfeſſoris. Antè Trident. autem non fuit ita certum: exiſtimabant enim aliqui, ſufficere contritionẽ. Ita *Caiet. 3. p. q. 80. art. 4. & in illud ad Corinth. 11. Probet autem ſe ipſum homo, & in ſumma verbo Communio,* (ubi addit, eſſe peccatum veniale, cõfeſsionẽ non pręmittere, ſi adſit cõfitendi opportunitas) *Armilla verbo Communio §. Vltimo, Abbas in cap. de Celebratione Miſſarum, Ricard. in 4. d. 17. art. 1. q. 6. Palud. q. 2. & Adrianus q. 3. de Confeſsione.*

DVB. XI.

106 PEtes 11. an ille, qui dubitat, an habeat peccatum mortale, poſsit contritus cõmunicare ſine prævia cõfeſſione? Reſp. negativè. Quia tenetur, peccatũ dubium cõfiteri: vt dixi *tract. de Pœnit. c. 14. à num. 13.* undè multa hùc ſpectãtia ſunt mutuanda. Ita Diana 5. *p. tract. 14. Reſc. 43 Bonac. Sanch. Nauarrus, & Gerſon, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 7. q. 11* ¶ Sed *Henr. lib. 8. c. 45. n. 3. lit. P. & apud ipſum Tabiena, D. Antoninus, & Paludanus, quos ſequitur Granados tract. 10. de Euch. diſp. 7. num. 13. & etiam Sà verb. Euchariſtia n. 23.* (verba Granados, & Sà refert præcitat⁹ Leãdrus) oppoſitum defendunt. Et objciunt Tridentinũ *num. 104.* citatum ſolùm obligans ad cõfitẽdum ante cõmunionẽ illud mortale, cuius pœnitẽs eſt cõſcius. Sed qui dubitat, nõ eſt cõſcius: ergo non tenetur. Reſp. ly *conſcius* ibi ſolùm contraponi peccatis oblitis: ut notabamus *in prædicto tract. de Pœnitentia.*

DVB. XII.

107 PEtes 12. an præceptum pręmittendi cõfeſsionem cõmunioni ſit merè humanum? Reſp. negativè. Quia ſi eſſet humanũ, conſuetudo poſſet illud tollere. Necno & Papa poſſet in illo diſpenſare. Itaque eſt divinũ poſitivũ à Chriſto D. latum, promulgatũ verò, & declaratum à D. Paulo 1. *ad Corint.* 11. verbis illis. *Probet autem ſe ipſum homo.* Quia D. Paulus non potuit imponere præceptum toti Eccleſię, ſed ſolùm illud à Chriſto D impoſitum promulgare. Et ideò reprehendit Corinthios, eò quòd abſq; cõfeſsione, ſeu probatione ſumebant Euchariſtiam; ergo in ipſa re-

reprehenſione ſupponit, ipſos fuiſſe tranſgreſſores præcepti præmittendi ad cōmunionem probationē, ſeu confeſsionem ſacramentalē de peccato mortali. Patet conſequentia: quia ſi non eſſet iam præceptū (immò ipſis ore tenùs, aut traditione promulgatum) nō eſſent reprehenſibiles; nec diceret Paulus, eo quod ſine prævia probatione, aut cōfeſsione comunicabant, plures illorum fuiſſe infirmitatib⁹, mortibus, & alijs pœnalitatib⁹ à Deo punitos. ¶ Vndè cōſtat, hoc præceptū, ſeu legem præmittendi comunioni probationē per ſacramentalē confeſsionē dici Pauli; (ſic loquitur Scotus *in 4.d.9. in fine*) nō quia eam tulerit; nec quia eam primus promulgaverit: (traditione enim iam cōſtabat: alioquin immeritò ipſe reprehenderet Corinthios) ſed quia ſolemniùs, ſeu per ſcripturā eam promulgavit. Hanc concluſionē defendunt *Suar. diſp. 66. ſect. 3. Vazq. diſp. 207. c. 4. Lugo diſp. 14. à num. 69. G. Hurt. diſp. 9. diff. 5. Sotus, Valētia. Bonacina, Cornejo, Granados; Philibertus, Villal. Machado, & Ludovicus à S. Ioanne, quos citat, & ſequitur Leādrus diſp. 7. q. 12.*

108 Sed præceptum confeſſionis ante comunionē eſſe ſolùm de iure Eccleſiaſtico, docet *Navarr. de Pœniten. diſt. 5. in 3. p. Gloſſæ n. 31. & 32. Medina C. de Confeſsione, Armilla, Palacios, Ricardus, Paludanus, Adrianus, & alij apud Machado* (teſte prædicto Leandro) exiſtimantes, ſolùm eſſe latū ab Apoſtolo Paulo *1. ad Corint.* 11. verbis illis: *Probet autem ſe ipſum homo.* Quā ſententiā eſſe probabilē affirmat Diana 2. *p. tract.* 14. *Reſ. 63. & p. 9. tract. 3. Reſ. 2.* docet, non eſſe improbabilem ex *Suar. Leſsio, Soto, Amico, & Coninch contra Nugnū*; ut notat præcitatus Leādrus advertens, immeritò dixiſſe Philibertum, prædictam opinionē eſſe temerariā. Quā à fortiori defendere debent *Caiet. & alij num.* 104. relati pro ſententia dicente, ante Tridētinum non requiri ad comunionē cōfeſsionē de peccato mortali; ſed ſufficere contritionē.

109 Igitur pro hac ſententia objicitur, quod præceptū præmittēdi cōfeſsionē, ſeu probationē per cōfeſsionē ante cōmunionē vocatur Pauli tùm à Scoto *n.* 107. citato. Tùm à Tridentino: cuius verba tranſcripſimus *n.* 104. ergo non eſt divinum. Reſp. negando conſequētiam: quia etiā vetus eſt divina; & tamē vocatur lex Moyſis; nō quidem, quia ab eo fuerit lata; ſed quia fuit promulgata. Qua ratione præceptum illud dicitur Pauli; eò ſcilicet, quia ab eo per ſcripturā fuit traditū; etiā ſi ante Pauli epiſtolam illam eſſet iam ore tenus, & traditione promulgatum; ut notabamus ſupra.

Qui ſint excepti ab hoc præcepto.

110 TRidentinum *ſeſ.* 13. *cap.* 7. (cuius verba adduximus *num.* 104.) ab obligatione confitendi ante communionem excepit illos, quibus, & deeſt copia confeſſoris, & vrget neceſsitas communicãdi. Et, quamvis certum ſit, tunc non eſſe copiam confeſſoris, quando non adeſt cõfeſſor; aut, ſi adeſt, confeſsionem audire non vult. Itẽ, & quòd tunc vrget communicandi neceſsitas, quando ex non communicando incommodum magnum oriretur. Eſt tamen inter AA. longa diſſenſio in determinãdo, quando aliquis dicendus ſit in ſpecialibus caſibus, & non habere copiam confeſſoris; & ipſum vrgere communicandi neceſsitatẽ, vt ſic licitè poſſit cum contritione tantũ (Hãc enim debet habere, excepto caſu illo rariſsimo *num.* 101. explicato. Verũ eſt, quod Diana *p.* 9. *tra.* 3. *Reſ.* 19. dicit, quòd non defuerunt aliqui Theologi recentiores, qui docuerunt, ſufficere in eo caſu attritionẽ, quamvis cognita ſit. Hoc tamẽ nec ipſe approbat: neque eſt verum: quia Euchariſtia eſt ſacramentum vivorum,) & non præmiſſa confeſſione Euchariſtiam ſumere.

(.?.)

De defectu copiæ confeſſoris.

111 ILle dicitur non habere copiam confeſſoris, (quoad præſens attinet) cuius idioma confeſſarius non intelligit. Itèm qui prudentèr timet, confeſſarium non ſervaturum ſigillum. Inſupèr, & quãdo confeſſarius non poteſt vocari à pœnitente; neque iſte poteſt ad illum venire ob diſtantiam, aut periculum itineris. ¶ Sed circa diſtantiam repertam inter confeſſarium, & pœnitentem AA. examinant ſequens dubium.

DVB. XIII.

112 PEtes 13. an diſtantia vnius leucę inter pęnitentem, & confeſſarium ſit ſufficiens, vt pœnitens dicatur non habere copiam confeſſoris? (Et conſequentèr poſsit, vrgente neceſsitate, non præmiſſa confeſsione communicare?) Reſp. diſtrahi AA. *Henr. enim lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 4. *num.* 4. *& alibi, Canus Relect. de Pœnit. p.* 5. *§. Ad tertium, Ortiz, & Vega* affirmatiuè reſpondent. ¶ Negativê verò Granados *tract.* 10. *de Euch. diſp.* 7. *num.* 13. dicens, obligandum eſſe Parochum ire ad confeſſarium, qui duas, vel tres leucas diſtat, ſi per tempus, & alias circumſtantias licet. Et ante Granados ſic ferè docue-

docuerat noſter Emmanuel Rodriguez 1.*p.Sũmæ q.*65.¶ Ægidius *autem quæſt.*80.*art.* 4.*num.* 23.*Lugo diſp.*14.*num.*83. (*citans Suar.& Vazq.*) *Bonacina, Nugnus, Reginaldus, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.*7.*quæſt.*44.dicunt, hoc relinquendum eſſe arbitrio prudentis, habita ratione circumſtantiarum, perſonæ, temporis, difficultatis itineris, &c. Fieri enim poteſt, vt reſpectu vnius perſonæ diſtantia vnius leucæ ſit ſufficiens ad confeſſorem nõ quærẽdum; reſpectu autem alterius minimè. ¶ Cui ſentẽtiæ omninò ſubſcribo. Nec video, ex quo principio potuit colligi, diſtantiam vnius leucę, ablatis alijs circumſtantijs, reputari ſufficiens impedimentum, maximè reſpectu illius, cui equitare per maiorem diei partem non ſemel venationis, vel alterius voluptatis cauſa, non ſolùm non eſt moleſtum, verumetiam facile, iucundum, & valde familiare.

DVB. XIV.

113 PEtes 14. an dicatur nõ habere copiam confeſſoris ille, qui ſolùm habet confeſſorem, cum quo non ſolùm non habet coiunctionem, ſed habet rixas? Reſp. affirmatiuè. Quia nec Deus, nec Eccleſia obligant pœnitentẽ ad cõfitendum peccata hoſti, cum quo iratus eſt. Hoc enim videtur, eſſe ſupra capacitatem humanam. Ita *Philibertus tract.*3. *p.*3.*c.*1.*num.*7.*& Leandrus diſp.* 7.*quæſt.*30.

114. Hoc tamen non eſt extendendum ad illum; qui cum idoneo confeſſore præſenti nõ habet talem averſionem, ſperat tamen breviter venturum alium, cui devotiùs, & ſecuriùs confiteri ſolet. In hoc enim caſu nihil ſupra capacitatem humanã videtur reperiri. Et ideò non apparet, quarè pœnitens dicatur non habere copiã confeſſoris; etſi aliàs poſſet verificari, non habere copiam huius, quẽ expectat. Ita *Suar. diſp.*66. *ſect.*4.*Vazq. diſp.* 208. *cap.* 1.*Fagundez* (dicens, contrariũ eſſe improbabile) *Ægidius, Bonacina, Lugo, Lean.& alij apud ipſum, & Dianam p.*9.*tract.*3.*Reſol.*13. ¶ Nec aliquam rationem oppoſitum ſuadentem adducunt aliqui tenentes contrarium; quos citant Diana, & Leandrus ibi. Hi ſunt *Ricardus in* 4.*d.*17.*q.* 6.*art.*3.*Silveſter verb. Euchariſtia* 3.*quæſt.* 14. *Armilla verb. Communio in fine, & Roſella.* Quã ſententiam eſſe aliquẽtulum probabilem, non obſcurè indicant *Azor t.*1.*lib.* 1. *cap.* 31. *quæſt.* 8. *Philibertus, & Filliucius.* (inquit Leandrus *tract.*7.*diſput.*7. *q.*28.)

115. Inſupèr non eſt extendenda doctrina *num.* 127. ad caſum, in quo, etſi proprius Sacerdo

cerdos non adſit, adeſt tamen alius, cui ex privilegio poteſt pœnitens confiteri. Tunc (inquam) non dicitur, non habere copiam confeſſoris: cùm ſine incõmodo confiteri poſsit. Ita *Lugo diſp.14. n.106. Suar. Vazq. & multi alij apud Leãdrum quæſ. 29. & Dianam citatum*: qui dicit, contrarium eſſe improbabile:

¶ Sed aliqui oppoſitum affirmant *apud Bonacinam diſp.4.q.6. punct.1. num.27. & Filiucium, vt teſtatur Leandrus ibi.*

DVB. XV.

116 PEtes 15. an deſit copia confeſſoris illi, qui habet reſervatum, & non poteſt recurrere ad ſuperiorẽ, benè tamen ad alium confeſſorem, qui non habet facultatem abſolvendi a reſervato? Reſp. affirmativè. Quia iſte confeſſor nequit abſolvere illud reſervatum: ergo reſpectu illius nõ habet copiam confeſſoris; etiam ſi reſpectu aliorum mortalium (quæ ſimul habere pœnitentẽ, ſupponitur) non deſit illi copia confeſſoris.

117 Dices, quòd tunc debet cõfiteri omnia mortalia reſervata, & non reſervata: & ſic abſolvitur ab omnibus; directè (inquam) à non reſervatis; quia confeſſor eſt legitimus iudex reſpectu illorum: cùm habeat poteſtatem abſolvendi ab illis: indirectè autem à reſervatis: cùm ad abſolvendum ab illis non habeat iuriſdictionem, & ſic illa ſolùm tollat per accidens: eò ſcilicet, quòd vi abſolutionis peccatorum nõ reſervatorum, reſpectu quorum eſt legitimus iudex, præſtat gratiã ſanctificantem incompatibilẽ cùm omni peccato mortali, & ideò tollitur etiam reſervata, cum obligatione tamẽ illa iterùm cõfitendi cum habente facultatem abſolvendi ab illis.

¶ Sed contra: ex hoc enim obligaretur pœnitens (admiſſo, quòd tunc poſſet confiteri inferiori, ſeu non habenti facultatem abſolvendi à reſervatis) ad bis confitendum idem peccatum. Quod eſt valde durum.

118 Dices 2. quòd tunc poteſt dimidiare confeſsionem, tacẽdo peccatum reſervatum.

¶ Sed contra: tunc enim concurrunt duo præcepta incompoſsibilia, nempè, præmittere confeſsionem ad communionem; & integrè confiteri. Cur ergo ſtãdum eſt priori? Præſertim, quòd omnino certum eſt, eſſe de iure divino præceptum de integritate cõfeſsionis: pręceptum verò præmittendi cõfeſsionem communioni, eſſe de iure Eccleſiaſtico dixerunt Navarrus, & alij *num.* 108. *citati*: quibus, etſi nõ aſsẽtiamur; (vt conſtat ex dictis *num.* 107.) negare non poſſumus, non eſſe ita certũ, præceptum præmittendi confeſsionem ſumptioni

ni Euchariſtiæ, eſſe divinum; ac eſt certũ eſſe divinum præceptum integrè confitẽdi. Quo ſemel ſtatuto, immeritò dicitur, ſtãdum potiùs eſſe præceptopræmittendi cõfeſsionem, quam præcepto integrè confitendi. Contrarium enim debet aſtrui. ſicùt enim præceptum divinum præualet non diuino, aut humano: (quãdo cõcurrũt, & alias ſunt incompatibilia) ita præceptum certo divinum præualere debet præcepto dubiè divino.

119 Manet ergo firma noſtra concluſio *num.* 116. poſita, nempè quòd habens reſervatũ non habet copiam cõfeſſoris, etiã ſi adſit confeſſor, cum quo alia mortalia nõ reſervata poſſit confiteri: & conſequentèr, quòd, ſi urgeat neceſsitas, cõmunicare poteſt, non præmiſſa confeſsione, cum ſola cõtritione. Ita *Silvius, Ricardus, Adrianus, Durandus, Vazq. Hurt. Machado, & alij, quos citat Leandrus diſput. 7. q. 36. & Diana p. 9. tract. 3. Reſ. 11. & alibi.*

102 Sed oppoſitum defendunt *Suar. diſp. 66. ſect. 4. §. Quartus caſus, Lugo diſp. 14. num. 96. Vega, Ægidi⁹, Philibertus, Borac. & alij, quos citat; & ſequitur Leãdrus ibi.* Et obi. quòd tunc poteſt abſolvi indirectè: aut dimidiare confeſsionem tacẽdo reſeruatum: ergo nõ deeſt copia confeſſoris. Reſp. negando antecedens. Et quidem quoad primam partem: quia indè cogeretur pœnitens ad bis confitendum idem peccatum. vt expẽdebamus *num.* 117. Et quoad ſecundam: quia præceptum de integritate confeſsionis debet prævalere, ſeu præponi præcepto præmittendi confeſsionem ad communionem: vt diximus *num.* 118.

121 Ex quibus à fortiori infertur, habentem reſervatum non poſſe confiteri venialia cũ ſimplici Sacerdote præſenti, vt ſic per gratiam collatam vi cõfeſsionis indirectè abſolvatur à reſeruato. Ita AA. noſtræ ſententiæ. ¶ Sed *Suar. Ægid. & Lugo, quos citat, & probabilitèr ſequitur Leandrus q. 38.* oppoſitum defendunt: & obijciunt: qui cõfitetur venialia cum ſimplici Sacerdote, abſoluitur indirectè à mortali, cuius non recordatur: ergo & in præſenti indirectè abſoluetur à reſervato. Reſp. diſparitatem eſſe; quòd in priori caſu validè confitetur, nec illi imputatur ad culpã ommiſsio cõfitendi peccatum ratione oblivionis inculpabilis: In poſteriori autem caſu culpabilitèr mediat confeſsionem: cum in noſtra ſententia nõ ſit cauſa ſufficiens dimidiãdi confeſsionem, & ſic potiùs debeat, urgente neceſsitate, communicare contritus.

(.*.)

Digitized by Google

dùm pœnitens poteſt recurrere ad ſuperiorem, non poteſt verificari, quod illi deſit copia cōfeſſoris. Si tamen loquamur in præſenti rerum diſpoſitione, ex alio capite non deeſt tunc pœnitenti copia confeſſoris; nēpè, quia in Religionibus benè gubernari ſolitis ſtatuitur, quod in vnoquoque conuentu ſint aliqui, præter ſuperiorem, qui habeant authoritatem abſolvendi a reſeruatis. *Sic in noſtris ſtatutis segobrenſibus cap. 6. tit. D caſibus Reſervatis num.* 13. (exiſtimò, ſimilem legem, aut uſum eſſe in alijs religionibus)

¶ Dices: ſupponamus, deeſſe prædictos confeſſarios pro reſeruatis aſsignatos. Reſp. nec tunc pœnitētibus deeſſe cōpiā confeſſoris. Quia extàt deciſio Pauli V. (quam refert Naldus *in ſumma verb. Religioſus n.* 44) qua ſua ſanctitas declarauit, vt, ſi ſuperior noluerit facultatem pœnitentibus dare, poſsint cōfeſſarij illa vice Regulares abſolvere, etiam nō obtenta a ſuperiore facultate. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Pœnit. cap.* 12. à *num.* 57.

125 Inſtabis, ſupponamus, tantùm eſſe aliquando Prælatum, & ſubditum, illumque habere caſum reſeruatum; & aliàs vrgere celebrādi, aut communicandi neceſsitatem; poterit ne ſolùm cōtritus accedere defectu copiæ confeſſoris? Reſp. affirmatiuè. Quia durum nimis videtur obligare confiteri cum ſuperiore reſeruatum. Et ideo Religiones diſpoſuerunt, vt in quocuque conventu eſſent aliqui diſtincti à Prælato cum facultate abſolvēdi a reſervatis. Hinc etiam Paulus V. conceſsit facultatem confeſſoribus abſolvendi à reſeruatis, quando ſuperior noluerit talem facultatem concedere: vt num. præcedenti expēdebamus. Si ergo iudicio Pontificis, & Religionum tàm ardua eſt obligatio confitendi cum ſuperiore reſervatum; videtur, vt in noſtro caſu, in quo diſpoſitio Pontificis, & Religionum non procedit pœnitenti; poſsit communicare contritus, eò quod illi deſit copia confeſſoris. Hanc concluſionem a fortiori defendere tenentur *Ricardus, Silveſter. Armilla, & Roſella num.* 114. *citati* pro ſententia affirmante, poſſe confiteri contritum, & nō præmiſſa cōfeſsione, eum, qui, etſi habeat præſentem confeſſariū idoneum; ſperat tamen brevitèr venturum alium, cui devotiùs, & ſecuriùs ſolet confiteri.

DVB. XVIII.

126 PEtes 18. an illi, qui hic, & nunc non poteſt integrè confiteri, deſit copia confeſſoris? Reſ. affirmativè. Quia præceptum integrè confitendi præponderat, ſeu debet præponi præcepto præmittendi confeſsio-

feſſionem communioni: vt expendebamus *num.* 118. Et ideò, vrgente neceſsitate, potiùs eſt communicandum cum contritione, quã ſine integritate cõfitendum.

DVB XIX.

127 PEtes 19. an deſit copia confeſſoris illi, qui ſolùm habet confeſſarium alterius idiomatis, & ideò ſine interprete cõfiteri non poteſt. Reſp. affirmativè. Quia præceptum confitendi tunc non obligat: (vt diximus *tract. de Pœnit. cap. 17. num. 64. & num. 222.*) Ita *Mercerus, Averſa, & Amicus, quos citat, & ſequitur Diana p. 9. tract. 3. Reſ.* 10. Vbi cũ *Serra in 3. p. quæſt. 80. art. 4.* hoc intelligit etiam de exiſtenti in articulo mortis: qui tunc contritus poterit communicare.

De neceſsitate vrgente.

128 DIcebamus *num.* 110. quòd tunc dicitur vrgere communicãdi neceſsitas, quando ex non communicando prudentèr timetur periculũ ſcandali proximi, aut propriæ infamiæ. Ita *Lugo diſp. 14. num. 112. Suar. Ægidius, Reginaldus, Fagundez, Philibertus, Machado, Diaſtillo, & communitèr alij, teſte Leandro tract. 7 diſp. 7. q. 14.* Et meritò: cùm de hac neceſsitate verificetur, quòd ſit vrgens: quod expoſcit Tridentinũ *ſeſ. 13. cap. 7. & can. 11.* (cuius verba tranſcripſimus *num.* 104.) ut, ſi aliàs deſit copia cõfeſſoris, poſsit quis ſine prævia cõfeſsione cõmunicare. ¶ Nota obitèr, quòd, concurrentibus his duob⁹, (nempè, & quòd deſit copia confeſſoris, & quòd communicandi vrgeat neceſſitas) non ſolùm ſemel, aut bis poteſt quis contritus ſolùm, & ſine prævia confeſsione celebrare, aut communicare; ſed etiã totiès, quotiès. Quia Tridentinum hoc non limitat.

¶ Quamuis in his ſic generalitèr dictis quaſi conſpirent AA. eſt tamen inter illos non modica diſſenſio in examinando caſus aliquos ſpeciales, in quibus ſubeſt dubitandi ratio, an tunc urgeat communicandi neceſſitas? Quarè ſequentia dubia examinant.

DVB. XX.

129 PEtes 20. an quotiès omittendo communionem, timeret quis gravis admirationis periculum, ſit vrgens cõmunicandi neceſsitas? Reſp. affirmativè. Quia grauis admiratio (moraliter loquendo) ſemper eſt coniuncta cum aliquo periculo murmurationis, & infamiæ. Ita *Suar. diſ. 66. ſect. 4. §. Quarta autem, Silveſter, Corduba, Fagundez, Philibertus, Granados, Villalobos, Armilla, Ma-*

Machado, Ioannes Sãchez, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.7.quæſt.15.

130 Sed oppoſitum defendunt *Ægidius quæſt. 80. art.4 n. 15. Diana p.9 tract.3. Reſ.20. Reginaldus, Trullench, & Dicaſtillo.* Immò pro hac ſententia citant Fagũdez, Machado, & Suarez; ſed non ita benè: (ait Leãdrus) quia tandem noſtram ſentẽtiã ſequitur. Sed, quidquid ſit de hoc, obijciunt, parvipendendã eſſe vulgi admirationem: quia vulgus res leves non ſemel miratur. Reſp. cum Authoribus noſtræ ſententiæ, præcipuè cũ Hieronymo Garcia apud Dianam ibi, in hac materia ſemper moralitèr eſſe coniunctam cum admiratione murmurationẽ, & infamiam. Et ideo admiratio non eſt contemnenda; cùm ſuſpicionum, & fortè iudiciorum ſit ſcaturigo: vndè murmurationis, & infamiæ periculum ferè eſt certum.

De Religioſo cum nota non communicante.

131 EX quibus infero 1. vrgere neceſsitatem cõmunicandi (& conſequenter poſſe, non præmiſſa confeſsione, ſed cum contritione tantum communicare) Religioſum, qui non habet confeſſorem pro reſeruatis, quando in aliquo conuentu omnes fratres ex inſtituto, aut ex coſuetudine cõmunicant certo die menſis, vel hebdomadæ. Quia, ſi communionẽ illam ommitteret, eſſet cum nota, & admiratione aliorum: *vt ex Henriq. Fagũdez, G. Hurt, & Ochagavia notat Leandrus diſp.7.quæſt.35* Immo addunt (præcipuè *Henriq. Scotus, & Leandrus*) id licere etiam caſu, quo quis abſque nota, quæſito aliquo colore, abſtinere poſſet à cõmunione. Quia habet ius, & obligationem communicãdi. Superſedeo tamẽ ab hac additione; quia Scoti doctrinæ non eſt germana; vt ex dicẽdis *numero* 133. conſtabit.

De iam ad altare pro communione ſiſtente, qui meminit mortalis non confeſsi.

132 INfero 2. iſtum poſſe contritum communicare, ſeu illum vrgere cõmunicãdi neceſsitatẽ. Quia ex omiſſione comunionis admiratio, & nota oriretur.

133 Immo addit Leandrus *diſ.7.q.18* (probabiliter) poſſe etiam, præciſa nota, & ſcandalo, dummodo poſt communionem peccatum illud obitum cofiteatur. Quia, cùm quocammodo inchoata ſit actio ſacra communicandi, non decet ob reverentiam Euchariſtiæ recedere ab illa mẽſa, donec perficiatur. Sicùt non decet recedere à mẽſa Principis ante cõvivium peractum, poſtquã ali-

quis

quis ad illã ſedet. Sic *Hẽriq. lib. 8. cap. 46. num. 3. Valentia, Granados, Lublinus, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 3. p. tract. 4. Reſ. 77. & alibi, teſte prædicto Leãdro.* ❡ Huic tamen additioni non omninò ſubſcribo; quia, etſi mihi hoc ſit probabile; non tamen multum conſonat Scoto: cùm *in 4. d. 9. §. Dicendum verſ. Si autem* ſic ad rem loquatur. *Si autem non occurrat opportunitas confitendi, ſi poteſt ſine ſcandalo vitare, ne tunc communicet, tenetur, non communicare, ſed expectare confeſsionem, &c.* ❡ Niſi velimus explicare, loqui Scotum de illo, qui remotus erat ab altari, quando meminit peccati: non autem de illo, qui applicatus eſt iam altari: quia iſte inchoavit quodammodo actionẽ ſacramentalem communicandi. Cui explicationi non multùm fido: eo quòd Scotus permiſsionem communicandi reducere videtur ad ſcandalum vitandũ. Et ideò ne fortè Scoto in aliquo videar contrarius, ſolùm probabilitèr ex mẽte nõ mea, ſed Leandri, & aliorum hoc ſit dictum: ſicùt & dictum ſub finẽ *numeri 131.*

De Sacerdote in altari iam exiſtente, qui meminit mortalis non confeſsi.

134 INfero 3. iſtum habere urgentem neceſsitatẽ communicandi, & conſequentèr poſſe (etiam antequàm inchoet Miſſam) cùm ſola contritione communicare, & perficere Miſſam. Quia, ſi laicus poteſt ommittere pro tunc cõfeſsionem mortalis, quod meminit, quando ad altare ſiſtit communicaturus: (vt diximus *num. 132.* & docuerunt *Henriq. & alij num. 133. citati*) cur Sacerdos idem non poterit in altari iam celebraturus aſsiſtens? Concludit Leandrus *quæſt. 17.* Et meritò: quia, ſi hoc licet laico, ut effugiat periculum notæ: idem, immò & urgentius imminet Sacerdoti: cùm maior nota ſit, aut quòd ad ſe vocet confeſſarium; aut quòd ab altari recedat confeſſarium quærens.

135 Addit autem Leandrus *quæſt. 17.* hoc eſſe intelligendũ, etiam ſi Sacerdos ſine nota, & ſcandalo poſſet tunc confiteri. Quia, cum quodãmodo ſit iam inchoata actio ſacra, non decet ob reverentiam Euchariſtiæ, recedere ab illa menſa, aut diſcontinuare actionem, quoadúſque perficiatur actio. Sicùt nõ decet, recedere à mẽſa Principis illum, qui iam ſemel acceſsit, donec ſit peractum convivium. Quam ſententiam debere tenere Scotum, & Granados affirmat prædictus Leandrus. Sed, quidquid ſit de Granados, quæ ſit mens Scoti diximus *num. 133.* Et ideò, etſi hæc Leandri ſententia ſit probabi-

lis;

Digitized by Google

lis; ſed non ad Scoti mentem. Ipſe enim, ceſſante ſcandalo, aut nota infamiæ, nec laico iam iam ad altare ſiſtenti; nec Sacerdoti ante inchoationē Miſſę permittit, nō confiteri mortale, quod tunc meminit. Quā ſententiam ferè omnes amplectuntur, (ut fatetur ipſe Leandrus ibi) præſertim loquendo de Sacerdote ante Miſſæ inchoationem. Præ alijs legatur Diana *p.9 tract.3. Reſ.7.*

136 Ad exemplum autem illud, ſeu inſtantiam (qua nititur Leandrus) indecentiæ, aut inurbanitatis recedēdi à menſa Principis, antequàm convivium perficiatur, reſpondetur, eſſe quidem indecentem talem receſſum ſine cauſa; minimè autē cum illa, præcipuè, ſi conſtet de Principis voluntate. Et ideo cùm in præſenti conſtet de voluntate Chriſti D. præcipientis, cōmunionem non fieri cum cōſciētia peccati mortalis; fit apertè, Chriſtum D. nō iudicaturum indecens, ſacrificium non inchoare Sacerdotem, qui meminit alicuius mortalis, etiam ſi iam in altari exiſtat; ſi alias nullum ſcandalum, nullavè nota infamiæ, murmurationis, aut ſaltèm admirationis indè oriatur. Idemque de ſæculari iam iam communicare volenti eſt dicendum.

(.?.)

De exiſtente in articulo mortis.

137 INfero 4. iſtum habere urgentem neceſsitatem communicandi: & conſequentèr, ſi deſit copia confeſſoris, poſſe contritum tantùm communicare. Quia urget præceptum tunc communicandi; ex cuius ommiſsione admiratio, immò ſcandalum oriretur. *Sic communitèr A.A. teſte Leandro diſp.7. quæſt.22.* Præſertim legatur *Diana p. 9. tract. 3. Reſol.16.* ¶ Addo ego, non ſolùm poſſe contritum tunc communicare, ſed etiam ad id teneri propter rationem dictam.

De impleturo præceptum communicandi in Paſcha.

138 INfero 5. iſtum habere urgentem neceſsitatem communicandi: & conſequentèr, ſi deſit copia confeſſoris, poſſe contritum communicare. Quia urget præceptum: & aliàs ex no impletione non ſolùm admiratio, ſed etiam ſcandalum oriretur. Ita *Lugo diſput. 14. num.116. Diana par. 5. tract. 13. Reſol.63. & alibi Henr. Fagundez, Soto, Palud. Ricardus Toletus, Ægidius, Layman, Viraldus, & Averſa, quos citat, & ſequitur Leandrus diſput.7. quæſt. 27.*

139 *Sed Suar. diſp. 66. ſect. 4.*

Digitized by Google

6. *Maior difficultas, (& apud ipſum D. Antoninus, Corduba, Sotus, & Archidiaconus) Nugnus, Bonac. Valencia, Pitigianus, & alij apud Dianam p. 9. tract. 3. Reſol.* 18. oppoſitum defendunt: & obijciunt: quando concurrunt duo præcepta, alterum divinum, & alterum Eccleſiaſticum, debet ſervari divinum. Sed præceptum confitendi ante communionem eſt divinũ; & præceptum communicandi in Paſchate eſt Eccleſiaſticum: ergo, quando concurrunt, illud eſt ſervandum, & omittendum iſtud: ergo nequit homo exiſtens ſub mortali cum ſola contritione, ommiſſa confeſsione communicare ad implendum præceptum annuæ communionis. Reſp. negando poſteriorẽ partem minoris: etenim præceptum communicandi ſaltèm in Paſchate eſt divinum, licèt modificatum, aut declaratũ per Eccleſiã. Recolantur dicta *c.* 2. *n.* 36. vbi ſtatuimus, præceptum communicandi eſſe divinum. Et *n.* 40. (etſi obitèr) libavimꝰ, intentum Eccleſiæ ferentis hoc præceptum comunionis fuiſſe determinare, aut declarare, quòd præceptum divinum cõmunicandi obligat ad communicandum ſaltèm ſemel in anno. Igitur, cùm utrumque præceptum ſit divinum, parùm vrget argumentum: præſertim, cùm præceptum communicãdi vergat in vtilitatem fideliũ; quàm maximè attẽdit Chriſtus D. in his, quæ ad ſacramentorũ inſtitutionem, & uſum pertinẽt. (Recolãtur dicta *n.* 58.) Et ideò præceptum communicandi in Paſchate præponi debet præcepto confitendi ante communionẽ; admiſſo, vtrumque eſſe divinum.

140 Faciliùs adhùc reſponderent prędicto argumẽto Navarrus, & alij *n.* 108. citati pro ſententia affirmante, præceptum præmittendi confeſsionẽ peccatorum mortalium ad cõmunionem non eſſe divinum, ſed purè Eccleſiaſticũ. Si enim hi ex alia parte dicant, præceptum communicandi in Paſchate eſſe divinum, omninò evacuant argumentum; immò & illud retorquent in adverſarios. Si autem dicant, eſſe Eccleſiaſticum, ſolvent argumentum, ſicùt nos, dicendo utrũque quidem præceptũ eſſe Eccleſiaſticum, ſtandum tamen eſſe præcepto communicandi in Paſchate; quia vergit in noſtrã utilitatem.

De Sacerdote, qui, incepta Miſſa, meminit mortalis non confeſsi.

141 INfero 6. Sacerdotem, qui poſt inceptam Miſſam, meminit alicuius mortalis non confeſsi, habere urgentem neceſsitatem cõmunicandi: & conſequentèr poſse contritum cõmunicare. (ſivè pec-

Digitized by Google

catum illud occurrat poſt conſecrationē, ſive antea) Quia ex confeſsione tunc admiratio, immò & ſcandalum oriretur. Ita communiſsimè AA.

142 Immò idem dicendum exiſtimo, etiā ſi tunc abſq; nota, & ſcandalo poſſet Sacerdos cōfiteri. (v.g. ſi ipſi ſolemnem Miſſam celebranti aſsiſteret alius confeſſor pro epiſtolā, aut Evangelium decātando) Quia non decet, cæptum ſacrificium interrūpere. Quarè ſufficit tūc, elicita contritione, ſacrificium perficere. *Ita Henr. lib.* 8. *c.* 46. *n.* 3. *Sotus, Victoria, Layman, Granados, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 7. *q.* 16. Et id eſſe valdè probabile, affirmant *Bonacina diſp.* 4. *q.* 6. *puncto* 1. *n.* 15. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *Reſ.* 48. & 77. & *Fagund. pracep.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 12.

143 *Sed Suar. diſp.* 66. *ſect.* 4. *Vazq. diſp.* 208 *c.* 2. *n.* 12. & 13. *Silveſt. Navarr. Coriolanus, Ocnagavia, G. Hurt.* Philiber. *Bonacina, Diana, Fagund. Lugo, & D. Bonavent. apud prædictum Leandrum* oppoſitum defendunt. (loquēdo de Sacerdote, qui meminit alicuius mortalis ante cōſecrationem) Pro qua ſententia prędictus Leandrus citat etiā Scotum loco à nobis citato *n.* 133. Immeritò tamen: quia ibi tantùm loquitur de Sacerdote ante inceptionē Miſſę. Qui caſus eſt longè diverſus à noſtro.

¶ Dices, ita eſſe. Scotus tamen ſolùm nititur in ratione ſcandali, qua ceſsāte, docet, tàm celebraturū, quam cōmunicaturū debere confiteri: ergo idē docet in præſenti caſu: ſiquidē in illo ceſſat (ut ſupponimus) ſcādalum, aut nota. Reſp. negando conſequentiā: quia in præſenti vrget alia ratio, nempè indecentia interrumpendi ſacrificium cæptum. Quam meritò non meminit Scotus: quia in Sacerdote ad celebrandum induto, ſed ante Miſſæ inceptionem (de quo ibi loquebatur Scotus) non urgebat. Quarè à Scoto non ſolùm fuit ommiſſus præſens caſus; ſed etiā eius ratio fundamentalis. Et ideo immerito citatur à Leandro.

144 Igitur obijciunt prædicti AA. Per concionē interrumpitur Miſſa ſine aliqua indecētia: ergo & per confeſsionem ſimiliter poteſt interrumpi in noſtro caſu. Reſp. negādo conſequētiam: quia prior interruptio eſt ordinata ſeu diſpoſita ab Eccleſia; non autē ſecunda. Immo præcipit, Miſſam non interrumpi. ¶ Obi. 2. ſi celebranti Miſſam ſolemnè aſsiſtat cōfeſſarius cantaturus epiſtolam, aut Evangelium, & ei occurrat memoria alicui' mortalis, facillimè poteſt ab illo abſolvi abſque indecentia, & penè ſine aliorum obſervatione: ergo tunc tenetur cōfiteri. Reſ. negādo, tūc nō intervenire indecentiā interruptionis ſacrificij.

DVB. XXI.

145 PEtes 21. (obitèr quidē: quia non tàm ſpectat ad caput neceſsitatis vrgentis; quā ad complementum dictorū de peccatis oblitis ante communionē:) an ille, qui confeſsionē præmiſerat ad cōmunicandū, ſed antequàm ad altare accederet, meminit alicuiꝰ mortalis non confeſsi, teneatur, illud cōfiteri, antequàm communicet? Reſpondetur affirmativè. Quia verè eſt conſcius peccati mortalis: & aliàs habet copiam confeſſoris: ut ſupponimus. Ita *Suarez diſp. 66. ſect. 4. §. Huius occaſione, Lugo diſp. 14. num. 126.* Di*ana p. 9. tract. 3. Reſ.* 4. (dicens, oppoſitū eſſe omninò improbabile) *& Filliucius, quos citat, & ſequitur Leandrus diſput. 7. quæſt.* 21.

146 Sed oppoſitum defendebat aliquando Cornejo *tract. 4. de Euchariſt. q. 80. art. 4. diſput. vnica dub. 3. & expreſsè Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 6. quæſt. 4. ſect. 1. num. 105. ex Ioanne Prapoſito in 3. p. queſt. 80. art. 5. dub. 3. num.* 15. exiſtimantes, ſatis eſſe habere propoſitum illud peccatum ſuo tempore confitendi. Quam ſententiam prędictus Doctor exiſtimavit probabilem; ſed non benè: (inquit pręcitatus Leandrus) quia illam, delere iuſſerunt Cenſores fidei: vt habetur in Expurgatorio pro to a Hiſpania edito anno 1640. in appendice. (concludit prædictus Leandrus ibi) Igitur pro iſta ſententia contra noſtram obijcitur primò. Homo iſte iam implevit præceptum præmittendi confeſſionem ſacramentalem ante communionem. & aliàs eſt in ſtatu gratiæ: (ut ſupponimus; ſupponimus enim, quòd poſt confeſsionem nullum mortale peccatum commiſerit) ergo non tenetur confiteri peccatum oblitum ante communionem: ſatis ergo erit, quòd tale peccatum confiteatur poſteà tempore ab Eccleſia præſcripto, nempè, aut in articulo mortis, aut ad implendum præceptum annuæ confeſsionis; aut ad novā aliam communionem faciendam. Reſpondetur negando antecedens: quia præceptum illud Tridentini præmittendi ſacramentalem confeſsionem communioni non eſt præceptum confitendi utcumque, ſed confitendi omnia, & ſingula mortalia ante communionem. (Fideliū enim praxis, & Eccleſiæ vſus ſic explicat illud præceptū. ut notat Lugo ibi *à n.* 126.) Hoc autem non impletur, niſi illud aliud peccatum deferatur ad iudicium confeſſoris ante cōmunionem. Eſt autem exemplum

plum ſimile in præcepto confitendi in articulo mortis: quod ſimilitèr obligat ad confitendum omnia peccata, etiam oblita.

147 Obi. 2. qui ex oblivione ommiſit aliquod mortale, ſic implevit præceptum annuæ cõfeſsionis, ut non teneatur peccatum oblitum cõfiteri illo anno, ſed ſufficit illud confiteri, quãdò adimplet præceptum cõfitendi pro anno ſequẽti: ergo à ſimili, qui cõfeſſus eſt ad implendum præceptum cõfitendi ante communionẽ, non tenetur confiteri peccatum oblitum uſque ad aliam cõmunionem. Reſp. cum Lugo ibi *n.* 128. diſparitatem eſſe, quòd uſus fidelium alitèr, & alitèr recepit illa duo præcepta. Potuit autem iſte diverſus uſus fundari in diverſo modo imponendi utrumque præceptum. In illo enim annuæ cõfeſsionis (quod extat *in cap. Omnis utriuſque ſexus de Pœnit. & Remiſsione*: & de quo in Tridẽt. *ſeſ.* 14. *cap.* 5.) ſolùm dicitur, quod *ſemel ſaltẽ in anno confiteatur proprio Sacerdoti.* Vndè multi ſumpſerunt occaſionem probabilitèr opinandi, non eſſe obligationem iterùm confitendi eodem anno peccata oblita, quæ de novo veniunt in memoriam. In noſtro autem caſu non iubetur ſemel confiteri ante communionem; ſed ſimplicitèr cõfiteri omnia peccata, eodem modo, ac præcipitur confeſsio in mortis articulo.

148 Obi. 3. quando ad lucrandum Iubilæũ exigitur confeſsio, nõn requiritur intra tẽpus Iubilæi iterùm confiteri propter peccatum oblitum: ergo nequè ad communicãdum. Reſp. diſparitatem eſſe, quòd ad Iubilæum ſolùm requiritur confeſsio utcumque; ad comunionem autem requiritur confeſsio omnium mortalium, ſeu peccati, quod conſcientia gravat. ¶ Contra: non gravat cõſcientiam peccatum mortale in confeſsione oblitum: cum iam pœnitens ab illo ſit indirectè abſolutus. Reſp. in præſenti dici à concilio gravari conſcientiam illius, qui cognoſcit, ſeu conſcius eſt peccati, quod per confeſsionem non expiavit. Et ideò, etſi per contritionẽ conſcientia a quocumque mortali exoneretur, præcepit conciliũ, *vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumvis ſibi cõtritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram Eucharistiam accedere debeat ſeſ.* 13. *capit.* 22.

DVB. XXII.

149 PEtes 22. an communicare infirmum pro viatico ſit urgens neceſsitas, ut ſacerdos, cui deeſt copia confeſſoris, celebret contritus ſine prævia cõfeſsione? Reſp. affirma-

mativè. Quia ex nõ celebratione tunc non ſolùm admiratio, ſed etiam ſcandalũ, & infamia oriretur contra Sacerdotem. (ſuppono, aut eſſe ſolum, aut alium non velle celebrare: necnon & quòd abſque celebratione tunc infirmus nequit recipere viaticũ.) Qui enim videret in tàm urgenti proximi neceſsitate nolle celebrare, ſuſpicaretur, eſſe ſub mortali: præſertim, qui ſciret, eum licitè poſſe tunc, etiam ſi non ſit ieiunus, communicare: vt diximus *num.* 49. ¶ Addo, quòd, etiamſi nota non foret, poſſet cõtritus tunc celebrare: quia urget præceptum tunc porrigendi Viaticum infirmo. Quãvis enim præceptum communicandi in articulo mortis directè imponatur infirmo; indirectè imponitur parocho, & defectu huius cuilibet Sacerdoti potẽti tunc ſacramentum miniſtrare. (Recolantur dicta *num.* 51.) Quarè exiſtimo, tunc Parochũ, & defectu illius quemlibet Sacerdotem, cui deeſt còpia confeſſoris, non ſolùm poſſe, ſed etiam teneri, celebrare contritum; ut impleat præceptum ſibi indirectè impoſitum. ¶ Noſtrã cõcluſionem defendunt *Suar. diſp. 66. ſect. 4. Lugo diſp. 14. num. 107. Granados, Henriq. Tanerus, Diana, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 23.*

150 *Sed Ochagavia, tract. 2 de Euchariſt. q. 9. num. 5. oppoſitũ defendit* addens, opinionem Henriq. (quæ eſt noſtra, & aliorum, quos *num.* 149. citavimus) non eſſe probabilem. Tamen quàm apertè fallatur, per ſe patet ex dictis. Sed, hoc omiſſo, obijcit: non licet, celebrare ad dandum Viaticũ infirmo ſine veſtib' ſacris: ergo neq; ſine prævia cõfeſsione: patet conſequentia: quia præceptum non celebrandi ſine veſtibus ſacris eſt humanum; præceptum autem nõ celebrandi ſine prævia confeſsione eſt divinum. Reſp. ex Diana *p. 9. tract. 3. Reſ. 17.* diſparitatem eſſe, quòd irreverẽtia celebrãdi ſine veſtibus ſacris nequit aliundè ſuppleri: irreverentia verò celebrãdi ſine prævia cõfeſsione ſuppletur per contritionem. Et ideò Eccleſia abſolutè vetat celebrare ſine veſtibus ſacris: non autem vetat abſolutè celebrare ſine confeſsione, ſed ſub hac conditione, aut modificatione, quòd deſit copia confeſſoris, & aliàs urgeat communicãdi neceſsitas. Quarè, his duobus concurrentibus, non urget, ſeu (propriùs loquẽdo) non extat præceptum prohibens communionem ſine cõfeſsione. Præceptum autem prohibens celebrare ſine veſtibus ſacris urget ſemper, & in omni caſu. (excepto illo rariſsimo *num.* 54. adducto.

De

De Sacerdote cum contritione celebrante, ut alius impleat præceptum annuũ communionis.

151 EX quibus infero, iſtum Sacerdotē habere urgentem neceſsitatem celebrādi: & conſequentèr poſſe, ſi aliàs deſit copia confeſſoris, cōtritum celebrare. Quia præceptum tunc communicandi proximum ſibi indirectè impoſitum, urget. Quarè omnia ferè à *num.* 49. dicta ſunt hic applicanda.

De Parocho celebrante in die feſto, ut alij impleant præceptum audiendi Miſſam.

152 INfero 2. Parochū tunc habere urgētem neceſſitatem celebrandi; & conſequentèr, ſi ei deſit copia confeſſoris, poſſe contritum celebrare. Quia urget præceptum indirectè ſibi poſitum celebrādi, ut alij Miſſam tunc audiant. Ita *Suar. diſp* 66 *ſect.* 4. *Diana* 9. *par. tract.* 3. *Reſol.* 9. *Henriquez, Fagund, Bonacina Filliucius, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 7. *q.* 24. Vbi benè notat, nō eſſe audiendos *Corialanum, Archangelum, & Sotū*, qui, etſi hanc ſententiam defendant; eam tamen limitant dicendo, id fieri poſſe ſemel, bis, aut ter. Igitur nobis eſt dicēdum, id fieri poſſe, quotiès extet vera neceſsitas. ¶ Itèm, etiam ſi nō timeatur nota infamiæ Parocho ex non celebratione dimanatura. (In quo ſolùm caſu nobiſcum ſentit Lugo *diſp.* 14. *num.* 114. & pauci negabunt.)

153 *Sed Vazquez diſp.* 208. *num.* 8. *& Ochagavia tract.* 2. *de Euchariſtia quæſt.* 9. *num.* 7. oppoſitum defendunt: & objiciunt. Alij non peccant non audiendo ſacrum; quādo eis deeſt miniſter celebrans: ergo iſte non habet veram, ſeu urgentē neceſsitatem celebrandi. Reſpon. ſimili argumento probari, nec poſſe celebrare ad dandum viaticum infirmò. quod tamen negat ipſe Lugo *diſp.* 14. *num.* 115. Immò & poſſet Parochus, & quilibet alius miniſter, nulla exiſtente cauſa, nolle celebrarę die feſto, etiam ſi ſciat, alios Miſſam non audituros; necnon & quamvis infirmus Viaticum non eſſet recepturus: quia neque illi, neque iſte peccabunt, nolente miniſtro. Quare fallit hæc argumentandi ratio. Alij non peccant Miſſam non audiendo, deficiente, aut nolente celebrare miniſtro: ergo miniſter non peccat, non celebrando. Quod & in alijs materijs paſsim reperitur. Reus enim non peccat non ſolvendo pœnam pecuniariam à lege taxatam: judex tamen peccat illum non multando. Petrus non peccat ſubeundo mortem: medi-

dicus tamen peccat illum non curando. ¶ Igitur ad prædictum argumentum reſpondetur negando conſequentiam: quia teneor celebrare, ut alij Miſſam die feſto audiant: quāvis enim præceptum audiendi Miſsā primariò, ſeu directè obliget alios; tamen ſecundariò, & indirectè obligat Parochum, & defectu illius omnes, & ſingulos Sacerdotes, qui hic, & nunc poſſunt miniſtrare.

De Sacerdote non Parocho celebrante in die feſto, vt alij Miſſam audiant.

154 INfero 3. iſtum etiam habere neceſsitatē tunc celebrandi, & coſequētèr poſſe contritum, & ſine prævia confeſsione, ſi deſit copia confeſſoris, celebrare. Quia, ſuppoſito, non adeſſe alium, qui Miſſam celebret; & conſequētèr totum populum, aut ſaltem aliquos Miſſam non audituros, (qui eſt caſus huius illationis) apud illos notam infamiæ, ſeu ſuſpicionis culpæ mortalis incurreret. Immò, etiam ſi talis nota non timeretur, poterat celebrare. Quia indirectè obligatur præcepto illo, quo alij directè obligantur audire Miſſam. Ita *Fagundez præcep. 3. lib. 3. capit. 9. num. 13. Diana par 9. tract. 3. Reſol. 9. & Leandrus diſput. 7. quæſt. 26.* Quam ſententiam eſſe probabilem, docent *Mercerus, Ademus Optatovius, Leſsius, Tannerus, Trullench, & Hieronymus Garcia citati à prædicto Diana.* Vndè immeritò Lugo *diſput. 14. num. 115.* ait, hanc ſententiam eſſe improbabilem. (concludit prædictus Leandrus)

155 Sed oppoſitum defendunt *Suarez diſput. 66. ſect. 4. §. Maior difficultas, Filliucius, Peſſantius, Layman, C. Hurt. Lugo, Philibertus, & alij apud Leandrum ibi:* & objiciunt, quòd, etſi in Parocho appareat titulus tunc celebrādi cum contritione tantùm; nempè, ut proprijs ovibus præſtet alimentum: non tamen in alio Sacerdote. Reſp. titulum eſſe obligationem adimplendi præceptum ſe indirectè obligans ad celebrādum, ut alij audiant Miſſam. Hinc fortè motus fuit Diana citatus (Garciam ſecutus) ad affirmādum, quòd, ſicùt Parochiani habent ius petendi paſtum ſpiritualem à ſuo Parocho. (& in præſenti erit, quòd celebret die feſto, ſi non ſit alius Sacerdos) ita Chriſtiani habent ius illum petendi à quocumque Sacerdote, quando liberè illum dare poteſt. Quia (addo ego) indirectè obligatur ipſomet præcepto, quo alij directè obligantur ad audiendum Miſſam.

(.*.)

De Sacerdote celebrãte, vt impleat præceptum audiendi Miſſam.

156 INfero 4. illum habere vrgentem neceſsitatẽ celebrãdi: & conſequẽtèr poſſe contritum tantùm, ſi deſit copia confeſſoris, celebrare. Quia vrget præceptum audiendi ſacrum. Tridentinum autem nihil de qualitate neceſsitatis expreſsit. Ita *Diana p. 9. tract. 3. Reſ. 9. Henriq. Fagund. Dicaſtillo, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 25.*

157 Sed *Suar. diſp. 66. ſect. 4. § Maior difficultas, Filliucius, Bonacina, Lugo, Laymam, & alij apud dictos Dianam, & Leandrũ oppoſitum defendunt.* Pro qua ſententia obijcies: præceptum audiẽdi Miſſam eſt Eccleſiaſticum: præceptum verò cōfitendi ante communionem eſt diuinũ: ergo quando incompatibilitèr concurrunt, potiùs eſt ſeruandum diuinum, quàm humanũ: ergo potiùs eſt ommittẽda auditio Miſſæ, quàm celebrare contritum, ſeu ſine præuia cōfeſsione. Reſp. negando ſuppoſitum primæ conſequentiæ, nẽpe, currere, ſeu extare præceptum confitendi ante communionem, quando deeſt copia confeſſoris, & aliàs vrget neceſsitas celebrandi, aut cōmunicãdi. Cùm ergo in noſtro caſu ſolùm currat, aut obliget præceptum audiendi Miſſam, poſsitque adimpleri à Sacerdote celebrante contrito tantùm, ſeu ſine præuia confeſsione, (quia tunc non currit præceptum confitendi ante communionem, cùm & vrgeat præceptũ audiendi Miſſam, quod tũc aliter impleri nequit; & aliàs deſit copia confeſſoris. Quibus duobus concurrentibus, declarat Tridentinum, poſſe hominem abſque præuia confeſsione communicare) falsò ſupponit argumentum concurrentiam duorum præceptorum, nempe diuini præmittendi confeſsionẽ ad communionem; & Eccleſiaſtici audiendi Miſſam.

DVB. XXIII.

158 PEtes 23. an celebrare pro defuncto, cuius animam multùm indigere ſacrificio, prudentèr exiſtimatur, ſit neceſsitas vrgens, vt Sacerdos, cui aliàs deficit copia confeſſoris, poſsit contritus celebrare? Reſp. affirmatiuè. Quia tunc vrget proximi neceſsitas ſpiritualis; quæ propria reputanda eſt. *Ita Silueſter verb. Euch. 2. n. 6. Henriq. lib. 8 cap. 46. num. 6. Fagundez, Philibertus, & alij apud Leandrum tract. 7. quæſt. 31. quos, & ipſe probabilitèr ſequitur.*

159 Sed *Suar. diſp. 66. ſect. 4. in fine, Filliucius, Bonacina & alij apud Leandrum ibi* oppoſitũ defendunt: & obijciunt, hanc neceſsi-

dicus tamen peccat illum non curando. ¶ Igitur ad prædictum argumentum reſpondetur negando conſequentiam: quia teneor celebrare, ut alij Miſſam die feſto audiant: quãvis enim præceptum audiendi Miſsã primariò, ſeu directè obliget alios; tamen ſecundariò, & indirectè obligat Parochum, & defectu illius omnes, & ſingulos Sacerdotes, qui hic, & nunc poſſunt miniſtrare.

De Sacerdote non Parocho celebrante in die feſto, vt alij Miſſam audiant.

154 INfero 3. iſtum etiam habere neceſsitatẽ tunc celebrandi, & cõſequẽtèr poſſe contritum, & ſine prævia confeſsione, ſi deſit copia confeſſoris, celebrare. Quia, ſuppoſito, non adeſſe alium, qui Miſſam celebret; & conſequẽtèr totum populum, aut ſaltem aliquos Miſſam non audituros, (qui eſt caſus huius illationis) apud illos notam infamiæ, ſeu ſuſpicionis culpæ mortalis incurreret. Immò, etiam ſi talis nota non timeretur, poterat celebrare. Quia indirectè obligatur præcepto illo, quo alij directè obligantur audire Miſſam. Ita *Fagundez præcep. 3. lib. 3. capit. 9. num. 13. Diana par 9. tract. 3. Reſol. 9. & Leandrus diſput. 7. quæſt. 26.* Quam ſententiam eſſe probabilem, docent *Mercerus, Ademus Optatovius, Leſsius, Tannerus, Trullench, & Hieronymus Garcia citati à prædicto Diana.* Vndè immeritò Lugo *diſput. 14. num. 115.* ait, hanc ſententiam eſſe improbabilem. (concludit prædictus Leandrus)

155 Sed oppoſitum defendunt *Suarez diſput. 66. ſect. 4. §. Maior difficultas, Filliucius, Peſſantius, Layman, G. Hurt. Lugo, Philibertus, & alij apud Leandrum ibi:* & obijciunt, quod, etſi in Parocho appareat titulus tunc celebrãdi cum contritione tantùm; nempè, ut proprijs ovibus præſtet alimentum; non tamen in alio Sacerdote. Reſp. titulum eſſe obligationem adimplendi præceptum ſe indirectè obligans ad celebrãdum, ut alij audiant Miſſam. Hinc fortè motus fuit Diana citatus (Garciam ſecutus) ad affirmãdum, quòd, ſicùt Parochiani habent ius petendi paſtum ſpiritualem à ſuo Parocho (& in præſenti erit, quòd celebret die feſto, ſi non ſit alius Sacerdos) ita Chriſtiani habent ius illum petendi à quocumque Sacerdote, quando liberè illum dare poteſt. Quia (addo ego) indirectè obligatur ipſomet præcepto, quo alij directè obligantur ad audiendum Miſſam.

(.*.)

De Sacerdote celebrãte, vt impleat præceptum audiendi Miſſam.

156 INfero 4. illum habere vrgentem neceſsitatẽ celebrãdi: & conſequẽtèr poſſe contritum tantùm, ſi deſit copia confeſſoris, celebrare. Quia vrget præceptum audiendi ſacrum. Tridentinum autem nihil de qualitate neceſsitatis expreſſit. Ita *Diana p. 9. tract. 3. Reſ. 9. Henriq. Fagund. Dicaſtillo, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 25.*

157 Sed *Suar. diſp. 66. ſect. 4. § Maior difficultas, Filliucius, Bonacina, Lugo, Laymam, & alij apud dictos Dianam, & Leandrũ oppoſitum defendunt.* Pro qua ſententia obijcies: præceptum audiẽdi Miſſam eſt Eccleſiaſticum: præceptum verò cõfitendi ante communionem eſt diuinũ: ergo quando incompatibilitèr concurrunt, potiùs eſt ſeruandum diuinum, quàm humanũ: ergo potiùs eſt ommittẽda auditio Miſſæ; quàm celebrare contritum, ſeu ſine præuia cõfeſsione. Reſp. negando ſuppoſitum primæ conſequentiæ, nẽpe, currere, ſeu extare præceptum confitendi ante communionem, quando deeſt copia confeſſoris, & aliàs vrget neceſsitas celebrandi, aut communicãdi. Cùm ergo in noſtro caſu ſolùm currat, aut obliget præceptum audiendi Miſſam, poſsitque adimpleri à Sacerdote celebrante contrito tantùm, ſeu ſine præuia confeſsione, (quia tunc non currit præceptum confitendi ante communionem: cùm & vrgeat præceptũ audiendi Miſſam, quod tũc aliter impleri nequit; & aliàs deſit copia confeſſoris. Quibus duobus concurrentibus, declarat Tridentinum, poſſe hominem abſque præuia confeſsione communicare) falsò ſupponit argumentum concurrentiam duorum præceptorum, nempe diuini præmittendi confeſsionẽ ad communionem; & Eccleſiaſtici audiendi Miſſam.

DVB. XXIII.

158 PEtes 23. an celebrare pro defuncto, cui animam multùm indigere ſacrificio, prudentèr exiſtimatur, ſit neceſsitas vrgens, vt Sacerdos, cui aliàs deficit copia confeſſoris, poſsit contritus celebrare? Reſp. affirmatiuè. Quia tunc vrget proximi neceſsitas ſpiritualis; quæ propria reputanda eſt. *Ita Silveſter verb. Euch. 2. n. 6. Henriq. lib. 8. cap. 45. num. 6. Fagundez, Philibertus, & alij apud Leandrum tract. 7. quæſt. 31. quos, & ipſe probabiliter ſequitur.*

159 *Sed Suar. diſp. 66. ſect. 4. in fine, Filliucius, Bonacina & alij apud Leandrum ibi* oppoſitũ defendunt: & obijciunt, hanc neceſsi-

ſecundùm aliquorum opinionem tunc probabilem, non requireretur neceſsitas ad communicandum cùm contritione tantùm, ſeu ſine præmiſſa confeſsione) cur non mitiùs eſt interpretanda, dummodò vera neceſsitas cum aliquali obligatione reperiatur? Nec hoc eſt, nimiam licētiam Sacerdotibus dare celebrandi abſque præmiſſa confeſsione; ſed veram, & legitimam mentem pię matris Eccleſiæ declarare.

DVB. XXV.

162 PEtes 25. an ſpes magni fructus ex cōmunione percipiendi ſit neceſsitas vrgens ad communicandū ſine confeſsione, ſi deſit copia confeſſoris? Reſp. negativè; loquendo de fructu, ſeu gratia, quę generalitèr datur omnibus dignè communicantibus: loquendo autem de vberiori fructu, quem propter digniorem diſpoſitionem aliquis eſſet recepturus, affirmativè eſt reſpondendum. Prior pars probatur: cùm enim Eccleſia ſciat, talem fructum, ſeu gratiam dari vi communionis omnibus dignè communicantibus; & alias vrgentem neceſsitatem ad non præmittendum communioni confeſsionem petat, aliā neceſsitatē exoptat. Poſteriorem partem probo, ex eo quòd non eſt dubitādum, homini eſſe neceſſariam illam maiorē gratiam, etſi non abſolutè, & ſimplicitèr, tamen ſecūdùm quid, ſeu ad meliùs conſequendum vitam æternam, & alias Eccleſia non ſupponit illam conferri vi ſacramenti, ſeu communionis: ergo fructus ille vberior ſub nomine neceſsitatis ab Eccleſia petitæ poteſt intelligi.

¶ Nec valet dicere, vberiorē illum fructum potiùs vtilem, quàm neceſſariū eſſe appellandum: & conſequenter non invenire ibi neceſsitatē, ſed vtilitatem. ¶ Contra hoc enim extat, quòd apud Philoſophos, & Theologos, quod eſt vtile, neceſſarium, non ſimplicitèr, ſed ſecundum quid vocitatur: vt, nemine negaturo, ſuppono.

163 Hinc cōſtat, in quo ſenſu ſit vera ſentētia *Caietani, Tabienæ, Armillæ, & aliorum apud Henriq. lib. 8. cap. 47. num. 1.* abſolutè affirmans, in caſu propoſito poſſe quempiam communicare, nō pręmiſſa confeſsione. Itèm conſtat, in quo ſenſu ſit vera oppoſita ſentētia id abſolutè negans: quam certiſſimam ſibi eſſe affirmat Leandrus *diſp. 7. quæſt. 33. & pro ipſa citat Suar. Henriq. Nugnum, Reginaldum, Bartholomæum ab Angelo & alios apud Bonacinam diſp. 4. quæſt. 6. num. 25.* Hæc (inquā) vera eſt de illo, qui tantùm reciperet ex communione fructum, aut gratiam, quę generalitèr impertitur omnibus dignè

dignè communicantibus. Altera verò ſententia eſt intelligẽda de illo, qui fructum vberiorem reciperet ex cõmunione.

De illo qui ex communione ſperat magnum iuvamem contra peccatum.

164 VNdè infertur à fortiori poſſe illum, ſi aliàs deſit copia confeſſoris, cũ ſola contritione communicare. Quia in eo verè vrget neceſsitas (ſecundum quid) quã Tridentinum requirit. *Ita Silveſter verb. Euch, 2. num. 9. in fine, Fagundez præcep. 3. lib. 3. cap. 9. num. 7. Caiet. Tabiena, & Armilla, quos probabilitèr ſequitur Leãdrus tract. 7. diſp. 7. quæſt. 34.* Etſi fateatur, AA. id communitèr negare.

165 Pro multis ex dictis *à n.* 137. nota id, quod *n.* 143. expendebamus circa mentẽ Scoti, nempè non ſolùm hos caſus, ſed etiam eorum rationes fundamentales Scotũ ommiſiſſe. Et ideò in nullo eſſe nos Scoto contrarios. Quamvis enim *in 4. d. 9. §. Dicendum verſ. Si autem* apertè doceat, eum, qui vult communicare, aut celebrare, & aliàs ſentit, ſe habere mortale, debere vitare communionem; & expectare confeſsionẽ, ſi poteſt ſine ſcãdalo. Vndè cõſequẽtèr docere videtur, quòd, ceſſante ſcandalo, numquã licet communicare, aut celebrare ſine prævia cõfeſsione. Quarè in aliquibus ex dictis *à n.* 137. poſſemus videri Scoto contrarij. Sed abſit iſta ſuſpicio: ſicùt enim *num.* 143. expendebamus, in quocũque ex caſibus *à num.* 137. excuſsis reperitur alia ratio cogens ad celebrandum ſine præuia confeſsione, quando deeſt copia cofeſſoris. Verum ergo eſt, quod Scotus docet, ſcilicèt, quòd vitanda eſt communio ab illo, qui eſt ſub mortali, ceſſante ſcandalo. Tamen ſi aliundè cogat alia ratio, celebrari, aut cõmunicari poteſt, etiam ceſſante ſcandalo. Recolantur dicta *num.* 132. & 135. & 143.

DVB XXVI.

166 PEtes 26. an in caſibus, in quibus licitum eſt ſumere Euchariſtiam ante cõfeſsionem, opus ſit elicere actũ cõtritionis? Reſp. affirmativè. Quia Euchariſtia eſt ſacramentum viuorum. (ſic vocant ſacramentum illud, quod ad ſuã dignam receptionem ſupponit ſtatũ gratiæ in recipiente: quæ gratia ſanctificans vocatur vita animæ.) Ergo ad dignam eius receptionem in illo, qui ſentit, ſe eſſe in peccato mortali, debet precedere aut confeſsio ſacramentalis, aut ſaltèm cõtritio, ſeu dilectio Dei ſuper omnia, deficiente copia confeſſoris, & nullo modo ſufficiet attritio:

tritio: quia per iſtam extra ſacramentum nō iuſtificatur homo, vt ſuppono. ¶ Dices.ſatis probabile eſt, ſacramenta vivorum præſtare primam gratiā per accidens: ergo Euchariſtia ſimul cùm attritione cauſabit gratiam ſanctificantem, ſi homo cum attritione tantùm accedat. Ergo ſufficit recipere Euchariſtiam cum attritione. Reſp. diſtinguendo primū conſequens, ſeu conditionalem illius: eſt enim verum, ſi inculpabilitèr accedat cum attritione tantùm; quod contingeret, ſi quando accedit, prudētèr exiſtimavit, verè eſſe contritum: cùm enim tunc non peccaret accedendo ad Euchariſtiā, hæc (per accidens; aut ex vi ſuæ inſtitutionis ſecundum rationē genericam: vtroque enim modo poſſe philoſophari propugnabamus *in tract. de ſacramentis in genere cap.4. à num.11.*) cauſaret primam gratiam. Eſt autem falſum, ſi cum attritione cognita accedat: cùm enim ad recipiendum ſacramentum vivorum debeat homo accedere vivus, ſeu in ſtatu gratię, in ipſa receptione peccaret, & conſequentèr impediret cauſationē gratiæ ſacramentalis.

167 Hæc aſſertio tàm certa eſt, (inquit Diana *p.9.tract.3. Reſ 19.*) vt contraria, nec probabilis ſit; nec ſine temeritate defendi poſſe, videatur. Et in hoc coueniunt omnes DD. Nā Caietanus, & alij *num.105.* citati, qui ante Tridentinum negarunt neceſſitatem cōfeſſionis ante cōmunionem; vt certum ſupponebant neceſſitatem contritionis. (Aut amoris Dei ſuper omnia) Immò, quia hæc ſufficit ad iuſtificationem, colligebant, confeſſionem nō eſſe neceſſariam. Omnes autē alij, qui contra prædictos Caietanum, &c. conſpirabant in hoc, quod confeſſio erat neceſſaria, (adhùc ante Tridentinū) apertiùs ſupponebant, hominē debere comunicare in ſtatu gratiæ; & conſequētèr defectu cōfeſſoris, & vrgente neceſſitate, debere elicere contritionem. Sufficiat nobis Scotus *in 4.d.9. §. Dicendum verſ. De tertio dico:* vbi loquendo de Sacerdote ad celebrandum induto, qui non haberet confeſſorem pro peccato memoriæ tunc occurrente, & alias timente notam, aut ſcandalum, ſic loquitur: *tunc cū contritione, & voluntate confitendi tempore opportuno poteſt celebrare, vt ſcandalum evitetur.* ¶ Nota obitèr fundamentum, quo ante Tridentinum ductus fuit Scotus ad requirendū confeſſionem ante communionē: fortè enim hac etiam ratione ductum fuit ipſum concilium *ſeſ.13.ca.7. & can.11.* cuius verba dedimus *num.104* *Quia nōn tantùm* (inquit Scotus) *debet reconciliari Deo ſed Eccleſiæ ad hæc, quòd dignè recipiat ſacramentum*

Eccle-

ſe eſſe ſub mortali: non tamen eſt mihi certum, ante cõſecrationem debere elicere contritionem. Quia, licèt certum ſit, miniſtrum ſacramenti (ſaltèm ſpecialitèr deputatum) egere ſtatu ſanctitatis, ſeu gratiæ ſanctificantis ad dignam, ſeu licitam ſacramenti adminiſtrationem: & conſequentèr peccare mortalitèr, ſi in peccato mortali ſacramentum aliquod adminiſtret: vt diximus *in tract. de ſacram. in genere cap. 3. à num. 91.* Eſt tamen inter AA. non parva controverſia in reddendo rationem, propter quam ſit peccatum mortale, aut fiat gravis irreverentia Deo à miniſtro, qui ſine ſanctitate, aut in peccato mortali ſacramẽta adminiſtrat. De quo duæ extãt opiniones. Alteram defendunt *Caietanus, Suar. Bonacina, & alij* dicentes, hanc irreuerẽtiam, ſeu peccatũ provenire, ex eò quod miniſter eſt ſpecialitèr deputatus per ſacramẽtum ordinis ad adminiſtrandum ſacramẽta cũ reverentia debita. Altera autẽ ſententia eſt *Vazq. & aliorum* aſſerentium, hanc irreverẽtiã, ſeu peccatum provenire, ex eo quod miniſter ſacramentorum debet cum Deo authore ſacramentorum; nécnon, & cum ipſorum ſacramentorum ſanctitate cõformari, vt ita cogruẽtèr vtatur ipſorum miniſterio. A qua conformatione deficit miniſter, qui non eſt in gratia, ſeu qui eſt ſub mortali. Recolãtur dicta *ibidem num. 92. & deinceps.*

171 Hinc ergo conſtat, immeritò ſtatui, vt certũ, neceſſariò eliciendam eſſe cõtritionem ante cõſecrationem à Sacerdote, qui ante illam meminit, ſe eſſe in peccato mortali: aliàs de novo peccaturũ, affirmãt. Quamuis enim hoc ſit certum in ſentẽtia illa priori, quæ affirmat, ideò peccare mortalitèr miniſtrum, qui exiſtẽs ſub mortali ſacramenta miniſtrat; quia per ordinem eſt ſpecialitèr deputatus ad miniſtrãdum: & conſequentèr gravem irreverentiam irrogat Deo indignè adminiſtrans. Tamen in poſteriori ſentẽtia, quæ affirmat, hoc provenire, non ex ſpeciali deputatione, ſed ex eo quod actione ſua producat gratiam, & ſanctitatem in recipiẽte ſacramẽtum, & ideo debet ſe cõformare in ſanctitate, ſeu gratia ſanctificãte cum Chriſto D. authore ſacramentorum; necnon, & cùm ipſis ſacramentis, à quibus (inſtrumentalitèr) producitur gratia. (Quam ſententiam nos ibi propugnavimus) hoc non eſt certum; immò oppoſitum eſt dicendũ: cùm enim in conſecratione non producatur gratia ſanctificans; nec iuſtificetur aliquis per conſecrationem; nõ currit prædicta ratio. Etenim, licèt conſecratio ſit altiſsima actio, ſeu cõſecrare

[illegible]it altiſsimum myſterium; non tamen cogit aliqua ratio, requiri ad illud ſtatum gratiæ ſanctificantis; ſicùt nequè re[illegible]ur ad manibus tractandũ [illegible]acramentum, ſeu ad il[illegible]bus diſtribuendam: vt [illegible] *cùm Lugo diſp.18.num.* [illegible]*o.tract.7. Reſ.41. & [illegible] Vazq. & multis alijs,* [illegible] *ſequitur Leandrus* [illegible]*eſt.25.*

[illegible] Igi[illegible] propter hæc præd[illegible] Lugo, & [illegible]iorum ſententi[illegible] *num.* 1[illegible]9. a[illegible] non omnino fido. Immo omnino diffiderem, niſi aliquantulum timerem, Scotum *in 4.d.9.§. Ad primum verſ. Ad ſecundum* prædictis Authoribus fauere: dicit enim: *Sacerdos, priuſquã conſecret tenetur laborare, vt ſit extra peccatum mortale.* Et quamvis ly *tenetur* poſſet explicari de obligatione congruentiæ tantùm: quia Scotus nequè aliquam rationem adducit, nequè hoc petebat argumentum, cui reſpõdebat. (Erat enim de neceſsitate gratiæ ad dignã communionem; non autem ad dignè offerẽdum ſacrificium) Tamẽ, ne Scoto in aliquo videamur diſſentire, conſultò dixi *num.* 170 & iterùm repeto, quod illi ſententiæ non omninò fido: atque adeo contra illam obiecta, nõ abſolutè, ſed probabilitèr tantùm ſint dicta.

DVBIVM XXVIII.

173 PEtes 28. an cõmunicaturus, (ſiue ſit laicus altari iam applicatus, ſiue Sacerdos Miſſam iam celebrans) qui cõfeſsionẽ præmiſerat, & tunc meminit alicui' mortalis inculpabilitèr obliti, aut non cõfeſſi, teneatur, elicere cõtritionẽ ante communionem? Reſp. negativè. Quia iam ſupponitur in ſtatu gratiæ per confeſsionẽ præmiſſam. *Sic Lugo diſp.14.n.121. Diana 2.p.tract.14. Reſ.48. Vazq. Præpoſitus, & Dicaſtillo: quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.7.q.19.* Vbi vendicat Dianam à Lugo ſibi imponẽte, immeritò citaſſe Reginaldum pro oppoſita ſententia. Prædictus autem Leandrus locũ demonſtrat, vbi id docet Reginaldus ex Medina, Suar. & Graffio, nẽpè *in 1.t.lib.5.cap.4. ſect.3. num.55. verſ.ſeptima propoſitio p.270.* Notat tamen Leandrus, meritò dixiſſe Lugo, Medinã, Suar. & Graffium non docuiſſe illam ſententententiam. ¶ Neque argumentum, quod pro Reginaldo fieri poteſt in hunc modum, (quantumvis contritus debet confiteri ante communionem: ergo & de peccato non confeſſo debet ante communionem conteri, quantumvis ſibi contritus videatur) alicuius eſt momenti. Debet enim confiteri in primo caſu, quia ſic eſt præceptum: non autem debet con-

Digitized by Google

conteri in ſecundo, quia non eſt ſic præceptum.

174 Prædictam reſolutionem, aut eius doctrinam extenderem ego ad illum, qui antequàm accederet ad Euchariſtiã, (ſive celebraturus, ſivè tantùm communicaturus) eliceret actũ contritionis (aut amoris Dei ſuper omnia) omnium peccatorum ſuorum, nullo in particulari determinato: quia nulli' non cõfeſsi tunc conſcius erat. Quia, cùm per talem actũ contritionis homo redierit ad ſtatum gratiæ, ſi poſtea meminit alicuius mortalis nõ confeſsi, non eget de illo conteri; ſed ſufficit habere propoſitũ illud tẽpore opportuno confitendi. Quarè optimum cõſilium erit, eum, qui iudicat, ſe non habere aliquod mortale, & alias nõ vult confeſsionem, aut de venialibus, aut de mortalibus iam confeſsis efficere, antequàm communicaturus, aut celebraturus accedat, elicere actum contritionis omnium ſuorum peccatorum. Sic enim liberabitur a ſcrupulo, vel moleſtia, illũ eliciendi in caſibus, in quibus (ex dictis *à num.*112.) poteſt quis, non præmiſſa confeſſione, Euchariſtiã ſumere contritus, ſi tunc meminit alicuius mortalis. Totam hanc doctrinam (tàm concluſionis, quàm extenſionis) expreſsit Scotus, quamvis ab Authoribus illius non nominetur, *in* 4. *diſtinct.*9. §. *Ad primum verſ. ad ſecundum.*

Tertium certum.

175 Erat, (vt cõſtat *ex num.* 87.) quòd, ſi defectu copiæ confeſſoris, & aliàs vrgente neceſsitate, Sacerdos ſine prævia confeſsione celebravit, quàm primum poſsit, confiteatur: ut expreſsit Tridentinum: cuius verba dedimus *num.* 104. Circa hanc autem concilij diſpoſitionem, extant aliqua dubia.

DVB. XXIX.

176 Petes 29. an hæc Tridẽtini diſpoſitio contineat præceptum? Reſp. negativè. Quia odia ſunt reſtringẽda: cùm ergo intentum concilij ſolùm fuerit inſtruere fideles ad dignam communionẽ: (vt conſtat ex inſcriptione illius capitis ſeptimi; quæ talis eſt. *De præparatione, quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat.*) Hocque adæquatè fecerit per præceptum de confitẽdo ante communionem: alia diſpoſitio, quam addit de confitendo quam primũ poſsit ille Sacerdos, qui dignè communicavit contritus defectu confeſſoris, & urgente neceſsitate; potiùs conſilium, quã præceptum eſt reputandũ. Præterea ſi eſſet præceptũ, cur Sacerdoti tantùm, & non etiam

laico imponerētur? Ita *Ledeſma in ſumma cap. 11. Euchar. ante 9. concluſ. noſtri Villal. p. 1. tract. 7. diff. 37. num. 7. & Ludovicus de S. Iuan q. 7. de Euchar. art. 7. dub. 2. in fine.* Quam ſententiam *amplecti videtur Diana 2. p. tract. 14. Reſol. 60. & probabilē innuit Cornejo tract. 4. de Euchar. q. 80. art. 4. dub. 3. & tenet noviſsimè Tamburinus in Method. expedite cõmunionis c. 1. § 6. à num. 49. teſte Leandro diſp. 7. q. 46.*

177 *Sed Suar. diſp. 66. ſect. 7. Lugo diſp. 14. num. 135. Diana p. 9. tract. 3. Reſol 22. Vazq. Filliuc. Ægid. & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi* oppoſitū affirmant: & objiciunt, quod verbū illud *confiteatur* eſt imperativū, ſeu ſatis indicat præceptū. cùm ſit imperativum. Reſp. negando, ex verbis prçciſè ſuperioris colligi præceptū; etſi aliàs ſint imperativi modi. De quo præſertim legatur Diana *p. 3. tract. 6. Reſ. 74.* ubi circa hanc quæſtionem (*an verba imperativi modi preceptum contineant?*) tres refert ſententias. Prima negat, verba imperativa (ut v. g. facite, cavete, ſolvite, abſtineant omnes, nemo audeat, &c.) prçceptum continere. *Ita noſter Caſtrus de lege pœnali lib. 1. cap. 5. docum. 4. Caiet. in 2. 2. q. 166. art. 4. circa ſolutionem ad 2. Carbo de legibus lib. 7. diſput. 4. ad finem, & alij.* ¶ Secunda opinio putat, dicta verba ſolùm importare obligationem ſub veniali, non autem ſub mortali. Ita *Navarrus in manuali cap. 23. num. 49. Emmanuel Sà verb. lex num. 6. Sayrus in Clavi Regia lib. 3. cap. 7. num. 16. & alij.* ¶ Tertia opinio docet, ſtandum eſſe in hac parte conſuetudini Religionis. Quòd ſi de hac cõſuetudine nõ conſtat, attendendam eſſe materiæ gravitatem, & neceſsitatem quæ, ſi magna ſit, & gravitèr à legiſlatore fuerit ponderata, illa verba cenſenda ſunt præceptiva. *Ita Sanch. in ſumma t. 2. lib. 6 cap. 4. n. 39. Vazq. in p. 2. diſp. 158. c. 2. num. 24. & alij.* Hucuſque prædictus Diana ponens aliqua exempla pro tertia opinione ab ipſius Authoribus adducta: quorū vnū eſt, de quo in præſenti diſputamus: exiſtimant enim hi AA. ibi præceptum contineri.

178 Tamen ex ipſorummet doctrina contra ipſos inſurgo: ipſi enim ſtatuunt, attendendā eſſe materiæ neceſsitatē: & peto ab his Authoribus, quænam ſit neceſsitas cõfitendi poſt cõmunionē? Itèm dicunt, cõtinere prçceptū verba imperativa, quando gravitas, & neceſsitas materiæ ſit magna, & à legiſlatore gravitèr fuerit põderata. Verba autē cõcilij circa diſpoſitionē præſentē (quā, nos dicimus, eſſe cõſilium, & Authores oppoſitæ ſententiæ præceptū) ſunt hæc: *Quòd, ſi neceſsitate vrgente, Sacerdos abſque prævia confeſsione celebraverit, quā primùm*

con-

confiteatur. Hinc iterũ peto ab his Authorib⁹, ubi ſit præſentis materiæ gravis ponderatio à cocilio facta? ¶ Dicés, quòd attulerat Tridẽtinum locũ Pauli 1. *Corinth.* 11. *Probet autẽ ſe ipſum homo*; & gravitèr expenderat neceſsítatem huius probationis per ſacramentalem confeſſionem. Fateor quidem; ſed fateantur nobis AA. prędicti, hoc feciſſe Tridentinum ad imponendum pręceptum confeſsionis ante communionẽ, aut saltèm ad declarãdũ, ſemper fuiſſe impoſitum in Eccleſia; & ab omnibus ſemper fore obſervãdum, dummodò non deſit copia cõfeſsionis, urgente neceſſitàte celebrandi. Tamen quãdo concilium tranſit ad diſpoſitionem de confeſsione faciẽda poſt communionem ab illo, qui defectu confeſſoris, & urgentia neceſsitatis ſine prævia cõfeſsione celebravit, ſine aliqua prorſùs ponderatione dicit: *Quod, ſi neceſsitate vrgente Sacerdos abſque prævia confeſsione celebraverit, quàm primùm confiteatur.* Et ideò prædicti AA. ex ſuis principijs potiùs affirmare debebant, ibi nõ cõtineri præceptum.

179 Sed, his, & Authoribus tertiæ ſententiæ ommiſsis, ad ſolvendum prædictũ argumentum ſufficit nobis, dicere cum Authoribus primæ ſententiæ, nullã obligationẽ oriri ex verbis imperativis præciſè ſumptis. Et cum aliàs in noſtro caſu nullum ſit caput, vndè aliqua obligatio coniecturari poſsit: (ut cum Authorib⁹ noſtræ ſententię contra Authores tertiæ paulò ſuperiùs expendebamus) fit aperte, verbum illud *confiteatur* ibi non eſſe præceptivũ, ſed conſiliativum. ¶ Adde, quòd, ſi in re tanti momenti liceret expendere regulas grammaticales, diceremus, adhùc admiſſo, verba imperativa eſſe præceptiva, ſeu obligatoria, (aut ſub culpa tantũ veniali: ut dicunt AA. ſecundæ ſententię; aut ſub mortali: vt aſſerunt AA. tertiæ) ex ly *confiteatur* nihil cõcludi in pręſenti, quia in rigore grãmatico ly *confiteatur* nõ ſpectat ad modũ imperativũ, ſed adoptativũ, aut ſubiunctivum. Quarè, ſi Tridentinum vellet inducere præceptũ, aut obligationem quàm primum confitendi, debebat dicere, *quã prmùm confiteator*: quæ vox eſt modi imperativi. Cùm autem prædicta voce non fuerit uſum concilium, ſed iſta *confiteatur*, quæ eſt vox optativi, ſatis ex rigore grammatico declaravit, ſe nõ tàm præcipere, quàm optare, quòd Sacerdos, qui defectu confeſſoris, & urgente neceſsitate, non præmiſſa confeſſione, ſed tantùm contritus celebravit, quàm primùm poſsit, confiteatur. fortè, ne iterùm ſine pręvia cõfeſsione celebrare cogatur. Quod meritò timuit con-

Digitized by Google

tio cõfitendi, vel ad implendũ præceptum annuæ cõfeſsionis, vel novæ communionis. Nulla enim ratio ſuadet, extra hos duos caſus, neceſſariã fore confeſsionẽ Sacerdoti, qui ob vrgentem neceſsitatem, & defectum confeſſoris, non præmiſſa confeſsione, ſolùm cõtritus celebravit. ¶ Communior autem eſt opinio negãs, hoc præceptum *quàm primùm confitendi* eſſe divinum: dicit enim eſſe merè humanum latum à Tridentino *ſeſ.* 13. *cap.* 7. *Sic prædictus Suar. Navarrus, Ledeſma, Granados, G. Hurt. Lugo, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 7. *quæſt.* 47.

An obligatio prætenſa quàm primùm cõfitendi *obliget etiam laicos?*

183. NEc habet locum in noſtra ſententia quæſtio illa, an præceptum *quàm primùm confitendi* obliget laicos? Circa quàm eſt duplex ſententia. Affirmativam tenent *Navarrus, Henriquez, Valentia, Azor, Sà, Fagund. & Philibertus: & eam iudicant Ludovicus Zerola. & Archangelus.* ¶ Negativã autem *Suar. Vazq. Granados, Bonacina, Layman, Sancius, Lugo, Diana, Cornejo, Villal. G. Hurta. Reginaldus, Ægid. Serra, & alij apud Leandrum diſp.* 7. *quæſt.* 48. qui hanc poſteriorem ſententiam probabiliorẽ exiſtimat, advertens, idem dicẽdum eſſe de Sacerdote non celebrante, ſed communicãte morè laicorum. Quia concilium ſolùm loquitur de celebrante.

An præceptum prætenſum quàm primùm confitendi *comprehendat Sacerdotem, qui abſque prævia confeſsione celebrat in die Paraſceves.*

184 NEquè hæc quæſtio habet locũ in noſtra ſententia. Circa quam affirmativa ſententia eſt ſatis cõmunis: pro qua *Leandrus diſp.* 7. *q.* 49. *citat Suar. Sancium, Filliucium, Villalobos, Diana, & Lugo.* Qui idem docent, quando, deficiente Sacerdote poſt cõſecrationẽ; aſſumitur alius Sacerdos ad cõplendum illud ſacrificiũ. ¶ Partem tamen negativã (circa primum) probabilẽ iudicant *Lugo diſp.* 14. *n.* 139. *& prædict.* *Leand.*

An præceptum prætenſum quàm primùm confitendi *comprehendat Sacerdotẽ, qui in Miſſa meminit peccati, aut tunc illud commiſsit?*

185 NEquè in noſtra ſententia habet locũ iſta quæſtio. Circa quã eſt duplex opinio: Affirmativam tenent *Suar. Bonac. G. Hurt. Reginald. Squilzetes, Megala, & Molfeſius.* ¶ Negativam autem *Vazq. Sayrus,*

Digitized by Google

Silvius (quamvis hic contrariū dicat de Sacerdote, qui in ipſo ſacrificio mortalitèr peccat: minùs tamē cōſequentèr) *Diana*, *Sancius*, *& Lugo apud Leandrum diſp.7.q.*50. quam ſententiā ipſe probabilitèr ſequitur.

An præceptum prætenſum quàm primùm confitendi *cōprehendat eum, qui ex malitia celebrat, nō præmiſſa confeſsione?*

186 NEquè in noſtra ſententia habet locū hęc quęſtio. Circa quam *Silvius*, *Zanardus*, *Vviggers*, *& alij apud Leādrū diſp.7.q.*51. affirmativè reſpondent. Ipſe tamen Leandrus tāquàm probabilius tenet oppoſitum: & citat *Sancium*, *Dianam*, *Granados*, *Villal. Lugo*, *& alios.*

An vi præcepti prætēſi quàm primùm confitendi *teneatur* Sacer*dos ſtatim poſt finitam Miſſam quærere confeſſorem, & confiteri?*

187 NEquè in noſtra ſententia habet locum hæc quæſtio. Circa quam Fagundez *præcepto* 3.*lib.*3.*cap.*8.*n.*9. dicit, ly *quàm primùm* moralitèr eſſe intelligēdum, hoc eſt, cùm primùm iterùm celebraverit. Pro qua ſententia citat Molfeſsiū, & Binsfeldium, apud Dianam 2.*par. tract.*14. *Reſol.* 90. Ita etiam Th. Hurt. *t.* 1. *Reſ. moral. tract.* 3. *capit.* 1. *Reſol.* 14. apud Leandrum *diſp.*7. *quæſt.*53. Pro qua ſententia malè citant *Reginaldum*, *Vazq.* *& Toletum*: ut expendit prædictus Leandrus: qui vendicat Dianam à Lugo ſibi imponēti, malè citaſſe pro hac ſententia *Molfeſsium*, *& Binsfeldiū*. Sed, his omniſsis, multis diſplicet hęc ſentētia adeò, ut ipſe Diana *p.*9. *tract.*3. *Reſol.* 23. de illa ſic loquatur. Eſt igitur hæc opinio reijcienda, nec probabilis exiſtimanda: ut rectè docet Averſa, &c. ¶ *Diana verò ibi, Vincentius Cādidus, Ioannes Vviggers, & alij* dicunt, ſufficientèr impleri prędictū præceptum quàm primùm confitēdi, ſi intra triduum cōfiteatur, dummodò anteà non inſtet neceſsitas celebrādi. ¶ Lugo autem *diſp.*14.*num.*161. dicit, Sacerdotem tunc nō obligari ſtatim poſt Miſſam confiteri; hoc tamen temporis intervallum relinquendum eſſe arbitrio viri prudentis. ¶ Sed Sacerdotem illum teneri ex vi præcepti Tridentini ſtatim, ac finierit Miſſam, ſi opportunè poſsit, confeſſarium quærere, & confiteri, tenet *Sancius in ſelectis diſput.* 32. *num.* 14. *citans Vazq. & Suar. & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi.*

188 Igitur hæ omnes quæſtiones, quas à *num.* 82. libavimus, non habent locum in noſtra ſententia, in qua diſpoſitio illa Tridētini *ſeſs.* 13. *cap.*7. quàm

quàm primùm confitendi, ſi Sacerdos defectu confeſsoris, & urgentia neceſsitatis celebraverit, nullum præceptum, ſed ſolùm conſilium continet.

DVB. XXX.

189 PEtes 30. an, qui celebrat, aut cõmunicat, non præmiſſa confeſsione, caſu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum? Reſpon. negativè. Quia præceptum præmittendi confeſsionem ad communionem nõ eſt propter ipſam, ſed propter Euchariſtiam: undè non tàm eſt affirmativum, quam negativum de non accedẽdo ad Euchariſtiam abſque hac prævia probatione: & conſequentèr ſolùm committitur unum peccatum indignæ communionis. Quia ubi unũ fit propter aliud, ibi non ſunt duo, ſed unum. Ita *Diana par. 9. tract. 3. Reſol. 32. citans Trull. nch, Sotum, Cornejo, & Leandrum.*

190 Vbi obſervat ex Gaſp. Hurtado *diſp. 9. diff. 1. & alijs*, eum, qui intuitu reverentiç ſacramenti Euchariſtiæ prohibitus præcepto aliquo poſitivo adhùc humano, Euchariſtiam ſumere, (vt prohibetur excommunicatus, & non ieiunus, & qui ob aliquod ſpeciale peccatum prohibetur quaſi indignus) eam ſumit in ſtatu, peccati mortalis, non committere duo peccata mortalia, ſed vnum tãtùm numero. Quia, quãvis ſumptio illa ex duobus titulis ſit peccatum, nempè, & quia eſt tranſgreſsio illius præcepti poſitivi, & quia eſt tranſgreſsio præcepti naturalis divini non ſumẽdi Euchariſtiam in ſtatu peccati mortalis; tamen uterque ille titulus eodem modo opponitur virtuti religionis; quia eodemmodo eſt contra reverentiam Sacramẽti; ideò eſt idem in ſpecie peccatum. Itèm eſt idem numero: quia non eſt, unde malitia numericè multiplicetur: cùm materia eadem numero ſit; & non reſpiciat diverſa extrinſeca: immò nullum: cùm ſit abſoluta, nullum extrinſecum reſpiciens.

CAP. IV.

De Miniſtro Euchariſtiæ.

DVplex eſt actio Miniſtri in hoc Sacramento. Altera ad cõficiẽdũ: altera ad deſtruendum, ſeu ad dandum ſacramentum ſuſcipienti. De vtraque autem eſt agendum in præſenti.

(.*.)

De Miniſtro Euchariſtiæ quoad conſecrandum.

DVB. I.

1 PEtes primò, an ſolus Sacerdos ſit Miniſter Euchariſtiæ quoàd conſecrationem? Reſp. affirmativè. Quia ſic definiunt multa cõcilia. Sufficiat nobis Tridentinũ *ſeſ. 22. cap. 1.* dùm declarat, *Apoſtolos, quos tunc novi teſtamenti Sacerdotes conſtituebat, eorumque in Sacerdotio ſucceſſoribus* præcepiſſe Chriſtum D. vt offerrẽt ſuum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini. Idem habetur *ſeſ. 23. cap. 1. & cap. 4.* damnatur, qui dixerit, *omnes Chriſtianos promiſcuè novi teſtamenti Sacerdotes eſſe.* ¶ Quod & frequẽtiſsimè docent PP. quos referunt Recentiores præſertim Bellarm. *lib. 4. de Euch. cap. 16.* Sufficiat Clemens Romanus, *lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap 27. aliàs 31.* ſic loquutus: *Quicumque laicus ſine Sacerdote aliquid operatur, inanitèr operatur:* Comparatque laicum, quòd attinet ad miniſteriũ altaris, alienigenæ. Et adducit in exẽplũ Oziam, qui, cùm nõ eſſet Sacerdos, & feciſſet id, quod ad Sacerdotes pertinebat, lepra à Domino percuſus eſt. ¶ Denique in hanc veritatem conſpirarunt ſemper omnes Catholici.

2 Vndè reijcitur error, quem inſinuavit Vviclefus, & expreſſerũt Lutherus, & aliqui alij hæretici huius temporis, nempè quemlibet Chriſtianum baptizatum abſque alia ordinatione poſſe panem, & vinum conſecrare. Immò Lutherus ipſe *in lib. de Miſſa privata, & de Vnctione Sacerdotum* affirmat, fore verum ſacramentum, quãvis ab ipſo diabolo conficeretur. ¶ Pro quo errore adducitur illud *1. Petri cap. 2* ubi omnes Chriſtiani vocantur Regale Sacerdotium: ergo (inferunt hæretici) omnes poſſunt validè conſecrare. Reſp. negando conſequentiam: quia dicuntur Sacerdotes lato quodam modo: qua ratione omne opus bonum dicitur ſacrificium. Quo etiam modo ibi dicuntur Reges. Recolantur dicta *in tract. de Sacram. cap. 3. à n. 47.*

DVB. II.

3 PEtes 2. an plures Sacerdotes validè poſsint ſimul eamdem hoſtiam conſecrare? (vel, propriùs loquendo, an conſecratio eiuſdem numero materiæ ſit valida facta à pluribus miniſtris ſimul proferentibus, & perficientibus formam?) Reſpondetur affirmativè. Quia ſic fert conſuetudo Eccleſiæ, tàm Græcæ, quàm Latinæ. In Græca enim ſemper quãdo Epiſcopus cõſecrat,

crat, etiam cum eo conſecrat Præsbyter cum illo celebrans. In Romana autem, qui ordinātur Præsbyteri proferunt verba conſecrationis ſuper eamdem materiam cum Epiſcopo ordinante. Itē, qui ordinatur Epiſcopus, etiam ſimul profert verba conſecrationis cum Epiſcopo ordinante ſuper eamdem materiam. Quam materiā manere conſecratam dubitat nemo. Et meritò, quia non eſt veriſimile, quod vnus annullet factum alterius: inquit Scotus in ſimili loquendo de baptiſmo facto à duobus ſimul abluētibus, & proferētibus formam *in 4. d. 6. quæſt. 2. §. Et verſ. de primo.*

4 Sed obijcit ſibi Scotus: idē effectus nequit eſſe à duabus cauſis totalibus. ſed quilibet Sacerdos proferēs verba ſuper materiā debitā eſt cauſa totalis: ergo illa conſecratio erit à duabus cauſis totalibus. Reſpōdet Scotus, difficile eſſe, quod alter horum miniſtrorum non ſuperſiat. Et ratio eſt, quod non poſſumus dicere, quemlibet illorum partialitèr concurrere: etenim conſecratio ab vno illorum tantū invariato ſuo concurſu fieret: quod de partialitèr concurrente verificari nequit. Et ideò conſecratio huius hoſtiæ erit ab vno illorum tantū, nempè ab illo, cuius actionem conſecrativam Deus voluerit acceptare. *Cuius verò determinatè nobis penitùs incertum eſt, ſolus novit Deus, & cui voluerit revelare*: concludunt Additioniſtæ Scoti ibi. Hanc noſtram concluſionem defendunt communitèr, præſertim *Lugo diſp. 11. num. 160. G. Hurt. diſp. 11. diffi. 2. & alij.*

DVB. III.

5 PEtes 3. an licitè plures Sacerdotes poſſint conſecrare eamdem hoſtiā? (Aut, propriùs loquendo, an licitè plures Sacerdotes poſſit ſimul ſuper eamdem hoſtiam conſecrationis verba proferre.) Reſ. affirmativè. Quia ſic fert uſus Eccleſiæ tàm Græcæ, quā Latinæ, vt *num. 3.* expendebamus. Quem vſum communiſſimè defendunt AA. ¶ Verum eſt, Durandum *in 4. d. 13: quæſt. 3. num* 10. hanc conſuetudinem, ſeu vſum improbare; & eā omninò abolendam eſſe, cenſere. Tamen hanc Durandi ſentētiā RR. temeritatis nota inurunt: eo quòd morem inviolabilem totius Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ reprehendere audeat. De quo præſertim legantur *Lugo diſp. 11. num. 162. & Vazq. diſp. 218. num. 17.* Pro prædicta Durandi ſententia referuntur *Gabriel lect. 6. in canonem lit. D. & Angelus verb. Euchariſtia 2. num. 3. & Dominicus de Soto in 4. d. 13. quæſt. 1. art. 2.* Verū Gab. & Angelus ſolùm dicunt, oppoſitam con-

diſp.218.cap.3.à num.19.& Suar. diſp.61.ſect.3.

8 Igitur, vt conſuetudo prædicta, & cęremonia (qua Præſbyteri novitêr ordinati ſimul cum Epiſcopo ordinante conſecrãt eamdem materiam, ſeu, propriùs loquendo, ſuper illam proferunt conſecrationis verba) vt licita defendatur, & à ſacrilegio excuſetur; dixerunt aliqui, omnes ea intentione cõſecrandi proferre verba conſecrationis, vt omnium eorum intentio referatur ad idem inſtans, in quo vltimus prolationem perficit, & abſoluit. *Ita Palud. in 4.d.13. quæſt.4. art.2. n.* 24. ¶ Sed contra, quòd non eſt in poteſtate proferentis verba cum intentione cõſecrãdi ſuſpendere effectum, ſeu efficaciã formæ. Quare, ſi verè habet intentionem cõſecrandi; & aliàs priùs quàm alius perficit prolationem formę, illicò non expectato quòd alius ſuam prolationem finiat, manebit materia conſecrata. ¶ Si autem dicatur, omnes, qui priùs finiunt prolationem formæ, habere intentionem conditionatam, nempè conſecrandi caſu; quo vltimi ſint in prolatione, & nõ conſecrandi, ſi non ſint vltimi. ¶ Cõtra hoc eſt, quòd novitèr ordinandi non admonentur de hac intẽtione. Prætereà ſi alius ab Epiſcopo vltimus finiat verborum formam, ille conſecrabit; & tamen nõ ſumet ſanguinem: (hic enim ab Epiſcopo tantùm ſumitur,) videtur autẽ, incõmodum conſecrare, & nõ ſumere vtramque ſpeciem illum, qui vltimus verba finiuit. Inſuper videtur incommodum admittere caſum, in quo Epiſcopus non conſecret; & aliàs ſumat vtramque ſpeciem.

9 Propterea dixerunt alij, prædictam cęremoniam eſſe licitã: quia omnes nouitèr ordinati ſuam intentionem referebant ad momentum, in quo Epiſcopus prolationem abſoluit. *Ita Innoc. lib.4. de Myſterijs Miſſæ cap.25.* ¶ Contra hoc tamen, militat incommodũ *num.* 8. allatum, nempè non eſſe in poteſtate proferentis formam cum intentione conſecrandi, prolata iam forma ſuper materiam conuenientem, effectum ſuſpendere pro aliquo momẽto. ¶ Si autem recurratur ad intentionem conditionatam: ſicùt *num.* 8. dicebatur; videtur; talem verborum prolationem cùm prædicta intentione conditionata omninò innanem eſſe: cùm ferè numquàm contingat, in eodem momẽto novitèr ordinatos, & Epiſcopum verba finire: hic enim priùs incipit proferre verba; (& conſequentèr regularitèr priùs finit) quem in prolatione alij ſecuntur. ¶ Prætereà admittamus, omnes ſimul formam cõſecrationis finire. Tunc penitùs incertum nobis erit, à quo illo-

illorum determinatè fiat conſecratio: *vt num.4. & 6.* expendebamus.

10 Pro unoquoque horum modorũ poteſt adduci D.Th. quatenùs *quæſt.82. art. 2.* dicit, ideo plures ordinatos Sacerdotes rectè poſſe cum Epiſcopo ſimul conſecrationis verba ſuper eamdem hoſtiam proferre, licèt periculum ſit, vt quis eorum priùs prolationem verborum abſoluat, quàm Epiſcopus, vel Epiſcopus, quàm alij; quia omnes eo animo formam pronunciare debent, ut ad idẽ momentũ conſecrationis omnium illorum intentio referatur Hinc enim fore videtur, ut neque conſecratio perficiatur; antequàm omnes prolationem abſolvant; & vt nullus illorum verba ſuper hoſtiam conſecratã innanitèr proferat. cũ omnium efficacitas ex eorum intentione vſque ad idem temporis momentum differatur: vt expendit Vazq. *diſp.218. à n. 19.* Igitur, cùm D.Th. aſſerat, omnes ſimul conſecrantes eo animo debere pronũtiare formam, vt ad idem momentum conſecrationis omnium illorũ intẽtio referatur: nõ ſine magno fundamẽto pro modis philoſophandi tàm Innocẽtij, quã Paludani adducitur D.Th. Immò ipſe Angelicus Præceptor putat, ſe ſequi doctrinam Innocentij *num.9.* citati. Nos autem exiſtimamus, etiam modo philoſophandi Paludani favere. Et, quidquid ſit de hoc, cõtra hunc modũ D. Th. militãt, quæ contra Paludanum, & Innocentium *n.8. & 9.* expendebamus: præſertim illud argumentum, quòd nõ eſt in poteſtate miniſtri ſuſpendere effectum, ſeu efficacitatem verborum formæ, ſi aliàs habeat intentionem conſecrandi. Quarè manebit materia conſecrata à Sacerdote, qui priùs prolationem verborum formæ abſolverit, nõ expectato, quòd alius ſuam prolationem finiat.

11 Nota obitèr, quòd Paludanus ibi convictus hoc argumento dixit, verum eſſe, non eſſe in poteſtate miniſtri prædictam ſuſpenſionem: tamen quia Eccleſia directa à Spiritu ſancto more peculiari introduxit, vt plures ſimul verba conſecrationis proferrent: ideò credendum eſt, tali conſuetudini adeſſe ipſum Spiritum ſanctũ; cuius virtute peculiari effectus conſecrationis ſuſpenditur, vel ſolo nutu volũtatis ei⁹, vel conſervata virtute verborum in aere, vt media illa poſteà conſecratio fiat. ¶ Verùm iſta in aere conſeruatio verborum efficaciæ cõmentitia Durando, & nobis apparet, & abſque vllo prorſùs fundamento; adhùc admiſſo, quòd ſacramẽta phyſicè cõcurrant ad ſuos effectus cauſandos. In Scoti enim noſtra, & multorum aliorum-

ſen

Digitized by Google

ſententia, in qua moralitèr tãtùm concurrunt (vt diximus *in tract. de ſacram. in genere c. 5. preſertim à num. 8.*) multò magis cõmentitia apparet: cùm enim ſacramenta nullam phyſicam virtutem cauſatiuam habeant; nullatenus in aere, vel alibi poterit conſeruari.

12 Dixerunt alij, nouitèr ordinatos debere proferre verba conſecrationis, non abſolutè, ſed cõditione aliqua, nẽpè, vel ſi Epiſcopus non habeat intentionem cõſecrandi; vel ſub ea, ſi non proferat tempore opportuno; vel ſub ea, ſi ſimul cũ Epiſcopo formam cõſecrationis finiant. Sic refert Ricardus, aliquos ſenſiſſe, teſte Vazq. *diſ. 218. num. 29.* Tamen contra iſtum modum obijcitur cõmunitèr, hanc intentionem ignotam eſſe recẽtèr ordinatis, nequè de ea illos Eccleſiã admonere; quod videtur incredibile, ſi aliàs id foret neceſſarium ad licitè proferendum verba conſecrationis ſimul cum Epiſcopo ordinante. Adde, quòd vltima illa conditio (*ſi ſimul cùm Epiſcopo finiant verba conſecrationis*) relinquit miniſtrum huius conſecrationis penitùs ignotũ: vt *num. 4. & 6.* expẽdebamus.

13 Dicunt alij, prædictam cæremoniam licitè fieri, quia conſecratio non fit, quouſque vltimus finiat prolationẽ formæ conſecrationis, dummodò omnes intra paruam diſtãtiam, ſeu durationem finiant. Differt autem hic modus ab alijs enumeratis in hoc, quòd iſte nõ recurrit ad intentionem conditionatã, ſicùt immediatè præcedẽs. Nequè ad hoc, quod Sacerdotes nouitèr ordinati, nec non & Epiſcopus habeant animum, aut intentionem referẽdi ſe ad idem inſtans, in quo vltimus prolationem abſoluit: vt dicebat Palud. Nequè ad momentum; in quo ipſam abſoluit Epiſcopus: ut volebat Innocẽtius. Nequè ad idem momentum conſecrationis: ut docuit D.Th. Igitur hic modus differt ab enumeratis in hoc, quòd exiſtimat, (vt ego conijcio) quòd cum abſoluta intentione conſecrandi ſtat, nõ fieri conſecrationem, quoaduſque vltimus finiat formam: (dummodò omnes verba conſecrationis intra paruam diſtãtiam, ſeu durationem finiant) quia hoc poſtulat natura, ſeu forma ſacramentorum. Et probant à ſimili, ſeu ex ratione communi ſacramentorum. Effectus enim formæ, & materiæ aliorum ſacramentorum non fit ſtatim, ac finitur forma; ſi nondùm eſt applicata materia; nec fit ſtatim ac finitur applicatio materiæ, ſi nondùm eſt finita forma; ſed tantùm fit, quando finitur poſitio partis, quæ vltimo ponitur. Sicut ergo nõ obſtat paruum interuallum inter prolationem formæ, & applicationẽ mate-

materię, ſed expectatur vltima poſitio partis, ſeu vltimæ partis materiæ, aut formæ ad poſitionem effectus: ita in noſtro caſu non ponetur conſecratio, quoadusque ponatur vltima prolatio formæ. ¶ Hunc modum philoſophãdi, fatetur Sotus, placuiſſe ſibi aliquãdo; eũque probat Ledeſma *in 4. 1. part. quæſt. 22. art. 2. dub. 2. §. Ad hoc: & Vazq. diſp. 218. num. 30.* ſuſpicatur fuiſſe Victoriæ prædictorum Magiſtri.

14 Sed, quidquid ſit de hoc, hic modus nõ probatur ob manifeſtum diſcrimem: quia, ſi in alijs ſacramentis poſt prolatam formam ſuſpenditur effectus, quoadusque materia applicetur, & ẽcõtra poſt applicationẽ materiæ ſuſpenditur effectus, quoadusque forma proferatur; ideò eſt, quia forma eorum non ſufficit ad effectum abſque applicatione materiæ: neque applicatio materię abſque prolatione formæ: & conſequentèr neceſſariò expectanda eſt illa pars, quę poſteriùs ponitur. At, vtraque poſita, nequit pro ſola voluntate miniſtri effectus ſuſpendi, & differri: quia tunc nihil deeſt ex parte cauſæ: & aliàs tempus, in quo ſacramentum ſemel perfectum debet cauſare, non eſt ſub arbitrio miniſtri. Vndè contra hunc modum efficax formatur argumentum ſic Prolatis verbis cõſecrationis circa materiam idoneã nihil deeſt ad effectum conſecrationis: ergo adhùc pro minima mora non eſt expectanda prolatio ab altero facienda: quia hæc nullatenùs eſt ad effectum conſecrationis neceſſaria: meritò concludit G. Hurt. *diſp. 11. diff. 2.*

15 Dicunt alij, ad licitè proferendum verba cõſecrationis novitèr ordinatos debere non habere intentionem conſecrãdi, neque illam excludere, ſed apud ſe ſtatuere, ea intentione proferre verba, qua debẽt proferre, nempè conſecrãdi ſimul cũ Epiſcopo, ſi poſſunt; ſin minùs, proferendi verba illa materialitèr tantùm. Quarè recẽtèr ordinati debent Epiſcopum in prolatione non præuenire. *Ita Caiet. quæſt. 82. art. 2.* ¶ Modus tamẽ iſte diſplicet, eoquòd eſt ignotus ipſis recentèr ordinatis, & à nullo de illo admonentur. Prætereà, ſi ſimul cum Epiſcopo conſecrent, redditur incerta cõſecratio ex parte miniſtri, ſeu penitùs ignoratur, à quo miniſtro fiat.

16 Dicunt alij, licitam eſſe prædictam cæremoniã, neque eſſe ſacrilegium, ſi præter ſpẽ, & opinionem ex multis proferentibus verba conſecrationis cum abſoluta intentione conſecrandi, vnus eorum, quicumque ille ſit, priùs conſecret, quã alij; & ita alij ſuper materiam cõſecratam prolationem verborum abſoluant: quia, cùm nõ

parùm

parùm congruat inſtitutioni huius ſacramenti, vt ſimul plures conſecrent, nulla ei iniuria irrogatur, ſi id fiat etiam cum periculo, vt quis illorum, ante quā alij, verba proferat; dummodo id ex induſtria, aut maxima negligētia nō fiat. Ita *Vazq. diſp.218.à num. 37.& G. Hurt. diſp.11.diff.2.ſecuti Sotum in 4.d. 13.quaeſt.1.art.2.* ¶ Tamē diſplicet hic modus; eo quòd omnia incommoda parvi pendat. Etenim ſecundum ipſum contingere poteſt, quod Epiſcopus non cōſecret: ſi alius v.g. priùs formam abſoluat. Inſupèr & contingere poteſt, quòd ſolùm conſecret vnam ſpeciem; ſi in vnius tantùm formæ prolatione præueniatur. Præterea videtur graue incommodum, quòd cōſecrans vtramque ſpeciem, (ut conſecrare poteſt unus ex recentèr ordinatis) illam non ſumat. Necnon, & quòd Epiſcopus in prædicto caſu ſanguinem ſumat. Et deniquè illud totiès repetitum incōmodum non cognoſcendi certum miniſtrum huius conſecrationis, caſu, quo plures in eodem momento abſoluant verba conſecrationis: *vt num.4.& 6.* expēdebamus.

17 Deniquè Lugo *diſp.11. num* 172. dicit, omnes recentèr ordinatos debere habere intētionem ſaltèm conditionatam conſecrandi, & non recitandi materialitèr illa verba. Diſplicet tamē mihi modus iſte: quia ſub opinione eſt poſitum, an prædicta verba dicēda ſint materialitèr, & tātùm recitativè? (*vt ex num.18.* conſtabit) ergo res eſt dubia. Qua ergo certitudine poteſt conſuli, quòd non dicantur recitativè, & materialitèr? Præterea ex illa intētione conditionata (non explicat Lugo, de qua conditione loquatur: etſi certum ſit, in eius ſententia verba non eſſe proferenda recitativè; & materialitèr tantùm) deducuntur incommoda ſuperiùs illata contra intentionem cōditionatā, præſertim *num.8.& 15.*

18 Igitur nobis dicendum eſt, prædictam cæremoniā nullum incommodum involuere: quia ſolus Epiſcopus profert verba conſecrationis formalitèr, & cùm intentione conſecrādi, ſeu ſignificativè; reliqui verò materialitèr tantùm, & recitativè, ſeu ſine intentione conſecrandi, & ſolùm ad oſtendēdum poteſtatem acceptam. Fundamentum eſt, ſic evitari omnia incommoda. Secundò, quia in antiquo Pontificali Romano dicitur, (ut ex Soto refert Vazq. *diſp. 218. num.27.*) quòd recentèr ordinati *dicant omnia, quæ ſunt in Miſſali; ſicùt ſi celebrarēt*: ac ſi diceretur: quāvis ipſi verè non celebrent, neque conſecrent, dicant omnia illa, ac ſi celebrarent: quod alitèr fieri nō poteſt, niſi recitādo ſolùm

ſolùm verba conſecrationis. Hunc modum, tamquã probabilem defendit *Ricardus in 4.d. 13 quæſt.1.art.2. & ex parte Caietanus num.15.citatus, & pro ipſo refertur Angelus verb. Euchariſtia num.3.*

19 Sed obijcies cùm *Lugo diſp.11.num.163.G.Hurt.Vazq. & alijs*, quòd in Pontificali Romano admonetur Epiſcopus, ut paulatim alta voce proferat verba conſecrationis, ut recẽtèr ordinati, quantum fieri poteſt, ſimul cum ipſo prolationẽ finiant: ergo quia exiſtimat Eccleſia, recentèr ordinatos formalitèr, ſignificatiuè, ſeu cũ intentione coſecrãdi verba proferre. Cõfirmatur: quia in Põtificali Romano ſæpe dicitur, illos Præsbyteros celebrare, ſeu cõcelebrare cũ Epiſcopo. Reſ. negando cõſequentiã, ſeu cauſalẽ: ideò ergo merito id admonet Eccleſia, quia, cùm hoc ſit ſub opinione, ſic magis ſecurè procedatur. Hac ratione in cõſecratione calicis pro forma ponit Eccleſia omnia illa verba; (*Hic eſt enim calix ſanguinis mei; qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum*) quamuis aliàs ſciat Eccleſia, probabilitèr, & fortè probabiliùs, multos opinari, non omnia illa verba eſſe de neceſſitate formę. Meritò tamẽ omnia illa uſurpat pro forma, ſeu iubet, a Sacerdote proferri, ut ſic magis ſecurè procedatur. Adde, grauitatem materiæ poſtulare, ſic admoneri Epiſcopũ. ¶ Ad confirmationem dico, Sacerdotes dici celebrare, ſeu cum Epiſcopo concelebrare; quia ipſis præcipitur, dicere *omnia, quæ ſunt in Miſſali; ſicut ſi celebrarent*: ut *num.*18. expendebamus: & ideò ſe habent quaſi celebrantes. In rigore autẽ celebrantes nõ ſunt: cùm ſaltèm vtramque ſpeciẽ non recipiãt, (quidquid ſit de intẽtione cõſecrãdi; necnõ, & de ipſa cõſecratione) & aliàs Eccleſia nõ permittat, celebrantem ſumere vnam tantùm ſpeciẽ: ut cõſtat ex Miſſali in Regulis *de defectibus in ipſo miniſterio occurrẽtibus*. Quarè quęcumque ſentẽtia debet explicare loquutiones illas, quibus Sacerdotes recentêr ordinati dicuntur celebrantes, aut cum Epiſcopo cõcelebrantes.

De Miniſtro Euchariſtiæ quoàd eius adminiſtrationem.

DVB. V.

20 PEtes 5. an Sacerdos in ſua ordinatione recipiat officium, ſeu poteſtatem compleram miniſtrãdi Euchariſtiam alijs? Reſp. affirmativè. Quia, ſicùt tũc accipit poteſtatem miniſtrandi ſibi; (ſaltèm dùm celebrat) ſic, & alijs. Et ideò Eccleſia in hymno feſti corpo-

corporis Chriſti D. canit. *Cuius officium cōmitti voluit ſolis Preſbyteris. Quibus ſic congruit, vt ſumant, & dent cæteris*. Fatetur ergo Eccleſia, Chriſtum D. Præſbyteris commiſiſſe hanc poteſtatem, ſeu officium. Idque deducitur ex Tridentino *ſeſ. 13. cap. 8.* verbis illis: *In ſacramentali ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem acciperent: Sacerdotes autem celebrantes ſeipſos cōmunicarent*. Qui mos in Eccleſia non fuiſſet, niſi Sacerdotes in ſua ordinatione officium, ſeu poteſtatem ad miniſtrandū Euchariſtiā tàm ſibi, (ſaltèm dùm celebrant) quàm alijs recepiſſent. Hinc fit, quòd Sacerdotes ſæpè vocantur Miniſtri ordinarij Euchariſtiæ.

DVB VI.

21 PEtes 6. an omnes Sacerdotes licitè poſsint, omnibus indifferentèr Euchariſtiā miniſtrare. Reſp. ſub diſtinctione. Quarè dico primò. Si ſermo ſit de comunione neceſſaria; ſeu per quam impletur præceptum communicandi, (ſivè in articulo mortis, ſivè ſemel in anno) illicitè adminiſtrat Euchariſtiam Sacerdos, illis, qui non ſunt ſui ſubditi, aut quorum reſpectu non habet à proprio illorum Paſtore licentiam, aut facultatem. ¶ Et hoc tantùm intendit Clementina 1. *de Privilegijs*, dùm ſub excommunicatione reſervata Papæ præcipit Regularibus, ne Euchariſtiam adminiſtrent Clericis, vel Laicis ſine licētia proprij Paſtoris. Solùm (inquam) loquitur de communione neceſſaria ad implendū præceptum communicandi, ſivè in articulo mortis; ſivè ſemel in anno. ¶ Dico ſecundò: ſi ſermo ſit de communione voluntaria, ſeu ſupererogationis, licitè quilibet Sacerdos miniſtrare poteſt Euchariſtiam omnibus indifferentèr ſine licentia proprij Paſtoris. (Hoc eſt Parochi, aut Epiſcopi) Quia vi Sacerdotij habet poteſtatem ad hoc, vel ſaltèm illam habet à Pontifice, vel Eccleſia præſumptam. Vtramque hanc cōcluſionem probat mihi inſtantia confeſsionis: quæ, ſi fuerit de materia neceſſaria (nempè de mortalibus non ritè confeſſis) excipi non poteſt à ſimplici Sacerdote; benè tamē, ſi fuerit de materia voluntaria. (nempè de venialibus, aut mortalibus iam ritè confeſsis) Et hoc, vel quia in ſua ordinatione hoc ſibi conceditur (ut placuit Soto) vel ſaltèm, quia tacitè conceditur ab Eccleſia, vel Papa, iuxta dicta *tract. de Pœnit. cap. 19. à num. 37.*

22 Hæc autem congruentiſsima diſpoſitio (ſive dimanaverit immediatè à Chriſto Domino coniungente illā cum dig-

dignitate Sacerdotij; ſive ab Eccleſia, vel Papa (optima nititur ratione cõgruentię, nempè, quòd, etſi proprius Paſtor habeat ius paſcendi proprias oves adeò, ut nemo cõtra ſuam voluntatem illas paſcere poſſit; tamen ſuavitas legis Chriſti D. necnon & eius deſideriũ circa frequentiam ſacramentorum Euchariſtiæ, & Pœnitẽtiæ poſcebant, ut hoc ius Paſtorum reſtringeretur ad paſtum neceſſarium; (hoc enim ſolùm ſtante, cognoſcent Paſtores ſtatum ſuarum ovium, nempè an ſalute ſpirituali fruantur? An infirmitate periculoſa laborent?) & quòd paſtus voluntarius, ſupererogationis, aut ſuperabundans poſſet à quocumque illis miniſtrari, ſuppoſito, quòd ſine aliqua culpa poſſunt, oves illum ommittere, nec teneãtur, pro illo proprium adire Paſtorẽ, ſeu ſuppoſito, quòd proprius Paſtor non habet ius cogendi oves, ut pro hoc paſtu ſibi compareant.

23 Ex qua ſuavi diſpoſitione frequentia utriuſque ſacramẽti Euchariſtiæ, & Pœnitẽtiæ, quã experimur, & Chriſtus D. ſacramentorum Auctor, eiuſque Eccleſia (præſertim legatur Tridentinum *ſeſ.* 13. *cap.* 8.) enixè deſideraverunt, ortũ habuiſſe, eſt mihi perſuaſum. Eademque permanente diſpoſitione prædictam frequentiam non fore diminuendam; ſicùt diminuẽdam eſſe, ſi variaretur hæc diſpoſitio, certiſsimè coniecturo: multos enim credo potiùs ommiſſuros confeſsionẽ, & communionem voluntarias, quàm accedere ad proprium Paſtorẽ, non ſolùm pro fugiendo laborem totiès quærendi illum; ſed etiã, quia Paſtores multotiès ad quotidianas cõfeſsiones, & cõmuniones non ſunt adeò faciles; vacantq; alijs negotijs ſibi tempus inſumentibus neceſſariò. Immò foret ſibi impoſsibile, omniũ ovium ſuarũ tàm frequentes confeſsiones excipere, & cõmuniones miniſtrare. Quare congruentiſsima diſpoſitio fuit, (Chriſti D. aut Eccleſiæ) conferre poteſtatẽ fidelibus, ut ſolùm pro confeſsione de materia neceſſaria tenerentur propriũ Paſtorẽ adire: pro cõfeſsione autẽ voluntaria, ſeu de materia voluntaria poſſent comparere cuicumque Sacerdoti: omnibus ſiquidem, & ſingulis relinquebant ad has confeſsiones excipiendas poteſtatẽ. Quod omnino ſimile de miniſtratione Euchariſtiæ nos affirmamus.

24 Ex hac noſtra reſolutione conſtat, in quo ſenſu ſint accipiendæ duæ extremæ, & oppoſitæ ſententiæ, quæ circa hanc quæſtionem verſantur. Altera affirmat ad miniſtrandum Euchariſtiam ex devotione per annum, nullam exigi iuriſdictionem in Sacerdote, ſed ſuf-

ſufficere poteſtatem ordinis. Ita *Petrus Vincentius*, *Marcella in ſuo Memoriali ad Archiepiſcopum Compoſtelanum*, teſte Lugo *diſp. 17. num. 30. & 31*. Quam ſentẽtiam videntur amplecti *Gavãtus, & Sancius apud Leandrum diſput. 4. quæſt. 2.* ¶ Sed non poſſe omnes Sacerdotes Euchariſtiam miniſtrare, ſed ſolos illos, qui habent iuriſdictionem, ſeu licentiam, eſſe communẽ omnium Theologorum ſentẽtiam cum Magiſtro *in 4. diſt. 13. & cum D. Thoma 3. p. quæſt. 82. art. 3.* affirmat prædictus Leandrus, quam ipſe tamquam longè probabiliorem ſequitur. Immò Lugo *ibi num. 30.* dicit, eſſe indubitatam apud omnes Theologos: ut ex concilijs, & Patribus probant *Vazquez diſp. 219. cap. 2. Suar. diſp. 72. ſect. 2. & Henriq. lib. 8. de Euchariſt. cap. 55.* Addit Lugo, oppoſitam ſententiã temeritatis notã fore inurendam: cùm ſit contra omnes prorſùs Theologos; contra mẽtem Pontificum, qui Religioſis concedunt privilegia miniſtrandi Euchariſtiam non ſubditis, & hoc cum limitatione, ſcilicèt, in proprijs domibus: & contra Rubricam, & canones poſitos in Manuali. Et demùm ſine aliquo fundamento; ut ipſe Lugo ibi conatur ſuadere.

25 Igitur hæc vltima ſententia ſolùm de communione neceſſaria eſt vera. Prior autem de voluntaria. Et in iſta ſolùm nobis diſplicet, quòd ad communionem nullam exigat iuriſdictionem: non quia exiſtimemus, communicare eſſe actum iuriſdictionis. (ut ſupponit Lugo *ibi num. 30.* & communitèr: magis enim nobis placet Gaſp. Hurtado *diſp. 11. diffic. 4.* dicens, non eſſe actum iuriſdictionis) ſed, quia ad defendendum noſtram ſententiã hoc non eſt neceſſarium determinare. Et propterea *num. 20.* conſultò dicebamus, quemlibet Sacerdotem habere poteſtatem miniſtrandi Euchariſtiam omnibus indifferentèr, (quando communio eſt voluntaria) vel vi Sacerdotij; (ut de confeſsione venialium opinatus eſt Sotus) vel ex præſumpta licentia, aut iuriſdictione ab Eccleſia, vel Papa delegata: ut communiſsima fert opinio dicentium, abſolvere à venialibus eſſe actum iuriſdictionis.

26 Dices, ſequi (ex hoc, quòd ſemel dicamus, miniſtrare Euchariſtiam non eſſe actum iuriſdictionis) quemlibet Sacerdotem poſſe miniſtrare Euchariſtiam omnibus indifferentèr, etiam quando communio eſt neceſſaria. Patet, quia, ſi non eſt actus iuriſdictionis, hæc poteſtas ex inſtitutione divina comitabitur Sacerdotiũ: & ſic à nullo erit impedibile eius exercitium: ſicùt non eſt impedibile exercitium conſecrandi. Reſpondetur negan-

do conſequentiam. Ad probationem dico, hanc poteſtatem comitari quidem Sacerdotium ex inſtitutione divina: (ſecundum illum, qui dixerit, Sacerdotē illā habere à Chriſto Domino, eſſeque poteſtatem Ordinis) & conſequentèr à nullo poſſe impediri quoàd validitatem; benè tamen quātùm ad hoc, quòd licitè fiat. Qua ratione etiam eſt impedibilis actus conſecrādi in Sacerdote; & de facto illum impedit Eccleſia Sacerdoti exiſtēti ſub excōmunicatione, ſuſpēſione, & interdicto.

27 Cùm ergo noſtra ſententia affinis ſit ſententiæ primæ *num.* 24. relatæ, omnia, quæ contra illam congerit Lugo, ſunt examinanda, & refutanda. Igitur obijcit primò, eſſe indubitatum apud Theologos, præter poteſtatem ordinis requiri iuriſdictionem, ſeu licentiam ad communicandum in Sacerdote. Reſpondetur, ita eſſe: & meritò: quia optima Eccleſiæ gubernatio exigebat ad confuſionem evitandam, quòd ſinguli fideles, ſeu ſpirituales oves ſuum paſtorem recognoſcerent, & ab illo, & non ab alio paſtus ſacramentorum reciperēt. Et ideò, ex quo Eccleſia a tempore Apoſtolorum diviſa eſt in provincias, ſeu Eccleſias particulares, cœpit unaquæque ſolùm ſuum Paſtorem ſpiritualem recognoſcere, & pro paſtu ſpirituali fideles illius ovilis ad eum covenire. Sed fortè abſque dictamine, quòd hoc cadebat ſub gravi obligatione: ut ego coniecturo ex eo, quòd concilium Cartaginenſe primum (habitum tempore ſancti Silveſtri circa annum 320. Fuit Provinciale) *capit.* 7. prohibuit, ne Clericus, vel Laicus cōmunicaret in aliena plebe ſine litteris ſui Epiſcopi. ¶ Et ferè idem invenitur diſpoſitum poſteà in Concilio Milivitano *can.* 18. (celebrato tempore Innocentij primi, qui ſedit ad annum 402. Fuit Provinciale ab ipſo Innocentio confirmatum) Vndè inferò, uſque ad tempora horum Conciliorum non fuiſſe ſub præcepto communicare in propria Parochia, ſeu ad proprium Paſtorem cōvenire fideles pro communione accipienda. Vndè etiam mihi coniecturo, fideles vſque tunc abſque gravi ſcrupulo de manu non proprij Paſtoris excipere communionem.

28 Sed omnittamus examinare, quo dictamine ante prædicta Concilia fideles conveniebant ad proprium ovile, ſeu Paſtorem pro paſtu ſpirituali communionis accipiendo: Igitur, quidquid ſit de hoc, fatemur, Theologis eſſe indubita-

bitatum (ſaltèm poſt prædicta concilia) præter poteſtatẽ ordinis requiri in Sacerdote ad licitè miniſtrandum Euchariſtiam iuriſdictionem ordinariam, vel ſaltèm licẽtiam proprij Paſtoris: aut quia ſic fuit introductum ab initio Eccleſiæ: aut ſaltèm, quia hæc diſpoſitio cœpit obligare à tempore prædictorũ conciliorũ. (Quod adhùc difficultate non vacat: cùm prædicta concilia nõ fuerint generalia) Dicimus tamẽ, hanc diſpoſitionem ſolùm ſe extendere ad communionem neceſſariam; non autem ad voluntariam: hanc enim ſemper in Eccleſia potuit accipi à quocumque Sacerdote. Sicuti confeſsio volutaria ſemper potuit fieri cum quocumque Sacerdote nõ proprio; etiam ſimplici) non obſtante, quod indubitatũ ſit apud Theologos (unico excepto Soto, qui ad abſolutionẽ venialiũ dicebat, ſufficere poteſtatem ordinis) in Sacerdote ad excipiendum cõfeſsionẽ, præter poteſtatem ordinis, requiri iuriſdictionem ordinariam, aut delegatam: immò a tempore Tridentini requiritur, quòd ille, cui delegãda ſit iuriſdictio, ſit ab ordinario approbatus. Quæ omnia unanimi Theologorum conſenſu intelliguntur de confeſsione neceſſaria: voluntariam enim dicunt omnes (unico excepto Fabro) poſſe fieri cum quocumque, etiam ſimplici, Sacerdote. Quod de diſpoſitione circa communionem omninò eſt uſurpandum.

29 Secundò obijcit Lugo: Pontifices concedunt Religioſis privilegia miniſtrandi Euchariſtiam non ſubditis; & hoc cum limitatione in proprijs domibus: ergo ſine privilegio non poterant illam miniſtrare. Reſpond. negando conſequentiam: contingit enim non ſemel, priuilegia Pontificum potiùs continere declarationem alicuius poteſtatis, quàm nouã conceſsionem: ut notant multi, præſertim *P. Bruno Chrißamg t. 1. Privilegiorum Regularium tract. 4. capit. 5. Propoſitione 2.* & pónit exemplum in priuilegio Pij II. quo Prælatis Regularibus Ordinis noſtri Minorũ cõceſsit, *vt poſsint diſpenſare cum debilibus, & infirmis in nuditate pedum, & in itinatione pedeſtri, licèt non ſit arcta neceſsitas, vel infirmitas*: ut legitur *in Compendio Privileg. Mendic. verb. Diſpenſatio §. 8.* Quo fratres Minores licitè uti poſſunt, quia non eſt relaxatio Regulæ, ſed iuris communis explicatio: ut tenet *Collector, & Corduba. Sic etiam Rodrig. 1. 1. qq. Regul. quæſt. 2. artic. 1. & Martinus à S. Ioſepho capit. 27. in Regulam Minorum §. 7.* Nec quidquam addit hoc priuilegium, & ſimilia ſupra ius commune, niſi vt cum minori ratione, & faciliori modo

Digitized by Google

do fiat diſpenſatio: ut tenent *Corduba loco citato, & Suarez loco proximè citato*. Hucuſq; Bruno. Videatur etiam *tract.8, Propoſitione 5. §. Plura alia, & §. Quoàd vero*.. Igitur fatemur, extare priuilegia Pontificum, quibus Regularibus conceditur, poſſe Euchariſtiam ſæcularibus miniſtrare: (extra tempus mortis, & annuæ communionis) hæc tamen priuilegia potiùs ſunt declarationes poteſtatis, quam quilibet Sacerdos habet adminiſtrãdi Euchariſtiam voluntariè cõmunicanti, quam novæ conceſsiones. Niſi velis dicere, in rigore eſſe privilegia, quatenùs operantur, quòd faciliori modo, & ſine aliqua opinione, aut Parochorũ querela ſic Euchariſtia à Regularibus miniſtretur.

30 Obi. 3. Lugo, Marcillæ ſententiam eſſe contra Rubricam, & canones poſitos in Manuali: ubi expreſsè habetur, Euchariſtiam numquàm niſi in caſu neceſsitatis poſſe miniſtrari, niſi à Parocho. Reſpond. non loqui de communione voluntaria; ſed de neceſſaria, præſertim pro articulo mortis: pro quo communitèr illud manuale deſervit. ¶ Deniquè objicit, prædictam ſententiam nullum habere fundamentum. Reſpond. noſtra non eſſe manutenere omnia illa, quæ pro ſua ſententia firmanda adduxit Pater Marcilla. Quarè, omnibus ab illo adductis omniſſis, dicemus, ſatis urgens eſſe fundamentum illud, quod nos *num. 21*. attulimus, ut affirmemus, poſſe quemlibet Sacerdotem miniſtrare Euchariſtiam omnibus voluntariè communicantibus.

31 Ex quibus omnibus conſtat, quàm ſine fundamento P. Lugo nota temeritatis inuſſerit ſentẽtiam Marcillæ, quæ affirmat; ad miniſtrandum Euchariſtiam ex devotione communicanti non requiri iuriſdictionem, ſed ſufficere poteſtatem ordinis. Quod ferè idem nos affirmamus; ut conſtat ex dictis *à num. 21. & præſertim n. 24*. & nobis illud probabiliſsimum reddit inſtantia confeſſionis *num. 21*. adducta. Sufficiat ergo nobis proprias opiniones defendere; & caveamus oppoſitas cenſurare.

32 Inſupèr conſtat, quòd, etſi Religioſi non haberemus multa privilegia conceſſa nobis poſt Clementinam *Religioſi de Privilegijs*, poſſemus ſine metu excommunionis ibi Religioſis ſpecialitèr impoſitæ, omnibus indifferentèr miniſtrare Euchariſtiam extra articulum mortis, & extra tempus Paſchæ, ſeu, ſi communio non fiat ad implendum præceptum annuæ communionis. Quæ autem ex privilegijs nunc temporis poſsimus conſtant ex *c. 1. à num. 12*.

23 Con-

23 Conſtat etiam, non habere locum in noſtra ſententia aliquot quæſtiones à Recentioribus, præſertim à Leandro *diſput.* 4. *à q.* 3. examinatas. Prima eſt, an ſaltèm nunc temporis ex licentia tacita Paſtorum (hoc eſt Parochorum, Epiſcoporum, aut Prælatorum Regularium) poſsint omnes Sacerdotes Euchariſtiam miniſtrare? Ad quod Leandrus reſpondet affirmativè *cum Lugo*, *Suarez*, *Vazq.* & *omnibus*. ¶ Secunda eſt, an Sacerdos Regularis indigeat licentia aliqua Parochi ad miniſtrandum Euchariſtiam in Eccleſia aliena? Ad quod Leandrus reſpondet negativè *cum Hinojoſa*, *Lugo*, *Granados*, & *Dicaſtillo*. Quia Religioſi habēt licentiam à Papa adminiſtrandi Euchariſtiam omnibus Chriſti fidelibus. ¶ Tertia eſt, an Sacerdos ſæcularis celebrans in Eccleſia Religioſorum indigeat licentia expreſſa ſuperioris, aut Sacriſtæ Religioſorum ad diſpenſandum alijs Euchariſtiam? Ad quod reſpondet Leandrus, eſſe quidem neceſſariam licentiam, ſufficere tamen tacitam, aut præſumptā. Pro ſentētia autem, quæ affirmat, requiri expreſſam, refert *Sà*, *Medinam*, *Rodriguez*, & *Granados*. ¶ Quarta eſt, an habens Bullam Cruciatæ poſsit ſuſcipere Euchariſtiam (prætterquàm in die Paſchæ) à quolibet Sacerdote abſque licentia ſui Parochi? Circa quod dividuntur Authores. Quia affirmant *Vazquez*, *Diana*, *Tannerus*, *Avila*, *TrulI ench*, & *Ochagavia* exiſtimantes, ſic concedi in ipſa Bulla. ¶ Negant tamen *Suar.* *Rodriguez*, *Nugnus*, *Lugo*, & *Dicaſtillo*: quod tamquàm probabilius ſequitur Leandrus. Igitur nulla ex his quæſtionibus habet locum in noſtra ſententia. Quia, cùm quilibet Sacerdos, vel vi Sacerdotij; vel ex licentia tacita Eccleſiæ, aut Papæ poſsit cuicumque voluntariè communicare volenti Euchariſtiam miniſtrare; nulla alia tacita, aut expreſſa licentia indiget. Placuit tamen prædictas quæſtiones prælibare, ut ſciatur, quid AA. nobis oppoſiti circa illas ſunt opinati.

DVB. VII.

34 PEtes 7. an aliquis non Sacerdos poſsit licitè miniſtrare Euchariſtiam? Reſpondetur affirmativè, ut ex dicendis conſtabit.

De Diacono.

34. DIco primò, licitè poteſt Diaconus miniſtrare nō ſolùm ſanguinem, ſed etiam corpus Chriſti D. ex cōmiſsione Epiſcopi, vel Presbyteri: ut habetur *in cap. Diaconos*, & *capit. Præſente diſt.* 93. & docent *Scotus in* 4. *diſt.* 13. §. *Ad* argu-

argumenta verſ. Ad quintum, D. Thom. quæſt. 82. art. 3. ad 1. & cõmuniſsimè. Et ratio eſt, quòd Diaconus ordinatur, ut miniſtret, & inſerviat Sacerdoti.

¶ Nequit tamen Sacerdos cõmittere Diacono, quòd miniſtret corpus Chriſti D. abſque neceſsitate, aut cauſa rationabili (quamvis id negare videãtur *Silveſter V. Diaconus num 4. Armilla V. Diaconus num. 5. & D. Thom. in 4. diſt. 13. quæſt. 1. art. ult. apud Leandrum diſp. 4. q. 8.*) qualis erit, quòd Præsbyter non poteſt commodè adminiſtrare Euchariſtiam, & non eſt alius præsbyter, qui id commodè poſsit. ¶ Immò aliquando ſufficiet Diacono commiſsio interpretativa: ut, ſi in articulo mortis non alio modo poſſet communicari infirmus, & aliàs non eſſet præſens Epiſcopus, vel Sacerdos, qui id expreſsè Diacono cõmitteret; aut nollet talem ægrotum communicare. Quod communitèr concedere DD. teſtatur G. Hurt. *diſp. 11. diff 3.* Vbi addit, quòd tunc id cõceditur Diacono iure communi *in canone* 14. concilij Niceni primi: cui ſubſcribit Leandrus *diſp. 4. q. 9. &* 10. citans multos alios. ¶ Adde, in caſu extremæ neceſſitatis, ſi miniſter idoneus nõ adſit, poſſe Diaconum ſibi ipſi Euchariſtiam cõmunicare. Quod à fortiori cõſtabit ex dicẽdis *à n. 35.* de Subdiacono, & ſeculari.

De Subdiacono.

35 **D**Ico 2. in caſu neceſsitatis (qualis eſt, ſi abſint Præsbyter, aut Diaconus; aut iſti nolint Euchariſtiã moribundo miniſtrare) poteſt Subdiaconus communicare infirmum. Quia hoc à fortiori convincit, quod ſtatim dicemus de laico.

De Laico.

36 **D**Ico 3. in prædicto caſu neceſsitatis laicus poteſt alios, & ſe ipſum communicare. Quia ſolùm iure humano prohibitum eſt laicis, manibus attingere Euchariſtiam: ut habetur *in cap. Pervenit de Conſecrat. diſt. 2.* Quod ius non videtur obligare in extrema neceſſitate. Confirmatur exemplo Reginæ Scotiæ, quæ martyriũ ſubitura Euchariſtiam, quam apud ſe habebat proprijs manibus ſuſcepit. Confirmatur 2. ex vſu antiquit[•] in Eccleſia ſervato (teſtibus *Vazq. diſp. 216. c. 3. n. 21. Suar. diſp. 72. ſect. 1. §. In cõtrariũ, Lugo diſp. 18. ſect. 1. n. 2. & alijs*) tũc enim tẽporis miniſter cõmunicantibus, etiam laicis, Euchariſtiã dabat in manibus, nõ ſolũ, ut eam acciperent, ſed etiã ut eam in proprias domus deferrent poſteà accipiendam. Hanc noſtrã ſentẽtiam (quatenùs affirmat, laicũ tunc poſſe commmunicare ſe ipſum) defendunt *Suarez diſput. 72. ſect. 2.* Dia-

Diana p.9.tract.5.Reſ.39.& alibi Valentia, Reginaldus, Granados, Lublians, Laymā, Victorellus, Sà, Poſſeuinus, Franciſcus de Lugo, Quintanadueñas, Eſcobar, Lezana, & Thomas Hurt. quos citat, & probabiliter ſequitur Leādrus diſp. 4. quæſt. 12.

37 Sed oppoſitum defendūt *Henriq. lib.8. c.54. num.3. Vict. Silv. Vazq. Bonac. Vivaldus, Zābranus, Chamerota, G. Hurt. Lugo Præpoſitus*, Fauſt. *Ochagavia, Serra, & Dicaſtillo apud prædictum Leādrum.* Pro qua ſentētia obijcies Scotum *in 4. diſt. 13. quæſt. 2 §. Ad argumēta verſ. Ad quintum* verbis illis: *Nullo autē modo Laico conficere, nec etiam diſpēſare convenit.* Reſp. ſolùm loqui de eo, quod ex diſpoſitione iuris regulariter poteſt fieri; non autem in caſu tam arctæ neceſſitatis. Alias damnaremus factū Reginæ Scotiæ; immo & vſum antiquū Eccleſiæ. Igitur, quod Scotus, immò & caput illud *Pervenit* citatum ab ipſo, & cōmunitèr ab Auctorib' damnat, eſt, quòd laicis ſine cauſa tàm vrgente committatur Euchariſtiæ adminiſtratiò, & regularitèr. Quod cōſtat ex verbis iſtis illius capitis ab ipſo Scoto relatis: *Quidam Presbyteri in tātùm parvipēdunt divina myſteria, vt Laico corpus Domini tradāt ad deferendum infirmis.* Et ſequitur: *Interdicit Synodus* (Rhemenſis, teſte Vazq. *diſp.219, cap.1. num. 13.* congregata ſub Leone III. anno 813.) *ne talis temeraria præſumptio ampliùs fiat.* Cùm ergo in noſtro caſu arctiſsimæ neceſsitatis non parvipendantur divina myſteria, nec temeraria præſumptio interueniat, ſed proximo ſuccurratur moribundo eo modo, quo antiquitùs ratione mortis ab infidelibus imminentis Catholicis, ipſis tradebatur Euchariſtia in proprijs domibus ſervanda, & tempore neceſsitatis ab ipſiſmet laicis ſumēda: vt *n.36.* expendebamus; fit planè, prædictum caput non loqui in noſtro caſu; & ſolùm prohibere, quod id fiat regularitèr. Nec aliud vult Scotus: & proptereà verſ. *Confirmatur hoc* dicebat: *ſoli Sacerdoti conveniet auctoritas reſpectu ipſius conficiendi, & regularitèr diſpenſandi.* Expendatur ly *regulariter.* Expendatur, etiam quòd affirmet, *ſoli Sacerdoti* cōvenire diſpenſare Euchariſtiā: quòd regularitèr tātùm eſt verum: cùm etiam Diacono committi poſsit: vt *num.* 34. dicebamus.

38 Eamdem noſtram ſentētiam (quatenùs affirmat, laicū tunc poſſe miniſtrare alijs Euchariſtiam) defendunt *Diana p. tract.5. Reſ.47. & p.5. tract.3. Reſ.47. referens pro hac parte Valētiam, Laymanum, & Ægidium.* Quos tamen, dicit Lugo, illam nullomodo docere Quod, licèt verum ſit, (inquit Leandrus *q. 13.*) nihilominùs non reprobant

bant illam, ſed potiùs probabilem iudicant. Tamen eam expreſſe tuetur *Victorellus in notis ad Emmanuelem Sà V. Euch. num. 32. & alibi, Henrichus Boitus, Ludouicus de S. Iuan, Granadus, Mercerus, Capeavilla, Reginaldus, Leſsius Paleus, & Th. Hurt. quos citat, & probabilitèr ſequitur Leādrus tract. 4. quæſt. 13.* Additque prædictus Th. Hurt. quòd in caſu, quòd nō adſit copia miniſtri competentis ad diſpenſandum Euchariſtiam infirmo in articulo mortis, tenetur laicus illi Euchariſtiā miniſtrare. Quia, ſi poteſt, (vt probabilis fert opinio) ad id tenetur.

39 Sed oppoſitum huius à fortiori defendunt AA. *num. 37. citati. Quibus adde Sotum in 4. d. 13. quæſt. 1. art. 1. Catharinū, Fagundez, Filliucium Lugū, & Lublinum apud prædictum Leandrū.* Et obijciunt: Euchariſtia nō eſt ſimplicitèr neceſſaria ad ſalutem, & aliàs infirmum nō obligat eius ſuſceptio in articulo mortis, deficiente idoneo miniſtro: eſtque Laico prohibitū iure Eccleſiaſtico illam miniſtrare: ergo laicus nequit tunc illam miniſtrare. Patet conſequentia, quia ſolùm propter neceſsitatem proximi hæc miniſtratio poſſet laico permitti, nēpè vt infirmus impleret præceptum, aut poneret medium ad ſuam ſalutem neceſſarium. Reſp. negādo antecedēs quoàd ſecundam, & tertiam partem; immò & in aliquo caſu etiam quoàd primam. Itaque quoties fuerit miniſter ordinarius, vel extraordinarius, valens miniſtrare moribundo Euchariſtiā; directè obligatur infirmus cōmunicare, & indirectè miniſter (etiam extraordinarius) Euchariſtiam diſpenſare. (Hùc ſpectant dicta *cap. 3. à num. 50.*) Quarè meritò negamus antecedens quoad ſecūdam, & tertiam partē. Addidimus, poſſe etiam negari quoàd primam in aliquo caſu, nempè ſi infirmus ſolùm haberet attritionē: (cōtritionem exiſtimatam) tunc enim, ſi aliàs non poſſet recipere aliud ſacramentum, Euchariſtiæ ſuſceptio, eſſet infirmo ſimplicitèr neceſſaria ad ſalutem: Cùm ſit ſatis probabile, quòd Euchariſtia de per accidens daret primam gratiam. Recolantur dicta *cap. 3. num 54.*

40 Obi. 2. vſum Eccleſiæ, in qua nūquā fuit viſum, Euchariſtiam à Laico miniſtrari: ergo quia non licet. Reſp. negando antecedens: difficile enim videtur, quòd ea tempeſtate, in qua vigebat vſus tradendi etiā laicis in manus Euchariſtiā non ſolùm, vt tunc illam ſumerent, ſed etiam, vt illam domi ſervarent, temporeque opportuno ſumerent, eam aliquando vnus alteri nō adminiſtraret. Semel quippè ſtatuto, quòd ex permiſsione Eccleſiæ laicus (vir, & fœmina) ſacramentum manibus

nibus tangebat, quid incommodi apparet, quod illud proprio ori, vel alieno applicaret? Immò ego conicerarem, tūc temporis ex Eccleſiæ diſpoſitione aliquem decentiæ ordinem fuiſſe ſeruatum, v.g. quòd fœmina, præſente viro, de manu illius communicaret. (Vt nūc tēporis in collatione baptiſmi à Laico tempore neceſſitatis adminiſtrari permiſsi extat Eccleſiæ diſpoſitio) Itē, quod, ſi in eadē familia plures eſſent communicaturi, nō ſinguli ſacramentum manibus tāgerent; ſed vnus (& regularitèr dignior) alijs illud adminiſtraret: vt ſic, quantum fieri poſſet, minùs laicis manibus ſacramētum corporis tractaretur. Quia ſic, & proximi neceſsitati ſubveniebat Eccleſia; & minus irreuerentiæ (negatiuæ tantùm: cùm enim tunc nō vrgebat aliquod præceptum, quod per illum tactum frangeretur, non committebatur aliqua irreverentia poſitiva) in diſtributione ſacramenti permittebatur.

41 Itèm difficile apparet, quod, quando Euchariſtia per laicum mittebatur ad ſnfirmū, ipſi infirmo traderetur in manus, vt ipſemet eam ori applicaret. Tùm propter immunditiam manuum infirmorum; cui nō facilè obiaretur, præſertim in infirmitate periculoſa. Tū, quia multotiès vis infirmitatis hoc non permitteret. Quod autem per laicum ſacramentum ſit miſſum ad infirmos, negari non poteſt. cùm id reprehēdat concilium Rhemenſe *num.*37. citatum. Immò & ſine reprehenſione apud Euſebium *lib.*6. *Hiſt.cap.*36. legitur Euchariſtia à Serapione miſſa per laicū ad infirmum: vt referunt Vazq. & Lugo *num.*36. citati. Immeritò ergo nobis opponitur, nūquàm fuiſſe in Eccleſia vſum, Euchariſtiam à laico miniſtrari. Ad ſummum quippè hoc erit verum à tempore, quo conditus fuit canon ille. *Pervenit* cōcilij Rhemenſis, (anno 813.) vel antiquior alius prohibens prædictū vſum. Immò hoc regularitèr: quo enim fundamēto poteſt affirmari, in aliquibus caſibus particularis extremæ neceſsitatis Euchariſtiam à laico nō fuiſſe miniſtratā? Præſertim cùm in omni tempore fuerint homines docti, qui ſciunt, à legibus communibus humanis excipi caſus vrgentiſsimæ neceſsitatis. Et ſanè mihi mirum eſt expendere, quàm ſtrictiſsimè velint aliqui AA. hanc legem humanam obſervari; cū circa alias (etiam divinas) aliquādo inveniant exceptiones, ut circa legem divinam de integritate confeſsionis expendebamus *cap.*3.*num.*58.

42. Optimè autem notat Lugo *diſ.*18.*ſn.*3. dupliciter poſſe aliquem miniſtrare hoc ſacramentum. Primò, vtendo auctoritate,

citate, & iure, quod habet ad diſpenſandum. Secūdò, vt merum inſtrumentum, ſeu miniſter alterius. Sic enim videmus, in humanis aliquem dupliciter poſſe diſpenſare pecunias, vel cibos alterius alijs. Primò vtēdo iure, vel poteſtate, quam ab alio ad diſpenſandum accepit: qualē habet à Domino domus eius Præpoſitus. Secundò, merè miniſterialitèr: vt cùm famulus defert cibos ad menſam, & diſtribuit ſingulis conviuis iuſſu Præpoſiti domus, ſeu iuxta diſpoſitionem illius. Igitur, etſi iuxta ſuperiùs dicta non ſolùm Sacerdos, ſed etiam non Sacerdos (nempè Diaconus, ſubdiaconus: immò & laicus aliquando) miniſtrent Euchariſtiam; diverſimodè tamē: etenim Sacerdos illam adminiſtrat vtendo iure, & auctoritate, quā habet vi Sacerdotij. Alij autē habent ſe, quando adminiſtrant, ſicùt famulus in convivio, qui non diſpēſat nomine, iure, aut auctoritate propria; ſed vt merum inſtrumentum diſpenſantis. Quarè Diaconus, Subdiaconus, aut laicus, qui iuſſu Sacerdotis deferret Euchariſtiam infirmo, non eſſet diſpenſator, ſed merum inſtrumentum executionis voluntatatis, & poteſtatis Præsbyteri diſpenſantis.

43 Vndē conſtat, quo modo ſit intelligendū illud hymni in feſto corporis Chriſti: *ſic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium committi voluit ſolis Preſbyteris, quibus ſic congruit, vt ſumant, & dent cæteris.* Nō itaque vult Eccleſia, ſic ſolis Preſbyteris competere miniſtrare alijs Euchariſtiam, ut numquā hoc poſſit alijs competere: cùm ab ipſo iure Canonico ſit diſpoſitum, quòd ex cōmiſſione Epiſcopi, vel Præsbyteri Diaconus etiā poſſit miniſtrare: vt *num.* 34. dicebamus. Sed ſolùm vult, quòd ſolis Præsbyteris id competat proprio officio, iure, & auctoritate. Quo etiam modo intelligunt *Lugo diſp.* 18. *num.* 1. *Vazq. & alij* id, quod docuit Sotus, & alij, nempè iure divino ad ſolos Sacerdotes pertinere diſpenſationem Euchariſtiæ. Itaque excludunt nō Sacerdotes à iure, & auctoritate miniſtrandi Euchariſtiam, nō autem ab exercitio illam miniſtrādi.

De Miniſtro miniſtranti ſibi ipſi.

DVB. VIII.

44 PEtes 8 an Sacerdos poſſit communicare ſe ipſum extra caſum neceſsitatis, ſi non adſit alius Sacerdos, qui id poſſit, aut pręſtare velit? Reſp. affirmativè. Quia eſt miniſter, & nullibi hoc ſibi prohibetur. *ita Vazq. diſp.* 219. *cap.* 1. *Lugo diſp.* 18. *num.* 20. 31. 33. *&* 35. *Fagund. Suarez, Diana, & alij communi-*

muniter, quos citat, & ſequitur Leãdrus diſp. 4. quæſ. 14. Vbi pro oppoſita ſententia citat *Armillam, Filliucium, & Villalobos*: eo quòd aliquam neceſsitatem ad hoc exigunt.

45 Adde, hoc eſſe verum, etiam ſi tunc adeſſet Diaconus. Quia liberum eſt Sacerdoti cõmittere Diacono adminiſtrationem; immò ob aliquam neceſsitatẽ, ſeu impotẽtiã Sacerdotis permittitur, quòd Diacono committat adminiſtrare Euchariſtiã. *Sic Diana 2. p. tract. 14. Reſ. 52. & alibi Filliucius, Victorellus, Philibertus Thomas Hurtado, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 4. quæſ. 13.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Fagundez præcep. 3. lib. 3. cap. 3. num. 7. Diana 5. p. tract. 3. Reſ. 48. (ſibi contrarius) Præpoſitus, & Ochagavia apud prædictum Leandrum.* Pro quibus poteſt obijci, quod in alijs ſacramentis miniſter eſt perſona diſtincta à recipiente: ergo in hoc. Reſp. negando conſequentiam. quia in alijs (matrimonio etiã excepto) id voluit Chriſtus D. non autem in iſto: vt conſtat ex vſu Eccleſię, in qua nemo baptizat confirmat, vngit extremè, ordinat, aut abſolvit ſacramẽtalitèr ſe ipſum: benè autẽ ſe ipſum cõmunicat, dùm celebrat. Et, cùm alias nõ ſit prohibitũ, Sacerdotem communicare ſe ipſum, etiam extra Miſſam, ſeu quando non celebrat, dicimus cum prædictis Auctoribus, ſe ipſum licitè poſſe communicare, etiam præſente Diacono, à quo commodè poſſet recipere Euchariſtiam. Immo addo ego, adhùc in præſentia alterius Sacerdotis. Quia hoc convincit ratio illa, quod eſt miniſter ex officio; & aliàs nullibi ſibi hoc prohibetur.

DVB. IX.

46 PEtes 9. An Diaconus poſſit extra vrgentem neceſsitatem, abſente Præsbytero, ſe ipſum cõmunicare? Reſ. affirmativè. Quia ſic Diacono conceditur abſolutè *can. 14. concilij Nicæni. Sic Vazq. diſput. 219. c. 1. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leãdrus tract. 4. q. 1æſ. 16.* ¶ *Sed Sà v. Euch. num. 32. & Ludovicus de S. Iuan* oppoſitum defendunt: & obijciunt, quòd Diacono adminiſtratio Euchariſtiæ ſolùm conceditur in caſu neceſsitatis: ergo ſine iſta nec ſibi, nec alijs poteſt Euchariſtiã miniſtrare. Reſp. explicando antecedens: requiritur enim neceſsitas aliqua, vt Epiſcopus aut Præsbyter committat Diacono adminiſtrare alijs Euchariſtiam: quia propter hanc neceſsitatem, ſeu impotentiam Sacerdotis adminiſtrandi multis confluentibus communionis cauſa permiſit Eccleſia Diaconis, quòd ex commiſsione Epiſcopi, aut Sacerdotis alijs miniſ-

miniſtrarent Euchariſtiam. Ad communicandum autem ſe ipſum nullam neceſsitatem petivit Nicænũ: ut ſuppono: qui a poſtquàm reprehẽdiſſet, quòd Sacerdotes aliquãdo communionẽ accipiebãt de manu Diaconi, ſubdit. *Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus, vel Preſbyter, tunc ipſi* (Diaconi) *proferãt, & edant*. Itaq; ommiſſa diſputatione de neceſsitate requiſita, vt Epiſcopus, aut Sacerdos committat Diaconis, vt alijs miniſtrent Euchariam: (quia, nullam eſſe neceſſariã, dixerũt *D. Th. Silveſter, & Armilla num. 34. citati*) dicimus, vt Diaconus ſe ipſum communicet, nullam neceſsitatem neceſſariò requiri: benè tamẽ abſentiam Epiſcopi, aut Sacerdotis. Vndè cõſtat differentia (quantũ adhoc) inter Sacerdotem, & Diaconũ: iſte enim nequit in præſentia Sacerdotis ſe ipſum communicare; benè tamen Sacerdos; vt *num. 45. in fine* notabamus.

De Miniſtro adminiſtrante alijs tempore peſtis.

DVB. X.

47 PEtes 10. An Parochus tempore peſtis teneatur miniſtrare ſuis ovibus Euchariſtiam etiam cùm periculo vitę? Reſp. affirmativè. Quia extat præceptum divinum comunicandi in articulo mortis: vt cõſtat *ex c. 2. à num. 31*. Sed hoc præceptum directè obligat infirmum, & indirectè miniſtrum: *ex cap. 3. num. 51. & 54*. Ergo Parochus (qui eſt primus miniſter, & ovibus neceſſariò miniſtrat) tenetur tunc miniſtrare. *Ita Suar. diſp. 72. ſect. 3. Navarrus, Sà, Toletus, Silvius, Rodrig. Victorellus, Villal. & Fagũd. quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 4. quæſt. 18*. Qui ex Fagund. notat, nomine Parochi in præſenti intelligi quẽcumque ſuperiorem reſpectu ſuarũ oviũ. Quicumque enim tempore peſtis, aut alteri⁹ pericuioſæ epidemiæ tenetur ſuis inferioribus Euchariſtiam miniſtrare.

48 Sed *Molfeſius t. 1. tract. 4. cap. 3. num. 62. Poſſevinus, Maior, & Ortiz apud Leandrum ibi* ex parte nobis opponuntur: affirmant enim, Parochum ſolũ teneri in caſu, quo valde dubitetur de ſalute ſpirituali infirmi. Pro qua ſententia poteſt obijci: ſuſceptio Euchariſtiæ non eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalvationem infirmi: ergo Parochus non tenetur. Antecedens probatur. Tùm, quia non eſt medium ſimpliciter neceſſarium ad conſequendum, & permanendum in gratia *ex c. 2. à num. 33*. Tùm, quia infirm⁹ non obligatur, deficiente miniſtro; & alias cum ipſe omninò eſt impotens ad eius ſuſceptionem: vt ſupponimus, eſſe in noſtro caſu. Reſp. (omittendo ante-

antecedens propter caſum, in quo infirmus ſolùm eſſet attritus in rei veritate; etſi aliàs prudentèr exiſtimaret, ſe eſſe contritum: de quo *num.* 39.) negando conſequentiā: quia proprius Paſtor, qui ovium vtilitates habet, aut qui ſuſcipiens Paſtoris munus, ſuſcepit etiam onus invigilandi illarum ſaluti, tenetur non ſolùm miniſtrare illis ea, quæ ſunt ſimplicitèr neceſſaria ad illarum ſalvationem; ſed etiam illa, quæ ad id maximè conducunt. Hùc ſpectat illud Chriſti D. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis Ioan.* 10.

49 Reſp. 2. diſtinguendo antecedens: in rei veritate, concedo: quoàd ſcientiam humanam, nego. Et ideò nego cōſequentiam. Itaquè verum eſt, Euchariſtiæ realem ſuſceptionem non eſſe medium neceſſarium ad ſalutem. Tamen, cùm pro hoc ſtatu nō poſsimus certò ſcire nos, aut proximum eſſe in gratia, ſeu elicuiſſe infirmū illum veram cōtritionem, debemus ſemper eſſe pavidi de noſtra ſalute; necnon & de ſalute illorum, qui noſtræ curæ, & officio incumbunt. atque pro eis facere id, quod pro nobis fieri optaremus. Et cùm aliàs nos prudētèr optaremus, tempore peſtis nobis miniſtrari Euchariſtiam; idem pro proprijs ovibus proprius Paſtor facere tenetur. ¶ Nec ſatisfacies dicendo, ſufficere, quòd prudentèr exiſtimetur, proximum eſſe in gratia vel per elicientiā cōtritionis, vel per realē ſuſceptionem Pœnitentiæ ſacramēti. Cùm his enim omnibus reſtat, adhùc poſſe contingere, quòd in re non ſit in gratia; & quòd habeat nunc attritionē, cum qua, ſi coniungatur realis ſuſceptio Euchariſtiæ, ſalvabitur infirmus; ſin verò non coniungatur, ſeu Euchariſtiam non recipiat tunc, damnabitur. Et, cùm nos exiſtentes in illo periculo prudentèr optaremus, quod, quātum fieri poteſt, prædictæ contingentię damnationis oportunè occurreretur: pro ſalute ſuarum ovium Paſtor id exequi tenetur.

DVB. XI.

50 PEtes XI. an tempore peſtis, aut alterius infirmitatis cōtagioſæ liceat Sacerdotibus miniſtrare Euchariſtiam ægrotis aliquo apto, ſeu decenti inſtrumento, vt ſic effugiant contagium? Reſp. affirmativè. Quia cōſuetudo applicandi ori cōmunicantis Euchariſtiam non videtur obligare cum tanto periculo, adhùc admiſſo, quòd obligat ſub gravi culpa. Confirmatur ex vſu antiquitùs ſeruato in Eccleſia tradendi Euchariſtiam in manus communicātis, vt ipſe eam ori applicaret: vt notabamus *num.*

num.36. Sic Venerus in exam. Epiſcop. lib.4. cap. 46. num.47. Gavãtus in Encheridio Epiſcop. V. Peſtis, & Leandrus tract.4. quæſ.20. addens, hoc eſſe probabile *Poſſevino, & Bonac. & Dianam debere illud ſequi.* ¶ *Sed Dian. p.4. trac.4 Reſ.114. & 5. p. trac.3. Reſ.50. Capeavilla, March. Bartholomæus à Sancto Fauſto citati à Diana: quibus Leandrus ibi addit Poſſevinũ,* oppoſitum defendunt, & obijciunt conſuetudinem oppoſitam. Reſp. non obligare cum tanto periculo: ut paulò antè expendebamus.

51 Addit Leandrus *ibi quæſ.21.* tempore peſtis, aut infirmitatis contagioſæ licere miniſtro, ponere Euchariſtiam in loco decẽti, vt inde infirmi proprio ore, aut manibus illam accipiant. Quia tunc temporis poſſunt etiam laici ſe ipſos cõmunicare: iuxta dicta *à num.36.* Pro qua ſententia citat *Caiet. in illud Matth.26. Accipite, & comedite, Henrichum Boicium, Iacobum Mancinum, & Iacobũ Marchanciũ adductũ à Diana 5. p. tract.3. Reſol.50.* Quibus ſubſcriberẽ libentèr, ſi cum debita reverẽtia mũditiæ manuum infirmorum; & ſine periculo alicuius particulæ conſecratæ id ſit exequendum. ¶ Sed *Henriq. lib.8. cap.54. num.3. in fine, Catharinus; Fagund. & prædictus Diana citans Capeavillam, Fauſtũ, & alios* oppoſitum defendunt; & obijciunt conſuetudinẽ imponendi Euchariſtiam in ore. Reſp. non obligare cum tanto diſpendio: vt *num.50.* notabamus.

52 Notat Leandrus probabilitèr *ibi quæſt.29.* in prædicta neceſsitate, hoc eſt, tempore peſtis, licitè deferri Euchariſtiã ad infirmum abſque præcedẽti lumine, ſtola, & ſuperpelliceo. Quia, ſicùt propter neceſsitatẽ infirmi, ſeu ne ſine Euchariſtia moriatur, multa alia omnittũtur, quando commodè fieri nõ poſsũt: ergo ſimilitèr prædictæ cęremonię licitè omnittũtur, ſi cõmodè fieri nõ poſſunt. Immò videtur ſufficiens cauſa ipſamet occaſionis anguſtiæ, & multis ægrotis ſuccurrendi neceſsitas. Tùnc enim nec ſuperſunt miniſtri; nec neceſsitas tot infirmorum in cæremonijs conſuetis permittit immorari. ¶ Sed pro oppoſito citat Leãdrus *Bonac. diſp.4. quæſt.5. pun.2. num.8. Poſſevinum, & Ludov. de S. Iuan.* Pro qua ſententia poteſt nobis obijci conſuetudo. Reſp. tunc licitè omitti poſſe, ſi neceſsitas vrgeat. Cùm enim hoc ſacramentum (ſicùt, & cætera) ſit inſtitutum in fidelium vtilitatẽm, quaſi cedit ſacramentũ cęremonijs in ſui maiorem reverentiam inſtitutis, vt ſaluti proximi ſuccurratur. Recolantur quæ diximus *cap.3. num.* 54.

De

De decentia in adminiſtratione à Miniſtro, & recipiente ſervanda.

De miniſtrante Euchariſtiam.

DVB. XII.

53 **P**Etes 12. an Sacerdos, qui ob aliquod impedimentum nequit miniſtrare Euchariſtiam pollice, & indice, poſsit eam alijs digitis conferre? Reſp. affirmativè. Quia tota Sacerdotis manus eſt conſecrata. Ita Leandrus *diſp.4.q.19.* ¶ Sed *Bonacina diſp.4. quæſt.5. punct.2. num.10. Poſſevinus, Diana p.10. tract.16. Reſ.80. & Fräciſcus de Lugo* oppoſitum defendunt: & obijciunt conſuetudinem. Reſp. non quamcumque conſuetudinem inducere obligationem gravem; ſed aliquãdo fieri aliquod ex maiori decentia; quæ ex aliquo ſupervenienti impedimẽto ommittitur impunè. Neque in omnibus quæ pro decẽti Euchariſtię adminiſtratione ſunt inſtituta æqualis decentia reperitur. Quare ex ommiſsione huius (nempè quod indice, & pollice porrigatur communio) non licet inferre ommiſsionẽ alterius, ſcilicèt, quod ſine veſtibus ſacris Miſſa celebretur. Tũ, quia ex adminiſtratione tranſit hæc obiectio ad celebrationem: ad quam maiorem decẽtiæ apparatũ requirit Eccleſia. Et ideò ſine veſtibus ſacris nõ licet celebrare regularitèr; benè tamẽ (ſaltèm ſine multis illarũ) miniſtrare Euchariſtiã. Tùm, quia quæ cæremoniæ ad maiorem, vel minorem reverẽtiam ſpectent; & quę ſine culpa, quę verò culpabiliter ommitti poſſint, prudentiũ arbitrio eſt relinquendum. Quarè peto ab adverſarijs, quid magnæ irreverentiæ inveniant in hoc, quòd Sacerdos, iuſto interveniente impedimento, alijs digitis potiùs, quàm indice, & pollice in miniſtratione Euchariſtiæ vtatur? Eo præſertim quòd nõ alia ratione videatur introductus uſus pollicis, & indicis in adminiſtratione Euchariſtiæ, niſi quia ad hoc ſunt magis apti.

DVB. XIII.

54 **P**Etes 13. an mortalitèr peccet Sacerdos, qui exiſtens ſub mortali alijs Euchariſtiam adminiſtrat? Reſp. negativè. Quia per talẽ adminiſtrationem non cauſat gratiã in recipiente ſacramentum: & conſequentèr non debet ſe conformare cum ſanctitate Chriſti D. auctoris ſacramentorũ, aut cum gratia, & ſanctitate, quam ipſa ſacramenta cauſant. Propter quam rationem tãtùm exigitur à miniſtro, quòd ſit ſine culpa gravi, & ſub gratia ſanctificante, quando ſacramenta

Q ad-

adminiſtrat: vt libavim⁹ *cap.3. num.*170.& probavimus *in tractatu de ſacram. in genere capit.3. à num.*41. Hanc noſtram ſententiam defendunt *Vazq. in 3.p.r. 2.diſp.*136.*cap.3. Lugo diſp.*18. *num.*17.*Diana* 1.*p.tract.*7. *Reſol.* 23.*& alibi ſæpè, Barboſa, G.Hurt. Nugnus, Cabrera, Silvius, Petrus de Ledeſma, Ioan. à Cruce, & Petrus Reyna, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.*4.*q.*25.

55 *Suar.diſp.*72.*ſect.*4. *Valentia, Fillinecius, Ægid. Fagund. Ochag. Bonac. Villal. Philibertus, Granad. & Ortiz apud Leandrum ibi* oppoſitum defendũt: & objiciunt: ſancta ſunt ſanctè tractanda: ergo peccat graviter, qui exiſtens ſine ſanctitate adminiſtrat alijs ſanctiſsimã Euchariſtiam. Reſp. antecedens eſſe univerſaliter verum ſumptum indeterminatè, ita vt relinquatur prudentium iudicio, aut gravitati materiæ determinare, quando accipiendũ ſit ſub obligatione gravi, quandò ſub levi, quando verò ſub decentia tantùm. Si tamen antecedens ſemper ſit accipiendum gravi obligatione, aut ſub aliqua ſaltèm levi, falſum eſt, quia in tractãdo res ſacras etiam eſt parvitas materiæ: ut, ſi Sacerdos exiſtens ſub mortali Euchariſtiam (ſaltèm levit.r) tangeret. Nimis enim durum videretur. hunc levẽ tactum damnare de mortali; immò aut de veniali. (ut mihi eſt certum) Sicùt, ſi damnaretur ſæcularis leviter attingens veſtes ſacras, aut calicem: quamvis in vtroque eventu aliqua minor reverentia interveniret.

56 Ad rem ergo dicimus, Miniſtrum ſacramentorum teneri ſub gravi obligatione illa ſanctè tractare, ſeu eſſe ſub ſanctitate, quando ipſe media ſua actione confert gratiam recipienti ſacramentum: ut contingit, quando baptizat, abſolvit, &c. Secùs autem, quando illam non confert: vt contingit, quando Euchariſtiam adminiſtrat. Tunc quippê gratia non cauſatur à miniſtro conficiente ſacramentum: hoc enim iam ſupponitur confectum; ſed ab ipſomet ſacramẽto; quod in ſuo eſſe permanens ſupponitur. Eſt autẽ ſatis materiale, & accidentarium, quòd applicetur ab alio, vt cauſet gratiam: illam quippê cauſaret, ſi communicans ſibi ipſi applicaret ſacramentum: ut contingit Sacerdoti in Miſſa communicanti. Igitur, cùm miniſtrans Euchariſtiam ſua actione non cauſet ſanctitatem, ſeu gratiam in recipiente, non tenetur, pluſquam ex decentia, eſſe ſub ſtatu gratiæ.

57 Diſplicet autem mihi, Leandrus dicens, tunc intervenire veniale. cùm enim nulla lege ſit prohibitum adminiſtrare Euchariſtiam ſub mortali, nullam culpam tunc reperimus.

rimus. Immò, ſi aliquam fateremur, eſſet mortalis: quia, materia eſt gravis: quarè, ſi eſſet prohibita, graviter obligaret.

De Diacono miniſtrante.

58 EX quibus infertur, neque Diaconum miniſtrantem Euchariſtiam exiſtentem ſub mortali peccare. Quia ipſe non cauſat gratiam, ſeu ſanctitatem in recipiente. Ita *AA. num.* 54. citati pro noſtra ſententia: contra Laymam *lib.5. tract.1.cap.5.n.8.*

De illo, qui exiſtens ſub mortali tangit Euchariſtiam.

59 INfertur a fortiori non peccare eum, qui ob rationabilem cauſam tangit Euchariſtiam, dùm eſt ſub peccato mortali. Sicùt nequè peccaret, qui tangeret Chriſtum D. in terris agentem, ſub mortali exiſtens. Quia neutrum eſt alicubi prohibitum. Ita *D.Thom. quæſt.82.art.3. Suarez, & multi alij apud Leandrum quæſt.* 23. ¶ Sed oppoſitum defendit *Adrianus quæſt.3.de Baptiſmo 2.p. capitis.* Cui favent *D. Bonaven. & Sotus apud Suarez diſput.72. ſect.4.* quatenùs docent, fortè eſſe mortale oſculari hoc divinum ſacramētum in ſtatu peccati mortalis. Immeritò tamen; quia hoc non excedit lineam irreverentiæ negativæ, ſeu minoris reverentiæ.

DVB XIV.

60 PEtes 14. an peccet mortaliter Sacerdos, qui miniſtrat alijs Euchariſtiam ſine ſuperpelliceo? Reſpondet Leandrus *diſp.4. quæſt.26.* affirmativè. Quia ſic habetur *in cap. ſanè de celebratione Miſſarum.* Pro qua ſententia citat *Turrecrematam, Graffiis, Suarez diſp.72. ſect.4. Filliucium, Fagund. Lugo diſp.18. num.53. & Granados.* Et demùm ſic concludit Leandrus. Vndè miror valde, aliquos Sacerdotes, & Religioſos multotiès ſine ſuperpelliceo miniſtrantes: & id ſine ſcrupulo. O bone Deus! Hucuſque Leandrus. ¶ Mihi tamen difficile ſatis videtur, quod hoc obliget ſub mortali. Tum, quia, etſi in prædicto capite ſic diſponatur, aut etiam iubeatur, materia nō videtur ita gravis, ut, ſub mortali obligare, ſit cenſendum. Tùm, quia admiſſo, ibi fuiſſe præceptum, & materiam pro gravi fuiſſe iudicatam. Tamen multi oppoſitum ſine ſcrupulo (teſte ipſo Leandro) operātur. Quarè timeo, prędictam legem eſſe abrogatam, adhùc admiſſo, aliquando ſtetiſſe. ¶ Quod confirmatur ex dicendis dubijs ſequentibus 15.16. & 17.

(.§.)

Digitized by Google

DVBIVM XV.

61 PEtes 15. an peccet mortalitèr Sacerdos, ſi cùm ſuperpelliceo, abſque ſtolla tamē, Euchariſtiam adminiſtret? Reſp. negativè. Quia, etſi ſit antiquiſsimus Eccleſiæ ritus noviſsimè renovatus à Paulo V. *in Rituli Romano de ſacramento Euchariſtiæ ad finem*: tamen materia non videtur adeò gravis, ut obliget ſub mortali. Ita *Philibertus tract. 2 de Ordine capit. 8. num. 6. & alij, quos, ſuppreſſo nomine, citat Sà V. Euchariſtia num. 31. in editione correcta.* Vndè cōfirmatur id, quod de ſuperpelliceo num. præcedenti expendebamus. Si enim geſtatio ſtollæ in adminiſtratione Euchariſtiæ non obligat ſub mortali: cùm aliàs ſtola ſuper vtrumque humerum ſit proprium inſigne muneris Sacerdotalis: minùs obligabit geſtatio ſuperpellicei: cùm ſuperpelliceus non ſit proprium inſigne muneris Sacerdotis, ſed multis alijs commune, nempè prædicatoribus, in choro, &c.

62 Sed Leandrus probabilitèr defendit, eſſe mortale, tunc non geſtare ſtollam. Pro qua ſententia citat *Suar. diſput. 72. ſect. 4 Lugo. diſp. 18. num. 53. Filliucium, Granados, Turrecrematam, Graſſis, Sà. & Ludovicū de S. Iuan.* Et objiciunt, quòd ſtola ſuper vtrumque humerum eſt inſigne muneris Sacerdotalis: ergo, dùm Euchariſtiā diſpenſat Sacerdos, illam debet geſtare ſub onere peccati mortalis. Reſpond. negando conſequentiam: quia materia nō videtur adeo gravis, ut eius ommiſsio ſit mortalitèr peccaminoſa.

DVB. XVI.

63 PEtes 16. an Sacerdos adminiſtrans Euchariſtiam peccet mortalitèr ommittendo alias cæremonias, ut luminis accenſi, confeſsionis generalis, & abſolutionis venialium, &c? Reſpond. negativè. Quia non videtur materia adeò gravis. Ita *Suar. diſput. 72. ſect. 4. Diana p. 10. tract. 16. Reſol. 80. Filliucius, & Granados (apud Leandrūm diſp. 4. quæſt. 28.)* exiſtimantes, ſolùm eſſe veniale. Vndè etiam confirmatur, quod de ſuperpelliceo *num. 60.* expendebamus. ¶ Sed prædictus Leādrus affirmat, eſſe peccatū mortale ommittere prædictas cæremonias abſque rationabili cauſa: & objicit, quod *in capite ſane de celebrat. Miſſarum* expreſsè habetur, quòd accendatur lumen, quando extra miſſam Euchariſtia diſpenſatur: ergo ſaltèm illa cæremonia non eſt cenſenda levis materia. Reſp. negando conſequentiā.

Digitized by Google

De recipiente Euchariſtiam.

DVB. XVII.

64 PEtes 17. an Sacerdos extra Miſſam Euchariſtiã recipiens teneatur ſub mortali, geſtare ſtolam è collo pendentem? Reſp. negative. Quia licèt *in can. Eccleſiaſtica d. 23.* præceptũ ſit hoc ſub pœna excommunicationis: tamen hoc decretum vel iam eſt contrario uſu abrogatum: vel numquàm fuit ſub tanto onere receptum. *Ita Suar. diſp. 68. ſect. 1 Silveſter, Sà, Azor, Reginaldus, Pitigianus, Fagundez, Henriquez, Gavãtus, Granados, Philibertus, Bonac. & Diana 2. p. tract. 14. Reſ. 20. quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 4. q. 30.* Vndè ad hominem cõfirmatur, quod expendebamus *num. 60.* contra ipſum. ¶ Sed oppoſitum affirmant *Angelus V. Sacerdos num. 4. Nalius, & Homobonus* apud prædictũ Leãdrum: & obijciunt, præceptum fuiſſe in illo canone *Eccleſiaſtica.* Reſp. aut non fuiſſe receptũ ſub tanto onere; aut vſu cõtrario fuiſſe abrogatum.

65 Adde, nec veniale in hoc inveniri. Quia ſi no extat præceptum: (vel quia non fuit receptum, vel quia uſu contrario eſt abrogatũ) vndè erit veniale? ita *Granados tract. 11. de Euchariſtia diſp. 1. n. 3. citans Navarrum, Silveſtrum, & Sà.* Quarè nõ eſt credẽdũ Leandro *q. 31.* affirmanti, ſub onere peccati venialis receptum fuiſſe decretũ prædictum. Et ideo ipſe, tamquàm probabilius defendit, talem Sacerdotem peccare venialitèr. Immeritò tamen: quia ubi non eſt præceptum, nullum eſt peccatum. Sine aliquo autẽ fundamento affirmat, fuiſſe receptum ſub onere peccati venialis.

DVB. XVIII.

66 PEtes 18. An ad communicandum Laicum ob ſolam devotionem, poſsit celebrans partem ſuæ hoſtiæ illi præbere? Reſpon. affirmativè. Quia hoc non eſt cõtra aliquod præceptum, aut contra integritatem ſacrificij: quacumque enim parte hoſtiæ percepta à Sacerdote, verificatur recepiſſe corpus Chriſti D. *Ita Diana 3. p. tract. 4. Reſ. 34. & alibi Angelus, Silveſt. Henriq. Scortia, Fagund. & Dicaſtillo, Sà, Suar. Poſſevinus, Philibertus, Bonacina, Sancius, Gavantus, & Granados, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 4. q. 17.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Silveſter V. Euchariſtia 2. q. 10. n. 7. D. Antoninus, Palud. Henriq. Zanardus, & Zambranus apud Leandrum ibi.* Pro quibus obijcies vſum contrariũ Reſp. nõ quęcũq; vſum fuiſſe introductum ſub obligatione. Præſertim cùm nõ appareat, oppoſitũ eſſe illicitum.

Digitized by Google

DVB. XIX.

76 PEtes 19. an in articulo mortis licitum ſit accipere Euchariſtiã à Sacerdote hæretico, ſchiſmatico, excõmunicato nõ tolerato, &c. defectu alterius Sacerdotis? Reſp. negativè. Quia Eccleſia prohibet communicare cum excõmunicato non tolerato, (ſub quo coprehenditur hæreticus, & ſchiſmaticus) præſertim in rebus ſacris. Ita *Silveſt. verb. Euchariſtia 2. num. 5 Henriq lib. 8. cap. 4. litt. H. & Fagund. præcepto 3. lib. 1. cap. 4. n. 11.*

68 *Sed Suarez diſp 72 ſect. 1. Diana p. 5 tract. 3. Reſ. 49. Navarrus, Hinojoſa, & Fagundez (ſibi contrarius) quos citat, & ſequitur Leandrus tract, 4. q. 22.* oppoſitum defendunt: & obijciunt: in articulo mortis licitum eſt, recipere baptiſmum, & pœnitentiam ab excõmunicato non tolerato: (& conſequentèr ab hæretico, & ſchiſmatico, qui ſub illo comprehenduntur) ergo & Euchariſtiam. Conſequẽtia videtur tenere à paritate. Antecedens autem conſtat ex dictis *in tract. de Sacram. in genere cap. 3. à num. 118. & ex tract. de Pœnit. cap. 17. à num. 102.* Reſp. negando conſequentiam, aut paritatem: quia ob ſummã neceſsitatem baptiſmi, & Pœnitentiæ permittuntur, tunc recipi à quocumq; miniſtro etiã non tolerato. Quę ratio nõ militat in Euchariſtia, aut alio ſacramento vivorum. ¶ Contra: poteſt contingere, moribundũ non potuiſſe cõfiteri: ergo tunc poterit ab aliquo miniſtro, etiã hęretico recipere Euchariſtiam; ut, ſi tunc habeat attritionem tantùm, (cõtritionem exiſtimatam) cum reali receptione huius ſacramenti, vel alterius vivorum ſalvetur, ſaltẽ probabilitèr: cùm ſit ſatis probabile, ſacramenta vivorum tunc conferre primam gratiã. (vel ſecundum rationem genericam, vel per accidens ſecũdum diverſos modos philoſophandi) Recolantur dicta *in tract. de ſacramentis in genere capit. 4.*) Reſpondetur concedendo totum: quia hoc idem nos propugnavimus *in tract. de Sacram. in genere capit. 3. à num. 123.* Hoc tamen eſt de per accidens. Nos enim loquimur in caſibus regularitèr occurrentibus: dicimuſque, illum, qui recepit ſacramentum Pœnitentiæ in articulo mortis, nõ poſſe licitè recipere Euchariſtiam ab excommunicato non tolerato. Si autem ſacramentũ Pœnitentiæ non poteſt recipere, poterit à quocumque miniſtro recipere Euchariſtiam, aut aliud ſacramentum vivorum.

(.*.)

CAP.

CAP. V.

De materia Euchariſtiæ.

1 SERMO eſt de materia, ex qua Euchariſtia cōficitur, ſeu circa quā verſatur conſecratio. De qua extant ſequentia dubia.

De materia conſecrationis corporis.

DVB. I.

2 PEtes primò. Quæ ſit materia neceſſario requiſita ad conſecrationem corporis. Reſp. eſſe panem. Quia ſic inſtituit Chriſtus D. ut conſtat *ex Matth. 26. n. 26. cœnantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedixit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum.* Idem conſtat *ex Lucæ 22. Marci 14. & 1. Corinth. 11* & definitur, aut ſupponitur in multis concilijs, prætertim in Cocilio Lateranenſi ſub Innoc III. (Fuit Lateranenſe II. & merito vocatur magnum: quia interfuerunt illi Patriarcha Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus; Septuaginta Metropolitani; Epiſcopi quatuorcentū; Abbates duodecim; Priores Conventuales octocētum; Græci, & Romani Imperij Legati; Regumque Hieruſalem, Hiſpaniæ, Frāciæ, Angliç, & Cypri Oratores. Fuit celebratum anno 1215.) *cap. 1.* ſub his verbis: *Verum Chriſti corpus, & ſanguis in ſacramēto altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate divina, &c.* Idem habetur in Florentino, aut in decreto Eugenij IV. in Tridentino *ſeſſ. 13. can. 2. & ſeſſ 21. & 22* & in multis alijs. Idq; paſsim docent uniformiter PP. & DD. conſtatque ex perpetua traditione, & uſu Eccleſiæ, quæ nūquam in alia materia cōſecravit. Et apertè deducitur ex facto Chriſti D. ab Evāgeliſtis narrato locis nuper citatis. Quarè convenietia eſt non ſolùm Catholicorū, ſed etiam inter hæreticos, conſecrationem corporis Chriſti D. in pane fieri debere; quamvis de illius qualitatibus, non ſolùm hæretici aliqui erraverint; ſed etiam nōnulli ex Catholicis variè fuerint opinati: ut ex dicendis cōſtabit.

DVB. II.

3 PEtes 2. An panis conſecrationis debeat cōfici ex frumēto? Reſp. affirmativè. Quia in iſto conſecravit Chriſtus D. ut conſtat ex concilijs, Patribus, & Doctorib⁹, qui dicunt, materiā conſecrationis de-

Digitized by Google

ebere eſſe panẽ triticeum: (de quo *n.5.*) triticum enim eſt ſpecies frumenti. Inſupèr conſtat ex hoc, quod ſolus panis confectus ex frumento dicitur panis ſimplicitèr. Pro quo nota, quod, etſi panis a paſcendo dicatur; & homines omni ciborum genere paſcantur; illud tamen ſolũ dicitur panis, quod cum alijs cibis comedi ſolet. Fit autem panis ex varijs rebus, nempè ex fructibus arborum; ex herbis; ex leguminibus; & ex frumento. Dicitur autem frumentum quodcumque granum, quod ariſtas habet: vt triticum, hordeum, thypha, & avena.

4 Igitur ſolùm panem confectũ ex frumento voluit Chriſtus D. aſumi pro materia conſecrationis corporis. Vnde cõveniunt AA. panem, qui non eſt ex frumento, non eſſe materiã ſufficientem ad conſecrationẽ corporis Chriſti D; quia, qui nõ eſt ex frumento, non eſt ſimplicitèr panis, ſed tantùm ſecundũ quid & cum addito; (ut panis ex caſtaneis, ex ficibus) & non adhibetur communitèr cum alijs cibis, niſi in defectũ veri panis. Et idem ob eandem rationem dicunt de pane confecto ex mayzio: (Hiſpanicè mayz) & de pane confecto, ex milio, (Hiſpanicè mixo) & de pane ex panico: (Hiſpanicè panizo) & ex pane ex aroyza: (Hiſpanicè arroz) & ex pane ex fabis. Quia ſcilicèt ex nullo ex his fit panis, qui ſit, & dicatur ſimplicitèr panis, & qui communitèr adhibeatur cum alijs cibis, niſi in defectum veri panis: ut meritò notat G. Hurt. *diſp. 2. diff. 2.* Adde, neque hæreticos de hac qualitate panis erraſſe. Nec mirum: cùm panẽ eſſe frumentaceum potiùs ad ſubſtantiam ſpectet, quàm ad qualitatem panis.

DVB. III.

5 Peres 3. an panis conſecrationis debeat eſſe triticeus? Reſpond. affirmativè. Quia ſic inſtituit Chriſtus D. Inſtitutio autem cõſtat nobis per Eccleſiam, nemp. per Eugeniũ IV. *in ſuo decreto fidei, quod eſt in Concilio Florentino poſt vltimam ſeſsionem §. Tertium eſt* (proſequitur textus) *Euchariſtiæ Sacramentum: cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite: cui ante conſecrationem aqua modiciſsima admiſceri debet.* Et in ipſomet Concilio Florentino idem habetur ſub his verbis: *Diffinimus itèm, in azymo, ſivè fermentato pane triticeo corpus Chriſti veracitèr confici.* Et meritò: quia ſolus triticeus eſt panis vſualis: & tantùm egeſtate, aut defectu illius vtimur alio pane. Quam rationem cõgruentiæ aſsignat Scotus *in 4. diſt. 11. quæſt. 6. in principio verſic. De hac*, his verbis: *Quia, cùm*

cùm ſacramentum illud ſit ſignum nutrimenti ſpiritualis, in illis congruè inſtituitur, quæ ſunt ſigna principalis nutritionis corporalis, principale autem nutrimentum, quantū ad cibum, eſt panis triticeus. Alias rationes congruentiæ aſsignāt AA. præſertim D. Th. 3. *p. quæſ. 74. art. 1. in corpore.* Hanc concluſionem defendunt Scotus, & D. Th. nupèr citati: eſtque cōmuniſsima inter AA. pro qua RR. citant non ſolùm Florētinum adductum, ſed etiam Tridentinum *ſeſ. 13. can. 2. & ſeſ. 21. & 22.* necnon & multos PP. & AA. Quarè Lugo *diſp. 4. num. 2.* dicit, quòd iam vix poteſt de hoc dubitari poſt Florentinū.

6 Diſplicet tamen mihi P. Leandrus *diſp. 8. quæſt. 1.* dicēs, eſſe de fide, ſolùm panem triticeum eſſe materia huius ſacramenti. Diſplicet: (inquam) quia, etſi in concilio Florentino dicatur, *in pane triticeo corpus Chriſti veracitèr confici:* tamen cū Eccleſia Græca nō erat controverſia de hac qualitate panis; ſed an deberet eſſe azymus? An fermentatus? Quarè definitio ſolùm cadit ſuper hoc: definitū (inquā) fuit, quod tenet conſecratio in vtroque. Quod autem obitèr additur, nēpe quod panis debeat eſſe triticeus, non ſpectat ad definitionem ¶ Adde, quod, adhùc admiſſo, ibi eſſe definitam qualitatem panis, non ſolùm quantum ad hoc, ut ſufficiat tàm azymus, quā fermentatus; ſed etiam quantū ad hoc, vt ſit triticeus; non proptereà eſſet de fide ſolùm panē triticeum eſſe materiam conſecrationis: quia concilium nō ponit excluſivam; ſeu non dicit, In nullo alio pane, niſi in ſolo triticeo poſſe fieri conſecrationem: ſed quòd *in pane triticeo corpus Chriſti veracitèr conficitur:* aut (vt loquitur Eugenius IIII. *num. 5.* citat᷒) *cuius materia eſt panis triticeus.* Quaſi diceret concilium; & Pontifex, (poſſet reſpōderi, ſine eo quod evidētèr falſitatis cōvinceretur reſponſio, & conſequentèr nō eſt expreſſè diffinitum, ſolùm panem triticeum eſſe materiam conſecrationis) materiam certiſsimam conſecrationis eſſe panem triticeum: de alia autē qualitate panis relinquendum eſſe Auctorum diſputationi.

¶ Inſupèr adde, poſt Florentinum (celebratum ſub Eugenio IIII. qui elect᷒ fuit anno 1431.) diſputare AA. & aliquos defēdere, alium panem, præter triticeum, eſſe materiam conſecrationis: ut ex dicendis cōſtabit. Non ergo eſt de fide certū, ſolum panem triticeum eſſe materiam huius ſacramenti.

(∴)

DV-

Digitized by Google

vel in pane cōſperſo ſemine humano: ut de Manichæis refert Aguſtinus *cap.*46. Quartò errarunt Ophitæ: qui (vt Auguſtinus refert *cap.*17.) colubrū alebant iuxta altare, qui per incātationem Sacerdotis ſacrificij tēpore egrediebatur, & lambebat panem, in quo Euchariſtia conſecrari poſſet. Quos errores referunt partim D. Th. *q.* 74. *art.*1. *in corpore*, & prædicti RR. præſertim legatur Vazq. *diſp.*170. *cap.*1. vbi non pauca ſcitu digna pro intelligentia horum errorum expendit. ¶ Hoc tamen ommiſſo, omnes hi errores exploduntur ex eo, quod materia conſecrationis corporis ſolùm eſt panis vſualis: vt probatum manet.

De pane, qui non abſolute panis nūcupatur.

10 **V**Ivaldus *de Euchariſtia num.*24 affirmat, (teſte Leandro *diſp.* 8. *quæſt.*2.) Caietanum tenere, eſſe materiam conſecrationis panem, qui fit ex fructibus quarumdam arborū, ſcilicèt ex amigdalis, caſtaneis, &c aut, qui fit ex leguminibus, vt ex fabis, lētibus, ciceribꝰ, &c. ¶ Tamē hoc placitū reijcitur ex eo, quòd materia conſecrationis debet cōfici ex frumento; immò ex tritico, atque eſſe panis vſualis: quorum nullū habet panis aliquis ex enumeratis, & ideò nō dicitur abſolutè, & ſimpliciter panis: vt *num.*4. expēdebamus. ¶ Notat autē prēcitatus Leandrus ex Ægidio *quæſt.* 74. *num.* 50. *& alijs*, Caietanum oppoſitum huius non dixiſſe.

De pane hordaceo.

11 **H**Vnc eſſe materiam conſecrationis affirmat Gab. (qui vixit ad annū 1490. & conſequenter poſt cōcilium Florentinum celebratū ſub Eugenio IV. qui electus fuit anno 1431.) *lect.*55. *in canonem*, *& in* 4. *d.*12. *quæſt.* 2. *art.*2 *num.* 2. *referens pro ſe Albertū, & Thomam de Argentina.* Tenet etiam Caiet. *quæſt.* 74. *art.*3. *in impreſſione antiqua*; quamvis in Romana pars illa comentarij expuncta ſit: vt notant Suar. *diſp.* 44. *ſect.*1. *§. Tota ergo, & Vazq. diſp.*170. *cap.*2. *num.*9. vbi excuſat ab hac ſententia Albertum, Argētinā, & Caiet. Sed, quidquid ſit de hoc, Gabriel affirmat, non ſolùm panem hordaceum, ſed etiam confectum ex quolibet alio grano frumentaceo eſſe materiā Euchariſtiæ. In quam ſententiam videtur inclinare Machado *t.*1. *lib.*3. *p.* 1. *tract.*6. *D. c.*2. *num.*2. vt iudicat Leandrus *diſp.* 8. *quæſt.*3. ¶ Tamen reijcitur hæc ſentētia ex Florentino, & Eugenio IIII. *num.*5. citatis aſſignātibus pro materia Euchariſtiæ panē triticeum. Quarè hoc poſt Floren.

ſemine tritici generatur in malis terris quod in tipha, ſeu centeno (ſiliginem vocat D.Th.) contingere, experimur in Hiſpania. Et ideò centenum eſſe materiam conſecrationis, abſolutè defendunt *Bonacina diſp. 4.quæſt.2.puncto 1.num.2.Hēriq. lib.8.de Euch.cap.9.§.1. in principio, & in gloſa lit. D, Caiet. Gabriel, Vict. Sotus, Argent. Maure, Armilla, Vivaldus, Ludov. de S. Iuan, & Petrus de Ledeſma apud Leandrum diſp.8.quæſt.3.* ¶ Negant tamen *Vazq. diſp.170.cap.3.num.21. Angelus. Roſella, Gerſon, Palacios, Martinus de Ledeſma, G.Hurt. Fagundez, & Ochagavia apud eumdem Leandrum.* ¶ *Suarez autem diſp.44.ſect.1.§ Tertium exemplum, Granados cōtrov.6 de Euch.tract.2.diſp.1.n.6 & Ægid.quæſt. 74.art.3.num.25.quos ſequitur prædictus Leandrus,* affirmant, centenum eſſe materiam valdè dubiā, & ideò gravitèr peccaret conficiens in tipha. (Hiſpanè centeno) Quam ſententiam fortè ſumpſerunt ex Scoto *in 4.d.11.quæſt.6.§.Sed hic verſ. Hic brevitèr;* vbi de amido, ſeu de pane ex amido confecto, (Hiſpanè almidō) dicit, eſſe materiam dubiam, & peccaturum in ea conficientem.

16 Nobis autem Scotus non prohibuit reſolvere, quod ipſe non reſolvit. Quarè dico cum D.Th. & authoribus primę ſententiæ, tipham (Hiſpanè centeno) eſſe materiam conſecrationis: Quia eſt ſpecies tritici. (cùm ex tritico generetur aliquādo) quamvis aliàs ob debilitatem terrarum, oriatur cū aliquibus accidentibus indicātibus imperfectionem indiuidualem potiùs, quàm ſpecificā: quod & in ſpecie humana, & in alijs cōtingere experimur frequentêr. Et tamen nō dicimus, Hiſpanum, & Æthiopum, gigātem, & pigmeum eſſe alterius ſpeciei. ¶ Adde, tipham (ſiliginē vocat D.Th. Hiſpanè centeno) eſſe materiā ſatis vſualem pro pauperū ſuſtentatione, præſertim in regno Galliciæ.

17 Id autem, quod addunt Leandrus, & alij, nempè gravitèr peccaturum, qui pro conſecratione vteretur tipha, ſeu centeno, non omninò placet. Quia hæc materia ſolùm metaphyſicè eſt dubia, practicè autem certa: cùm enim ſit ſub opinione probabili, certū omninō eſt, me poſſe vti illa materia. De quo præſertim videatur Villalobos *p. 1.tract.1.diffi. 13.num.2.* ¶ Nequê hoc eſt cōtra Scotum paulo anteà citatū: quia de pane confecto ex amido tunc temporis cōſtabat, ferè certò, non eſſe materiā conſecrationis: cùm non ſit panis vſualis. (ſivè amidus ſit eiuſdē, ſivè alteriùs ſpeciei cum pane triticeo) Et ideò vtens illo in cōſecratione haberet dubium practicum, & peccaret.

De

De quocumque alio pane.

18 EX dictis *à num.* 11. de pane hordaceo, & cẽtenaceo cõſtat, quid ſit dicẽdũ de pane confecto ex alijs granis frumẽtaceis. Si enim panis aliquis conficiatur ex granis diverſæ ſpeciei à tritico, non eſt materia cõſecrationis. Qua propter diximus, panem hordaceum non poſſe conſecrari. Si verò conficiatur ex granis eiuſdem ſpeciei cum tritico, (eſtq; ſignum, à tritico generari) dicendum eſt, eſſe materiã cõſecrabilem. Et ideò *num* 16. ſtatuimus, centenum poſſe cõſecrari. Quarè ad ſpecialia deſcendamus.

De pane confecto ex ſpeltra.

19 DIco, quòd panis confect⁹ ex ſpeltra (Hiſpanè avena) eſt conſecrabilis. Quia eſt ſpecies tritici: cũ aliquando à tritico generetur. Pro qua ſententia Valentia *quæſt.* 2. *punct.* 1. *refert Albertum*, *Palud. Caiet. Sotum*, *& Victoriam apud Leandrum quæſt.* 5. ¶ Pro oppoſita autem ſentẽtia citat *D. Th. Ricard. Marſil. Silveſt. Palacios, & Peſantium*. Ego autem non credo, D. Th. id docere: cùm *quæſt.* 74. *art.* 3. *ad* 2. dicat, grana, quæ ex tritico generantur, eſſe eiuſdem ſpeciei cum illo, & materiam conſecrationis, etſi aliàs in malis terris nõ omninò tritico aſsimilẽtur. ¶ Deniquè ipſe *Valentia cum Victoria* exiſtimat, avenam eſſe materiã dubiam.

De pane confecto ex ſiligine.

20 DIco, eſſe materiã cõſecrationis, ſivè nomine ſiliginis intelligatur triticum ſelectum, (Hiſpanè cãdial) ſivè centenum. Quia eſt ſpecies tritici. Ita AA. *num.* 15. citati pro prima ſentẽtia, ſi nomine ſiliginis ſignificetur centenus: ſi verò ſignificetur triticum ſelectum, eſt conveniẽtia omnium.

De pane confecto ex farre.

21 DIco, eſſe materiã conſecrationis, ſi nomine *far* ſignificemus quamdam ſpeciem tritici, quæ apud Hiſpanos dicitur *ſcanda*, (vt ab aliquibus accipitur) vel pro tritico trimeſtri, ſeu trimeſino, vt ab alijs ſumitur. ¶ Secùs autẽ ſi far ſignificet farinam factam ex hordeo. Quia *num.* 11. panem hordaceum excluſimus à materia conſecrationis Quia nõ eſt panis triticeus, & vſualis.

(.?.)

De

De pane confecto ex maiſio (Hiſpanè maiz, ò trigo de las Indias.)

22 DIco, non eſſe materiam cõſecrationis. Quia non eſt panis triticeus: quãvis aliàs apud Indos ſit panis vſualis. Ita Suar. *diſp.* 44. *ſect.* 2. *Lugo diſp.* 4. *n.* 5. *Vazq. Ochag. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 9. Vbi dicit, aliquos dubitare apud Henriq. *lib.* 8. *cap.* 9. *lit. P. & præcipuè Victoriam V. Euchariſtia q.* 55. ¶ Quod autem apud Indos ſit panis vſualis, parùm refert: etenim panis conſecrabilis debet eſſe vſualis apud gentes illas, inter quas degebat Chriſtus Dominus, quã do ſacramẽtum inſtituit.

De pane confecto ex amydo. (Hiſpanè almidon)

23 DIco, non eſſe materiam cõſecrationis, etiam ſi ex amido fiat maſſa cũ aqua naturali, & poſteà coquatur: ſicùt ſolet panis. Quia, etſi fiat ex tritico, tamẽ adeo trãſmutatum eſt, vt trãſierit in aliã ſpeciem; & ad minus ex illo nõ fiat panis vſualis. Ita *D. Th. quæſt.* 74. *art.* 4. *ad* 4. *Vazq diſp.* 190. *c.* 4. *num.* 13. *Diana p.* 10. *tract.* 16. *Reſ.* 38. *Scotus d.* 11. *quæſt.* 6. *Cartus. Vict. Martinus Ledeſma, Alanus. Silveſter, Angelus, Henriq. Ægid. Valẽt. Pitig. Vivaldus, Bartholom. ab Angelo, Bonac. Granad. Lugo, G. Hurt. Ochag. Filliucius,* Petrus Ledeſma, *Ludovicus de S. Iuan, Ioan. à Cruce, Fagund. Gavãtus, Machado, Dicaſtillo, & Palaus, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 9. ¶ Vbi pro oppoſita ſententia citat *Palud. in* 4. *d.* 11. *quæſt.* 1. *art.* 4. *concluſ.* 5. *Scotum, Albertum, Mai. & Henriq. lib.* 8. *cap.* 9 §. 1. *& it. G.* Quã ſententiam eſſe probabilem, apertè docet Machado *lib.* 3. *p.* 1. *tract.* 6. *docum.* 2. *num.* 5. *& ſatis indicant Suar. & Gran.* (inquit præcitatus Leandrus) Immeritò tamen: cùm non ſit panis vſualis.

24 Dices. hæc ſententia, ſaltèm propter auctoritatem extrinſecam, eſt probabilis: ergo malè *num.* 17 diximus, eſſe ferè certum apud Scotum non eſſe materiã conſecrationis, & conſequentèr cum dubio practico, & peccato eſſe conſecrandam. Reſp. negando conſequẽtiam: quia nunc temporis habet hæc quæſtio (*an panis confectus ex amido Hiſpanè almidon, ſit materia conſecrationis?*) longè diverſum ſtatum, ac tempore Scoti. Etſi enim per principia intrinſeca nõ ſit variata: quod enim tunc temporis vrgebat, vrget etiam nunc, nempè triticeum panem confectum ex amido eſſe alterius ſpeciei, ac eſt panis vſualis. Immò, hac differentia ſpecifica in entitate ommiſſa, eſſe certum,

certum, non eſſe panem vſualem. Propter quod Scotus, licèt non reſolverit præſentē quæſtiónem, multùm inclinavit in noſtram cōcluſionem: ut patet *à verſ. Sed ſi credatur*, Itaque, etſi per principia intrinſeca prędicta quæſtio à tempore Scoti nō ſit immutata, ſeu nunc habeat eumdem ſtatum, ac tūc. Tamē per principia extrinſeca habet longè diverſum ſtatum: cùm poſt tempora Scoti præcitatus Palud. & alij defendant, panem confectum ex amido eſſe materiam cōſecrationis. Et ideò, cùm nunc temporis hæc pars habeat probabilitatē; (extrinſecam ſaltèm) poteſt deponi dubium, & ſecurè operari iuxta illam. Secùs autem tempore Scoti; cùm tunc non haberet aliquam ferè probabilitatem extrinſecam. Et propterea dixit Scotus, eſſe materiam dubiam, (practicè) & peccaturum qui ea vteretur.

De maſſa cruda.

25 **D**Ico, non eſſe materiam conſecrationis. Quia, etſi probabile ſit, quòd paſta, & panis non differant ſpecie: (inquit Scotus *d. 11. quæſt. 6. verſ. Quoad ſecundū*) eſt tamen certum, maſſam crudam non eſſe panem vſualem: hunc autem ſolùm eſſe conſecrabilem, conſtat ex dictis *à n. 7. Ita Scotus ibi D. Th. quæſt. 74. art. 3. ad 4. Suar. diſp. 44. ſect. 1. G. Hurt. Fagund. Ochag. Archangelus. Ægidius, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus q. 11.* Vbi pro ſententia oppoſita citat Maiorē (ex mente G. Hurt. & Henriq.) *in 4. d. 11. quæſt. 2.* Qui obijcit, maſſam crudā non differre ſpecificè à pane vſuali: ergo eſt materia conſecrationis. Reſp. ommiſſo antecedēti, negando conſequentiam: quia non eſt panis uſualis. ¶ Obijcit 2. panis madefactus, & digitis, aut aliàs comprefſus reducitur ad ſtatum maſſæ: ſed, hoc non obſtante, eſt materia conſecrationis: ergo & maſſa cruda. Maior ſupponitur, minorē docent *Scotus, Lugo diſp. 4. num. 5. G. Hurt. Vazq. Ochag. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus quæſt. 12.* (*contra Fagundez præcep. 3. lib. 2. cap. 1. num. 12, & Trullenchi de ſacra. lib. 3. cap. 2.*) Conſequentia autem videtur legitima. Reſp. negando maiorem: quia per nullam cōpreſſionem amittere poteſt eſſe panem coctum, & conſequentèr vſualem. Alias quando hoſtia manducatur, comprimitur in ore, & madefit, rediret ad ſtatū maſſæ crudæ, & conſequentèr deſineret ibi eſſe ſacramētum: quod apertè eſt pluſquàm falſum: vt colligitur ex Trident. *ſeſ. 13. cap. 4.* quatenùs ibi dicitur, ante, & poſt ſumptionem manere ſacramentum.

D2

Digitized by Google

De maſſa oleo, aut butyro in ſartagine frixa, aut aqua elixa.

26 DIco, non eſſe materiã conſecrationis. Quia non eſt panis uſualis: & ideo, nec Latinè vocatur panis abſolutè, ſed placenta, (Hiſpanè torta,) laganum, (Hiſpanè hoxuelas) & pultes. (Hiſpanè puches) Ita *Suar. Lugo, Ægidius, Fagundez, Vivaldus, Scotus, G. Hur. Ochag. Dicaſtillo, & Palcas, quos citat, & ſequitur Leandrus q. 13.* Vbi benè notat, propter eamdem rationem non eſſe materiam conſecrationis panes dulciarios, (Hiſpanè vizcochos) neque panes martios, (Hiſpanè mazapanes) cæteraque ſimilia (Hiſpanè roſquillas, fruta de ſartem.) ¶ Idem propter eamdem rationem eſt dicendum de pane confecto ex farina tritici, & ex ſucco, aut liquore ab ipſis granis per cōtuſionem in mortariolo expreſſo. Sic omnes ferè DD. vt teſtatur Leandrus q. 14.

De pane confecto ex farina triticea, & aqua artificiali (roſacea, Angelica, &c.)

27 DIco, non eſſe materiã conſecrationis. Quia non eſt panis uſualis. Ita *Scotus d. 11. q. 6. verſ. De hac, D. Thom. q. 74. art. 7. ad 3. Vazq. diſp. 170. c. 6. Suar. diſp. 44. ſect. 2. Diana 6. p. tract. 6. Reſ. 18. Ægid. Valen. Layman, G. Hurt. Fagund. Perez, Ochag. & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus q. 15.* ¶ Vbi pro oppoſita ſententia adducit *Peſantium in 3. p. q. 74. art. 1. diſp. 2. & apud illum Oſtienſem, & Durandum.* (Ordinis Minorũ) Itèm hanc ſentẽtiam defendunt *Albert⁹, Caiet. Sà, in 1. editione*: quia in ſecunda correcta tenet oppoſitum. Cui ſententiæ favet *Lugo diſp. 4. n. 4.* dicens, illã materiam ſibi videri valdè dubiã. Et *rubrica 3. Miſſalis Romani* dicit, eſſe materiam dubiam. Et Ludovicus de S. Iuan dicit, illã conſecrationem eſſe validam, licèt illicitam. Et P. Ledeſma *cap. 4. de Euchar. concl. 10. dub. 6. & Valentia diſp. 6. q. 2. puncto 1.* dicunt, hanc ſententiã eſſe probabilem. Pro qua ſententia objicitur: aqua virtute ignis coquentis panẽ abſumitur. ergo, quæcumque illa ſit, non poteſt mutare ſubſtantiã panis. Reſp. diſtinguendo conſequens: entitativè, ommitto: quoàd hoc quod ſit uſualis, vel non uſualis, nego.

28 Propter hanc rationem non eſt materia conſecrationis hoſtia confecta ex farina triticea cum admixtione cinnabri; ut eſt illa, qua ſolemus litteras ſigillare. (Hiſpanè obleas coloradas) Ita *Lugo diſp. 4. n. 4. & Leandrus diſp. 8. quæſt. 19.*

(.§.)

De pane tàm azymo, quam fermentato.

29 DIco, vtrũque eſſe materiam conſecrationis. Sic definitum eſt in Florentino Verbis illis: *Diffinimus itẽ, in azymo, ſiuè fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici.* Et meritò. quia uterque eſt panis uſualis; immò eiuſdẽ ſpeciei. Ita antè Florentinum prędocuerant *Scotus d. 11. q. 6. verſ. Hoc ergo D. Th. q. 74. art. 4.* & poſteà omnes latini uniformiter. ¶ Vndè exploduntur Græci antiqui, qui pluſquã 600. ab hinc annis negarunt, materiam Euchariſtiæ eſſe panem azymum: & conſequentèr dicebant, Latinos non conſecrare. Idemque dicunt nunc temporis Græci ſchiſmatici. ¶ Reijcitur etiam error Armenorũ affirmãtium, ſolùm azymum eſſe materiam conſecrationis. ¶ Repellitur itèm error cuiuſdam Hugonis, (quem refert, & ſequitur Gloſſa *in capit. litteras de celebratione Miſſarũ*: licèt in Gloſſa hoc iam ſit ſublatum) qui dicebat, materiam neceſſariã huius ſacramenti eſſe panem tantùm azymum; apud Græcos verò fermentatum. Hi ergo errores reijciũtur ex prædicta definitione Florentini.

30 Addit Scotus ibi contra Armenos, & Hugonẽ, quòd *tempore Leonis Papæ fuit conſtitutum, quòd conficeretur in fermentato ſed fuit ad tempus ad extinguendum hæreſim Ebionitarum, qui dixerunt, quod neceſſarium erat, Chriſtianos iudaizare: & per conſequens paſcha ſuum azymo cõficere, Sicut fecerunt iudæi. Et ad extinctionem huius hæreſis fuit ordinatum conſecrare in fermentato. Sed poſt, hæreſi illa extincta, redijt Eccleſia Occidentalis ad primam conſuetudinem: quæ conformis eſt inſtitutioni Chriſti, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum.* Hucuſque Scotus. Quod, & notaverat D. Thom. *in 4. d. 11. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 3.* Quis autem fuerit hic Leo neq; Scotus, neq; Angelicus Doctor deſignant. Suar. autem *diſput. 44. ſect. 3. §. Et ex his* coniecturat, eſſe Leonem IX. (qui miraculis claruit; & electus eſt ad annum 1049. teſte Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis) qui in ſua epiſtola defendit conſuetudinem cõficiendi in azymo: nam dicit, per 120. annos in Eccleſia duraſſe.

31 Id verò, quod obijciunt Græci, nempè Chriſtũ D. conſecraſſe in fermẽtato, ſolutum eſt *cap. 2. à n. 6. vſque ad* 21. Vndè inter alia conſtat, Euchariſtiam inſtituiſſe Luna 14. Martij ad veſperam: quando Iudæi iam vtebãtur azymo. ¶ Adde, quòd, etſi Chriſtus D. conſecraſſet in fermentato, non propterea diceremus Latini, azymum non eſſe materiam ſufficientem ad con-

cõſecrationem: ſicuti nunc dicimus, fermentatum eſſe conſecrabilem, quamvis aliàs in azymo conſecraverit. Et meritò: uterq; enim nõ ſolũ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ſed etiã ſunt panis uſualis. Quarè cautiùs procedunt Latini, quàm Græci: iſti enim non ſolùm tenacitèr affirmãt, Chriſtum D. non conſecraſſe in azymo; ſed addunt, latinos in illo celebrantes non conſecrare.

DVB. V.

32 PEtes 5. an Sacerdotes omnes teneantur coſecrare in azymo? Reſ. negativè. Quia Eccleſia Latina permittit Græcis celebrare in fermentato. Immò Eugenius IV. in ſuo decreto declaravit, tàm Græcos, quã Latinos teneri ſervare morem ſuę Eccleſię. Quarè hodie in hoc cõſpirant omnes AA. ¶ Dices: Scotus *d. 11. q. 6.* in fine dicit; quòd *fortitèr etiam gravitèr peccant Græci, qui non ſe conformant Eccleſiæ Petri*: ergo ſentit, quòd omnes tenẽtur neceſsitate præcepti conſecrare in azymo. Reſp. negando conſequentiã: quia loquitur dubitativè: vt conſtat ex ly *fortitèr.* Reſp. 2. hanc quæſtionẽ (*utrùm Græci peccent non celebrando in azymo? ſeu non ſe conformando Eccleſiæ Romanæ in conſecratione azymi?*) habere alium ſtatũ nunc temporis, ac tempore Scoti. Cùm enim in Concilio Florẽtino Eugenius IV. declaraverit, tàm Latinum, quàm Græcũ poſſe, immò teneri more ſuæ Eccleſiæ ſervare, à tẽpore Florẽtini, ſeu Eugenij IV. (qui fuit elect⁹ anno 1431.) ceſſavit hęc quæſtio. Tempore autem Scoti (qui floruit ad annũ 1308.) urgens erat ratio dubitandi: cùm nondùm facta fuiſſet prædicta declaratio, aut permiſsio.

33 Hinc conſtat, quomodò ſit intelligẽdus Petrus Paludanus (qui, teſte Bellarmino *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, vixit anno 1330. & ſaltẽm ante annum 1400.) *in 4. d. 11. q. 1. art. 4. concl. 6* ubi docet, Græcum nõ teneri in fermẽtato conſecrare: quia nequit obligari præcepto ſuæ Eccleſiæ cũ ſit ſchiſmatica. Immò videtur, (addit) Græcum nõ poſſe licitè in fermentato conſecrare: quia teneri videtur præcepto (ad minus conſuetudine introducto) Eccleſiæ Latinæ: quæ eſt univerſalis. Hæc ergo Paludani ſententia poſt Florentinũ meritò ab omnibus reijcitur: ante Florentinũ autẽ (quo tempore Paludanus ſcripſit) erat ſatis probabilis.

DVBIVM VI.

34 PEtes 6. an in caſu neceſſitatis (v. g. ad dandum Viaticũ infirmo alias non confeſſo, & non communicaturo) poſsit Sacerdos Latinus exiſtẽs apud ſuos conſecrare in fermẽ-

tato? Reſp. affirmativè propter dicta *cap.3.n.54.*

DVB. VII.

35 PEtes 7. an præceptum Florētini, aut Eugenij IV. (ſtatuētis, tàm Latinū, quā Græcum teneri ſervare morē ſuæ Eccleſiæ de quo *num. 32.*) obliget exiſtentē in alia Eccleſia, ibique habentē domiciliū? Reſp. negativè. Quia unuſquiſque cēſetur eſſe membrū illius Eccleſię, apud quā habet domicilium; teneturque ſervāre leges illius. Quarè Grecus habens domicilium inter Latinos, ibique exiſtens tenetur conficere in azymo: (præſertim ſi ibi non ſit templum dicatum pro ritibus Græcorum) & Latinus exiſtens inter Græcos, ibiq; habēs domicilium, nec ibi habens tēplum dicatum pro ritibus Latinorum tenetur, cōficere in fermentato. Sic communiter omnes Doctores, teſte Leandro *diſp.8.q.21.*

36 Si tamen Græcus habens proprium domicilium inter latinos, ibiq; exiſtens habeat tēplum pro ritibus Græcorum, (idem dicendum eſt de Latino habente domiciliū inter Græcos, ibique exiſtente, habenteque tēplum pro ritibus Latinorum deputatū.) poterit pro ſuo libito in fermentato celebrare in prędicto tēplo, aut in azymo in tēplo latinorū. Quia, ex eo, quòd inter Latinos habet domicilium, pertinet ad illorum Eccleſiā; teneturque ſe illi cōformare. Ex eo autē, quòd Pontifex præcepit, tam Latinum, quàm Græcū ſervare ritum ſuæ Eccleſiæ, tenetur ad oppoſitū: & conſequentèr poterit eligere, quod maluerit. Ita *Petrus de Ledeſma cap.4. de Euch. concl.13. Granados tract.2. de Euch. diſp.1. in fine, & Nugnus, quos citat, & probabiliter ſequitur Leandrus.*

¶ Sed oppoſitū defendunt *Suarez diſp.44 ſect.4. Vazq. diſp.74. cap.3. G. Hurt. & Monteſ. apud Leandrum ibi:* & obijciunt. Inſtat præceptum ſervandi morē ſuæ Eccleſiæ, & aliàs extat tēplum, ubi poteſt impleri: ergo tenetur Græcus in fermentato conficere. Reſp. negādo cōſequentiam: quia etiam inſtat precceptum confirmandi ſe Eccleſiæ Latinę, ubi exiſtit, habetq; domicilium. Quarè pro libito ſibi relinquitur, utrumvis eligere: azymum (inquam) propter domicilium: fermentatum autem propter præceptū Eugenij IV.

DVB. VIII.

37 PEtes 8. An Græcus, (idē proportionabilitèr dicendum eſt de Latino) qui peregrinando inter Latinos inveniret templum pro Græcorum ritibus dicatum, poſſet in fermentato celebrare? Reſp. affirmativè. Quia inſtat præceptum Eu-

Eugenij IV. cōformanti ſe ſuæ Eccleſię, & alias peregrinus nō tenetur ſpecialibus legibus locorum, per quæ tránſit ergo Dices: hæc ratio probat, non ſolùm poſſe, ſed etiā teneri Græcum, tunc cōficere in fermentato. Et ita ſentiunt *Suar. diſput. 44 ſect. 4. Vazq. diſp. 174. cap. 3. G. Hurt. Liana, & Monteſ.* (apud Leandrū *diſp. 8. q 22.*) addens, quod, ſi Sacerdos Latinus exiſtēs in ſua Latina Eccleſia (Romæ, v. g.) vellet conſecrare in templo illo Græcorū, non poſſet conſecrare fermentatum. (& in hoc bene ; meritò dicit Leandrus ibi) Et, ſi Græcus vellet conſecrare non in ſuo templo, ſed in alio, non poſſet licitè conſecrare in azymo. Sed, hoc ommiſſo, ad prędictam inſtantiam. Reſp. negādo per rationem noſtræ cōcluſionis probari, Græcum tunc non ſolùm poſſe, ſed etiam teneri celebrare in fermentato. Et ratio eſt, quòd, etſi peregrinus nō teneatur ſpecialibus legibus locorū, per quæ tranſit; poteſt tamen ſe illis conformare, etiam ſi aliàs ſint contrariæ legibus ſpecialibus ſuæ patriæ. (Vnde Luſitanus tranſiens per Caſtellam poteſt in Sabbato veſci animaliū inteſtinis: & peregrinus exiſtēs Mediolani poteſt comedere carnes quatuor primis diebus quadrageſimæ. Præſertim videatur Auſonius *verb. ieiunium n. 34*) Quarè prædictū Græcū poſſe quidem tunc conficere in fermentato; nō tamen ad id teneri, defendunt *P. de Ledeſma, Granad. Nugnus, & (probabiliter) Leand. num. 36. citati.*

DVB. IX.

38 PEtes 9. an Græcus, qui perigrinatur per Eccleſiā Latinā (aut latinus per Gręcam) poſsit pro libito celebrare in azymo, vel fermentato? Reſp affirmativè. Quia ex vna parte poteſt cōficere in fermētato propter præceptū Eugenij IV. ſtatuentis, quod ſervet morē ſuę Eccleſię. Et ex alia poteſt cōficere in azymo propter cōſuetudinē loci, in quo exiſtit; cui licite poteſt quilibet ſe cōformare, iuxta vulgare illud (quod eſſe D Ambroſij teſtatur Leandrus q. 23.) *ſi fueris Romæ, Romano viuito more. Si fueris alibi, viuito ſicut ibi.* Ita *Henriq. lib. 8. c. 11. § 6. in fine, & apud ipſum Leo Papa IX. Sotus, Caiet. & Ledeſma; Ægidius, Sarch. & Nugnus, quos citat, & ſequitur Bonac. diſp. 4. q. 2. puncto 1. n. 10. Diana 3. p. tract. 6. Reſ. 99. & p. 10 tract. 16 Reſol. 39. & Gran. tract. 2 de Euch. diſp. 1. in fine; quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 8. q. 23.*

39 *Sed Vazq. diſp. 194. c. 3. Suar. diſp. 44. ſect. 3. §. Illud verò in fine, G. Hurt diſp. 2. & alij* affirmant, Sacerdotem Græcum peregrinantem per Eccleſiam Latinam; ſi in ea non habeat

proprium domicilium, nec tẽplum pro ritu Græcorum deputatum, teneri etiam in templo Latinorum ritum ſuæ Eccleſiæ ſervare, & conſecrare fermentatum. Quod idem dicunt de Latino per Græciam peregrinantem. Et obijciunt: peregrinus non tenetur legibus locorum, per quæ tranſit; & aliàs extat præceptum Eugenij IV. ſe conformandi vſui ſuæ Eccleſiæ. ergo in quocumque templo tenetur, ſervare vſum fermentati. Reſp. negando antecedens quoàd ſecundam partem: præceptũ enim illud ſervandi ritum propriæ Eccleſiæ ſolùm obligat illum, qui exiſtit intra territorium propriæ Eccleſiæ; aut illũ, qui exiſtens extra propriam Eccleſiam, & territorium illius non vult ſe cõformare uſui Eccleſiæ illius, in qua reperitur. Si enim huius vſui ſe voluerit conformare, ceſſat obligatio illius præcepti Eugenij IV.

De materia conſecrationis ſanguinis.

DVB. X.

40 PEtes 10. quæ ſit materia neceſſario requiſita ad conſecrationem ſanguinis? Reſp. eſſe vinum de vite. Ratio à priori eſt voluntas Chriſti D. inſtituentis. Congruentia autem, quod vinum eſt principalis pars alimenti quantùm ad potum: ut notat Scotus *in 4. diſtinct. 11. quæſt. 7. verſ. Principalis ratio.* Quod autem hæc fuerit voluntas Chriſti D. inſtituentis conſtat ex diverſis concilijs, præſertim ex Florentino, aut ex Eugenio IV. in ſuo decreto fidei; cuius verba dedimus *num.* 5. & ex Lateranenſi ſub Innoc. III. cuius verba retulimus *num.* 2. Et ſupponitur in Tridentin. *ſeſſ. 13. cap. 1. & can. 2.* Conſtatque ex perpetua Eccleſiæ traditione, & uſu; quæ nunquàm conſecravit ſanguinem niſi in vino vitis. Et deducitur ex illo *Matth. 26. non bibam amodò de hoc genimine vitis.* Quarè ſic tenent *omnes Scholaſtici cum Scoto nuper citato, & cum D. Thom. quæſt. 74. art. 5.* Dicuntque, eſſe veritatẽ de fide, ſeu deſinitam in prædictis concilijs.

Refelluntur errores oppoſiti.

41 VNdẽ refelluntur errores huic veritati oppoſiti. Primus fuit Aquariorũ: (ſic dicti fuerunt: quia non vinum, ſed aquam in ſacrificio altaris apponebant) quẽ refert D. Th. q. 73. *art. 1 in corpore, poſt D. Iſidorum lib. 4. Etymologiarum cap. 5. D. Cyprianus, Clemens Alexandrinus, & Chryſoſt. apud Suar. diſp. 53. ſect. 1.* Qui hæretici ſub ſpecie ſobrietatis loco vini aquam opponebant. Immeritò tamẽ. Tùm, quia cõtra factum,

&

& inſtitutionē Chriſti D. Tùm, quia modicum vinum, quod in ſacrificio apponitur, nequit opponi ſobrietati. ¶ Secundus error fuit illorum, qui pro vino de vite lac apponebant: teſte Leandro *diſp. 8. q. 23.* ¶ Tertius fuit Gnoſticorum, (teſte Epiphanio *hæreſi 26.*) qui in ſanguine mēſtruo mulieris cōficiebāt. Sed omnes hi errores nullū habent vel apparens fundamentum, quod diſſolvere oporteat: de multis illorum cōcludit Suar. nupèr citatus.

Refelluntur vina, quæ non ſunt ex vite.

42 EX eo, quòd materia cōſecrationis calicis debet eſſe vinum ex vite *ex n. 40.* manent excluſa alia vina, quæ non ſunt ex vite, ſed ex alijs rebus; v.g. vinum ex frumēto, ex fructibus, ex herbis factū. Quia nullum ex his eſt abſolutè vinū, ſed cum addito diminuente, v.g. vinum ex pomis, &c. ¶ A cōtrario autem vinum tàm album, quàm rubrum. Quia utrūque eſt vinum vitis. Et quamvis (loquendo de congruentia) aptius videatur rubrum propter maiorem ſimilitudinē coloris cum ſanguine: abſolutè aptius videtur album propter munditiam: ut ex Vazquez, & Monteſinos notat Leandrus *diſputat. 8. quæſt. 25.*

Refelluntur aliquot, quæ ſunt ex vite.

43 EX eodem capite, nempè quòd materia conſecrationis calicis debet eſſe ex vite vinum, (ſcilicèt, quod ſimplicitèr ſit tale) excluditur agreſta. (Hiſpanè agraz) Quia propter ſui immaturitatē nōdùm adepta eſt ſtatum vini ſimplicitèr: quamvis, quandiù non eſt expreſſa ex ubis, ſed in illis incluſa, ſit in via ad illud. Et ob id comparatur ad vinum: ſicùt maſſa cruda ad panem. Et ideo in Miſſali Romano inter defectus Miſſę aſsignatur iſte: ſi quis protulit verba conſecrationis circa agreſtam.

44 Excluditur etiam acetum. Quia (ſivè ſpecificè differat, ſivè non a vino) non eſt, neque dicitur vinum ſimpliciter: immò *Ariſt. 8. Metaph. capit. 5.* vinum, & acetum corpori vivo, & mortuo comparavit. Ita *D. Th. quæſt. 74 art. 5. Vazq. diſp. 175. Suar. Ægidius, & multi alij, quos citant, & ſequitur G. Hurt. diſp. 2. diff. 8. & Leandrus q. 34.* ¶ Nec obſtat, quòd pro oppoſita ſentētia adducatur Gloſſa *in cap. 2. de Conſecrat. diſtin. 2. verſic. Calix*: nam Gregor. XIII. iuſsit hanc deleri. Itèm *Innocentius III. lib. 4. de Myſterio Miſſæ cap. 80. & noſter Alenſis 4. p. quæſt. 10. memb 4. artic. 1.* qui ab aliquibus adducuntur pro prædicta

dicta ſententia explicandi ſunt de vino acedo. Immò expreſsè loqui Alexādrum de vino aceſcente, notat Leandrus ibi. In quo ſenſu hanc ſententiam ad tolendum ſcrupulos commendat Machado apud prædictum Leandrum. ¶ Pro qua ſententia objicies: acetum non differt eſſentialitèr, ſed ſolùm accidētalitèr à vino: ergo eſt materia conſecrationis. Reſp. negando conſequentiā: (ommiſſo antecedenti) quia non eſt vinum ſimplicitèr.

45 Excluditur etiam ſapa, (Hiſpanè arrope) & aqua vitæ ex vino diſtillata (Hiſpanè aguardiente) necnō & vina cocta. (Hiſpanè hipocras &c.) Quia non ſunt verè vina: cùm ſubſtātia vini fuerit per coctionem deſtructa. Aut, quia non ſunt, neque dicuntur ſimplicitèr vina: cùm non retineant ſtatum vini. In quo conveniunt DD. teſte Gaſp. Hurt. *diput. 2. difficul. 8.*

46 Idemque dicendum eſt de lora, ſeu acinacio. (Hiſpanè agua pie, delgado, ò vinada: quod fit ex aqua infuſa racemis priùs expreſsis, aut acinis relictis in fundo dolij poſt vinum iam defœcatum, ſeu coctum) quia non eſt verè, & ſimplicitèr vinum.

(.*.)

DVB. XI.

45 PEtes 11. An muſtum ſit materia conſecrationis? Reſpond. affirmativè. (ſi ſermo ſit de muſto ex ubis iam expreſſo) Quia muſtum expreſſum eſt verè, & ſimplicitèr vinum, quamvis recens. (Sicùt etiam panis recens verè eſt, & dicitur ſimplicitèr panis) Et abſolutè dicitur vinum *ab Ariſtotele 4. Metheororum capit. 10. à Plinio lib. 23. cap. 1. & ab Iſidoro lib. 20. Etymol. capit. 3.* Vndè meritò Pontifex Iulius *in capit. Cùm omne de Conſecrat. diſtin. 2.* permittit conſecrari muſtum in caſu neceſsitatis: ut teſtantur communitèr AA. præſertim G. Hurt. *diſp. 2. diff. 9. & Leandrus diſp. 8. quaſt. 32.* Qui ex Vivaldo, & Maure addit extare conſuetudinem in aliquibus Eccleſijs, ut in die transfigurationis Domini 6. Auguſti conſecretur muſtum ex ubis recentèr expreſſum. Ita *D. Thom. quæſt. 74. art. 5. Suar. Lugo, Bonacina, G. Hurt. Valentia, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus nupèr citatus* dicēs, quòd hanc ſentētiam docent communitèr omnes Theologi.

47 Si autem loquamur de muſto in ubis incluſo, dicendū eſt, non eſſe materiam conſecrationis. Quia in eo ſtatu non eſt, neque dicitur ſimplicitèr vinum: immò non potatur, ſed

ſed comeditur. Et ideò in cap. i.. o *Cùm omne crimen* reprehēditur, quòd botrus expreſſus (hoc eſt degranatus, ſeu grana ipſa: vt conſtat ex cōtextu: explicat, & inquit G. Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 9.) in calice offeratur. Ita *Scotus d.* 11. *quæſt.* 7. *verſ. Principalis ratio*, *& communitèr DD.* (vt loquitur G. Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 9.) *quorum multos citat*, *& ſequitur Leandrus diſp.* 8. *q.* 30. ¶ Vbi dicit, nōnullos antiquos oppoſitum affirmaſſe.

DVB. XII.

48 PEtes 12. an vinum cōgelatū ſit materia cōſecrationis? Reſp. affirmativè. Quia eſt, & remanet, diciturq; verè, & ſimpliciter vinum. Sicùt ſanguis congelatus eſt, remanet, & ſimplicitèr dicitur ſanguis. *ita Suar. diſp.* 45. *ſect.* 1. *Vazq. diſ.* 175. *cap.* 2. *Ægid. Lugo*, *Ochag. & multi alij*, *quos citant*, *& ſequuntur Dian.* 3. *p. tract.* 6. *Reſ.* 10. *G. Hurt. diſp.* 2. *diff.* 9. *& Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 22.

49 Vndè reiecta manet oppoſita ſententia Ledeſmæ 1. *p.* 4. *quæſt.* 15. *art.* 5. *dub.* 1. *Alani*, *Henriq. Antonij Maure*, *Ludovici de San Iuan*, *Nugni*, *& Perez apud prædictos Hurt. Dian. & Leandrū.* ¶ Item reiecta manet ſententia Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 10. *& Machado t.* 1. *lib.* 3. *p.* 1. *doct.* 2. *num.* 9. affirmantiū, hanc materiam eſſe dubiā. Falluntur enim, ſi loquātur de dubio practico: etſi verum dicant de dubio ſpeculativo: cùm pro vtraque parte ſit opinio probabilis. ¶ Inſupèr reiecta manet, quæ dicit, eſſe quidem materiam conſecrationis, ſi recēs ſit congelatio vini, vt in calice facta paulo ante cōſecrationē: ſecùs autem, ſi dudùm congelatio facta fuerit. *Ita Eſtius in* 4. *d.* 8. *§.* 9. *pag.* 1:0. *& Peſantius in* 3. *p. quæſt.* 74. *poſt art.* 8. *diſp.* 1. *concluſ.* 2.

50 Sed pro his ſententijs, & præcipuè pro prima obijcies: vinum congelatū (vt ſic) nō eſt potabile: ergo non eſt materia conſecrationis. Patet cōſequētia à paritate aquæ congelatæ: quæ non eſt materia baptiſmi. Reſp. cum Dicaſtillo *diſ.* 5. *dub.* 5. *num.* 8 . *& Leandro ibi* negando antecedens; nempè vinum congelatū non eſſe in ſtatu potabili: eſt namque ſecùndum ſuam naturam; licet difficiliùs potetur lābendo, ſugendo, &c. ¶ Reſp. 2. cum G. Hurt. negando conſequētiā: (omiſſo antecedenti) quia ad valorē cōſecrationis nō requiritur, quòd vinum ſit in ſtatu proximo potationis: ſpecies enim vini, quæ poſt conſecrationem congelātur, verè ſignificant ſanguinem Chriſti D. per modum potabilis. (Ex convenientia Doctorū ſuppono, ſub ſpeciebus vini, quod poſt conſecrationē cōgelatur retineri ſanguinē Chriſt

Digitized by Google

D. quia ſub illis etiam congelatis conſervaretur ſubſtātia panis, cuius loco ſanguis Chriſti D. ſucceſsit. Et ſupponitur in Miſſali Romano rubrica de defectibus Miſſæ: vbi ordinatur, quòd ſi ſpecies vini poſt conſecrationem congelentur, liquefiāt calore, & ſic ſumātur.) Igitur ad valorem cōſecrationis requiritur ſolùm, & ſufficit, quod materia ſit verè vinū, & potabile, quàmvis non proximè potabile, ſed remotè.

51 Dices: ergo muſtum in uvis incluſum erit materia cōſecrationis: cùm ſit remotè potabile, nempè ſi exprimatur. Reſp. negādo: quia, dùm eſt incluſum in uvis, nō eſt, aut dicitur ſimpliciter vinum, neque muſtum. ¶ Ad paritatē aquæ congelatæ. Quæ nō eſt ſufficiēs materia baptiſmi, dico cùm Auctoribus noſtræ ſententiæ præſertim cum prædictis Dicaſtillo, Leandro, & G. Hurt. diſparitatem eſſe, quòd aqua congelata in eo ſtatu non eſt apta, vt media ipſa fiat lotio, quæ eſt materia proxima baptiſmi, & ſignificatur verbis formæ baptiſmi; verbis verò formæ conſecrationis non ſignificatur, quòd medio vino fiat potatio; ſed quòd ſub ſpeciebus vini ſit ſanguis Chriſti Domini, ad quod vinum congelatum eſt aptum, quamvis non ſit proximè potabile, ſeu in ſtatu potationis.

52 Notat G Hurt. ibi ex Vazq. non eſſe peccatum in vino congelato conſecrare, quāvis hoc ſit contra conſuetudinem Eccleſiæ. Quia non eſt cōtra prohibitionem aliquam latam, neque prędicta conſuetudine introductam: quia nō ſervatur tamquā neceſſaria, & obligans. Et quamvis Leandrus *quæſt.* 27. dicat, hanc conſuetudinē habere vim legis, & pro ſe citet *Suar. Ægid. Fagund. Mōteſ. Dianam, & Villal.* tamen id nō probat, nec eſt probatione facile. Cùm enim ſit certum, eſſe aliquot conſuetudines, quæ nō obligāt; cùm fuerint introductę ſpecie devotionis, aut maioris convenientiæ; vt dicamus, hanc, vel aliquā aliam conſuetudinē obligare, debemus probare, fuiſſe in initio introductā cum animo ſe obligādi. ¶ Vndè à fortiori infertur, non eſſe peccatum conſecrare vinū cōgelatum, ſi eius congelatio ſolvatur. Ita Leandrus *quæſt.* 27. *citans Suar. Dianam, & Ægidium*; quamuis Perèz dicat, oppoſitū eſſe probabile, & prædicti *Diana, & Ægidius apud Leandrum* id etiā innuat. Immò, hic intervenire peccatum docere Fagūdez, dicit Diana 3. *p. tract.* 6. *Reſ.* 100. teſte prædicto Leandro.

De aqua vino ante conſecrationem miſcenda.

DVB. XIII.

53 PEtes 13. An expendiẽs ſit, aquam vino conſecrando miſcere? Reſp. affirmatiuè. Ita definiunt multa concilia, & Pontifices. Idquè docent vnanimitèr Scholaſtici ſecuti Scotum *in 4.d. 11. quæſt. 7. verſ. Huic autem, & D.Th. quæſt.74. art.6.* Pro omnibus autem ſufficiat nobis. Tridentinum *ſeſ.22. cap.7.* vbi non ſolùm declarat, hoc eſſe præceptum, ſed etiam rationes cõgruentiæ, quas Eccleſia ad hoc mãdatum habuit, aſsignat, dicens: *Monet deindè ſancta Synodus, præceptũ eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent. Tùm, quòd Chriſtũ D. ita feciſſe, credatur. Tùm etiam, quia à latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit: quod ſacramentum hac mixtione recolitur. Et cũ aquæ in Apocalipſi Beati* Ioannis *populi dicantur; ipſius populi fidelis cũ Capite Chriſto vnio repræſentatur.* Hucuſque Tridẽtinum.

54. Vndè reijcitur error Armenorum exiſtimantium, vinũ abſque aliqua aquę ad miſtione eſſe conſecrandum ſub peccato mortali. In quo errore fũt etiã Lutherani, & Calviniſtæ. Qui obijciunt illud *Iſaiæ 1. num.22. vinum tuum miſtum eſt aqua:* vbi ſignificatur, (teſte Hieronymo ibi) amiſſam eſſe ſinceritatem Iudæorum: ergo aquæ mixtione nequit aliquid boni ſignificari. Reſp. negando conſequẽtiam: quia eadem res ſub diverſa conſideratione poteſt bonũ, & malum ſignificare: leo enim ratione fortitudinis ſignificat Chriſtum D. *Apocalipſis 5.* & ratione crudelitatis dæmonium, *1. Petri 5.* Mixtio ergo aquæ cũ vino conſiderata in vendentibus vinũ ſignificat corruptionem puritatis; cõſiderata verò in Chriſto D. & in bibẽtibus vinũ, cum in ordine ad potionem ſobriã ſit bona, ſignificat aliquid boni, nempè vnionem populi fidelis cum ſuo Capite Chriſto; ſanguinem, & aquam ex làtere Chriſti D. exeuntes; necnon, & factum ipſius ſalvatoris, dùm Euchariſtiam inſtituit.

55 Obi. 2. ex latere Chriſti D. non exivit aqua mixta cum ſanguine, ſed ſeorſim: ergo ad denotandum exitum illum, nõ eſt mixcenda aqua vino conſecrando. Reſp. negando conſequentiã: quia in infuſione aqua & vinum ſunt diſtincta, & tunc ſignificant exitum aquę, & ſanguinis de latere Redemptoris. Mixtione autem poſteà in calice ſequuta ex infuſione ſignificari poteſt mixtio ſanguinis, & aquæ Chriſti D. facta in terra.

¶ Præterquàm quod ad hanc (ſicùt, & ad quãcumque aliam ſigniſi-

certum, non eſſe panem vſualem. Propter quod Scotus, licèt non reſolverit præſentẽ quæſtiónem, multùm inclinavit in noſtram cõcluſionem: ut patet *à verſ. Sed ſi credatur*. Itaque, etſi per principia intrinſeca prędicta quæſtio à tempore Scoti nõ ſit immutata, ſeu nunc habeat eumdem ſtatum, ac tũc: Tamẽ per principia extrinſeca habet longè diverſum ſtatum: cùm poſt tempora Scoti præcitatus Palud. & alij defendant, panem confectum ex amido eſſe materiam cõſecrationis. Et ideo, cùm nunc temporis hæc pars habeat probabilitatẽ; (extrinſecam ſaltèm) poteſt deponi dubium, & ſecurè operari iuxta illam. Secùs autem tempore Scoti; cùm tunc non haberet aliquam ferè probabilitatem extrinſecam. Et propterea dixit Scotus, eſſe materiam dubiam, (practicè) & peccaturum qui ea vteretur.

De maſſa cruda.

25 Dico, non eſſe materiam conſecrationis. Quia, etſi probabile ſit, quòd paſta, & panis non differant ſpecie: (inquit Scotus *d. 11. quæſt. 6. verſ. Quoad ſecundũ*) eſt tamen certum, maſſam crudam non eſſe panem vſualem: hunc autem ſolùm eſſe conſecrabilem, conſtat ex dictis *à n. 7. Ita Scotus ibi D. Th. quæſt. 74. art. 3. ad 4. Suar. diſp. 44. ſect. 1. G. Hurt. Fagund. Ochag. Archangelus. Ægidius, & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus q. 11.* Vbi pro ſententia oppoſita citat Maiorẽ (ex mente G. Hurt. & Henriq.) *in 4. d. 11. quæſt. 2.* Qui obijcit, maſſam crudã non differre ſpecificè à pane vſuali: ergo eſt materia conſecrationis. Reſp. ommiſſo antecedẽti, negando conſequentiam: quia non eſt panis uſualis. ¶ Obijcit 2. panis madefactus, & digitis, aut aliàs compreſſus reducitur ad ſtatum maſſæ: ſed, hoc non obſtante, eſt materia conſecrationis: ergo & maſſa cruda. Maior ſupponitur, minorẽ docent *Scotus, Lugo diſp. 4. num. 5 G. Hurt. Vazq. Ochag. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leãdrus quæſt. 12. (contra Fagundez præcep. 3. lib. 2. cap. 1. num. 12, & Trullenchi de ſacra. lib. 3. cap. 2.)* Conſequentia autem videtur legitima. Reſp. negando maiorem: quia per nullam cõpreſſionem amittere poteſt eſſe panem coctum, & conſequentèr vſualem. Alias quando hoſtia manducatur, comprimitur in ore, & madeſit, rediret ad ſtatũ maſſæ crudæ, & conſequentèr deſineret ibi eſſe ſacramẽtum: quod apertè eſt pluſquàm falſum: vt colligitur ex Trident. *ſeſ. 13. cap. 4.* quatenùs ibi dicitur, ante, & poſt ſumptionem manere ſacramentum.

De

De maſſa oleo, aut butyro in ſartagine frixa, aut aqua elixa.

26 DIco, non eſſe materiã conſecrationis. Quia non eſt panis uſualis: & ideo, nec Latinè vocatur panis abſolutè, ſed placenta, (Hiſpanè torta,) laganum, (Hiſpanè hoxuelas) & pultes. (Hiſpanè puches) Ita *Suar. Lugo, Ægidius, Fagundez, Vivalaus, Sotus, G. Hur. Ochag. Dicaſtillo, & Valens*, quos *citat, & ſequitur Leandrus q.* 13. Vbi benè notat, propter eamdem rationem non eſſe materiam conſecrationis panes dulciarios, (Hiſpanè vizcochos) neque panes martios, (Hiſpanè mazapanes) cæteraque ſimilia (Hiſpanè roſquillas, fruta de ſartem.) ¶ Idem propter eamdem rationem eſt dicendum de pane confecto ex farina tritici, & ex ſucco, aut liquore ab ipſis granis per cotuſionem in mortariolo expreſſo. Sic omnes ferè DD. vt teſtatur Leandrus q. 14.

De pane confecto ex farina triticea, & aqua artificiali (roſacea, Angelica, &c.)

27 DIco, non eſſe materiã conſecrationis. Quia non eſt panis uſualis. Ita *Scotus d.* 11. *q.* 6. *verſ. De hac, D. Thom. q.* 74. *art.* 7. *ad* 3. *Vazq. diſp.* 170. *c.* 4. *Suar. diſp.* 44. *ſect.* 2. *Diana* 6. *p. tract.* 6. *Reſ.* 18. *Ægid. Valen. Layman, G. Hurt. Fagund. Perez, Ochag. & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus q.* 15. ¶ Vbi pro oppoſita ſententia adducit *Peſantium in* 3. *p. q.* 74. *art.* 1. *diſp.* 2. *& apud illum Oſtienſem, & Durandum.* (Ordinis Minoru) Itèm hanc ſentẽtiam defendunt *Albert⁹, Caiet. Sà, in* 1. *editione*: quia in ſecunda correcta tenet oppoſitum. Cui ſententiæ favet *Lugo diſp.* 4. *n.* 4. dicens, illã materiam ſibi videri valdè dubiã. Et *rubrica* 3. *Miſſalis Romani* dicit, eſſe materiam dubiam. Et Ludovicus de S. Iuan dicit, illã conſecrationem eſſe validam, licèt illicitam. Et P. Ledeſma *cap.* 4. *de Euchar. concl.* 10. *dub.* 6. *& Valentia diſp.* 6. *q.* 2. *puncto* 1. dicunt, hanc ſententiã eſſe probabilem. Pro qua ſententia objicitur: aqua virtute ignis coquentis panẽ abſumitur. ergo, quæcumque illa ſit, non poteſt mutare ſubſtantiã panis. Reſp. diſtinguendo conſequens: entitativè, ommitto: quoàd hoc quod ſit uſualis, vel non uſualis, nego.

28 Propter hanc rationem non eſt materia conſecrationis hoſtia confecta ex farina triticea cum admixtione cinnabri; ut eſt illa, qua ſolemus litteras ſigillare. (Hiſpanè obleas coloradas) Ita *Lugo diſp.* 4. *n.* 4. *& Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 19.

(§.)

R De

Digitized by Google

De pane tàm azymo, quàm fermentato.

29 DIco, vtrũque eſſe materiam conſecrationis. Sic definitum eſt in Florentino Verbis illis: *Diffinimus itẽ, in azymo, ſivè fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici.* Et meritò. quia uterque eſt panis uſualis; immò eiuſdẽ ſpeciei. Ita ante Florentinum prę docuerant Scotus *d.11.q.6.verſ. Hoc ergo D.Th.q.74.art.4.* & poſteà omnes latini uniformiter. ¶ Vndè explodũtur Græci antiqui, qui pluſquã 600. ab hinc annis negarunt, materiam Euchariſtiæ eſſe panem azymum: & conſequentèr dicebant, Latinos non conſecrare. Idemque dicunt nunc temporis Græci ſchiſmatici. ¶ Reijcitur etiam error Armenorũ affirmãtium, ſolùm azymum eſſe materiam conſecrationis. ¶ Repellitur itèm error cuiuſdam Hugonis, (quem refert, & ſequitur Gloſſa *in capit. litteras de celebratione Miſſarũ*: licèt in Gloſſa hoc iam ſit ſublatum) qui dicebat, materiam neceſſariã huius ſacramenti eſſe panem tantùm azymum; apud Græcos verò fermentatum. Hi ergo errores reijciũtur ex prædicta definitione Florentini.

30 Addit Scotus ibi contra Armenos, & Hugonẽ, quòd *tempore Leonis Papæ fuit conſtitutum, quòd conficeretur in fermentato ſed fuit ad tempus ad extinguendum hæreſim Ebionitarum; qui dixerunt, quod neceſſarium erat, Chriſtianos iudaizare: & per conſequens paſcha ſuum azymo cõficere. Sicùt fecerunt iudæi. Et ad extinctionem huius hæreſis fuit ordinatum conſecrare in fermentato. Sed poſt, hæreſi illa extincta, redijt Eccleſia Occidentalis ad primam conſuetudinem: quæ conformis eſt inſtitutioni Chriſti, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum.* Hucuſque Scotus. Quod, & notaverat D. Thóm. *in 4.d. 11.q.2.art.2. quæſtiunc. 3.* Quis autem fuerit hic Leo neq; Scotus, neq; Angelicus Doctor deſignant. Suar. autem *diſput. 44. ſect. 3. §. Et ex his* coniecturat, eſſe Leonem IX. (qui miraculis claruit; & electus eſt ad annum 1049. teſte Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis) qui in ſua epiſtola defendit conſuetudinem cõficiendi in azymo: nam dicit, per 120. annos in Eccleſia duraſſe.

31 Id verò, quod obijciunt Græci, nempè Chriſtũ D. conſecraſſe in fermẽtato, ſolutum eſt *cap.2. à n.6. vſque ad 21.* Vndè inter alia conſtat, Euchariſtiam inſtituiſſe Luna 14. Martij ad veſperam: quando Iudæi iam vtebãtur azymo. ¶ Adde, quòd, etſi Chriſtus D. conſecraſſet in fermentato, non propterea diceremus Latini, azymum non eſſe materiam ſuficientem ad con-

cõſecrationem: ſicuti nunc dicimus, fermentatum eſſe conſecrabilem, quamvis aliàs in azymo conſecraverit. Et meritò: uterq; enim nõ ſolũ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ſed etiã ſunt panis uſualis. Quarẽ cautiùs procedunt Latini, quàm Græci: iſti enim non ſolùm tenacitèr affirmãt, Chriſtum D. nón conſecraſſe in azymo; ſed addunt, latinos in illo celebrantes non conſecrare.

DVB. V.

32 PEtes 5. an Sacerdotes omnes teneantur cõſecrare in azymo? Reſ. negativè. Quia Eccleſia Latina permittit Græcis celebrare in fermentato. Immò Eugenius IV. in ſuo decreto declaravit, tàm Græcos, quã Latinos teneri ſervare morem ſuę Eccleſię. Quarè hodie in hoc conſpirant omnes AA. ¶ Dices: Scotus *d.* 11. *q.* 6. in fine dicit; quòd *fortitèr etiam gravitèr peccant Græci, qui non ſe conformant Eccleſiæ Petri*: ergo ſentit, quòd omnes tenẽtur neceſsitate præcepti conſecrare in azymo. Reſp. negando conſequentiã: quia loquitur dubitativè: vt conſtat ex ly *fortitèr.* Reſp. 2. hanc quæſtionẽ (*vtrùm Græci peccent non celebrando in azymo? ſeu non ſe conformando Eccleſiæ Romanæ in conſecratione azymi?*) habere alium ſtatũ nunc temporis, ac tempore Scoti. Cùm enim in Concilio Florẽtino Eugenius IV. declaraverit, tàm Latinum, quàm Græcũ poſſe, immò teneri morẽ ſuæ Eccleſiæ ſervare, à tẽpore Florẽtini, ſeu Eugenij IV. (qui fuit elect⁹ anno 1431.) ceſſavit hęc quæſtio. Tempore autem Scoti (qui floruit ad annũ 1308.) urgens erat ratio dubitandi: cùm nondùm facta fuiſſet prædicta declaratio, àut permiſsio.

33 Hinc conſtat, quomodò ſit intelligẽdus Petrus Paludanus (qui, teſte Bellarmino *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, vixit anno 1330. & ſaltẽm ante annum 1400.) *in 4. d. 11. q. 1. art. 4. concl. 6* ubi docet, Græcum nõ teneri in fermẽtato conſecrare: quia nequit obligari præcepto ſuæ Eccleſiæ cũ ſit ſchiſmatica. Immò videtur, (addit) Græcum nõ poſſe licitẽ in fermentato conſecrare: quia teneri videtur præcepto (ad minus conſuetudine introducto) Eccleſiæ Latinæ: quæ eſt univerſalis. Hæc ergo Paludanî ſententia poſt Florentinũ meritò ab omnibus reijcitur: ante Florentinũ autẽ (quo tempore Paludanus ſcripſit) erat ſatis probabilis.

DVBIVM VI.

34 PEtes 6. an in caſu neceſſitatis (v. g. ad dandum Viaticũ infirmo alias non confeſſo, & non communicaturo) poſsit Sacerdos Latinus exiſtẽs apud ſuos conſecrare in fermẽ-

tato? Reſp. affirmativè propter dicta *cap.3.n.54.*

DVB. VII.

35 PEtes 7. an præceptum Florētini, aut Eugenij IV. (ſtatuētis, tàm Latinū, quā Græcum teneri ſervare morē ſuæ Eccleſiæ de quo *num. 32.*) obliget exiſtentē in alia Eccleſia, ibique habentē domiciliū? Reſp. negativè. Quia unuſquiſque cēſetur eſſe membrū illius Eccleſię, apud quā habet domicilium; teneturque ſervare leges illius. Quarè Gręcus habens domicilium inter Latinos, ibique exiſtens tenetur, conficere in azymo: (præſertim ſi ibi non ſit templum dicatum pro ritibus Græcorum) & Latinus exiſtens inter Græcos, ibiq; habēs domicilium, nec ibi habens tēplum dicatum pro ritibus Latinorum tenetur, cōficere in fermentato. Sic communiter omnes Doctores, teſte Leandro *diſp.8.q.21.*

36 Si tamen Græcus habens proprium domicilium inter latinos, ibiq; exiſtens habeat tēplum pro ritibus Græcorum, (idem dicendum eſt de Latino habente domiciliū inter Græcos, ibique exiſtente, habenteque tēplum pro ritibus Latinorum deputatū.) poteri. pro ſuo libito in fermentato celebrare in prędicto tēplo, aut in azymo in tēplo latinorū. Quia, ex eo, quòd inter Latinos habet domicilium, pertinet ad illorùm Eccleſiā; teneturque ſe illi cōformare. Ex eo autē, quòd Pontifex præcepit, tàm Latinum, quàm Græcū ſervare ritum ſuæ Eccleſiæ; tenetur ad oppoſitū: & conſequentèr poterit eligere, quod maluerit. Ita *Petrus de Ledeſma cap.4. de Euch. concl.13. Granados tract.2. de Euch. diſp.1. in fine, & Nugnus, quos citat, & probabiliter ſequitur Leandrus.*

¶ Sed oppoſitū defendunt *Suarez diſp.44 ſect.4. Vazq. diſp.74. cap.3. G. Hurt. & Montes. apud Leandrum ibi:* & obijciunt. Inſtat præceptum ſervandi morē ſuæ Eccleſiæ, & aliàs extat tēplum, ubi poteſt impleri: ergo tenetur Græcus in fermentato conficere. Reſp. negādo cōſequentiam: quia etiam inſtat pręceptum conformandi ſe Eccleſiæ Latinę, ubi exiſtit, habetq; domicilium. Quarè pro libito ſibi relinquitur, utrumvis eligere: azymum (inquam) propter domicilium: fermentatum autem propter præceptū Eugenij IV.

DVB. VIII.

37 PEtes 8. An Græcus, (idē proportionabilitèr dicendum eſt de Latino) qui peregrinando inter Latinos inveniret templum pro Græcorum ritibus dicatum, poſſet in fermentato celebrare? Reſp. affirmativè. Quia inſtat præceptum

Eu-

Eugenij IV. cōformant ſe ſuæ Eccleſię, & alias peregrinus nō tenetur ſpecialibus legibus locorum, per quæ tranſit ☞ Dices: hæc ratio probat, non ſolùm poſſe, ſed etiã teneri Græcum, tunc cōficere in fermentato. Et ita ſentiunt *Suar. diſput. 44 ſect. 4. Vazq. diſp. 174. cap. 3. G. Hurt. Diana, & Montef.* (apud Leandrũ *diſp. 8. q. 22.*) addens, quòd, ſi Sacerdos Latinus exiſtēs in ſua Latina Eccleſia (Romæ, v. g.) vellet conſecrare in templo illo Græcorũ, non poſſet conſecrare fermentatum. (& in hoc bene: meritò dicit Leandrus ibi) Et, ſi Græcus vellet conſecrare non in ſuo templo, ſed in alio, non poſſet licitè conſecrare in azymo. Sed, hoc ommiſſo, ad prędictam inſtantiam. Reſp. negãdo per rationem noſtræ cōcluſionis probari, Græcum tunc non ſolùm poſſe, ſed etiam teneri celebrare in fermentato. Et ratio eſt, quòd, etſi peregrinus nō teneatur ſpecialibus legibus locorũ, per quæ tranſit; poteſt tamen ſe illis conformare, etiam ſi aliàs ſint contrariæ legibus ſpecialibus ſuæ patriæ. (Vnde Luſitanus tranſiens per Caſtellam poteſt in Sabbato veſci animaliũ inteſtinis: & peregrinus exiſtēs Mediolani poteſt comedere carnes quatuor primis diebus quadrageſimæ. Præſertim videatur Auſonius *verb. ieiunium n. 34*) Quarè prædictũ Græcũ poſſe quidem tunc conficere in fermentato; nō tamen ad id teneri, defendunt *P. d. Ledeſma, Granad. Nugnus, & (probabiliter) Leand. num. 36. citati.*

DVB. IX.

38 PEtes 9. an Græcus, qui perigrinatur per Eccleſiã Latinã (aut latinus per Gręcam) poſsit pro libito celebrare in azymo, vel fermentato? Reſp. affirmativè. Quia ex vna parte poteſt cōficere in fermētato propter præceptũ Eugenij IV. ſtatuentis, quod ſervet morē ſuę Eccleſię. Et ex alia poteſt cōficere in azymo propter cōſuetudinē loci, in quo exiſtit; cui licitè poteſt quilibet ſe cōformare, iuxta vulgare illud quod eſſe D. Ambroſij teſtatur Leandrus *q. 23.*) *ſi fueris Romæ, Romano vivito more. Si fueris alibi, vivito ſicut ibi.* Ita *Henriq. lib. 8. c. 11. § 6. in fine, & apud ipſum Leo Papa IX. Sixtus, Caiet. & Led. ſma; Ægidius, Sanch. & Nugnus, quos citat, & ſequitur Bonac. diſp. 4. q. 2. puncto 1. n. 10. Diana 3. p. tract. 6. Reſ. 99. & p. 10 tract. 16 Reſol. 39. & Gran. tract. 2 de Euch. diſp. 1. in fine; quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 8. q. 23.*

39 *Sed Vazq. diſp. 194. c. 3. Suar. diſp. 44. ſect. 3. §. Illud verò in fine, G. Hurt diſp. 2. & alij* affirmant, Sacerdotem Græcum peregrinantem per Eccleſiam Latinam; ſi in ea non habeat

proprium domicilium, nec tẽplum pro ritu Græcorum deputatum, teneri etiam in templo Latinorum ritum ſuæ Eccleſiæ ſervare, & conſecrare fermentatum. Quod idem dicunt de Latino per Græciam peregrinantem. Et objiciunt: peregrinus non tenetur legibus locorum, per quæ tranſit; & aliàs extat præceptum Eugenij IV. ſe conformandi vſui ſuæ Eccleſiæ. ergo in quocumque templo tenetur, ſervare vſum fermentati. Reſp. negando antecedens quoàd ſecundam partem: præceptũ enim illud ſervandi ritum propriæ Eccleſiæ ſolùm obligat illum, qui exiſtit intra territorium propriæ Eccleſiæ; aut illũ, qui exiſtens extra propriam Eccleſiam, & territorium illius non vult ſe cõformare uſui Eccleſiæ illius, in qua reperitur. Si enim huius vſui ſe voluerit conformare, ceſſat obligatio illius præcepti Eugenij IV.

De materia conſecrationis ſanguinis.

DVB. X.

40 PEtes 10. quæ ſit materia neceſſariò requiſita ad conſecrationem ſanguinis? Reſp. eſſe vinum de vite. Ratio àpriori eſt voluntas Chriſti D. inſtituentis. Congruentia autem, quòd vinum eſt principalis pars alimenti quantùm ad potum: ut notat Scotus *in 4. diſtinct. 11. quæſt. 7. verſ Principalis ratio*. Quòd autem hæc fuerit voluntas Chriſti D. inſtituentis conſtat ex diverſis concilijs, præſertim ex Florentino, aut ex Eugenio IV. in ſuo decreto fidei; cuius verba dedimus *num.* 5. & ex Lateranenſi ſub Innoc. III. cuius verba retulimus *num.* 2. Et ſupponitur in Tridentin. *ſeſſ. 13. cap. 1. & can. 2.* Conſtatque ex perpetua Eccleſiæ traditione, & uſu; quæ nunquàm conſecravit ſanguinem niſi in vino vitis. Et deducitur ex illo *Matth. 26. non bibam amodò de hoc genimine vitis*. Quarè ſic tenent *omnes Scholaſtici cum Scoto nuper citato, & cum D. Thom. quæſt. 74. art. 5.* Dicuntque, eſſe veritatẽ de fide, ſeu definitam in prædictis concilijs.

Refelluntur errores oppoſiti.

41 VNdè refelluntur errores huic veritati oppoſiti. Primus fuit Aquariorũ: (ſic dicti fuerunt: quia non vinum, ſed aquam in ſacrificio altaris apponebant) quẽ refert D. Th. *q. 73. art. 1 in corpore, poſt D. Iſidorum lib. 4. Etymologiarum cap. 5. D. Cyprianus, Clemens Alexandrinus, & Chryſoſt. apud Suar. diſp. 53. ſect. 1.* Qui hæretici ſub ſpecie ſobrietatis loco vini aquam opponebant. Immeritò tamẽ. Tùm, quia cõtra factum, &

& inſtitutione Chriſti D. Tùm, quia modicum vinum, quod in ſacrificio apponitur, nequit opponi ſobrietati. ¶ Secundus error fuit illorùm, qui pro vino de vite lac apponebant: teſte Leandro *diſp.* 8. *q.* 23. ¶ Tertius fuit Gnoſticorum, (teſte Epiphanio *hæreſi* 26.) qui in ſanguine mẽſtruo mulieris cõficiebãt. Sed omnes hi errores nullũ habent vel apparens fundamentum, quod diſſolvere oporteat: de multis illorum cõcludit Suar. nupèr citatus.

Refelluntur vina, quæ non ſunt ex vite.

42 EX eo, quòd materia cõſecrationis calicis debet eſſe vinum ex vite *ex n.* 40. manent excluſa alia vina, quæ non ſunt ex vite, ſed ex alijs rebus; v.g. vinum ex frumẽto, ex fructibus, ex herbis factũ. Quia nullum ex his eſt abſolutè vinũ, ſed cum addito diminuente, v.g. vinum ex pomis, &c. ¶ A cõtrario autem vinum tàm album, quàm rubrum. Quia utrũque eſt vinum vitis. Et quamvis (loquendo de congruentia) aptius videatur rubrum propter maiorem ſimilitudinẽ coloris cum ſanguine: abſolutè aptius videtur album propter munditiam: ut ex Vazquez, & Monteſinos notat Leandrus *diſputat.* 8. *quæſt.* 25.

Refelluntur aliquot, quæ ſunt ex vite.

43 EX eodem capite, nempè quòd materia conſecrationis calicis debet eſſe ex vite vinum, (ſcilicèt, quod ſimpliciter ſit tale.) excluditur agreſta. (Hiſpanè agraz) Quia propter ſui immaturitatẽ nõdùm adepta eſt ſtatum vini ſimpliciter: quamvis, quandiù non eſt expreſſa ex ubis, ſed in illis incluſa, ſit in via ad illud. Et ob id comparatur ad vinum: ſicùt maſſa cruda ad panem. Et ideo in Miſſali Romano inter defectus Miſſę aſsignatur iſte: ſi quis protulit verba conſecrationis circa agreſtam.

44 Excluditur etiam acetum. Quia (ſivè ſpecificè differat, ſivè non a vino) non eſt, neque dicitur vinum ſimpliciter: immò *Ariſt.* 8. *Metaph. capit.* 5. vinum, & acetum corpori vivo, & mortuo comparavit. Ita D. Th. *quæſt.* 74 *art.* 5. *Vazq. diſp.* 175. *Suar. Ægidius, & multi alij, quos citant, & ſequitur G. Hurt. diſp.* 2. *diff.* 8. *& Leandrus q.* 34. ¶ Nec obſtat, quòd pro oppoſita ſentẽtia adducatur Gloſſa *in cap.* 2. *de Conſecrat. diſtin.* 2. *verſic. Calix*: nam Gregor. XIII. iuſsit hanc deleri. Itèm *Innocentius III. lib.* 4. *de Myſterio Miſſæ cap.* 80. *& noſter Alenſis* 4. *p. quæſt.* 10. *memb* 4. *artic.* 1. qui ab aliquibus adducuntur pro præ-

dicta ſententia explicandi ſunt de vino acedo. Immò expreſsè loqui Alexãdrum de vino aceſcente, notat Leandrus ibi. In quo ſenſu hanc ſententiam ad tolendum ſcrupulos commendat Machado apud prædictum Leandrum. ¶ Pro qua ſententia obijcies: acetum non differt eſſentialitèr, ſeu ſolùm accidẽtalitèr à vino? ergo eſt materia conſecrationis. Reſp. negando conſequentiã: (ommiſſo antecedenti) quia non eſt vinum ſimplicitèr.

45 Excluditur etiam ſapa, (Hiſpanè arrope) & aqua vitæ ex vino diſtillata (Hiſpanè aguardiente) necnõ & vina cocta. (Hiſpanè hipocras &c.) Quia non ſunt verè vina: cùm ſubſtãtia vini fuerit per coctionem deſtructa. Aut, quia non ſunt, nequè dicuntur ſimplicitèr vina: cùm non retineant ſtatum vini. In quo conveniunt DD. teſte Gaſp. Hurt. *diput. 2. difficul. 8.*

46 Idemque dicendum eſt de lora, ſeu acinacio. (Hiſpanè agua pie, delgado, ò vinada: quod fit ex aqua infuſa racemis priùs expreſsis, aut acinis relictis in fundo dolij poſt vinu n iam defœcatum, ſeu coctum) quia non eſt verè, & ſimplicitèr vinum.

(.*.)

DVB. XI.

45 PEtes 11. An muſtum ſit materia conſecrationis? Reſpond. affirmativè. (ſi ſermo ſit de muſto ex ubis iam expreſſo) Quia muſtum expreſſum eſt verè, & ſimplicitèr vinum, quamvis recens. (Sicùt etiam panis recens verè eſt, & dicitur ſimplicitèr panis) Et abſolutè dicitur vinum *ab Ariſtotele 4. Metheororum capit. 10. à Plinio lib. 23. cap. 1. & ab Iſidoro lib. 20. Etymol. capit. 3.* Vndè meritò Pontifex Iulius *in capit. Cùm omne de Conſecrat. diſtin. 2.* permittit conſecrari muſtum in caſu neceſsitatis: ut teſtantur communitèr AA. præſertim G. Hurt. *diſp. 2. diff. 9. & Leandrus diſp. 8. quæſt. 22.* Qui ex Vivaldo, & Maure addit extare conſuetudinem in aliquibus Eccleſijs, ut in die transfigurationis Domini 6. Auguſti conſecretur muſtum ex ubis recentèr expreſſum. Ita *D. Thom. quæſt. 74. art. 5. Suar. Lugo, Bonacina, G. Hurt. Valentia, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus nupèr citatus* dicẽs, quòd hanc ſentẽtiam docent communitèr omnes Theologi.

47 Si autem loquamur de muſto in ubis incluſo, dicendũ eſt, non eſſe materiam conſecrationis. Quia in eo ſtatu non eſt, nequè dicitur ſimplicitèr vinum: immò non potatur, ſed

ſed comeditur. Et ideò in cap. 110 *Cùm omne crimen* reprehēditur, quòd botrus expreſſus (hoc eſt degranatus, ſeu grana ipſa: vt conſtat ex cōtextu: explicat, & inquit G. Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 9.) in calice offeratur. Ita *Scotus d.* 11. *quæſt.* 7. *verſ. Principalis ratio*, & *communitèr DD.* (vt loquitur G. Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 9.) *quorum multos citat*, & *ſequitur Leandrus diſp.* 8. *q.* 30. ¶ Vbi dicit, nōnullos antiquos oppoſitum affirmaſſe.

DVB. XII.

48 PEtes 12. an vinum cōgelatū ſit materia cōſecrationis? Reſp. affirmativè. Quia eſt, & remanet, diciturq; verè, & ſimplicitèr vinum. Sicùt ſanguis congelatus eſt, remanet, & ſimplicitèr dicitur ſanguis. *ita Suar. diſp.* 45. *ſect.* 1. *Vazq. diſ.* 175. *cap.* 2. *Ægid. Lugo, Ochag.* & *multi alij, quos citant*, & *ſequuntur Dian.* 3. *p. tract.* 6. *Reſ.* 10. *G. Hurt. diſp.* 2. *diff.* 9. & *Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 22.

49 Vndè reiecta manet oppoſita ſententia Ledeſmæ 1. *p.* 4. *quæſt.* 15. *art.* 5. *dub.* 1. *Alani, Henriq. Antonij Maure, Ludovici de San Iuan, Nugni,* & *Perez apud prædictos Hurt. Dian.* & *Leandrū.* ¶ Itèm reiecta manet ſententia Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 10. & *Machado t.* 1. *lib.* 3. *p.* 1. *doct.* 2. *num.* 9. affirmantiū, hanc materiam eſſe dubiā. Falluntur enim, ſi loquātur de dubio practico: etſi verum dicant de dubio ſpeculativo: cùm pro vtraque parte ſit opinio probabilis. ¶ Inſupèr reiecta manet, quæ dicit, eſſe quidem materiam conſecrationis, ſi recēs ſit congelatio vini, vt in calice facta paulo ante cōſecrationē: ſecùs autem, ſi dudùm cogelatio facta fuerit. *Ita Eſtius in* 4. *d.* 8. *§.* 9. *pag.* 1:0. & *Peſantius in* 3. *p. quæſt.* 74. *poſt art.* 8. *diſp.* 1. *concluſ.* 2.

50 Sed pro his ſententijs, & præcipuè pro prima obijcies: vinum congelatū (vt ſic) nō eſt potabile: ergo non eſt materia conſecrationis. Patet cōſequētia à paritate aquæ congelatæ: quæ non eſt materia baptiſmi. Reſp. cum Dicaſtillo *diſ.* 5. *dub.* 5. *num.* 84. & *Leandro ibi* negando antecedens; nempè vinum congelatū non eſſe in ſtatu potabili: eſt namque ſecùndum ſuam naturam; licet difficiliùs potetur lābendo, ſugendo, &c. ¶ Reſp. 2. cum G. Hurt. negando conſequētiā: (omniino antecedenti) quia ad valorē cōſecrationis nō requiritur, quòd vinum ſit in ſtatu proximo potationi: ſpecies enim vini, quæ poſt conſecrationem congelātur, verè ſignificant ſanguinem Chriſti D. per modum potabilis. (Ex convenientia Doctorū ſuppono, ſub ſpeciebus vini, quod poſt conſecrationē cōgelatur retineri ſanguinē Chriſt

D

De aqua vino ante conſecrationem miſcenda.

DVB. XIII.

53 PEtes 13. An expendiẽs ſit, aquam vino conſecrando miſcere? Reſp. affirmative. Ita definiunt multa concilia, & Pontifices. Idquè docent vnanimitèr Scholaſtici ſecuti Scotum *in 4.d.11. quæſt.7. verſ. Huic autem, & D.Th. quæſt.74. art.6.* Pro omnibus autem ſufficiat nobis. Tridentinum *ſeſ.22. cap.7.* vbi non ſolùm declarat, hoc eſſe præceptum, ſed etiam rationes cõgruentiæ, quas Eccleſia ad hoc mãdatum habuit, aſsignat, dicens: *Monet deindè ſancta Synodus, præceptũ eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent. Tùm, quòd Chriſtũ D. ita feciſſe, credatur. Tùm etiam, quia à latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit; quod ſacramentum hac mixtione recolitur. Et cũ aquæ in Apocalipſi Beati* Ioannis *populi dicantur; ipſius populi fidelis cũ Capite Chriſto vnio repræſentatur.* Hucuſque Tridẽtinum.

54. Vndè reijcitur error Armenorum exiſtimantium, vinũ abſque aliqua aquę admiſtione eſſe conſecrandum ſub peccato mortali. In quo errore fũt etiã Lutherani, & Calviniſtæ. Qui obijciunt illud Iſaiæ 1. *num.22. vinum tuum miſtum eſt aqua:* vbi ſignificatur, (teſte Hieronymo ibi) amiſſam eſſe ſinceritatem Iudæorum: ergo aquæ mixtione nequit aliquid boni ſignificari. Reſp. negando conſequẽtiam: quia eadem res ſub diverſa conſideratione poteſt bonũ, & malum ſignificare: leo enim ratione fortitudinis ſignificat Chriſtum D. *Apocalipſis 5.* & ratione crudelitatis dæmonium, *1. Petri 5.* Mixtio ergo aquæ cũ vino conſiderata in vendentibus vinũ ſignificat corruptionem puritatis; cõſiderata verò in Chriſto D. & in bibẽtibus vinũ, cum in ordine ad potionem ſobriã ſit bona, ſignificat aliquid boni, nempè vnionem populi fidelis cum ſuo Capite Chriſto; ſanguinem, & aquam ex latere Chriſti D. exeuntes; necnon, & factum ipſius ſalvatoris, dum Euchariſtiam inſtituit.

55 Obi.2. ex latere Chriſti D. non exivit aqua mixta cum ſanguine, ſed ſeorſim: ergo ad denotandum exitum illum, nõ eſt mixcenda aqua vino conſecrando. Reſp. negando conſequentiã: quia in infuſione aqua & vinum ſunt diſtincta, & tunc ſignificant exitum aquę, & ſanguinis de latere Redemptoris. Mixtione autem poſteà in calice ſequuta ex infuſione ſignificari poteſt mixtio ſanguinis, & aquæ Chriſti D. facta in terra. ¶ Præterquàm quod ad hanc (ſicut, & ad quãcumque aliam ſignifi-

cilium autē Vormatienſe fuit prouinciale.

59 Obi.2. Chriſtus D.conſecravit vinum aqua mixtum: ergo vinum aqua mixtū eſt materia neceſſaria ad valorē conſecrationis. Patet conſequētia: quia ex eo deducimus vinum vitis, & panem triticeum eſſe materiam neceſſariam ad valorē cōſecrationis, quia Chriſtus D. in eis conſecrauit. Reſp. negando conſequentiam: ad probationem dico, inſtitutionem materiæ conſecrationis deduci ex facto ſubſtantiali Chriſti D. quale fuit conſecrare vinum; non verò ex aliquo accidenti, quod in ſubſtantia illius materiæ de facto fuit repertum. Sicùt ex eò, quod de facto cōſecrauit vinum rubrū; & panem azymum, ſolùm infertur, vinum quoad ſubſtantiam, & panem quoad ſubſtantiam eſſe materiam ad conſecrationem neceſſariam; no autem quod accidentia illarum materiarum ſint de neceſsitate conſecrationis. Et ideò certiſſimè cōſecramus in vino albo, & Græci conficiunt in fermentato.

60 Obi.3. Mixtio aquæ cum vino non eſt neceſſaria ad valorē ſacramenti? Ergo permittendum eſt Armenis mos conſecrandi in ſolo vino abſque aqua. Sicùt Græcis permittitur mos conſecrandi in fermentato. Reſp. concedendo, id etiam poſſe ab Eccleſia concedi Armenis. Non tamē expedit: quia mixtio aquæ cū vino fuit omnibus à tempore Apoſtolorum præcepta, & obſervata à principalibus Eccleſijs, nēpè à Græca, & Latina; non vero vſus azymi.

DVB XV.

61 PEtes 15. An miſcere aquam vino conſecrando ſit neceſſarium neceſsitate præcepti? Reſp. affirmatiuè. Quia ſic exprimitur in Tridentino *ſeſ.22.cap.2.* cuius verba dedimus *num.* 53. ex quibus conſtat, hoc præceptū eſſe humanum: dicit enim concilium, *præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, &c.*

62 Quærunt tamen AA. an dicta mixtio etiam ſit neceſſaria neceſsitate præcepti diuini? Reſp. negatiuè. Itaque ſolū ex neceſsitate præcepti humani, ſeu Eccleſiaſtici eſt neceſſarium, miſcere aquam vino cōſecrando. Quia id ſatis inſinuat Tridentinum nupèr citatum dicens, *præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus*; expendatur ly *ab Eccleſia*. Prætereà Eugenius IIII. in ſuo decreto reprehendit Armenos non miſcentes aquam vino, quia ab vniuerſali Eccleſiæ obſervantia diſcrepānt; nō autē, quia tranſgrediuntur præceptum diuinū: ergo quia tam concilium, quā Pontifex exiſti-

mārūt

Pontifex poteſt diſpenſare in hoc præcepto.

64 OBi.4. Præceptũ hoc non eſt divinũ? Ergo poterit Pontifex in eo diſpenſare. Reſp. concedendo. (Iuſta cauſa interveniente) Ita Suar. *diſp.* 45. *ſect.* 2. §. *Nihilominus, Diana p.* 8. *tract.* 1. *Reſ.* 22. *in fine, Ægidius, G.Hurt.* & *alij, quos citat,* & *ſequitur Leandrus q.* 43. Quod affirmare, etiam tenentur, quotquot affirmant, præceptum hoc nõ eſſe divinũ, ſed purè Eccleſiaſticum. Sicuti à cõtrario dicere tenentur, Papam in eo non poſſe diſpenſare, quotquot affirmãt, hoc pręceptum eſſe divinũ: inter quos ſunt *Granados tract.* 2. *diſ.* 5. *n.* 13. & *Petrus Ledeſma* 1. *p.* 4. *quæſt.* 15. *art.* 7. apud Leandrum ibi.

Aliquando ſufficit implicita diſpenſatio.

65 OBi.5. Hoc præceptũ non eſt divinum? Ergo aliquando in caſu vrgentiſſimæ neceſsitatis poterit Sacerdos abſque expreſſà diſpenſatione conſecrare vinum ſine aquæ mixtione. Reſpon. concedendo. *Ita Petrus Ledeſma nuper citatus* Quod in noſtra ſẽtia (*cap.* 3. *num.* 54. de infirmo aliàs ſine alio ſacramento morituro) eſt à fortiori tenendũ. Immò non eſt expectanda tàm vrgens neceſsitas. Quarè exiſtimo, poſſe Sacerdotem (ex tacita, & rationabilitèr præſũpta diſpenſatione Pontificis) celebrare ſine aquæ miſtione, quotiès id fieri non poteſt: vt ſi ſupponamus, omninò deeſſe aquam naturalem; & aliàs vrgeret præceptum divinum communicandi infirmum; (in articulo mortis v.g.) non ſcandalizandi proximum, &c. Et quidem mihi mirum eſt, Authores tot caſus inveniſſe ad communicandum inieiunè; cum tamen extet præceptum ieiunè communicandi, & tamen nullum velle concedere celebrãdi ſine mixtione aquæ: cũ aliàs vtrumque præceptum hoc ſit Eccleſiæ. (In noſtra, & communiori ſententia) Vndè non eſt audiendus Leandrus *diſp.* 8. *quæſ.* 44. ſibi certiſsimè perſuadens, hoc numquã licere. Pro qua ſententia citat *Suar. Villalobos,* & *Dicaſtilio.* Et objicit: numquã licet cõſecrare vnam ſpeciẽ ſine alia: ergo neque celebrare ſine admiſtione aquæ. Reſp. negãdo antecedẽs propter dicta *cap.* 3. *num.* 54. Immo, illo ommiſſo, negaretur conſequentia? quia de primo extat præceptum divinum; de ſecũdo autem ſolùm humanum: ſicut de ieiunè communicando.

(∴)

Chriſtus

Google

Chriſtus Dominus miſcuit aquam vino.

66 OBi. 6. Non extat præceptum divinũ miſcendi aquam vino conſecrando? Ergo Chriſtus D. in mero conſecravit. Patet conſequentia quia, ſi ipſe miſcuit aquam, ſuo facto nobis illam miſcendã præcepiſſet. Reſp. (ommiſsis *Vvaldeſi t. 3. de ſacram. cap. 31. & Torreblanca lib. 2. practic. quæſt. c. 7. num. 13.* qui concedunt cõſequentiam, quibus favet Durãd. *d. 11. quæſt. 5.* cùm ſub dubium, hanc partem reliquit: ait Leãdrus *quæſt. 45.*) negando conſequẽtiam. Ad probationem dicimus, Chriſtum D. ſuo facto nos obligaſſe ſolùm ad ſubſtãtialia in adminiſtrationem ſacramentorum ſervanda: vt diximus *num. 59. & 63.*

DVB. XVI.

67 PEtes 16. quæ ſint ſervanda in mixtione aquæ cum vino conſecrando? Reſp. in primis, aquam illam debere eſſe naturalem, ſeu elementalem: (quæ & naturalis eſt, & dicitur ſimpliciter aqua) vt conſtat ex facto Chriſti D. & vſu Eccleſiæ. Et ſatis cõgruẽter quia ſola iſta eſt accommodata ad ſignificationẽ, ob quã miſcetur, nempè ad ſignificandũ aquã, quę ex latere Chriſti D. manavit; quæ verè fuit naturalis. Et ad ſignificãdũ vnionem populorum ob copiam, & multitudinem ipſius. ¶ Debet inſuper hæc aqua miſceri in modicíſsima quãtitate: vt tradit Eugenius IIII. in ſuo decreto. Et meritò. Tùm quia Chriſtus D. ſic feciſſe creditur: non enim temperantiæ cauſa fecit hanc mixtionem: cùm parùm vini eſſet ſingulis Apoſtolis propinaturus: quia omnes ex eodẽ calice biberũt. Tũ: quia virtus, & efficacia ſanguinis Chriſti D. (qui ſignificatur per vinum) incõparabilitèr eſt maior, quã fragilitas populi, qui ſignificatur per aquam. ¶ Debet etiam hæc mixtio fieri in altari, & in tẽpore ſacrificij, & in ipſo calice, & ante conſecrationẽ, immò & ante oblationem: vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, & docent omnes. Permitti autem poteſt (inquit G. Hurt. *diff. 13.*) fieri in initio Miſſæ, vbi cõſuetudo ita faciendi viguerit.

68 Circa perſonam miſcẽtem variant AA. Nam Henriq. *c. 12.* dicit, non eſſe neceſſariũ, quòd fiat ab ipſo celebrãte, ſed fieri poſſe ab alio Sacerdote. Ledeſma *1. p. 4. quæſt. 15. art. 7. dub. 3.* exiſtimat debere fieri ab ipſo celebrante. ¶ Vazquez verò, G. Hurt Dicaſtillo. & Leãdrus *quæſt. 51.* dicunt, in Miſsis privatis debere fieri à celebrãte. In ſolemni verò à miniſtris

Quia præceptum miſſionis ſic eſt conſuetudine introductum.

DVB XVII.

69 PEtes 17. An aqua vino conſecrando admixta convertatur in ſanguinē Chriſti D? Reſp. affirmativè. Quia videtur incommodum dicere, aliquam materiam, quam conſecrandam Chriſtus D. aſſumpſit, non manere conſecratam. Quarè multi PP. expreſsè affirmant, vinum, & aquam calicis converti in ſanguinem Chriſti D. ſufficiant nobis Damaſc. *lib. 4. de Fide cap. 14.* ubi dicit, Chriſtum D. accepiſſe calicē ex vino, & aqua, & diſcipulis ſuis illum tradidiſſe. Et ſtatim ſubdit, eum, qui omnia verbo ſuo fecit, potuiſſe vinum, & aquam in ſanguinem ſuum convertere. Et Ambroſ. *lib. 4. de Sacramentis cap. 4.* ſic loquitur: *Calix eſt vini, & aquæ plenus: ubi verba operata fuerint, ibi ſanguis efficitur.* Idem docent *Algerus, Paſchaſius, Martinus Epiſcopus Bracharenſis, & Rabanus*, quorum verba refert Vazq. *diſput. 178. cap. 1. à num. 5.* ¶ Conſultò autem in probationem huius ſententiæ non aſſumo, quòd aqua vino conſecrando admixta cōvertitur in vinum: quia, etſi hoc verum exiſtimē, longè veriorem exiſtimo præſentem concluſionem; cùm ſit etiam probabilis ſententia *Ianſenij, & aliorum* (*quos num. 73. adducemus*) affirmātium, aquam in vinum non converſam tempore conſecrationis converti in ſanguinem Chriſti D.

70 Ex noſtra concluſione reijcio opinionem relatam ab Innocentio III. *in cap. Cùm Marthæ 6. de celebratione Miſſarum*: quæ opinio aſſerebat, aquam vino mixtam converti in aquā, quæ ex latere Chriſti exivit. Quæ opinio abſque dubio eadem eſt (inquit Gaſp. Hurtado *diſput. 2. diffic. 14.* cum Gloſſa) cum illa; quam *in capit. in quadam noſtra 8. de Celebrat. Miſſarum* idem Innocentius refert; affirmabatque, aquā vino mixtam converti in humorem aquaticum, ſeu phlegmaticum, quem auctores prædictæ opinionis affirmabant, de latere Chriſti Domini exijſſe, & non aquam. Igitur hæc opinio reijcitur ex noſtra concluſione: cùm aqua vino mixta verè cōvertatur in ſanguinem; neque verbis conſecrationis alia converſio, quam in ſanguinem ſignificetur. Addit prædictus G. Hurt. hanc ſententiam eſſe erroneam quoad id, quod aſſerit, ex latere Chriſti Domini non exijſſe aquam veram, ſed humorem phlegmaticum, ſeu aquæ ſimilem: quia id damnat Innocent. in dicto capite *In quadam noſtra* ex illo *Ioann. 19. Et continuò exivit ſanguinis, & aqua*: & meritò: quia aqua verè,

Digitized by Google

rè, & propriè non ſignificat humorem phlegmaticum, ſed aquam naturalem: verba autem ſcripturæ, quãtum fieri poteſt, explicãda ſunt ſecundum proprietatem.

71 Reijcitur etiam ex noſtra concluſione altera ſententia ab Innocentio III. in illo capite *Cùm Marthæ* relata, quæ affirmabat, aquam vino mixtam, quamvis in multas partes diuiſam, manere in ſua propria ſubſtantia aquæ, nec conuerti in ſanguinem Chriſti Domini. Reijcitur (inquam) prædicta opinio: quia aduerſatur rationi noſtræ concluſionis, necnon & Patribus pro illa adductis. Adde, etiam eſſe falſam, quatenùs affirmat, aquam vino mixtam non conuerti in vinum. Quia (ut ait Ariſtoteles 1. *de Generatione capit.* 1.) quod paruum eſt, & facilè diuidi poteſt, poteſtq; pati ab alio magno, facilè poteſt in naturam magni conuerti: ut contingit in exemplo adducto ab Ariſtotele, quandò ſcilicèt gutta vini infunditur in magna copia aquæ. Sed aqua vino conſecrando mixta eſt minutiſsima, facilèque diuidi poteſt in partes minutiſsimas, & pati poteſt à calore, & alijs qualitatibus vini, quod in magna copia comparatione aquæ imponitur: ergo prædicta aqua conuertitur in vinum.. Ergo prædicta ſententia etiam reijcitur ex eo, quòd affirmat, aquã calicis in vinum non conuerti.

DVB. XVIII.

72 **P**Eres 18. An aqua vino admixta conuertatur in ſanguinem Chriſti Domini, ſi tempore conſecrationis non fuerit in vinum conuerſa? Reſpondetur negatiuè. Quia ſolùm vinum eſt materia conſecrationis: (ut determinare videtur Eugenius IV. dùm pro materia conſecrationis ſolùm aſsignat vinum de vite) aqua autem tantùm miſcetur per modum cæremoniæ, aut propter fines a Tridentino relatos *num.* 53. *Ita Scotus in* 4. *diſt.* 11. *quæſt.* 7. *verſic. Huic vino, D. Thom. D. Bonauent. Ricardus, Valentia, Suarez, Vazquez, Fagundez, Ochagauia, Cornejo, & multi alij, quos citant, & ſequuntur Gaſp. Hurtado diſput.* 2. *diffic.* 14. *& Leandrus tract.* 7. *quæſt.* 52.

73 *Sed Ianſenius in concordia cap.* 131. *Salmeron t.* 9. *tract.* 14. *pag.* 120. *Alanus, Toletus Ægidius, Scortia, Layman, Petrus Sotus, Ioannes de Lugo, & Ioannes de Dicaſtillo apud prædictos Gaſp. Hurtado, & Leandrum*, necnon & apud Dianam (*quos ipſe ſequi videtur*) 3. *par. tract.* 4. *Reſ.* 49. oppoſitum defendunt, & objiciunt Patres *num.* 69. à nobis adductos, qui dicunt, aquam,

Digitized by Google

& vinum in ſanguinem Chriſti Domini conuerti. Reſpond. ſolùm velle, aquam mediatè conuerti in ſanguinem Chriſti Domini, nempè poſtquàm immediatè conuerſa fuerit in vinum. Itaque PP. prædicti ſolùm volebant aſtruere id, quod veriſsimum exiſtimamus contra ſententiam *num.* 71. relatam, nempè totum, quod eſt intra calicem conuerti in ſanguinem Chriſti (regularitèr.)

74 Obi. 2. non eſt certum, aquā poſſe in vinum conuerti: cùm hoc ſit ſub opinione poſitum: ergo incertum erit, totū, quod in calice continetur, cōuerti in ſanguinem Chriſti D. ergo nequit totū adorari. Reſ. diſtinguēdo antecedens, & primum conſequens: metaphyſicè, concedo: moralitèr, nego. Itaque, etſi metaphyſicè non ſit certum, aquam poſſe conuerti in vinum; & conſequentèr neque metaphyſicè ſit certum, totum id, quod in calice continetur, conuerti in ſanguinē Chriſti D. tamen utrumque eſt moralitèr certum: cùm ſit probabile, aquam in parva quantitate vino admixtam in vinū cōverti: ut cum Ariſtot. *num.* 71. expendebamus: & per conſequens eſt probabile, totū, quod in calice continetur, conuerti in ſanguinem Chriſti D. Quæ certitudo ſufficit ad prudētèr, & ſine aliqua formidine operādum: & conſequentèr ad adorandum totum, quod in calice continetur. Cùm enim prudētia ſit regula virtutum moralium, adoratio, v. g. non terminatur ad illud, quod eſt in re, ſed ad illud, quod prudentèr exiſtimatur adeſſe. Vndè longiſsimè abeſt periculum idololatriæ. ¶ Adde, quòd, ſi aliquādo prudentèr timeretur, non fuiſſe aquam conuerſam in vinum, (ut ſi ad ſupplendum aliquem defectum in Miſſa occurrentem ſtatim poſt miſtionē fieret conſecratio: aut magna quantitas aquæ inaduertentèr fuiſſet oppoſita) quando incipiunt proferri verba formæ, non eſſet adhùc periculū idololatriæ; quia adoratio ex intentione, (ſaltèm implicita) aut ex præparatione animi adorātis ſolū terminatur ad ſanguinem Chriſti D. in calice contentum, non autem ad id, quod ibi materialitèr, ſeu per accidens cum ſanguine iunctum reperitur. Quarè nemo timuit adorari muſcam caſu ibi repertam. Inſupèr addo, in adoratione abſoluta involui affectum interpretativum, aut conditionatum, intentionē, aut animi preparationē adorandi id tātū, quod eſt adorabile. Et ideò ſine periculo idololatrię adoramus abſolutè hoſtiam; etſi aliàs cōtingere poſsit, non eſſe conſecratam, aut defectu intentionis

miniſtri, aut alicuius verbi formæ, aut quia in re celebrans non fuit legitimè ordinatus.

75 Obi. 3. in Concilio Triburenſi *cap.* 19. (celebratum anno 895.) diſponitur, vt in calice *duæ partes vini, & vna aquæ apponantur*: ergo ſupponit concilium, non eſſe conuertendam aquam in vinũ: quia tam magna quantitas nequit conuerti. Reſpond. ita eſſe: noſtræ tamen ſententiæ nocere non poteſt: quia prædicta diſpoſitio ab Eccleſia non fuit recepta. (ut notat G. Hurt. *diſp.* 2. *diſſ.* 14. Immò addo, fuiſſe reiectam; quatenùs in rubricis Miſſę diſponit, modiciſsimum aquæ eſſe vino cõſecrando miſcendum. ¶ Inſtabis: etiam ad cõuerſionem modiciſsimæ aquæ in vinum requiritur aliquod temporis interuallum: & tamen aliquando hoc non expectatur ex diſpoſitione Eccleſiæ: (ut quando ad ſupplendum defectum in miniſterio occurrentem ſtatim poſt miſtionem fit conſecratio) ergo tunc ſupponit Eccleſia, non tranſire aquam in vinum: ergo etiam ſupponere videtur, aquã immediatè tranſire in ſanguinem. Patet ultima conſequentia: quia aliàs proponeret adorandum in calice aliquid, quod non eſt ſanguis. Inſupèr, & ſi hoc contingeret in die Natiuitatis Domini in prima Miſſa, non poſſet alias duas Sacerdos celebrare: cùm non eſſet ieiunus. Reſpondetur concedendo antecedens, & primam conſequentiam, & negando ſecundam. Ad primam probationem ſatis conſtat ex *num.* 74. nullum eſſe periculum idololatriæ. Ad ſecundam reſpondetur (ommiſſo Suar. qui dicit, poſſe dubitari, an tunc Sacerdos poſſet aliam Miſſam celebrare?) non violari ieiunium ad Euchariſtiam requiſitum per ſumptionem aquæ, quæ vnà cum ſanguine Chriſti Domini per modũ vnius potus ex præcepto ipſius Eccleſiæ ſumitur. Sicùt non violatur ad ſecundam Miſſam per ſumptionem alicuius partis terræ, vel hordei fortaſſè cum ſpeciebus panis admixtæ: ut ex Vazq. notant *Lugo diſp.* 4. *num.* 47. *& G. Hurt. diſp.* 2. *diſſ.* 4.

76 Obi. 4. ſi farinæ tritici admiſceretur aliquid farinæ hordei, vel alterius frumenti, panis ex vtraq; cõfectus quoad omnes ſuas partes conuerteretur in corpus Chriſti D. ergo idem eſt dicendũ de toto mixto ex aqua, & vino. Reſpond. ſub diſtinctione. Vel enim illa pars farinæ non triticeæ manet in propria ſubſtantia, vel non, ſed per tranſmutationem conuertitur in triticeam farinam. Si manet in propria ſubſtantia, non conſecratur; benè tamen, ſi ante inceptionẽ formę conſecrationis tranſierat in farinam triticeam.

77 Obi.

77 Obi. 5. quamvis aqua non ſit in vinum converſa, tamē totum mixtum ex vino, & modiciſsima aqua dicitur ſimpliciter vinū: ergo totū cōvertitur in ſanguinem Chriſti D. Reſp. explicando antecedens, & negando cōſequentiā. Itaq; totum mixtum dicitur vinum, non quia totum eſt vinum, ſed quia præcipuum ibi contentū eſt vinum: quod tantùm, & non totum mixtum, demonſtramus per pronomen *hoc*. Vndè etiam patet, nunquā formā cōſecrationis poſſe eſſe falſam: quia quando aqua in calice appoſita eſt iam in vinum cōverſa, ly *hoc* demonſtrat totum mixtum, ſeu totum contentum in calice: ſi autem aqua non eſt in vinū cōverſa, ſolùm demonſtrat vinū, ſeu materiam illam, ſupra quā poteſt cadere forma conſecrationis.

78 Obi. 6. ſolùm vinum de vite eſt materia cōſecrationis: vt determinat Eugenius IV. in Florentino: ſed aqua in vinum converſa non eſt vinum de vite: ergo, adhùc admiſſo, quòd aqua in vinum convertatur, nō erit materia conſecrationis, ſi alias ipſa aqua in ſua ſubſtantia manens vino admixta non ſit materia conſecrationis. Reſp. negando minorē: quia per converſionem fit eiuſdem naturæ, ac eſt vinum convertens. Sicùt alimentum per nutritionem tranſit in naturam manducantis, ſeu cōvertētis ipſum. Quarè manducatum à bruto (Leone v.g.) fit eiuſdem naturæ talis bruti; & manducatum à rationali tranſit in naturam hominis. ¶ Adde, Pontificem per ly *vinum de vite* ſolùm excluſiſſe vinum artificiale; ut eſt factū ex frumento, ex herbis, ex radicibus, aut ex alijs rebus: ut *n.* 42. notabamus.

79 Obi. 7. Extat experiētia plurium Philoſophorū docentium, aquam poſt mixtionem poſſe naturali artificio à vino ſeparari: ergo, quia non erat in vinum converſa. Reſp. negando, extare talem experientiam, niſi fortè ſit intra illud tēporis intervallum, quod requiritur ad hoc, vt fiat converſio.

80 Obi. 8. etſi vinum habeat virtutem convertendi aquam in ſuam ſubſtantiam, nō tamen poteſt omnes partes aquæ convertere: ergo aliqua pars manebit, in quam formam ſuam non inducat vinum: ergo illa immediatè tranſibit in ſanguinem Chriſti D. Antecedens patet in igne; qui quamtumvis habeat activiſsimam potentiā, non tamen omnes partes ligni, vel ſtupæ convertit in ignē; nec homo omnes partes alimenti; ſed craſsiores, vel ſubtiliores per excrementa, vel vapores eijcit. Reſpond. admiſſo antecente, & prima conſequentia, negando ſecundam:

potiùs enim eſt dicendum, partem illàm remanere inconſecratam: quia non eſt materia conſecrationis.

DVB. XIX.

81 PEtes 19. an gutta aquę, quæ poſt inchoata verba conſecrationis, converteretur in vinum, tranſeat in ſanguinem Chriſti D? Reſpond. negativè. Quia tota, ſeu integra forma debet proferri ſuper materiam aptam, & præſentem. Sed ſolùm vinum eſt materia conſecrationis; (ex dictis *à num.* 72.) illaque gutta aquæ in initio prolationis formæ nō eſt vinum: & conſequentèr nō eſt vinum præſens: ergo ſuper illam, tamquàm ſuper materiam aptam, & prę́ſentem non profertur tota, & integra forma conſecrationis. Ita *Suarez diſp.* 45. *ſect.* 4. *in fine, Gaſp. Hurt. diſp.* 2. *diffic.* 4. *Granados tract.* 2. *diſp.* 6. *num.* 2. *& Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 8. *quæſt.* 53. *Idque eſſe conformius noſtræ ſententiæ num.* 72. *relatæ affirmat Lugo diſp.* 4. *n.* 72.

82 Sed *Vazquez diſp.* 201. *cap.* 4. *num.* 42. *Nugnus, Monteſinos, & Ochagavia apud prædictos Lugo, & Leandrum* oppoſitum defendunt; & objiciunt: pronomen *hic* demonſtrat ſanguinem Chriſti D. præſentem, nō quidem quando profertur, ſed in fine prolationis verborum formæ: ergo tunc ſufficit, guttam aquæ fuiſſe in vinum converſam. Reſpondetur negando conſequentiam: quia pronomen *hic* debet etiam demōſtrare ad ſenſum in initio prolationis verborum formæ materiam, quæ in fine verborum in ſanguinem Chriſti Domini eſt convertenda. Aquæ autem gutta in initio prolationis verborum non eſt materia apta; & conſequētèr reputatur, non eſſe præſens, necnon & quòd ſuper illam priora verba formæ non cadunt, ſeu illam, tamquā materiam aptam, & præſentē nō poteſt demonſtrare ad ſenſum pronomē *hic*. Alioqui poſſet conſecrari vinum in calice appoſitum poſt inchoationem prolationis verborum formæ.

De præſentia requiſita in materia conſecranda.

DVB. XX.

83 PEtes 20. An materia (ſivè corporis, ſive ſanguinis) cōſecranda debeat neceſſariò eſſe præſens miniſtro? Reſpondetur affirmativè. Quia Chriſtus Dominus ſolùm materiam præſentem conſecravit. Et ideò in forma conſecrationis vſus eſt pronomine *hic*, & *hoc*; per quod uſus loquentium ſolùm demonſtrat materiam præſentem. Propter quod à Grammaticis vocatur pronomen

nomen demonſtrativum. Quare in hoc conveniunt AA. nempè materiam conſecrandam debere eſſe moralitèr præſentem miniſtro. In explicando autem hanc præſentiam moralem nonnulla ſunt certa, aut fere certa apud AA. alia verò ſunt ſatis dubia; & quæ vix poſſunt ſub aliqua regula comprehendi. (meritò inquit Lugo *diſp. 4. ſect. 7. n. 121.*)

DVB. XXI.

84 PEtes 21. quomodò ſit explicãda materiæ cõſecrandæ præſentia requiſita? Reſpõdetur, in primis ad hanc præſentiam requiri, quòd materia actu phyſicè ſentiatur ſenſu aliquo exteriori, aut ſaltèm, quòd ita expoſita ſit ſenſui, & ita facilè poſsit ſẽtiri, ut moralitèr cenſeatur ſentiri. Quia pronomine demonſtrativo denotatur, quòd, qui aliquid demonſtrat, illud actu ſentiat, aut ſaltèm cenſeatur moralitèr ſentire. Vndè conſtat, ad conſecrationem non ſufficere præſentiam imaginariam, aut intellectus, hoc eſt, quòd materia conſecranda actu imaginetur, aut intelligatur. Quia, cùm tàm imaginativa, quàm intellectiva potentia actu occupentur, non ſolùm circa obiectum ſenſibus præſens, ſed etiam circa abſens, immò & circa præteritum, & futurum, ſi ſufficeret prædicta præſentia, poſſet conſecrari materia abſens, immò & præterita, & futura. Quarè communiſsimè AA. reijciunt *Marſilium in 4. diſtinct. 11. artic. 2. & Mayorem quæſt. 1. artic. 2.* exiſtimantes, poſſe conſecrari panem abſentem; ſi per intellectum præſens deſignetur. Sicùt poteſt validè contrahi matrimonium inter abſentes. Immò *Henriquez lib. 8. capit. 14. in Gloſſa litt. A. & Fagundez Præcepto 3. lib. 2. capit. 5. num. 6.* dicunt, hanc ſententiam eſſe temerariam. Nec illud de matrimonio urget: cùm enim ſit contractus, poteſt inter abſentes celebrari matrimonium. Igitur certum eſt, in materia conſecranda præſentiam imaginationis, aut intellectus non ſufficere: ſed requiri phyſicam præſentiam reſpectu alicuius ſenſus exterioris.

85 Secundò requiritur, quòd materia non ſit nimis diſtans reſpectu conſecrantis. Quia ex communi modo loquendi, quod diſtat ab aliquo, demonſtratur pronomine *ille, illa, illud*, aut *iſte, iſta, iſtud*: pronomine autem *hic, hæc, & hoc* demonſtramus id, quod nobis eſt propinquius. Vndè certum eſt, non poſſe conſecrari materiam, quam è longiſsimè video.

86 Sed quanta propinquitas localis neceſſaria ſit, & ſufficiat

ficiat ad validè conſecrandum non poteſt certò definiri: quia nequit certò definiri, quanta ſit neceſſaria, & ſufficiens, ut materia conſecrationis, vel quod ipſi ſuccedit, poſsit pronomine *hoc* ſenſui exteriori demonſtrari. Quia materia, quæ nequit pronomine *hoc* ad ſenſum demonſtrari, nequit validè conſecrari: & quæ pronomine *hoc* demonſtrari poteſt ad ſenſum, poteſt validè conſecrari: quia eo pronomine fit conſecratio. Igitur cùm hæc propinquitatis, aut diſtantiæ quantitas ſub certa regula cadere non poſsit, iuvabit ſaltem referre, quid in caſibus ſpecialibus ſenſerint AA.

DVB. XXII.

87 PEtes 22. An ad validam conſecrationem ſit neceſſarium, quod ſonus pronominis *hoc*, aut reliquorum verborum formæ perveniat phyſicè per ſe ipſum, aut intentionalitèr per ſpeciem ſui ad materiam conſecrãdam? Reſp. negativè. Quia ſine fundamento id exigeretur: cùm acceſſus iſte non ſit neceſſarius, ut materia per pronomen *hoc* demonſtretur ad ſenſum: ut ex communi modo loquendi ſuppono: ſubmiſsè enim cum aliquo loquẽdo de alio præſenti, & me penitùs non audiente dico: *Hic eſt Doctus, Dux, &c. aut fecit hanc, vel illam actionem. Ita* Suar. *diſp.* 43. *ſect.* 5. *& communiſsimè AA.* Vndè Dicaſtillo apud Leandrum *diſput.* 8. *quæſt.* 58. meritò invehitur in non paucos Sacerdotes, qui hoſtiam, & vinum conſecrandum inhalant, (fortè ut ſonus verborum, aut alitus ad ipſam materiam perveniat) immò ridiculis geſtibus circumſtantium potiùs riſum, quàm devotionem excitant.

¶ Sed Viguerius *cap.* 16. *§.* 3. *verſ.* 2. oppoſitum affirmat: & obijcit Auguſtinum *tract.* 80. *in Ioannem* de baptiſmo, ſic loquẽtem: *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.* Reſpõdetur ſolùm velle, ad baptiſmum non ſufficere aquam, ſed etiam requiri verba formæ: nõ autem vult, quod verborum ſonus ad aquam perveniat.

DVBIVM XXIII.

88 PEtes 23. An ſufficiat ad conſecrandum, quod materia quovis ſenſu percipiatur? Reſpondetur negativè. Quia etiam requiritur debita propinquitas: ut dicebamus *num.* 85. aliàs poſſet panis per unam leucam diſtans conſecrari, ſi viſu perciperetur. Et ratio eſt, quod ſtrictè loquendo pronomine *hoc* non ſignificamus, quod diſtat à nobis, etiam ſi oculis ſit expoſitum, & videatur. Quarè meritò

advertit Lugo *diſp.4. num.124.* ly *hoc* in præſenti materia ſtrictè, in omni rigore, & independenter à circumſtantijs, nutu, vel ſigno eſſe accipiẽdum: hoc eſt (vt ego intelligo) ita nudè, vt per ſe ipſum demõſtret, materiam conſecrandam alicui ſenſui eſſe expoſitam, & ſimul in debita diſtantia, & propinquitate.

89 Notat G.Hurt. *dipſ.2.diff.* 15. quod, etſi ad demonſtrandũ materiam conſecrandam per pronomen *hoc* tactu, olfactu, guſtu, vel auditu ſic neceſſariũ, quòd actu percipiatur aliquo ex his ſenſibus; tamen reſpectu viſus hoc non requiritur, ſed ſufficit, quod ſenſui viſus ſit expoſita, quamvis ab illo non percipiatur: vt contra Vazq. *diſp.* 171. (ſubdit Hurt.) advertunt *Ægidius quæſt.74.art.2.dub. 1. Ochag quæſt.6. Layman cap.7. & Bonac.quæſt.2.punct.6.* Quia, quãdo eſt expoſita viſui, ſi aliàs ſit ipſi ſufficientèr propinqua, quamvis actu non videatur, demonſtratur à Sacerdote pronomine *hoc*: cùm ſic expoſita, & propinqua cenſeatur moraliter videri a Sacerdote non cæco. Et ideo Sacerdos validè cõſecrat formas, quas habet in pyxide, vel ſupra corporale poſitas, quamvis illas actu non videat: quia habet illas expoſitas viſui: ex cuius facilitate maxima ſupra alios ſenſus ad ſentiendũ provenit, quòd id, quod ipſi eſt expoſitum, licèt actu nõ videatur, moralitèr cenſeatur videri, & conſequentèr poſſe demõſtrari pronomine *hic, hæc & hoc*.

90 Adde, non eſſe neceſſarium, quòd materia per ſe, ſeu ratione ſui ſit expoſita, aut actu percepta; ſed ſufficere, quod id materię conveniat ratione cõtinentis ipſam: quia per metonymiam cõtinens ſumitur pro contento: ac proindè continẽte demonſtrato, & aſsignato per pronomen *hoc*, eo ipſo demonſtratur contentum. Vndè materia cooperta, aut incluſa in vaſe conſecrari poteſt. (Secùs eſt, quando materia exiſtit poſt parietẽ, aut poſt linteum non habentia figuram continẽtis. vt notat G.Hurt. *diſp.2.diff.* 15.) Immò Leandrus *quæſt.63.* (citãs Rodriguez, & Cornejo) probabile putat, validè (licèt illicitè) conſecrari hoſtiã exiſtentem in ſacrario. Quia ſufficientèr demonſtratur contentum per ſacrarium, aut tabernaculum adhùc clauſum. Citat tamen pro oppoſita ſententia *Ægidium, Paleum, Dianam p.9. tract.8, Reſ.63. & p.10. tract.16. Reſ.40. cum alijs.*

DVB. XXIIII.

91 PEtes 24. an ad valorẽ conſecrationis ſufficiat, Sacerdotem certiorẽ fieri de materia conſecranda, & coram

ram ſe poſita ex relatione alterius? Reſ. negativè. Quia materia demonſtranda per pronomen *hoc* debet eſſe ſenſibilitèr præſens ipſi proferenti. Quarê materia, quæ non ſentitur aliquò ſenſu, aut ſaltẽ non eſt expoſita, vt aliquo ſenſu percipi poſsit, (licèt per accidens actu non percipiatur) conſecrari no poteſt. Ita *Cornejo in 3.p.q.74 art.2.diſp.2.dub.2.Ochag.trac.1. quæſt.6.num.12. in fine, & Leandrus diſp.8.quæſt.64.* ¶ Sed oppoſitum defendunt *Henriq. lib. 8.cap.14.num.2. Sotus d.9.quæſt. vn.art.2.& Ioan.de la Cruz apud Leandrum ibi*: & obijciunt: materia illa eſt verè præſens, & aliàs Sacerdos de illa certificatus: ergo poteſt illam demonſtrare per pronomen *hoc*. Reſp. negando conſequentiam: quia, cùm ex inſtitutione divina ſacramentum ſit ſignum ſenſibile, ex inſtitutione etiam diuina requiritur, quòd materia ſit Miniſtro ſenſibilitèr præſens.

DVB. XXV.

92 PEtes 25. an materia conſecranda debeat eſſe præſens ſecundum ſe totã? Reſp. affirmativè. Quia, ſi ſufficeret, eſſe præſentẽ ſecundũ aliquam ſui partem, poſſet Sacerdos exiſtens in littore maris totum mare conſecrare, ſi eſſet vinum. Igitur, quando materia per longum ſpatium extenta, & continuata exponitur cõſecranda, illam tantùm partem conſecrabit Sacerdos, quæ eſt in debita diſtantia, vt dicatur eſſe moralitèr, & ſenſibilitèr præſens; non autem, quæ ſic diſtat, vt non poſsit dici eſſe moralitèr, & ſenſibilitèr præſens. Et ratio eſt, quod ad validè cõſecrandum requiritur præſentia moralis, & ad ſenſum: ergo partes, quæ habent talem præſentiam erunt conſecrabiles; non autem, quæ illa carent. Ita *Suarez diſp.43.ſect.5. in fine, Ochagavia, Adamus, Tannerus, & Cornejo, qui & citat D.Th. opuſc. 59.cap.5. Durandum, Sotum, & Valentiam, quos ſequitur Leandrus diſp.8.quæſt.65.*

93 Sed *Vazq. diſp.171.num. 25.G.Hurt.diſp.2.diff.15.& Di-caſtillo diſp.2. dub.11. num.201.* oppoſitum defendunt: (quod probabile iudicat *Lugo diſp.4. num.127.*) & obijciunt: nullum eſt corpus, quãtumvis parvum, quod ſecundùm omnem ſui partem ſentiatur, & oculo cõprehendatur: (vt conſtat experientia: ſolùm enim ſuperficies videtur, non autem partes profundæ) ergo ſatis videtur ad conſecrationem præſentia alicuius totius ſecũdũ partem, dũmodò reliquæ partes continuę ſint, vt tota materia, quantumvis diſtans conſecrari poſsit. Reſp. negando conſequẽtiam: quia, cùm debita propinquitas ſit conditio neceſſaria ad valorem

rē conſecrationis, partes (quã tumvis continuæ ſint) extra ſphæram debitæ propinquitatatis exiſtentes erunt inconſecrabiles. ¶ Obi. 2. ſi in vaſe profundo eſſet magna copia vini, non videretur, niſi ſecundùm exteriorem illam ſuperficiem, & tamen totum vinum conſecraretur: ergo non requiritur, quod ſecundum ſe totam materia cõſecrãda ſit præſens. Reſp. negando conſequẽtiam: quia, etſi ſolùm ſecundùm aliquam ſui partẽ (hoc eſt ſuperficiem) ſentiatur, verè eſt, & dicitur eſſe præſens ſecundum ſe totum vinum illud: cum intra ſphæram propinquitatis debitæ ad hoc, vt dicatur moralitèr & ſenſibilitèr præſens, contineatur: ut ſuppono. Si enim oppoſitum ſupponamus, nempè verſus profunditatem partem aliquam ſic diſtare, vt eſſet extra ſphærã debitæ propinquitatis ad hoc, ut diceretur moralitèr, & ſenſibilitèr præſens, prædicta pars non conſecraretur; non quidem defectu continuitatis cum reliquis partibus; ſed defectu præſentialitatis requiſitæ in materia conſecranda.

94 Circa quantitatem autẽ diſtãtiæ, aut propinquitatis requiſitæ, vt materia conſecranda dicatur eſſe moralitèr, & ſẽſibilitèr pręſens Sacerdoti, nota, quòd, etſi Bonacina *diſp. 4. q. 2. puncto 6. num. 11.* dicat, ſolũ eſſe certum, poſſe conſecrari materiam, ſi diſtet tãtùm per decem paſſus: tamen Leandrus *diſ. 8. quæſt. 67.* longè probabilius iudicat, poſſe etiã ſi diſtet per triginta paſſus. Quia talis materia cẽſetur eſſe moralitèr, & ſenſibilitèr præſens. Pro qua ſententia citat Henriq. *lib. 8. c. 14. num. 2.* & dicit, eam innuere G. Hurt. & Ioannem *à Cruce*.

95 Inſupèr nota, quòd, ſi materia ſit in debita diſtantia; ſit tamen à tergo poſita, eſt dubiũ, an poſſit validè conſecrari? Affirmant enim *Mayor in 4. d. 11. quæſt. 2. art. 2. & Ioannes à Cruce.* ¶ Negant autem *Sotus d. 9. q. vn. art. 2. Laymam, & Ægidius.* ¶ Dubitant verò *Suar. diſp. 43. ſect. 5. & Granados.* ¶ Leandrus demũ probabilius iudicat, non poſſe validè conſecrari, niſi Sacerdos vertat faciẽ verſus materiã; aut niſi eam manuteneat. Quia ſolùm hoc modo materia diceretur eſſe præſens Sacerdoti. Ita ille *quæſt. 59. citans Hẽriq. Vazq. Ochagaviam, & Bonacinam*; & notans, quòd in omniũ opinione Sacerdos ſic cõſecrãs peccaret gravitèr.

DVB. XXVI.

96 Petes 26. an Sacerdos intẽdens eadem forma conſecrare duplicem materiam, vnam præſentem, & alteram abſentem, validè conſecret materiam pręſentẽ? Reſp. ſub

ſub diſtinctione: aut enim habet intẽtionem abſolutam, ſeu abſolutè conſecrandi: (quam regularitèr, & prudentèr habẽt Sacerdotes) aut ſic reſtingit intentionem, vt nolit vnam materiam ſine alia conſecrare. In priori caſu conſecrat materiã præſentem. Quia prædicta materia habet quidquid requiritur, vt a forma immutetur: cùm ſit apta, & præſens. In quo ſenſu eſt vera ſentẽtia Bonac. *diſp. 4. quæſt. 2. puncto 6. num. 8. & Dicaſtillo, quos citat, & ſequitur Leãdrus diſp. 8. quæſt. 66.* In poſteriori autem caſu non manet conſecrata materia præſens: quia, etſi habeat phyſicam præſentialitatem reſpectu Sacerdotis, cùm tamen intentio miniſtri non ſe extendat ad conſecrandum illã materiam, niſi in caſu, quo cõſecret materiam abſentem: cùm hanc nõ cõſecret defectu præſentiæ requiſitæ, nec materiam præſentem conſecrabit. Et in hoc ſenſu eſt vera ſententia Petri Ledeſmæ *c. 4. de Euch. poſt octavam concluſionem, & Nugni apud Leandrũ ibi.*

De definitione, aut determinatione quam materia conſecranda expoſcit ex parte Sacerdotis.

97 PEtes 27: An materia conſecranda debeat à Miniſtro definiri, aut determinari? Reſ. affirmativè. Quiã pronomen *hoc* debet aliquod certum, aut determinatum demonſtrare. Sic *Lugo diſp. 4, num. 129. & communiſsimè AA. apud Leandrum diſp. 8. quæſ. 68.*

De volunte aliquot indeterminatè conſecrare.

98 VNdè inferunt, Sacerdotem, qui ex decem hoſtijs præſentibus vult ſolùm conſecrare octo in confuſo nõ determinandò illas, nullã conſecrare. Quia deficit determinatio in materia ex parte miniſtri requiſita.

De conſecrante ſub determinatione Dei, vel alterius.

99 Immò idem dicendum exiſtimo, etiam ſi Sacerdos intenderet conſecrare illas octo, quas Deus, aut Paul⁹, antequã ipſe proferret formã conſecrationis, determinaſſet. Quiã determinatio materiæ ſacramenti (non autem ſacrificij) debet fieri à Miniſtro. Ita *Suarez diſp. 43. ſect. 6. Vazq. Bonac. Lugo, Granados, Lugo, Adamus, G. Hurt. & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 8. q. 70.* ¶ Sed Ægidius *quæſt. 74. art. 2. dub. 3. n. 37.* affirmat, valituram cõſecrationem, ſi Sacerdos intenderet conſecrare eas, quas Paulus antè mente deſignaſſet. Et obijcit, quòd tunc habetur intentio circa aliquam materiam determinatam: ergo valide

lidè conſecrat. Reſpon. diſtinguendo antecedens; (& negando conſequentiam) ab ipſo Sacerdote, nego: ab alio, concedo. Sacramenti autem confectio neceſſariò requirit, quòd, ſicùt forma profertur ab ipſo Miniſtro, ab ipſo determinetur materia.

De proferente formam ſuper duas hoſtias, exiſtimante eſſe vnicam.

100 INfertur ſecundò, Sacerdotem, qui verba profert ſuper duas hoſtias, (alias tantùm eſſe vnam putans) vtramque cõſecrare. Quia omnes Sacerdotes (regularitèr loquendo) habent intentionem conſecrãdi totum id, quòd prę manibus habent: cùm ſuper totum illud formam proferant; totũque illud, & obtulerint; & benedixerint. *Ita Navarrus in ſumma capit. 15. num. 91. Suar. diſp. 43. ſect. 6. Vazq. G. Hurt. Bonac. Lugo, & communitèr, teſte Leandro diſp. 8. quæſt. 71.* Quarè non ſunt audiendi aliqui *apud Petrum de Ledeſma c. 4. de Euch. poſt. 6. concluſ. & apud Ludovicũ de S. Iuan quæſt. 1. de Euch. art 6. dub. 2.* exiſtimantes, in eo caſu, nullam hoſtiam manere conſecratam. Sicùt neque audiendus eſt Mayor apud prædictos docens, ex vtraque hoſtia illam tantùm, quàm videt Sacerdos manere conſecratam. Fallũtur tamẽ: quia, etſi tunc intercedat error circa numerum hoſtiarũ; tamen intẽtio (ſaltèm virtualis, aut interpretatiua) fertur ſuper totum id, quod Sacerdos præ manibus habet. Secùs autẽ eſſet dicendũ, ſi Sacerdos præveniens noſtrum caſum, ſolùm vellet vnam conſecrare illam non determinando; aut ſolùm conſecrare illam, quæ ſibi apparet. In quibus caſibus fortè loquuntur Mayor, & illi innominati AA.

De formulis, quarum non meminit Sacerdos, cùm profert formam.

101 INfertur 3. conſecratas manere, eas formulas, quas Sacerdos in ara, vel pixyde conſecrandas poſuit, etiam ſi tempore conſecrationis illarũ non recordetur. Quia per illam portationem ad altare, vel poſitionem in illo ſatis determinavit illam materiam velle conſecrare. Ita Suarez *diſp. 43. ſect. 6. Bonac. G. Hurt. & communitèr AA.* etiam ſi negẽt aliqui apud Ægid. *quæſt. 74 art. 2. dub. 3. num. 40.*

De formulis, quæ in altari extra aram ſunt appoſitæ.

102 SI autem contingat, Sacerdotem illas formulas appoſuiſſe in ſacriſtia (in qua appoſitione ſatis defin[illegible]vit illas

illas pro materia conſecranda; videturque, habuiſse intentionem illarque conſecrandi) illarum tamen oblitus illas nō poſuit in ara, ſed intra altare in cornu epiſtolæ: (ut regularitèr contingit) diſcordāt DD. Nām *G. Hurt, diſp. 2. diff. 16.* dicit, manere conſecratas, & Tannerus *diſp. 5. quæſt. 2. dub. 2. num. 6.* putat, hoc eſſe probabile. ¶ Suar. verò *diſp. 43. ſect. 6. Gavantus, & Diana 3. p. tract. 6. Reſ. 103. & p. 9. tract. 8. Reſ. 64. negant manere conſecratas.* ¶ Leandrus autem citans prædictum Hurt. (qui nō clarè loquitur) & Præpoſitum dicit, & rem eſſe valdè dubiā, & probabilius eſſe, manere cōſecratas. ¶ Ego autem potiùs adhærerem Suar. & alijs. Quia illa deſignatio materiæ, & intentio conſecrādi illas formulas habita in ſacriſtia eſt quaſi conditionata, nempè cōſecrādi illas, ſi aliàs debitè fuerint applicatæ tempore oblationis, & conſecrationis. Aliàs dicendum foret, manere cōſecratas, etiam ſi oblivione manſiſſent in ſacriſtia, aut ſaltèm extra altare.

De formulis, quas alter, inſcio Sacerdote, in corporali conſecrandas poſuit.

103 HAs non manere cōſecratas eſt communis Doctorū ſententia. Quia voluntas, aut intentio eſt actus volūtatis; quem neceſſariò debet præcedere actus intellect⁹: voluntas enim circa omninò incognitum verſari non poteſt. Ita *Ægidius quæſt. 74. art. 2. dub. 3. num. 39. Bonac. diſp. 4. quæſt. 2. puncto 5. num. 8. Angelus. Tabiena, Dicaſtillo, & alij, quos citant, & ſequuntur Diana 2. p. tract. 17. Reſ. 19. & Leandrus diſp. 8. quæſt. 47.* ¶ Sed Nugnus *t. 1. in 3. p. q. 74. art. 2. diff. vlt.* oppoſitum defendit: & obijcit: Sacerdos debet habere intentionem religioſam: ſed in hac includitur, quòd velit (ſaltèm virtualitèr) cōſecrare id, quod eſt præſens, quando ipſe profert formam: ergo illæ formulæ manent cōſecratæ: cùm tunc ſint præſentes. Reſp. diſtinguendo minorem: eſt enim vera; ſi aliàs, ab ipſomet Sacerdote fuerit determinatum aut ſaltèm cognitum, & expreſsè nō excluſum. Falſa autem, ſi non fuerit determinatum. Et ideò negatur conſequētia: quia ſupponim⁹, illas formulas fuiſſe appoſitas, omninò inſcio Sacerdote, & nullo modo fuiſſe ab ipſo tempore oblationis, aut conſecrationis determinatas, ſeu cognitas.

De reliquijs mixtis cum formulis.

104 HAs manere conſecratas, etiam ſi exiſtant extra ambitū, aut ſpatiū for-

formularum exiſtētium in patena, aut in pyxide, tenent G. Hurt. *diſp.* 2 *diff.* 16. *in fine, Dicaſtillo diſp.* 2. *dub.* 12. *num.* 223. *&* *Leandrus diſp.* 8 *quæſt.* 77. addēs, quòd ad tollendum è medio omne dubium, hæc debet eſſe intentio Sacerdotis conſecrātis formulas in patena, aut intra pyxidē poſitas, aut in corporalibus: ut ſæpè contingit.

De formula non conſecrata cum conſecratis caſu admixta.

105 AFfirmant aliqui apud Lugo *diſp.* 4. *num.* 136 prædictam formulā poſſe conſecrari Ipſe tamen negat. Quia illa formula ſecundum illū ſtatum non poteſt determinatè oſtendi, & deſignari per pronomen *hoc*. Quas ſententias recōciliat Leandrus *diſp.* 8: *quæſt.* 78. *cum Dicaſtillo* dicens, non poſſe illam abſolutè cōſecrari; (quia non poteſt demōſtrari, aut determinari à Sacerdote illa non conſecrata) benè tamē ſub cōditione, nēpè intendens conſecrare illud, quod in pyxide non eſt conſecratum, ſeu ſi non eſt cōſecratum. Et tunc forma abſolutè applicatur formulæ non cōſecratæ; nullo autem modo formulis conſecratis: quia ſolùm reſpectu non conſecratæ purificatur conditio, & ſic forma redditur abſoluta, & conſequentèr conſecratio valida.

106 Immò & licita: quia adeſt ſufficiens cauſa proferendi formam ſub prędicta conditione, (ſi non eſt conſecratum, conſecrare volo totum hoc) aut potiùs ſub hac reſtrictione; huius totius (nempè formarū, quæ in pyxide v.g. continētur) volo conſecrare illud tantùm, quod non eſt conſecratum, ſeu volo non conſecrare id, quod eſt conſecratum. Ita prædictus Leandrus *diſp.* 8. *quæſt.* 79. *Liana p.* 9. *tract.* 8. *Reſ.* 64. *Dicaſtillo, & Averſa.* ¶ Sed Lugo *diſp.* 4. *n.* 136. oppoſitum defendit: quia exiſtimat, non eſſe cauſam ſufficientem ad reiterandum formam cōſecrationis ſuper omnes illas formas, ex quibus aliquæ verè ſunt conſecratæ. Fallitur tamen quia, cùm nullum inconveniens ſit repetere ſub conditione formam ſuper materiam conſecratā; minor fortè neceſsitas ſufficeret.

De gutulis vini, quæ intra calicis latera ſeparatæ continentur.

107 HAs gutulas manere cōſecratas affirmāt Bonacina *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *puncto* 5. *num.* 7 *&* *Dicaſtillo diſp.* 2. *dub.* 12. *num.* 223. Malè tamen citāt *Ægidium, Toletū, & Rodriguez*: vt, adductis horum Authorum verbis, expendit Leandrus *diſp.* 8. *quæſt.* 76. ¶ Oppoſitum autē affirmāt G.Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 16. Suar.

Suar. diſp. 43. ſect. 6. Gavantus, 3. p. tit. 7. num. 4. Reginaldus. Ocha. & Laymam apud prædictos Hurt. & Leandrum. ¶ *Granadus verò tract. 2. diſp. 6. num. 9. & Gravãtus p. 2. tit. 7. num. 4. in fine apud Leandrum ibi* dicunt, rem eſſe valdè incertam: ideòque cautius eſſe, dictas guttulas cònari iungere cum vino conſecrato, aut illas purificatorio imbibere. Benè tamen addit Leandrus cum alijs, Sacerdotem in conſecratione calicis debere (vt prudentèr procedat, & ſcrupulis obiet) intendere ſolùm cõſecrare vinũ, quod in profundo calicis eſt cotinuum; necnõ & guttas, quę incepta prolatione verborum formæ, erant cõtinuæ cum vino exiſtẽte infundo nón autẽ guttas (ſi quę ſunt) quæ intra calicẽ ſeparatæ manent. ¶ Nota obitèr, guttas, quæ extra calicem remanent, non manere conſecratas. Quia nullus Sacerdos illas conſecrare intendit.

108 Quando Sacerdos prædictam intentionem non adhibuit, ſeu expreſsit, (in quo caſu locuntur AA. illi, qui in tres ſententias prædictas ſunt diviſi) exiſtimo, omnes illas ſentẽtias eſſe probabiles. Prima quidem apparet probabilis: quia, cùm guttæ illæ ſint præſentes Sacerdoti; & intra calicem pro conſecratione præparatæ, videtur, ad illas conſecrandas ſe extendere conſecrantis intentionem. ¶ Secunda autem etiã apparet probabilis: quia rationabilis intentio Sacerdotis videtur non ſe debere extendere ad id, quod eſt ſeparatum à vino, quod eſt in fundo calicis.

¶ Tertiã demùm apparet probabilis, ex eo quod cũ vtrinque ſint rationes non contemptibiles, res manet dubia. Diſplicet autẽ mihi id, quod addunt Granados, & Gavantus, nempè licere aliquando prædictas guttas purificatorio imbibere. Ego enim ſolùm id approbarem, ſi purificatorium ante lotionem alij Miſſę non eſſet ſerviturum, & reverentèr ſervãdum. Alioqui periculo irreverentiæ exponeretur. Si enim in re ſub illa gutta ſit ſãguis Chriſti D. non parua irreuerẽtia cõmitteretur prædictum purificatorium non ſolùm manibus pertractando, ſed etiam extra corporalia illud ponendo, vt frequentèr poni ſolet, etiã dũ Miſſa celebratur.

De quantitate materiæ conſecrandæ.

109 PEtes 28. An materia conſecranda expoſcat determinatam quãtitatem verſus magnitudinem, aut parvitatem? Reſp. negativè. Quia Chriſtus D. qui hanc poteſtatẽ conſecrandi tradidit Sacerdotibus, illã nõ limitavit. Quarè, ſi aliàs non deficiat materiæ conſe-

conſecrandæ aliqua alia conditio ex neceſſarijs ad cõſecrationem, tenebit conſecratio in quacumque magna, aut prava quantitate.

De conſecratione facta in magna quantitate.

110 VNdè infertur, in quacumque magna quantitate panis, vel vini, dummodo ſit moralitèr præſens, validè fieri conſecrationem. *Ita D. Th. opuſc. 59. & 3. p. q. 74. art. 2. Suar. diſp. 43. ſect. 8. Vazquez, Valētia, Henriq. Gabriel, Granados, Ochagavia, Cornejo, Durandus, G. Hurtado, & Lugo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſ. 8. q. 80.* ¶ Sed *Alex 4. p. q. 10. membro 4. art. 2. & D. Bonav. in 4. d. 10. p. 2. art. 1. q. 4. Maior, Palud. & Angelus apud G. Hurt. & Leandrum ibi* dicunt, materiā non poſſe in quavis magna quantitate validè conſecrari. Diſcordant autem in aſsignanda magnitudine huius quantitatis. Nam Paludanus dicit, eam magnitudinem ſoli Deo eſſe notam. Alexan. verò, Bonav. & Angelus dicunt, in ea tantùm poſſe conſecrari, quæ uſui fidelium ſit accommodata; & non in maiori. Alij autem in ea tantùm magnitudine, in qua ſecundum ritum Eccleſiæ conſecrari debet. Igitur quidquid ſit de hac horum Authorū diſcordantia, conveniunt contra nos in hoc, quòd non quævis magna materia poteſt validè conſecrari.

111 Pro qua ſententia obijciunt: virtus, ſeu poteſtas (nēpè character) collata Sacerdoti ad cōſecrādum; necnon & virtus verborum, quib⁹ cōſecrat, eſt finita, & determinata: ergo poteſt tātùm operari circa materiam finitam, & determinatam: ergo Sacerdos conſecrare non poteſt quamcumque magnam materiam. Reſp. negando ſecundam conſequentiam ſaltē de materia finita: & ommittendo de infinita. (ſi forte ſit dabilis) ¶ Obi. 2. Chriſtus D. ſapiētiſsimè ſe geſsit in inſtitutione ſacramētorum: ergo credibile eſt, ſolùm reliquiſſe Sacerdotibus poteſtatem conſecrandi materiam in ea quantitate, quam exigebat uſus fidelium: in quorum bonum eam poteſtatem reliquit. Reſpond. negando conſequentiam. Cùm enim dederit Sacerdotibus abſolutam poteſtatem conſecrādi; non eſt fundamentum ad limitandum talem poteſtatem. Verum eſt tamen, quòd peccabit Sacerdos, ſi non debitè, & iuxta voluntatē Chriſti D. utatur prædicta poteſtate; tenebit tamen conſecratio. Sicùt tenet abſolutio, quam confert Sacerdos ſub mortali exiſtēs; quamvis aliàs peccet, illam in ſtatu peccati conferendo.

(.ſ.)

T De

De conſecratione facta in minima quantitate.

112 INfertur ſecundò, conſecrari poſſe quamcumque parvam materiam. (dummodo ſenſibilis ſit) Quia poteſtas a Chriſto D. Sacerdotibus conceſſa ad conſecrandum eſt abſoluta: ergo non apparet, vndè limitari poſsit ad non cõſecrãdum materiam, quamtumvis parvam, dummodò ſenſibilis ſit. In quo conveniunt AA.

113 Eſt tamen difficultas, an materia, quę ob ſui parvitatem nullo humano ſenſu exteriori percipi poteſt, poſsit cõſecrari? Reſpon. negativè. Quia prædicta materia per pronomẽ *hoc* nequit demonſtrari ad ſenſum exteriorẽ: ergo conſecrari nõ poteſt: quia conſecratio fit ex vi demonſtrationis, & ſignificationis verborum formæ. *Ita Suarez diſp. 43. ſect. 7. Vazq. diſp. 171. cap. 2. Maior, Ægidius, & alij, quos citãt, & ſecuntur G. Hur. diſp. 2. diffi. 17. & Leandrus diſp. 8. q. 81.* ¶ *Sed Sotus in 4. diſt. 9. q. vn. Henriq. lib. 8. cap. 14. n. 4. Valentia, & Adamus citati à prædicti- Hurt. & Leandro* oppoſitum defendũt, & obijciunt, quòd ex vi cõſecrationis tantùm fit, vt loco ſubſtãtiæ panis, & vini ſub accidentibus eorum ſuccedant corpus, & ſanguis Chriſti D. ergo ſub quavis quãtitate, quãtumvis imperceptibilis ſit per ſenſus, ſub qua ſit ſubſtantia panis, aut vini, validè fiet conſecratio. Reſp. negando cõſequẽtiam: quia eſt coditio eſſentialitèr, aut neceſſario requiſita ad cõſecrationem, quod materia cõſecranda, ſit aliquo ſenſu exteriori perceptibilis, ut poſsit per pronomẽ *hoc* ad ſenſum demonſtrari.

114 Immò addunt *Vazq. G. Hurt. & Leand. cum Ochagavia, & Corneio*, materiã conſecrãdã debere eſſe ſenſibilem ab ipſo cõſecrãte. Quia, cùm ipſe proferat formã, pronomen *hoc* ad ſuũ ſenſum debet demonſtrare materiã. Vndè cõſtat, immeritò dixiſſe *Sotum ibi art. 1. Ægid. & Lugum apud Leandrũ ibi* ſufficere, quòd materia ſit ſenſibilis reſpectu alterius, qui habet ſenſum magis acutum.

115 Addit G. Hurt. ibi, id eſſe verũ, quãvis materia, quæ ſenſu exteriori percipi nequit ab ipſo cõſecrãte, ſit incluſa in vaſe: quia quãvis tunc poſsit demonſtrari vas, non tamen materia in eo incluſa: etenim materia, quæ aliàs præſens expoſita ſenſui nequit ratione ſui demõſtrari ab ipſo cõſecrante, nõ dicitur in cõtinente demõſtrari, continente demonſtrato.

De particula ſeparata ab hoſtia conſecrata.

116 M*Aier in 4. d. 11. q. 3.* exiſtimat, quòd, ſi ab hoſtia conſecrata ſeparetur particula

cula

cula adeò tenuis, ut nequeat ſentiri, illa particula non retinebit corpus Chriſti D. Tamen hoc videtur eſſe contra Tridẽtinum *ſeſſ.13.can.3.& 4.& contra Florẽtinum in decreto Eugenij*, quatenùs docent, totum Chriſtum D. ſub qualibet particula hoſtiæ ſeparatæ manere. Quarè oppoſitum contra Maiorẽ defendunt omnes DD. teſte Leandro *diſp.8.q.84.* Immò Dicaſtillo *diſp.2.dubit.13.num.229.* dicit, neminem Catholicorum hanc partem negare.

CAP. VI.

De forma ſacramẽti Euchariſtiæ.

1 SErmo eſt de forma extrinſeca, ſeu cõſecrationis; eſtque illa, vi cuius panis, & vinum manent cõſecrata, ſeu tranſeunt in corpus, & ſanguinem Chriſti D. De qua extant ſequentia dubia.

DVB. I.

2 PEtes primo. Quæ ſit forma cõſecrationis in Euchariſtia? Reſp. Eccleſiam Romanam pro cõſecratione corporis his verbis uti; *Hoc eſt enim corpus meum*: Ad conſecrandum autem vinum iſtis; *Hic eſt enim calix ſanguinis mei novi, & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

DVB. II.

3 PEtes 2. An Chriſtus D. prædictis verbis conſecraverit? Reſ. affirmativè. Quia Tridẽtinum *ſeſſ.13.cap.1.* id ſatis apertè inſinuat, dùm docet, *hoc admirabile ſacramentum in vltima cœna Redemptorem noſtrũ inſtituiſſe, cùm poſt panis, vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem diſſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.* Idem habetur in Florẽtino in decreto Eugenij IIII. Et rationem reddit Scotus *in 4.diſt.8.q.2.§.De tertio verſ. Sed contra* dicens, quòd *non eſt probabile, quòd alia forma utatur Author, & Miniſtri, quibus committit formam. Itèm Chriſtus modò, ſi eſſet viator, poſſet proferre iſta verba, & conficere.* Ita præcitatus *Scotus D.Th.q.78.art.1.D.Bonavent.Alex.& ex antiquis multi alij: ex recentioribus autem Suar. diſp.58.ſect.1.Vazq.diſp.187.G. Hurt.diſp.3.diff.2.& alij paſſim:* qui pro hac ſententia afferunt plures PP. Nobis autẽ ſufficiat D. Cyprianus *ſerm. de Cœna Domini* ſic fatus: *Ante verba illa cibus communis erat; ſed ex quo à Domino dictum eſt; hoc eſt corpus meum, &c.*

4 *Innocentius III.lib.4.in tractatu de ſacrificio Miſſæ cap.6. Archidiaconus. Guillielmus, Durandus, Catharinus, Odo (Epiſcopus Camaracenſis) Mayronis, Maior, Ti-*

 telma-

telmanus, & Picus Mirandulanus apud Alfonſum Salmerum tom.9. tract. 13. oppoſitum defendunt: exiſtimant enim, Chriſtũ D. vtendo poteſtatis ſuæ excellẽtia cõſecraſſe, non quidem verbis, ſed ſolo tactu, vel alio ſigno exteriori. Quod probabile reputant *Gabriel in can. lect.* 36. & 46. *Armach. & Alanus citati à prædictis Recentioribus*. Pro qua ſententia obijcies. Quamvis ex Evangelio conſtet, Chriſtum D. verba conſecrationis protuliſſe; & Eccleſia definierit, aut ſatis inſinuarit, verba illa pro forma nobis reliquiſſe; tamen neque ex ſcriptura, neque ex definitione Eccleſię, neque aliunde conſtat, ChriſtumD. verbis illis conſecraſſe: ergo illis verbis nõ conſecravit. Reſp. negando cõſequentiam. Quia ſatis deducitur ex Tridentino, & Florentino *num.* 3. citato: idque docet Cyprianus ibidem multiq; PP. à Recentioribus adducti. Necnon & idem ſuadent rationes Scoti, quas ibi expendebamus. Illa pręſertim, quòd Author, & Miniſtri, quibus committitur forma, debent (debito cõgruẽtiæ) uti eadem forma.

5 Obi. 2. Niſi Chriſtus D. priùs cõſecraſſet, quã proferret verba cõſecrationis, quib' nos conſecramus, nõ pronunciaſſet illa verè: ergo illis non cõſecravit. Probatur antecedens: quia verba conſecrationis non ſignificãt, aliquid fieri, ſed iam eſſe factũ. Reſp. negando antecedens: ad probationem dicemus infra, quomodo verba illa habeãt ſenſum verũ. ¶ Obi. 3. quòd Marcus *cap.* 14. priùs narrat, Chriſtum D. dediſſe calicẽ diſcipulis, & eos omnes ex illo bibiſſe, quàm quòd verba conſecrationis calicis protulerit: ergo nõ conſecravit prædictis verbis. Reſp. negãdo cõſequẽtiam: quia D. Marcus loquutus eſt per figurã anticipationis; & alitèr, ac factum illud narrant alij Evangeliſtæ: *Matthæus c.26. n.16. & Lucas c.22. n.17 necnõ & D. Paulus* 1. *ad Corin. c.* 11. *n.* 24.

6 Ex noſtra concluſione, necnon & ex hucuſq; pro illius defenſione dictis, non ſolùm refutata manet ſententia *num.* 4. allata affirmans, ChriſtumD. ſine aliquibus verbis cõſecraſſe, ſed etiam aliquæ aliæ, quas referunt multi, tam antiqui, quam recentiores; præſertim *D. Th. q.78. art. 1. ad 1. Suar. diſp. 58. ſect. 1. Philippus Fabro ſuper 4. diſp. 31. cap. 1. & alij num. 3. relati.* Igitur altera ſententia affirmabat, ChriſtumD. conſecraſſe quidem verbis, ſed non illis, quibus nos pro forma conſecrationis utimur, ſed alijs nobis ignotis. ¶ Aliorum autem fuit opinio, quòd Chriſt' D. cõſecravit eiſdẽ verbis, quib' nos cõſecràmus; addit tamẽ, quod eadẽ verba ſemel, & iterũ protulit. Primò ſecretò, antequàm panẽ acciperęt, & daret Diſcipulis:

pulis: & poſteà palam. Dicit ergo hæc ſententia, Chriſtum D. conſecraſſe prędictis verbis ſecretò prolatis. Et addit, quod Evangeliſtæ referunt verba Chriſti D. palàm prolata. ¶ Harum duarum opinionũ fundamentum eſſe poteſt id, quod *num.* 5. objiciebat ſententia Innocentij, & aliorum, nempè, quod verba conſecrationis à Chriſto D. palàm prolata non ſignificant, aliquid tunc fieri, ſed iam eſſe factum: & conſequentèr ante prolationẽ illorũ conſecraſſe Chriſtum D.

7 Tamen omnes hæ ſententiæ ex noſtra concluſione, & ex probatione illius manent refutatæ: quia omnes conveniunt ſub illa negativa, (propter quod Scotus illas omnes ſub una recitat, & confutat: ut notat Fabro *diſp.* 31. *num.* 3.) quòd Chriſtus D. nõ cõſecravit, ſeu nõ confecit hoc ſacramentum his verbis (*Hoc eſt enim corpus meũ: Hic eſt, &c.*) proùt ab Evangeliſtis referuntur. Contra quam negativam directè militat noſtra concluſio, & rationes pro illa adductæ.

DVB. III.

8 PEres 3. An Chriſtus D. eiſdem verbis gratias egerit Patri, benedixerit panẽ, & vinum, & ea conſecraverit? Reſp. negativè. Quia in Evangelio narrantur hæc tria, tamquàm actiones diſtinctæ. *Matthæi enim.* 26. *n.* 26. dicitur: *cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit* (ecce primam actionẽ) *fregit, deditque Diſcipulis ſuis; & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum.* (ecce alia actio) Quod autem gratias egerit, expreſsit D. Lucas *cap.* 22. *num.* 19. dicens: *Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum.* Quarè Eccleſia in memoriam, & imitationem facti Chriſti D. pręcipit Sacerdoti iam iam conſecrare volenti, ut incipiat à verbis illis: *Qui pridiè quam pateretur*, & proſequatur uſque ad conſecrationem. Quod autem in verbis tunc à Sacerdote prolatis referendo factum Chriſti D. contineantur tres actiones, ut diſtinctæ, conſtat ex ipſis: *tibi gratias agens* (ecce actio gratiarum) *benedixit* (ecce benedictionem) *ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum.* (ecce cõſecrationem) Ita *Suar. diſp.* 58 *ſect. Vazq. diſp.* 196. *cap.* 2. *à num.* 12. *Sotus, & Ianſenius, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp.* 2. *diff.* 1. *Quibus adde noſtrum Philippum Fabro ſuper* 4. *diſp.* 31. *cap. un. num.* 5.

9 Sed, quòd benedictio, gratiarum actio, & conſecratio idem ſint, defendunt *D. Th.* 3. *p. q.* 78. *art.* 1. *ad* 1. *Durand. in* 4. *d.* 8. *Marſ. q.* 6. *art.* 1. *Gabriel lect.* 36 *in can. & Maldonatus in cap.* 14. *Mat.*

Digitized by Google

Mathæi v.19. & in cap.25. v.26. quos citat, & ſequitur Bacan, c.21. q.3. n.1. & 3. Immò præcitatus Fabro dicit, hanc ſententiam ſequi, aut ſupponere Scotum *d.8. q.2.* Et obijciunt, quòd aliquando Patres conſecrationem vocant benedictionem. Sufficiat Ambroſius *lib. de ijs, qui initiantur cap.9.* inquiens: *Hic eſt panis, quem benedictio conſecrauit: Maior eſt vis benedictionis, quam naturæ; quia benedictione etiam natura mutatur.* ¶ Ad probandum etiam, quòd benedictio, & gratiarum actio ſunt idem, expendunt itèm, quòd illam gratiarum actionem appellant benedictionē. Sufficiat D. Hieronymus, qui *1. ad Corinth. 11.* exponit ly *gratias egit*, id eſt, *benedixit*: ergo benedictio gratiarum actio, & conſecratio ſunt idem. Reſpond. negando conſequentiam: quia interdū PP. conſecrationem vocant benedictionem, vel gratiarū actionem; non quia nulla gratiarum actio, vel benedictio diſtincta illam antecedat; (contrarium enim obſervari videmus in cōmuni ritu Eccleſiæ: de quo PP. potiſsimùm loquūtur) ſed quia interdùm actio ſacramentalis à circumſtantijs nomen accipit. Sicùt confirmatio appellatur interdùm *manus impoſitio*: ut communitèr notant AA. noſtræ ſententiæ, præſertim *Suar. ibi §. Ex his, & Fabro ibi num.6.* Hac etiam ratione, qui cum Scoto affirmamus, beatitudinem formalem conſiſtere in actu voluntatis, fatemur, interdùm vocari actum, aut operationem intellectus; non quidē formalitèr, ſed præſuppoſitivè, aut eo quod operatio intellectus operationem voluntatis antecedit. ¶ Adde, quòd illa benedictio antecedens, necnō & gratiarum actio ordinatur ad conſecrationem panis, & vini: quæ conſecratio etiā ſuo modo eſt benedictio efficax, & operativa.

10 *Armachanus lib.9. quæſtionum contra Armenos capit.5.* affirmat, benedictionem fuiſſe diſtinctam à conſecratione, nō tamē à gratiarum actione. Pro qua ſententia Fabro *ibi num. 5. D. Bonavent. Scotum, & Caiet.* adducit. Immò *Suar. ibi §. ſecunda opinio, & Vazq. ibi à num.7.* addunt *Bedam, Gloſſam Ordinariam, Titilmam, & Ianſenium.* Pro qua ſententia obijcitur, quod *Lucæ 22. & 1. ad Corinth. 11.* pro benedictione, cuius Matthæus, & Marcus mentionem faciunt, ponitur gratiarum actio. Reſpō. quod, etſi iſta duo ita ſe habeant, ut unum pro alio, & è contrario ſubrogentur; iuxta materiam verò, circa quam benedictio verſatur, iudicandum eſt, an pro eodem? an pro diverſo ſumantur? (ut benè vidit Vazq. *ibi num. 10.*) Et, cùm in communi ritu Eccleſiæ videamus Sacerdotem iam iam conſecra-

ſecratum, & Chriſti D. factam imitãtem, benedicere panem, ſeu benedictionem ſuper panem porrigere, & præmiſiſſe, quod Chriſtus D. Patri gratias egiſſet: pro certo habemus, benedictionem illam diſtinctam fuiſſe à gratiarum actione: cùm iſta ad Deum fuerit relata; non ad panem, & vinũ: (rebus enim inanimatis quis gratias referat?) illa autem benedictio ſuper panem, & vinum porrigatur. Quarè ad id, quod expẽdebatur *ex Luca* 22. *& Paulo* 1. *Corinth*, 11. reſpondetur, non ſumpſiſſe pro benedictione gratiarum actionem: ſed non narraſſe omnes, & ſingulas actiones, quæ tunc intervenerunt; & ſolùm meminiſſe gratiarum actionem.

11 Eſt deniquè alia ſentẽtia, quam Suar. ibi, & ex ipſo Fabro tribuunt Alano *lib.* 1. *de Eucharistia capit.* 23. & affirmat, quod benedictio, & conſecratio ſunt idem; non autem gratiarum actio, & conſecratio. Et obijcit, quod ipſamet conſecratio eſt quædam practica, & efficax benedictio: ergo benedictio, & conſecratio ſunt idem in præſenti. Conſequentia eſt aperta: Antecedens autem conſtat ex eo, quod, etſi nulla alia benedictio ad conſecrationem præcedat, panis conſecratus remanet, & dicitur benedictus. Reſpond. negando conſequentiam? Quia, etſi verum ſit antecedens, & eius probatio; tamen cùm in Evangelio benedictio panis narretur, tamquam diſtincta actio à conſecratione, dicendum eſt, panem manere benedictum, non ſolùm per practicam, & efficacem benedictionem, (hoc eſt, conſecrationẽ) ſed etiã per antecedẽtẽ benedictionẽ. In cuius facti memoriam, aut imitationẽ Sacerdos, nõ ſolùm cõſecrat panẽ, & vinum, ſed etiam illa antecedentèr benedicit.

DVB. IIII.

12 PEtes 4. An præter verba, quibus Chriſtus D. conſecravit, ſint neceſſaria alia, ut nunc fiat à Sacerdotibus conſecratio? Reſpond. negativè. Quia Eugenius IV. in ſuo decreto fidei pro forma conſecrationis panis, & vini verba tantùm, quibus ChriſtusD. uſus eſt (quę & nos *num.* 2. retulimus) aſsignavit. Sicque fert vſus, & praxis Eccleſiæ.

13 Vndè reijcitur error Gręcorum Recentiorum affirmantium, verba, quibus Chriſtus D. conſecravit, & quibus utitur Eccleſia Latina, non ſufficere ad conſecrandum; ſed neceſſarium eſſe, addere quaſdam alias orationes, & preces, quibus à Deo petatur, ut panis convertatur in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti D. Pro quo obijcies multos PP.

Digitized by Google

dicentes, conſecrationem fieri orationibus, & precibus. Sufficiat nobis referre verba reperta in liturgia S. Clemētis, (quæ eſt *in lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarū cap. 12. aliàs 17.*) & Sancti Iacobi, & Baſilij, (quæ ſunt *in tomo 4. aut 6. Bibliothecæ veterum Patrum*) & D. Chryſoſtomi: in quibus non parum poſt verba illa: *Hoc eſt corpus meum*; & poſt illa: *hic eſt ſanguinis meus*, additur oratio illa, in qua petitur, ut adveniat Spiritus Sanctus ſuper illa dona: *vt ſuperueniens*, (inquit) *ſancta, & bona, & glorioſa ſua præſentia ſanctificet, & efficiat hunc panem corpus ſanctum Chriſti tui*. Et reſpondet populus, Amen. Et ſubiungitur: *& calicem hunc pretioſum ſanguinem Chriſti tui*: Et reſpondet etiam populus, Amen. Reſpon. prædictos Patres ipſas formas conſecrationis vocare preces, & orationes: quia, quãvis formaliter non ſint tales, ſunt tamen virtualiter: quia habent virtutem, & vim orationis, & precationis: cùm a Deo impetrent converſionem, & conſecrationem ipſam. In oratione autem addita in liturgijs illis non petitur, ut panis fiat corpus Chriſti ſimpliciter, ſed ut fiat nobis vivificum, & nos ſanctificet: ut ex ipſis liturgijs deducitur.

14 Obijcies ſecundò Dionyſium *capit. 3. de Eccleſiaſtica Hierarchia*, qui ſatis indicat, non eſſe factam conſecrationem, quando Sacerdos profert illa verba, *Hoc facite in meam commemorationem*: ſed tunc iam ſunt dicta verba conſecrationis: ergo ſentit, alias preces requiri ad conſecrandum. Reſpondetur diſtinguendo minorem: ſecūdū ſtilum Eccleſiæ Latinæ, concedo: nego autem ſecundum ſtilum Eccleſiæ Græcæ: (ſecundum quem loquitur Dionyſius) quæ conſuevit dicere illa verba ante conſecrationem, ut ſic Sacerdos, antequàm aggrediatur tantum opus, ſe excuſet, quod illud aggreditur, quia Chriſtus D. præcepit, id fieri in ſui commemorationem.

15 Obi. 3. Damaſcenum *lib. 4. de Fide cap. 14.* vocantem panem, & vinū poſt verba conſecrationis antitypam (hoc eſt figuram) corporis, & ſanguinis Domini: ergo ſentit, ſolis verbis conſecrationis non cōſtitui corpus, & ſanguinē Chriſti D. ſub ſpeciebus panis, & vini. Reſpondetur (dato, quod loquatur de pane, & vino poſt conſecrationem) negando cōſequentiam: ſic enim loquitur; quia Chriſtus Dominus proùt in hoc ſacramento, eſt figura ſui ipſius, proùt in propria perſona pro nobis ſe obtulit Patri.

16 Obi. 4. quod poſt verba conſecrationis dicitur in Miſſa Romana, *iube, hæc perferri*

per

per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum; quibus peti videtur, quod fiat conſecratio. Reſp. negando peti, quod fiat conſecratio; ſed, quòd Deus ita ſacrificium noſtrum acceptet, vt ſit nobis in remiſsionē peccatorum, & impletionem omnis gratiæ benedictionis.

DVB. V.

17 PEtes 5. An forma cōſecrationis ita incipiat ab illis verbis: *Hoc eſt corpus meum; & hic eſt ſanguis meus*, vt abſque præcedētibus poſsit fieri conſecratio? Reſp. negatiue. Itaque niſi adiūgantur verba illa canonis: *Qui pridiè quàm pateretur, &c.* non conſecrabit Sacerdos abſolutè dicēdo *Hoc eſt corpus meum: & Hic eſt ſanguis meus, &c.* Quia verba, quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, & cōmuniter dicuntur forma ſacramētorum, ex vi verborum debent ſignificare illud, quod efficitur ex vi ſacramenti: ſed ex vi verborum huius cōſecrationis efficitur corpus Chriſti D. ſub illis ſpeciebus: ergò illa verba cōſecrationis ex vi propria verborum debent ſignificare, corpus Chriſti D. contineri ſub illis ſpeciebus. Modò ſic. Sed forma conſecrationis corporis (nempè quatuor illa verba, *Hoc eſt corpus meum*: Idē eſt de forma cōſecrationis ſanguinis, de hac ſcilicèt, *Hic eſt ſanguis meus*, &c.) prolata ſine præcedentibus ex vi verborum non ſignificat, verum corpus Chriſti D. eſſe ſub illis ſpeciebus: ergo per illam formā, ſeu per illa quatuor verba *Hoc eſt corpus meum* abſolutè, ſeu nudè ſumpta non fieret conſecratio. Minor ſubſumpta probatur: quia illa quatuor verba ſumpta abſque præcedentibus non ſignificant corpus Chriſti D. ſed corpus Miniſtri, ſeu cōſecrantis, aut proferentis ex vi verborū. Licèt enim Miniſter proferens illa verba intendat, illa proferre in perſona Chriſti, tamen ex vi verborū ly *meum* non deſignat corpus Chriſti D. ſed Miniſtri proferentis verba. Exemplum ſit. Si ego inciperē loqui dicendo ſic: *Mea doctrina eſt iſta*, etſi intenderem loqui in perſona Chriſti, tamen ex vi verborum nō haberetur, quòd doctrina eſſet Chriſti D. ſed quòd eſſet mei, qui loquor. Vndè licèt propoſitio non eſſet falſa ſecūdùm ſenſum, pro quo fieret à loquente; tamen ſignificatum proprium illius propoſitionis non eſt, ut ſupponat pro perſona Chriſti D. quantumvis id intendat Miniſter. Oportet ergo, ut præcedant aliqua verba, quibus ſignificetur, quòd Miniſter proferens illa verba, ea profert in perſona Chriſti D. Modo ſic. Talia ſunt illa verba: *Qui pridiè quā pateretur* (hoc eſt, Dominus Ieſus, qui, grammaticè

maticè loquendo, eſt antecedens illius relatiui *Qui*) *accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas,&c.* Hanc cõcluſionem defendunt *Scotus in 4.d.8. queſt.2.* §. *De ſecundo à verſ. ſed hic eſt,&* §. *De iſto verſ. ſed quid.* Quam ſententiã ſequi,tenẽtur AA. qui dicunt,verba cõſecrationis proferri à Sacerdote recitativè tantùm. Quos referemus *num.* 44. Itèm AA. qui dicunt,verba cõſecrationis proferri à Sacerdote ſignificativè, & recitativè ſimul,quos adducemus *num.* 46. Eamq; expreſſè defendunt *Angelus verb. Euchariſtia 1.num.24. Philippus Fabro diſp.33.à num.4.& multi alij Scotiſtæ.*

18 *Sed D.Th.quæſt.78.art.1. Ægid. Duran.* & *Vazq.quos citat, & ſequitur G.Hurt.dicens ſic cõmuniter ſentire Theologos*, oppoſitum defendunt. Immò aliqui ita tenacitèr, vt *Iugo*, & *Ochagavia* (apud Leandrum *diſp.9. quæſt.2.*) dicãt,hoc eſſe de fide, & Suarez *diſp.59 ſect.1* affirmet, Scoti ſententiam eſſe improbabilẽ. Sed,inanibus verbis ommiſſis,quid nobis obijciant,videamus. Obijcitur D.Ambroſium *lib.4.de ſacramentis cap.4.* docentem, conſecrationẽ fieri verbis Chriſti D. illis nempè, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, &c.* ergo illa verba præcedentia; *Qui pridiè,&c.* non ſunt neceſſaria ad conficiendu ſacramentum. Reſp. negando conſequẽtiã: ſunt enim neceſſaria, vt ly *meum* referatur ad corpus Chriſti D. & non miniſtri proferentis verba illa *Hoc eſt corpus meum.* Immò Scotus §. *De ſecundo verſ. Hoc etiam* expẽdit, D.Ambr. ſẽſiſſe, verba præcedentia eſſe neceſſaria ad cõſecrationẽ. Sic enim loquitur: *Conſecratio quibus verbis fit? Attendite, quæ ſunt verba: Accipite,& edite: Hoc eſt corpus meum:* Vbi expendit Scotus, Ambroſium videri coniunxiſſe verba illa præcedentia, *Accipite* cum verbis formæ,ut neceſſaria pro conſecratione facienda. ¶ Dices,ad hoc ſufficere intentionẽ Sacerdotis, qui intendit proferre verba illa in perſona Chriſti. Sed contra: quamuis enim hoc ſufficiat,ut ſecũdum intentionem Sacerdotis hoc ſit verum; non tamen ut id ſignificetur ex vi verborum: forma autem conſecrationis debet ex vi verborum ſignificare id,quod efficit: vt patet in reliquorum ſacramentorum formis.

19 Obi 2. ex Florentino ad conficiẽdum quodcumque ſacramentum tria tantùm ſunt neceſſaria, nẽpe materia, forma, & intẽtio Miniſtri: ſed illa verba *Qui pridiè quàm pateretur, &c.* neque aliqua alia Canonis, (præter illa *Hoc eſt corpus meũ; & Hic eſt ſanguis meus,&c.*) non pertinẽt ad formam: ergo abſque illis fiet conſecratio. Reſp. diſtin-

diſtinguendo, aut explicando minorem: eſt quippè verum, ſola illa verba (*Hoc eſt corpus meũ, & Hic eſt ſanguis meus, &c*) eſſe de eſſentia formæ cõſecrationis. Cum hoc tamen ſtat, illa verba, *Qui pridiè quàm pateretur &c.* aut alia æquivalentia eſſe neceſſaria, vt ly *meum* (& in cõſecratione calicis ly *meus*, aut *mei*) ex vi ſuæ ſignificationis referatur ad corpus Chriſti D. non autem ad corpus Miniſtri proferentis verba. Propter quod Fabro *diſput.33.c.2.num.16* dixit, verba illa (*Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus, &c.*) abſque verbis illis præcedentibus (*Qui pridiè quã pateretur, &c.*) nõ eſſe formam cõſecrationis. Et meritò: quia verba formæ debent proferri à Sacerdote nõ ſolum ſignificativè, ſed etiam recitativè: recitativè autem dici nõ poſſunt verba formæ ſine præcedentibus illis, *Qui pridiè, &c.*

20 Dices, ſufficientèr, Sacerdotẽ loqui in perſona Chriſti D. per veſtes Sacerdotales, quibus eſt indutus: ergo nõ eget præcedentibus illis verbis, *Qui pridiè quàm pateretur; &c.* Antecedens conſtat exemplo Angeli, qui, eo quod agebat perſonam Dei, abſolutè, & nullis pręmiſsis verbis, quibus id ſignificaret, dicebat: *Ego ſum Deus Abraham.* Itẽ in cœna qui agit perſanam Regis, ſolis veſtibus, aut alijs inſignijs regalibus, nulliſque præmiſsis verbis atteſtantibus, ſe eſſe Regem, Regiè loquitur. De quo extãt paſſim innumeræ aliæ inſtantiæ profanæ. Immò & in ſacramẽtis idem reperitur. Quamvis enim Sacerdos cõfeſſarius poſſit proferre verba abſolutionis, vt Miniſter Chriſti D. necnon, & vt homo particularis; tamen ex pręmiſſa confeſsione pœnitentis, & alijs circũmſtãtijs determinatur ad hoc, vt, nullis pręcedentibus verbis atteſtantibus, ſe loqui ut Miniſtrum Chriſti D. abſolutè dicẽdo, *Ego te abſolvo, &c.* iut [illegible] ligatur, loqui, ut Miniſtrum ſacramenti. Reſp. diſtinguendo antecedens: verum enim eſt, ſufficienter determinari per veſtes, aut alias circumſtãtias, quòd Sacerdos loquitur in perſona Chriſti. Nihil tamen horum poteſt facere, quòd ex vi verborum id ſignificetur. Vndè communior, & verior ſentẽtia affirmat, verba cõſecrationis proferri à Sacerdote nõ ſolùm ſignificativè, ſed etiam recitativè, & hiſtoricè: quia nõ capitur, quomodo ex vi verborum (quantumcumque adiungantur intentio Miniſtri, veſtes, & aliæ circumſtantiæ) poſsit ly *meum* referri ad corpus Chriſti D. niſi hiſtoricè verba proferantur. Quarè nulla ex allatis inſtantijs pręmit: quia in nulla illarũ eſt ly *meum*, quod ex vi ſermonis refertur ad corpus

pus loquẽtis; ſeu pro ipſo ſupponeret, & ideo Angelus aptè, & abſque aliqua æquivocatione potuit dicere. *Ego ſum Deus Abraham*; (vtique repræſentativè) & Sacerdos confeſſarius aptè dicit; *Ego te abſolvo, &c.* (vtique tãquã Miniſter Chriſti aut virtute ab ipſo accepta;) Quia ex intentione vtriuſque vtrumque eſt verum: neque eſt neceſſarium, quòd hoc ſignificetur ex vi ſermonis. Sicut eſt neceſſarium in forma cõſecrationis: quia ly *meum*, niſi adiũgantur verba, quibus ſignificetur, ſupponere pro corpore Chriſti D. ex vi verborum ſupponet pro corpore loquentis, ſeu proferentis verba illa, *Hoc eſt corpus meum*.

DVB. VI.

21 PEtes 6. An ly *enim* in forma cõſecrationis ſit de neceſſitate ſacramenti? Reſp negativè. Quia ly *enim* nõ eſſe neceſſarium ad conficiendum ſacramentum, tenent cõmunitèr *cum Scoto d. 8. quæſt. 2. §. Et verſ. De ſecundo, & cum D. Th. quæſt. 78. art. 2. ad 5. Præſertim videatur Suar. diſp. 59. ſect. 1. §. Dico tertio*. Ponitur quippè ly *enim propter continuationem ad verba præcedentia*. (Inquiunt D. Th. & Scotus) Et ratio eſt, quòd abſque illa particula habetur integer ſenſus formæ.

22 Notat Leandrus *diſp. 9. q. 5.* ſolùm eſſe veniale ommittere prædictam particulã *enim*. Quia videtur materia leuis. Pro qua ſententia citat *Sotum, Henriq. Bonacinam, Hurt. Dianã, Ægidium, & alios*. ¶ Sed oppoſitum defendũt (nempe eſſe peccatum mortale) *Vazq. diſp. 199. cap. 4. num. 29. Petrus Soto, Ochagavia, Gab. Vivaldus, Villalobos, Ledeſma, Ioan. à Cruce, & alij apud ipſum Leandrũ ibi*: & obijciunt, quòd quævis ommiſsio in formis ſacramentorum eſt materia gravis. Reſp. diſtinguẽdo eſt enim verũ, ſi ommiſſio ſit ex verbis ſpectantibus ad ſubſtantiam, ſeu eſſentiam formæ, ſecùs autem, ſi nõ ſpectet.

23 Addit prædictus Leandrus *ibi quæſt. 6.* quòd, eſſi ſit mortale ommittere ly *enim* ex contemptu formali; (hoc eſt, ex contemptu ipſius præcepti) nõ tamẽ, ſi ommittatur ex cõtẽptu materiali. (hoc eſt, quia materia eſt leuis) Qua diſtinctione cõcordat *Suarez, Bonacinam, & Ægidium* dicentes, eſſe mortale ommittere ly *enim* ex contemptu, *cum Soto, Henriq. Granados, Cabrera, & Machado* dicentibus, ſolùm eſſe veniale prædictam particulam ex cõtemptu ommittere.

DVB. VII.

24 PEtes 7. an Chriſtus D. in conſecratione vſus fuerit particula *enim*. Reſp. affirma-

firmatiuè. Quia ſine illa nõ aptè continuaret Chriſtus D. verba conſecrationis cum præcedentibus illis. *Accipite, & mãducate.* Ita Suar. *diſp.* 59. *ſect.* 1. *Granados, Laymã, & Monteſinos, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 9. *quæſ.* 4. ubi meritò notat, rigidè dixiſſe Monteſinos *in manuſcriptis diſp.* 12. *quæſt.* 4. id abſque errore negari nõ poſſe. Deduciturque hæc cõcluſio ex Scoto, & D. Th. *num.* 21. citatis: quatenùs affirmant, ly *enim* poni ad continuandum, ſeu connectendum verbã conſecrationis cum præcedentibus; ac ſi dicerent, Chriſtũ D. utendo prædicta particula *enim* aptè continuaſſe, ſeu connexiſſe verba (*Hoc eſt corpus meum*, & *Hic ſanguis meus*, &c.) cum illis præcedentibus: *Accipite, & manducate*, (loquendo de pane) & *bibite ex eo omnes.* (Loquendo de calice)

25. Sed particulam *enim* poſitam fuiſſe ab Apoſtolo Petro, ſeu poni ex traditione Eccleſiæ tantùm, defendunt *Henriq. lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 4. *Fagund. Bonacina, Villalobos, Fagundez, & Gavantus apud prædictum Leãdrum:* & obijciunt, quòd in Evangelio non ponitur prædicta particula. Reſp. negando: quia expreſsè ponitur in forma calicis *Matthæi* 26. ut notavit D. Th. Quarè immeritò Bonacina *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *puncto* 1. *num.* 9. dixit, quòd Evangeliſtæ illius particulæ non meminerunt: itẽ immeritò innuit, ſic ſenſiſſe D. Th. Etſi enim Angelicus Doctor reſpondendo ad quintum dixerit, ly *enim* appoſitum fuiſſe à D. Petro ad continuandum formam cum verbis præcedẽtibus; iam tamen prædixerat, poſt argumenta, ly *enim* reperiri *Matth.* 26. Accipite D. Th. verba: *ſed contra eſt, quòd Dominus hac forma in conſecratione eſt vſus; vt patet Matthæi* 26.

DVB. VIII.

26 PEtes 8. Quæ verba ſint eſſentialia, ſeu omninò neceſſaria pro conſecratione calicis? Reſp. ſola iſta. (*Hic eſt calix ſanguinis mei*: aut iſta, *Hic eſt ſanguis meus*) Quia per iſta ſola ſignificatur, ſanguinẽ Chriſti D. eſſe ſub ſpeciebus vini: ad cuius veritatem neceſſarium eſt, ſubſtantiam vini cõverti in ſanguinem Chriſti D. Ita Scotus *d.* 8. *quæſt.* 2. §. *De ſecundo à verſ. ſed iſtæ rationes, Fabro diſp.* 32. *cap.* 2. *num.* 5. *& Scotiſtæ cõmuniter.* eſtque interRR. communior ſententia, qui pro ipſa citant *Magiſtrum ſententiarum, Alenſ. D. Bonav. Durãdum, Vazq. Ægidium, Becanum, Suar. Valentiam, Silvium, Peſantium, Fagundez, & alios.* Præſertim videantur *G. Hurt. diſp.* 3. *diffi.* 6. *& Leandrus diſp.* 9. *quæſt.* 21.

27 *Sed D. Th. quæſt.* 78. *art.* 3. *Capreolus, Palud. Hervæus, D. Anto-*

Antoninus, Silveſter, *Viguerius*, *Petrus Soto*, *Gerſon*, *Innoc. PP. Cathechiſmi Romani*, *& noviſsimè Petrus Cornejo apud prædictos Hurt. & Leandrum*, *necnon & apud Suar. diſp. 60. ſect.* 1. affirmant, omnia illa verba (*Hic eſt calix ſanguinis mei, novi, & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum*) eſſe eſſentialia, ſeu omninò neceſſaria pro cõſecratione calicis. Et obijciunt: omnia illa verba prolata ſunt à Chriſto D. ergo pertinent ad eſſentiam formę. Reſp. negando conſequentiã: quia etiam ly *enim* (ſecũdũ nos, & multos alios: ut diximus *à n.* 24.) & verba illa *quod pro vobis tradetur* (in forma corporis) prolata ſunt à Chriſto D. & tamen non ſunt eſſentialia: quia prolata fuerũt pro explicatione verborum eſſentialium formæ conſecrationis: forma autẽ integrè continetur verbis ſignificantibus converſionem in corpus, & ſanguinem Chriſti D. Fuit tamen conveniens, poſteriora illa verba *novi, & æterni, &c.* addi in forma calicis: (etſi in forma corporis nõ addantur illa, *quod pro vobis tradetur*) quia illis denotatur excellentia, & præſtantia novi teſtamenti ſuper vetus: hoc enim cõfirmatum fuit ſanguine hircorum; novum vero ſanguine Chriſti D. pro nobis effuſo.

28 Obi. 2. quòd etiam poſteriora illa verba (*novi, & æterni, &c.*) codẽ tenore, quo priora proferuntur à Sacerdote ſupra calicem; & etiam maiuſculis litteris deſignantur in Miſſali: ergo ſunt eſſentialia, ſicùt quatuor illa priora (*Hic eſt ſanguis meus*; aut *Hic eſt calix ſanguinis mei*) Reſp. negando conſequentiam: quæ, ſi aliquid valeret, idem concluderet de ly *enim*. Igitur ideo ſic proferũtur à Sacerdote, & maiuſculis litteris notantur, quia pertinent ad formam, tamquã determinatio, & explicatio verborum eſſentialium.

29 Obi. 3. quòd Pius V. iuſſit, partem commentarij Caietani *in art. 3. quæſt. 78.* ubi oppoſitam ſententiam ſequebatur, expungi; & in ſuo catechiſmo ſententiam D. Th. excudi: ergo, quia exiſtimavit, ſic eſſe ſẽtiendum ab omnibus. Reſp. negando conſequentiam. Meritò autem iuſsit expungi Caietani ſententiam: quia, cum comentator eſſet D. Thomæ, debuit eius apertam ſententiam non deſerere. Merito itèm iuſsit in catechiſmo imprimi ſententiã D. Thomæ; eo quod poſteriora illa verba (*novi, & æterni, &c.*) pertinent ad formam, tamquã modificatio, aut explicatio verborum eſſentialium. Vel fortè, quia, cum ſit poſitum ſub opinione, ſi fortè in re ſit vera ſententia D. Thomæ, ſine omnibus illis verbis nõ fieret cõſecra-

ſecratio. Et ideò meritò Eccleſia vtitur pro forma calicis omnibus illis verbis, quibus à ſacerdote prolatis, nulla remanet ratio dubitãdi, (adhùc metaphyſica) an facta ſit conſecratio?

30 Igitur firma, & incõcuſſa manet noſtra cõcluſio *num.26.* probata, quæ affirmat, ſola illa verba, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, aut *Hic eſt ſanguis meus* eſſe eſſentialia, aut omninò neceſſaria pro forma conſecrationis calicis.

31 Vndè etiam refutatur ſententia Armachani *lib. 9. queſtionum Armenorum cap. 3.* affirmãtis, in forma calicis neceſſariò requiri verba iſta *novi teſtamenti*, non autem cætera. ¶ Itẽ refutatur ſententia aliorum, (ut ex Marſilio *in 4. quæſt. 6. art. 1. & ex Gabrieli lect. 53. in can.* referunt, præſertim Suar. *diſp. 60. ſect. 1. §. Inter has, & Vazq. diſp. 198 cap. 2. num. 11.*) qui addiderunt; etiam iſta duo verba *myſterium fidei*. Falluntur tamen: quia ſine prædictis verbis adæquatè, ſeu integrè ſignificatur converſio vini in ſanguinem Chriſti D. ¶ Inſupèr omnes liturgiæ antiquæ Græcorum ommittunt particulam *æterni, & myſterium fidei*. Et cõcilium Colonienſe ommittit etiam ly *myſterium fidei*. Æthiopes quoque in ſua Miſſa (cuius Auctor dicitur fuiſſe D. Matthæus) hac forma vtuntur: *Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorũ.* (De quo legatur Suar. *diſp. 60. ſect. 1. §. Secundum vrgẽtiſsimum.*) Cùm ergo Eccleſia Romana conſecrare permittat ſine prædictis verbis, (*æterni teſtamenti, & myſteriũ fidei*) apertè infertur, exiſtimaſſe nõ eſſe eſſentialia formæ conſecrationis. ¶ Sed obijcit Armachanus, quòd verba illa (*novi teſtamenti*) inveniuntur in omnibus Evãgeliſtis: ergo ſunt eſſentialia. Reſp. negando conſequentiam: quia non omnia, quæ inveniuntur in Evangelio ſpectãt ad eſſentiam formę vt patet in ly *quod pro vobis traditur* in forma corporis. Quarè ad iudicãdum, aliquam particulam eſſe eſſentialem reſpectu alicuius formę, pręcipuè traditioni Eccleſiæ eſt ſtandum. Et cùm Eccleſia Romana permittat, Græcis, & Ætyopibus conſecrare ſine illis particulis (*novi, & æterni teſtamẽti*) indubiè tenendum eſt, non ſpectare ad eſſentiã formæ. Adde, quod ſine illis integrè ſignificatur converſio vini in ſanguinem Chriſti Domini.

32 Hinc etiam reijcitur alia quorũdam ſentẽtia, qui dixerunt, verba illa (*qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionẽ peccatorum*) eſſe eſſentialia; nõ autem verba intermedia. (ſcilicet *novi, & æterni teſtamenti, myſterium fidei*) Fallũtur tamẽ: quia

quia ſine illis ſignificatur integrè converſio vini in ſanguinē Chriſti D. Præterea, quia verba illa, *quod pro vobis tradetur*, non ſunt eſſentialia in forma corporis: ergo neque illa (*qui pro vobis, &c.*) in forma ſanguinis.

33 Inſuper reijcitur opinio aliquorum Thomiſtarum, qui dicunt, omnia illa verba (*novi, & æterni* vſque ad finē) poſſe eſſe eſſentialia, & ad conſecrationem cōcurrere, quando Sacerdos ea profert intentione, etiam medijs illis conſecrādi. Falluntur tamen: quia, cùm id prædicta verba non habeāt ex inſtitutione Chriſti D. (ut cōſtat ex dictis) ex intentione Sacerdotis habere non poſſunt.

¶ Vndè etiam refutatur *Sotus in 4. d. 11. quæſt. 1. art. 3. & Ledeſma 1. p. 4. quæſ. 19. art. 3.* affirmātes, prædicta omnia illa verba eſſe ſubſtantialia, ſeu integralia, & ad conſecrationem concurrere, quādo proferūtur. Falluntur: (inquam) quia id prædictis verbis cōvenire nequit, niſi ex inſtitutione Chriſti D. de qua nō conſtat. Adde, quòd ſine illis integrè ſignificatur converſio vini in ſanguinem Chriſti D.

DVB. IX.

34 PEtes 9. An verba conſecrationis mutari poſſint? Reſp. nullam mutationem accidentalem impedire valorem, & effectum cōſecrationis; (etſi aliàs ſit illicita leviter, aut graviter iuxta gravitatem, aut levitatem materię) benè tamen quamcumque eſſentialem. Quia accidens poteſt adeſſe, & abeſſe abſq; ſubiecti corruptione: vndè probata manet prior pars: ſecunda verò probatur ex eo, quòd eſſentiæ rerum conſiſtunt in indiviſibili: ergo, qualibet parte eſſentiæ mutata, deſtruitur eſſentia. Vt patet in homine, in quo, ſi mutetur, aut auferatur prædicatum *animal*, aut prædicatum *rationale*, tota eius eſſentia deſtruitur. In hac concluſione conveniunt AA. Eſt tamen inter illos controverſia longa, & moleſta in explicando aliquos caſus particulares. Quarè ipſos ſingillatim proponemus.

De forma iſta: Hoc eſt corpus Chriſti.

35 REſpondeo, cōſecrationem ſub hac forma non valere. Quia verba cōſecrationis debent proferri à Sacerdote recitativè & ſub vocibus conſuetis. (De quo *num.* 20. & à *n.* 48.) Ita *Suar. diſp. 59. ſect. 2. Vazq. Ægidius, Bonac. Fagund. & Laymam apud Leādrum. diſp. 9. quæſt. 7.* ¶ Sed Leandrus ibi oppoſitum iudicat probabile: pro quo citat Mōteſinos: & obijcit, quòd Sacerdos poteſt referre factum Chriſti D. dicen-

dicendo Chriſtus Dominus dixit: *Hoc eſt corpus Chriſti*: licèt enim Chriſtus D. non dixerit hæc verba formalia, dixit tamen eandem rem ſignificatam: quòd ſufficere videtur, & ad conſecrandum, & ad evitãdum mendacium, aut falſitatem Sacerdotis proferẽtis verba. Reſpond. ommittendo totum hoc, negando tamẽ, quòd tunc conſecratio teneret: quia debet forma proferri ſub verbis conſuetis. Hac ratione *in tract. de Baptiſmo cap. 3. num. 32.* diximus, nõ valere baptiſmũ, niſi forma exprimat tres divinas perſonas ſub conſuetis nominibus Patris, Filij, & Spiritus Sancti. ¶ Dices, quod ibi *num. 13.* diximus, valere baptiſmum collatum ſub nomine Chriſti. Reſpond. nos tunc ſic fuiſſe philoſophatos: quia ex Scriptura conſtat, Apoſtolos ſub nomine Chriſti aliquando baptizaſſe: ideoq; meritò nos ſuſpicari ſaltèm tempore Apoſtolorum circa formam baptiſmi Deum diſpenſaſſe. Quam diſpenſationem ſine fundamento ſuſpicaremur in forma conſecrationis.

De hac forma, Hic eſt corpus meum.

36 Reſpond. valere conſecrationẽ ſub hac forma. Quia facit hunc ſenſum verum: *Hic cibus eſt corpus meum.* Si autem ly *hic* non ſumatur adiectivè, ſed barbarè, & contra regulas grammaticæ ſumatur pro *hoc*, ſeu referendo, aut demonſtrando cõtentum ſub ſpeciebus, ſeu corpus, erit variatio accidentalis, & conſequentèr tenebit conſecratio. Sicùt eſt variatio accidentalis, & tenet baptiſmus ſub hac forma barbara, & contra regulas grãmaticæ, *Ego te baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus Sanctas*: ut dixi *in tract. de Sacrament. capit. 1. num. 53.* Sic *Diana 5. par. tract. 14. Reſol. 77. Suarez, Vazquez, Ægidius, Bonac. Fagundez, Granados, Fauſtus, & Monteſinos, quos citat, & ſequitur Leandrus diſput. 9. quæſt. 8.* contra Layman *lib. 5. tract. 4. capit. 3. num. 2.* ¶ Si demùm ly *hic* adverbialitèr ſumatur, affirmant prędicti Authores, non tenere conſecrationem. Quia (inquiunt) eſt adverbium loci. Vndè his verbis ſignificaretur, corpus Chriſti Domini eſſe in hoc loco; & ita non fieret conſecratio. (concludunt)

De hac forma: Ecce corpus meum.

37 Reſpondetur, non valere conſecrationem ſub prædicta forma. Quia non ſignificatur, converſionem fieri. Ita *Fagundez præcepto 3. lib. 2. capit. 6. num. 15. Suarez, & Monteſinos apud Leandrum diſp.*

Digitized by Google

9. *quæſt*. 9. ¶ Sed *Vazquez diſput*. 201. *capit*. 5. *num*. 41. *& Lugo diſput*. 11. *num*. 155. *quos citat*, *& ſequitur Leandrus ibi* oppoſitum defendunt. Et obijciunt, quòd eſt mutatio accidentalis. Reſpondetur negando.

De hac forma: Hæc eſt caro mea.

38 Reſpond. tenere conſecrationem ſub prædicta forma. Quia caro pro corpore ſumitur iuxta illud Pſalmi 5. *Caro mea requieſcet in ſpe*. Immò addit Cyprianus *ſerm*. 1. *in cœna Domini ex Ioanne* 6. Chriſtum Dominum ſub prædicta forma conſecraſſe. Sic *Henriq*. *lib*. 8. *capit*. 16. *num*. 2. (dicens, eſſe communem opinionem Theologorum) *Bonac. Fagundez*, *Granad. Ioann. à Cruce*, *Vazquez*, *& Eſtius*, *quos citant*, *& ſequuntur Diana* 5. *par. tract*. 14. *Reſol*. 76. *& Leandrus diſput*. 9. *quæſt*. 10. ¶ Sed oppoſitum defendunt *Suarez diſput*. 59. *ſect*. 2. *Ægidius*, *Præpoſ. Gabr. Mercerus*, *Palacius*, *& Alenſis apud prædictos Dianam*, *& Leandrum*. Et obijciũt: Caro ex vi ſuæ ſignificationis non ſignificat idẽ, ac corpus: hoc enim præter carnem imbibit oſſa, nervos, &c. ergo non tenet conſecratio per prædictam formam. Reſpondetur negando antecedens: quia, quidquid ſit de rigore grammaticæ, in communi acceptione ſcripturæ caro ſumitur pro corpore, iuxta illud *Caro mea verè eſt cibus*: *Qui manducat meam carnem*, *& c. Ioan*. 6. *& in hymno*: *Verbum caro panem verum verbo carnem efficit*: Vnde frequentèr invenitur apud PP. Chriſtum Dominũ dediſſe nobis ſuam carnem, & ſanguinem.

De aliquibus alijs formis.

39 Henriq. *lib*. 8. *capit*. 16. *in marg. lit*. K. *& capit*. 19. *num*. 2. *in margine lit*. K. affirmat, ſenſiſſe *Damaſcenum lib*. 4. *capit*. 14. *D. Bonavent. Helcot*, *& Valdum*, tenere conſecrationem ſub hac forma *Hoc ſit*, *fiat*, aut *ſit corpus meum*. ¶ Leãdrus autem *ibi quæſt*. 12. oppoſitum affirmat: & citat *Henriq. Suar. & Fagundez*.

40 Sub hac forma (*Ego conſecro hunc panem in corpus meum*: vel *ego conficio corpus meum ex pane*) non valere cõſecrationem, affirmat Leandrus *diſput*. 9. *quæſt*. 13. *citans Henriquez*, *& Fagundez*. Vbi advertit, dixiſſe Suarez *diſput*. 59. *ſect*. 2. potuiſſe Chriſtum Dominum hoc modo inſtituere hoc ſacramentum, ſi voluiſſet. Sed quòd Suarez non explicat, an, ſuppoſita præſenti inſtitutione, prædicta verba ſufficiant ad conſecrationem.

41 Sub hac forma (*Hoc corpus meum*) non valere conſecrationem, affirmat Leandrus *diſput. 9. quæſt. 14.* citans *Suarez, Henriquez, Fagundez, Bonacina, & Monteſinos* dicentes contrariam ſententiam eſſe erroneā. (pro qua citat Eraſmum *quæſt. 1. ad Corinthios 11.* ubi ait, ita Chriſtum Dominū conſecraſſe, & in Græco ita legi) Et ratio eſt, quòd prædicta verba non ſignificant converſionem panis in corpus Chriſti Domini. Sed tantum uſum, & collationem huius ſacramenti.

42 Sub hac forma (*Hæc eſt ſubſtantia mea, vel hic eſt cibus meus*) non fieri conſecrationem ſtatuit Leandrus *diſput. 9. quæſt. 15.* Quia ly *ſubſtantia*, aut *cibus* eſt terminus valdè communis, & ſtrictè non ſignificat corpus Chriſti Domini. Ita *Suarez, & Fagundez apud illum.*

43 Sub hac forma (*iſtud eſt corpus meum*) valere conſecrationem, affirmat Leandrus *diſput. 9. quæſt. 17.* citans *Sotum, Henriquez, Suarez, & Granad.* Quia equivalet ly *hoc.* Secùs autem dicunt de hac forma; (*illud eſt corpus meum*) propter cōtrariam rationem.

44 Sub hac forma (*Meum eſt hoc corpus*, aut *Hoc corpus eſt meum*) tenere conſecrationem, tenent noſter Pitigianus *in 4. t. 1. diſtinct. 8. quæſt. 2. artic. 5.* *Henriquez, Gabriel, Gamachens: apud Dianam 5. parte tract. 14. Reſol. 78. & apud Leandrum diſput. 9. quæſt. 18.* Ubi ipſe oppoſitum tamquàm probabilius defendit citans *Fagundez, & Granados.* Et advertens, quòd Sotus *in 4. diſt. 1. quæſt. 1. artic. 8. ad finem* dubitat de hac conſecratione.

45 Si autem loco litteræ M. poneret Sacerdos N. in forma corporis; aut in forma ſanguinis loco X. poneret S. aut Z. tenere conſecrationem, affirmat Leandrus *diſputat. 9. quæſt. 19. cum Soto, Gabriele, Fagundez, & Henriquez.*

46 Sub hac forma (*Hic eſt calix, novum teſtamentum in meo ſanguine*) valere conſecrationem, affirmat Leandrus *diſputat. 9. quæſt. 25. citans Henriquez, Suarez, Bonacina, Fagundez. & Hurtado.* Quia eam formam ponunt D. Lucas *capit. 22. ſui Evangelij, & D. Paulus 1. Corinthior. 11.* & ea diù uſa fuit Hiſpania in Miſſali Mozarabo edito à D. Iſidoro Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Quarè non ſunt audiendi aliqui oppoſitum affirmantes: quos, ſuppreſſō nomine, refert Suarez *diſp. 60. ſec. 2. in fine*; qui & innuit, eſſe probabile.

47 Igitur omnes caſus *à num. 32.* adductos potiùs recitando, quàm diſputando retuliſmus: ſpectat enim non tàm ad ſcholaſticum, quàm ad morale

rale inſtitutum. Omnium autem ratio eſt, quam dedimus *num. 34.* nempè, quòd, quando in aliquo caſu ex enumeratis, aut ex alijs, qui poſſunt occurrere, dicimus tenere conſecrationem, variatio formæ ſolùm erit accidentalis. Quando autem dicimus, non tenere, variatio erit eſſentialis.

DVB. X.

48 Petes 10. quomodò verba conſecrationis proferantur à Sacerdote? Reſpondetur diſtrahi AA. Quarè claritatis gratia præmitto, duobus modis poſſe loquentē proferre aliqua verba. Primò ex ſe ipſo, utēdo ſignificatione verborum, ſeu intentione ſignificandi medijs illis id, ad quod ſignificandum ſunt impoſita, ſeu aſſumpta. Et tunc loquens dicitur loqui enuntiativè, ſeu ſignificativè. Secundò, loquens poteſt proferre verba, ut prolata ab alio, ſeu referendo verba alterius. Et tunc loquens dicitur loqui hiſtoricè, materialitèr, ſeu recitativè. Inquirimus ergo, an verba conſecrationis dicantur à Sacerdote enuntiativè? An recitativè tantùm? An utroque modo?

49 Reſpondetur, utroque modo proferri à Sacerdote: Quod dicantur enuntiativè, probatur ex eo, quod Sacerdos efficit, quod verba ſignificant: ergo utitur ſignificatione illorum: ergo profert illa ſignificativè. Secundò probatur, ex eo quòd, ſi Sacerdos non diceret verba ſignificativè, ſed tantùm recitativè, non poſſent Theologi colligere, materiam conſecrandam debere eſſe realitèr præſentem, ut Sacerdos illam demonſtraret per pronomen *hoc*. Patet: quia ſufficeret dicere: *illud, quod Chriſtus conſecravit, eſt corpus Chriſti.* ¶ Quòd autem Sacerdos proferat verba etiam hiſtoricè, ſeu recitativè, conſtat ex illis verbis, quæ proximus iam conſecrationi dicit: *Accipiens panem benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis dicens, &c.* ly enim *dicens* apertè demonſtrat, Sacerdotem proferre verba conſecrationis hiſtoricè, materialitèr, aut recitative.

50 Hanc concluſionem defendunt Scotus *in 4. diſtinct. 8. quæſt. 2. §. De ſecundo verſic. Sed hic eſt*, quatenùs tamquàm certum ſtatuit, quòd *verba ſacramentalia ex vi verborum debent ſignificare illud, quod efficitur ex vi Sacramenti.* Hinc habemus, Scotum ſentire, Sacerdotem proferre verba conſecrationis ſignificativè, ſeu formaliter. Quod autem etiam

etiam ſentiat Scotus, Sacerdotem, etiam narrativè, hiſtoricè, recitativè, aut materialitèr proferre prędicta verba, cōſtat *ex §. De tertio verſ. Sed contrà*, ubi non impugnat ſententiam affirmantem, quòd Sacerdos profert verba conſecrationis materialitèr, quam retulerat verſiculo præcedenti. Præterea, quod Sacerdos proferat verba conſecrationis recitativè, ſupponit Scotus *§. De ſecundo verſ. Sed hic eſt*, dùm nervosè probat, hęc verba (*Hoc eſt corpus meum*) ex vi ſuæ ſignificationis non ſignificare corpus Chriſti D. aut pro illo non poſse ſupponere, niſi illis adiungantur illa præcedentia, (*qui pridiè quā pateretur, &c.*) aut alia æquivalentia, quibus detur intelligi, Sacerdotem non tantùm loqui ſignificativè, aut in perſona propria, ſed etiam hiſtoricè, aut narrando factum Chriſti D. ut ſic ly *meum* non ſupponat pro corpore Sacerdotis proferentis verba conſecrationis; ſed pro corpore Chriſti D. cuius factū refert. Quarè hanc noſtram cōcluſionem *num.* 49. poſitam, rāquam Scoti defendunt cōmunitèr Scotiſtæ, præſertim *Philippus Fabro diſp. 32. cap. 1. num. 3. Rada 4. p. controv. 5. art. 3. §. Pro intelligentia opinionis Scoti, Pitigianus, & Iribarne. Eſtque communior ſententia*; *pro qua citant communitèr D. Thom. D. Bonavent. Alenſem, Sotum, Alanum, Henriquez, Valentiam, Bellarminum. Ægidium, Granados, Ochagavia, Bonacina, Feſſ[illegible], Angles, G. Hurtado, March. Suarez, diſput. 58. ſect. 4. & Lugo diſput. 11. num. 110 Præſertim legatur Leandrus diſput. 9. quæſt. 29.* ubi prædictos AA. citat, & ſequitur.

51 Ex quibus reijcitur ſententia affirmans, verba conſecrationis ſolùm recitativè dici a Sacerdote. Ita *Innocentiu lib. 4. de Myſterio Altaris capit 17. Durandus diſt. 8. quæſt. 2. a. 1. Maior, Catharinus, Mirandulanus, & Ocham.* Quam ſententiam eſſe ſatis probabilem, defendunt *Gabriel, & Ledeſma apud Recentiores, præſertim apud Fabrum diſput. 34. num. 1. & apud Gaſp. Hurtado diſput. 3. difficul. 9. & apud Leandrum ibi.* Qui Authores nobis obijciunt: ſi verba conſecrationis dicerentur à Sacerdote ſignificativè, eſſent falſa: ergo ſolùm narrativè illa profert. Antecedens probatur: quia Sacerdos verbis conſecrationis ſignificativè prolatis non demonſtraret corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, ſed corpus, & ſanguinem ſuum: quod eſt falſum. Et, quamvis admittamus, quòd illis demonſtretur corpus, & ſanguis Chriſti Domini, etiam eſſent falſa verba, quæ ſtatim ſubduntur in forma calicis: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur*: & In forma

tunc loqui, & narrativè, & enuntiativè ſimul. De quo videatur Lugo *diſput.* 11. *à num.* 112.

54 Obijcies ſecundò, ſi Sacerdos profert verba conſecrationis recitativè, & ſignificativè ſimul; ea parte, qua verba dicit narrativè, debet, verba applicare ad materiam, quam Chriſtus Dominus demonſtravit pronomine *hoc*. Et aliàs ea parte, qua dicit enuntiativè verba conſecrationis, debet applicare verba conſecrationis ad materiam præſentem, quam intendit cõſecrare. Reſpondetur cum *G. Hurtado diſput.* 3. *difficul.* 9. *in fine* ita eſſe. Addo, non oportere, Sacerdotem anxium eſſe de tali intentione. Quia hæc includitur in intentione faciendi, quod facit Eccleſia, aut quod Chriſtus Dominus fecit. In hac enim includitur volitio, ſeu intentio conſecrandi illo modo, & illis verbis, quibus conſecrari oportet.

DVB. XI.

55 PEtes 11. quo pacto ſint veræ hæ propoſitiones, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*, aut *hic eſt ſanguis meus*? Reſpondet. multum diſtrahi Authores. Neque immeritò: cùm ſemper premat illa ratio dubitandi, quòd ad rigoroſam veritatem propoſitionis vocalis, aut ſcriptæ de præſenti, requiritur, quod illius obiectum, aut res ita ſe habeat; ſicùt per propoſitionem enuntiatur. Sed quando à Sacerdote profertur verbum *eſt*, ly *hoc* nequit demonſtrare ad ſenſum, aut ad intellectum aliquid, quod pro illo ſigno ſit corpus Chriſti, neque eſſe poſſit ſub ſpeciebus, quoaduſque ſit finita totius propoſitionis prolatio: (cùm hæc ſit cauſa converſionis panis in corpus Chriſti Domini. Idem dicendum eſt de verbis conſecrationis calicis) ergo prædictæ propoſitiones (*Hoc eſt corpus meum*: *Hic eſt ſanguis meus*) nequeunt eſſe veræ de rigore ſermonis. Cùm de rigore ſermonis priùs tempore, aut ſaltèm natura debeat exiſtere obiectum propoſitionis de præſenti, aut res, quæ per propoſitionem enuntiatur, quàm loquens finiat prolationem propoſitionis de præſenti. Immò, & fortè, antequam incipiat proferre propoſitionem, debeat loquens (aut ſcribens) præcognoſcere, exiſtere rem, quam exiſtere enuntiaturus eſt, ne mendax, falſum dicens, aut ſaltèm temerarius habeatur.

56 Scotus *in* 4. *diſtinct.* 8. *quæſt.* 2. §. *Aliter* duobus modis reſpondet huic difficultati, nempè Logicè, aut Metaphyſicè, & etiam Theologicè. Inter Authores autem tam anti-

antiquos, quàm Recentiores motum eſt diſsidium, illorum aliquot probare conantibus, prædictas propoſitiones (*Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguinis meus*) habere rigoroſam veritatem Logicam, aut Metaphyſicam; alijs autem ſolùm concedentibus illis Theologicam veritatem. Nos autem Scoti mentem ſic declaramus.

Proponitur, & propugnatur primus modus.

57 IGitur dico 1. prædictæ propoſitiones (*Hoc eſt corpus meũ: Hic eſt ſanguis meus*) non ſunt veræ de rigore ſermonis, ſeu logicè, aut metaphyſicè loquendo. Quia quando proferuntur, eorum obiecta non exiſtunt ſaltèm prioritate naturæ; ut *num.* 55. latè expendebamus. ¶ Dico 2. prædictæ propoſitiones ſunt veræ ex intentione loquentis. Conſecrans enim ſolùm intendit, affirmare, quòd ſtatim poſt cōpleta verba conſecrationis, fit converſio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Quod non ſolùm eſt verum, ſed etiam eſt fide certum; præſertim ex Tridentino *ſeſſ.* 13. *cap.* 3. *& can.* 4. Vtramque hanc cōcluſinem ſumo ex Scoto *diſt.* 8. *quæſt.* 2. *§. Aliter à verſ. Poteſt ergo*, quã defendere tenētur omnes Scotiſtæ. Præſertim videatur *Fabro diſp.* 34. *cap.* 3. *à num.* 14. *& ex alijs Lugo diſp.* 11. *a num.* 147.

58 Sed, hanc propoſitionē (*Hoc eſt corpus meum*) eſſe verã de rigore ſermonis, exiſtimant *Caiet. in commentario articuli* 5. *quæſt.* 85. *ſuper* 3. *p. Scotus diſt.* 11. *quæſt.* 1. *art.* 5. *& alij.* In quem ſenſum volunt trahere D. Th. ibi. Tamen D. Th. ſolùm dicit, hanc propoſitionem eſſe veram pro vltimo inſtanti prolationis; nō verò, quòd hoc evenit ex virtute orationis: ut notat Fabro *ibi num.* 12. Sed, hoc ommiſſo, obijciunt, quod Ariſtoteles 1. *Perhiermenias* aſſerit, quod verbum ſignificat compoſitionem extremorum: ergo verbum orationis ſignificat, extrema uniri, & componi ſimul in ultimo inſtanti prolationis orationis. Probatur cōſequentia: quia in illo inſtanti tantùm habetur cōpletus ſenſus orationis. Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dico, verum eſſe, ſolùm pro vltimo inſtanti prolationis haberi completum ſenſum orationis; ex hoc tamen non infertur, rem conceptam, & ſignificatam per illum conceptum habere eſſe pro illo inſtanti, ſeu intelligi, uſque ad illud inſtans nō habere eſſe: quia cōceptus iſtius orationis (*Deus creavit mundum*) habetur tantùm in ultimo inſtanti prolationis verborum illius orationis; & tamen non ſignifica-

ficatur, neque concipitur per illam; extrema illius orationis vniri pro illo vltimo inſtanti prolationis verborum; ſeu pro primo inſtanti creationis mũdi; & pro illo primo inſtanti prædicta oratio eſt vera. Vndè clarè habetur, quòd in alio inſtanti habetur completus conceptus orationis; & in alio ex vi ſermonis oratio eſt vera. Igitur, quod ex illo antecedẽte (*in vltimo tantùm inſtanti prolationis orationis habetur completus ſenſus orationis*) colligitur, eſt, rem per orationem ſignificatam habere eſſe pro tẽpore, quod in oratione conſignificatur.

59 Pro quo notat Fabro. *ibi num.* 14. quod ex libro Perhiermenias verbum ſignificat cum tẽpore. Cùm enim dico (*curro*) ſignifico actionem illam curſus, & etiã ſimul ſignifico, ſeu conſignifico tempus præſens, in quo facio illam actionem. Quarè omne verbũ ſignificat, & conſignificat. Significat (inquam) principalitèr rem, ad quam ſignificãdam eſt impoſitum, & ſimul ſignificat aliquam differentiam tẽporis, (præſentis, præteriti, vel futuri) in quo talis res fit. Vndè fit, quòd quãdo dico: (*Sortes manducat*) de rigore ſermonis hoc verbum *manducat* ſignificat, Sortem, & manducationem copulari, aut vniri pro tẽpore præſenti, quo verba proferuntur, & orationẽ de rigore ſermonis eſſe veram pro tempore præſenti. Si verò dico (*Sortes manducavit*) illud verbum *manducavit* de rigore ſermonis ſignificat, illa duo extrema (Sortem, & mãducationem) iuncta, & copulata fuiſſe pro tempore præterito; & orationem eſſe veram pro tempore prçterito. Et, ſi demũ dico, (*Sortes manducabit*) de rigore ſermonis ſignifico, illa duo extrema (Sortem; & mãducationem) iungenda, aut copulanda eſſe pro tẽpore futuro, & orationem eſſe veram pro futuro tempore.

60 Ex quibus conſtat, quòd, cùm in hac propoſitione (*Hoc eſt corpus meum*) Sacerdos profert verbũ, (*eſt*) corpus Chriſti D. nõſit ſub ſpeciebus; nec poſſit eſſe, quoaduſque finiatur prolatio verborum: cùm completa prolatio verborum formæ ſit cauſa poſitionis corporis (& ſanguinis) Chriſti D. ſub ſpeciebus, fit apertè, prędictam orationem, aut propoſitionem (*Hoc eſt corpus meum*. Idem eſt de iſta: *Hic eſt ſanguis meus*) non poſſe eſſe veram de rigore ſermonis; ſed ſolùm ex intentione loquentis, ſeu conſecrantis, qui ſolùm intendit, affirmare, quod ſtatim poſtquã finita fuerit prolatio verborum formæ, fiet converſio panis in corpus Chriſti D. (& vini in ſanguinẽ) & conſequẽtèr Chriſtus D. erit ſub ſpeciebus conſecratis.

61 Dices: hæ propoſitiones

ſ(ergo

(*ego taceo: ego nihil dico: ego bibo*) & ſimiles ſunt veræ de rigore ſermonis. Sed prædicatum (ſilentium in priori, & potatio in poſteriori) non poteſt coniungi cum ſubiecto quoaduſque oratio, aut propoſitio ſit completè prolata: ergo etiam erit de rigore ſermonis vera illa, (*Hoc eſt corpus meum*) quamvis aliàs prædicatū nō ponatur, quoaduſque tota propoſitio ſit prolata. Reſp. negando maiorem: prædictæ enim, & ſimiles propoſitiones ſolùm ex intentione loquentis poſſunt eſſe veræ. Reſp. 2. negando conſequentiam. Ideò enim prædictæ propoſitiones ſunt veræ de rigore ſermonis, quia in ſua proprietate involvunt intētionem loquentis. Vnde rectè dixit Scotus, *in 4. diſt. 8. quæſt. 2. §. Aliter verſ. Has omnes* (vt notat Fabr. *diſp 34. c. 3. num. 16.*) quòd verbum ſemper ſignificat, extrema orationis coniungi pro tēpore conſignificato, niſi apponantur aliquæ particulæ, & determinationes, quæ ſignificēt, tempus cōſignificatum referri ad aliud tempus: ut eſt in propoſito: nam, cùm dico: *ego taceo* ex proprietate huius ſermonis habetur, (cùm alitèr non poſsit eſſe vera, aut intelligi hęc propoſitio) intentionem proferētis eſſe, quòd in inſtanti ſequēti proximè ad inſtans vltimum prolationis tacebo, & coniungentur illa extrema ego, & deſitio loquendi. In noſtro autem caſu hoc non contingit: quia hę propoſitiones (*Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*) ex vi ſermonis non involvunt intentionem loquētis, aut aliam determinationē, vi cuius habeatur, quòd extrema ſolùm pro vltimo inſtanti prolationis totius propoſitionis coniungentur. Immò in rigore ſermonis loquens ſignificat, corpus, & ſanguinem Chriſti D. contineri ſub ſpeciebus, antequā ipſe incipiat, aut ſaltèm antequam finiat proferre verba conſecrationis.

Proponitur, & propugnatur ſecundus modus.

62 Notabamus *num* 56. Scotum tradidiſſe alium modū defendēdi veritatem harum propoſitionū, (*Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*) nempè Theologicè. Quarè dico 3. hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meum*. idem eſt de hac: *Hic eſt ſanguis meus.*) ſolùm habet veritatem Theologicam. Quia iſta ſufficit ad ſalvandum omnia, quæ fides, & PP. docēt de venerabili ſacramento Euchariſtiæ, nempè in illo verè, & realitèr contineri Chriſtum D. nequè ſubſtantiam panis, aut vini ibi remanere. Cōſiſtit autem hæc veritas Theologica in hoc, quòd viro Theologo certum omnino eſt, Chriſtum D.

D. inſtituiſſe, aut aſſumpſiſſe prædictam propoſitionem, tãquàm ſignum vocale efficax ad ponēdum corpus Chriſti D. ſub ſpeciebꝰ panis. Idem proportionabilitèr dicendum eſt de hac propoſitione *Hic eſt calix ſanguinis mei, aut Hic eſt ſanguis meus* ad ponendum ſanguinem Chriſti D. ſub ſpeciebus vini.) Ita Scotus *in 4. d. 8. q. 2. §. Aliter verſ. Propter hoc Fabro diſp. 34. c. 4. à num. 21. & alij.*

63 Dices: omnis propoſitio eſt vera, vel falſa: ergo prædicta propoſitio, (*Hoc eſt corpus meũ*) quatenùs converſiva, ſeu vt aſſumitur, vt inſtrumentum ad convertendum panem in corpus Chriſti D. debet eſſe vera, vel falſa. Reſp. cum Scoto *ibi verſ. Etſi quæras*, hanc propoſitionem (*Hoc eſt corpus meum*) eſſe converſivam, quatenùs eſt propoſitio neutra, & prior naturalitèr ſua veritate. ¶ Pro quo notat Scotus, & ex ipſo Fabro *num. 21.* hunc ordinem reperiri inter orationem, cõceptum, & veritatem illius; quod oratio ſenſibilis, dùm eſt in ſuo fieri, eſt prior tẽpore, vel natura ſuo cõceptu, eo modo, quo tempus eſt prius ſuo inſtãti terminativo. Prius enim neceſſariò profertur oratio, quàm formetur conceptus illius: & cùm ſucceſsivè proferatur vna dictio poſt aliam, immò & quælibet dictio, fit, quòd conceptus formetur poſt completam prolationem totius orationis, & cõſequentèr, vel in ipſo inſtanti terminativo, vel in ea parte temporis, quæ immediatè illi ſuccedit. Conceptus verò eſt prior veritate ipſius orationis ſaltèm natura, & fortè tempore. Quod probat Scotus exemplo addiſcentis: hic enim prius format conceptũ alicuius concluſionis, quàm illi demonſtretur, quando autem illi demoſtratur, concipit illam ut verã: ergo in illo priori conceperat illam, ut neutram.

64 Vndè infertur, potuiſſe Chriſtũ D. inſtituiſſe hanc propoſitionem (*Hoc eſt corpus meũ*) ut neutram, ut ſignum converſivũ panis in eius corpus. Quod confirmat Scotus inſtantia alicuius orationis, immò & dictionis non ſignificativæ, ad cuius prolationem factam à miniſtro potuit Deus diſponere aſsiſtere ad cauſandum poſitionẽ corporis Chriſti D. ſub ſpeciebus panis. ¶ Quod autem de facto aſſumpſerit Chriſtus D. prædictam propoſitionem (*Hoc eſt corpus meum*) ut neutrã ad converſionem, probat Scotus *ibi §. Aliter verſ. Poſſet quidẽ* ex eo, quòd *Deus ad operationem ſuam non vtitur aliquo ſacramentali, niſi ſenſibili*; ac ſi diceret, quòd omnia, quæ ſe tenent ex parte ſacramentorum (ſaltèm tamquam materiæ, & formæ) debent eſſe ſenſibilia. Sed hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meũ*) quate-

Digitized by Google

quatenùs ſenſibilis, eſt neutra, ſeu eſt prior veritate, & ab illa præſcindit: ergo vt ſic eſt converſiva.

65 Sed contra hoc, quòd illa propoſitio, (*Hoc eſt corpus meũ*) quatenùs neutra, eſt converſiva, Sotus *in 4. quæſt. 11. art. 5. in fine* obijcit: de intrinſeca ratione propoſitionis eſt ſignificare verum, vel falſum: ergo nequit aſſumi, ut neutra, ut inſtrumentum ad converſionem panis in corpus Chriſti D. Reſp. negando antecedens: de intrinſeca enim ratione propoſitionis categoricæ eſt ſignificare affirmando, vel negando: quòd autem id, quod affirmatur, aut negatur, ſit verum, vel falſum, accidit propoſitioni. Immò eademmet numero propoſitio poteſt tranſire de vera in falſã, vel è contra; ſi varietur eius obiectum Sedente enim Petro eſt vera iſta propoſitio, (*Petrus ſedet*) falſa autẽ, ſi ſedere ſinat. Vndè planè habetur, quòd veritas, aut falſitas non eſt de intrinſeca ratione propoſitionis, & conſequentèr, quòd propoſitio in ſuo eſſe eſſentiali (ſaltẽ in primo modo dicendi per ſe) cõſtituta præcedit, ſeu eſt prior ſua veritate, aut falſitate. Atq; adeò, quòd eſt converſiva, quatenùs neutra, ſeu quatenùs præcedit, aut eſt prior ſua veritate, propoſitio iſta. (*Hoc eſt corpus meum*)

66 Reſp. 2. admiſſo antecedente, negando, aut explicando conſequentiã. Quãdo enim dicimus, hanc propoſitionem (*Hoc eſt corpus meum*) eſſe converſiuam, quatenùs eſt neutra, non intendimus, non eſſe verã: ſed quòd veritas illius ad convertendum panem in corpus Chriſti D. materialitèr ſe habet, & tamquam ſi ibi nõ eſſet. (Sicùt muſica in artifice ad ędificandum; albedo in curſore ad currendum, &c.) & ſolùm requiritur poſitio huius ſigni ſenſibilis, ſeu prolati (*Hoc eſt corpus meum*) ſuper materiam debitè applicatam.

DVB. XII.

67 PEtes 12. quid demõſtretur pronomine *hoc*, & *hic* in formis conſecrationis. Reſp. quòd in forma conſecrationis panis pronominè *hoc* demõſtratur individuum, ſeu ſingulare entis univerſaliſsimè ſumpti. Quia hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meum*) æquivalet huic. *Hoc ens, quod continetur ſub ſpeciebus ſacramentalibus panis*, (Quarè in prædicta propoſitione ly *hoc* demóſtrat ad ſenſum ſpecies panis.) *Eſt corpus meum*.

68 Pro cuius intelligentia ſuppono, quòd omnis propoſitio affirmativa, aut negativa eſt quaſi reſponſio alicuius interrogationis. Vndè fit, quòd in propoſitione, in qua dicim⁹

(*Hoc*

Digitized by Google

(*Hoc eſt, vel non eſt Lapis* v.g.) ly *hoc* ſupponat, vel demonſtret idem, quod in interrogatione, cui quaſi reſpōdet, demonſtrabat. Et ideo in prędicta propoſitionē (*Hoc eſt, vel non eſt lapis*) ly *hoc* ſupponit pro ente ſingulari, aut illud demōſtrat: quia in interrogatione hac (*Hoc quid eſt?*) ly *hoc* ſupponit pro ente ſingulari, ſeu illud demonſtrat. Quod indè collat, quòd in quacumque interrogatione, ſupponitur aliquid notum, & aliquid ignotum. Notum (inquā) ſupponitur ſubiectum propoſitionis: cuius eſſētiam, proprietatem, aut affectionem quæro. Ignotum autem, quod ſupponitur, eſt eſſentia, proprietas, aut affectio, quam interrogo. ¶ Hinc fit, quod in propoſitionibus, in quibus rogo, *quid eſt hoc?* ly *hoc* ſupponat pro ente (ſingulari vtique, cùm enim interrogatio ſit de aliquo ſingulari, quod ignoro, ens in eo imbibitum debet eſſe ſingulare) ſolū enim ens cōtingere poteſt ſupponi notum ab interrogante, & omnia alia prædicata illius ignota.

69. Ad rem ergo. Cum hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meū*) ſit quaſi reſponſio huius interrogationis factę Chriſto D (*Domine quid eſt hoc, quod continetur ſub ſpeciebus panis?*) & in prædicta interrogatione ly *hoc* ſupponat pro indiuiduo entis vniverſaliſsimę ſumpti, (quia hoc tantùm neceſſariò ſupponitur notum ab interrogante) ſeu illud demonſtret intellectui ſit, quòd in prædicta propoſitione (*Hoc eſt corpus meum*) ly *hoc* ſupponat pro ente, ſingulari vniverſaliſsimè ſumpto, ſeu illud demonſtret. (Intellectui utiq; nam ſenſui demonſtrat ſpecies panis)

70. Pro illo autem, quod diximus de ſingulari entis univerſaliſsimè ſūpti nota, quòd, ſicùt univerſalia ſunt ſubordinata, ita quod pri° eſt ens, deindè corpus, deindè vivēs; poſteà animal, & demùm homo: ita ſingularia illorum univerſaliū ſunt ſubordinatà, ita quòd pri° eſt hoc ens: ſecūdo hoc corpus; tertio hoc vivens; quarto hoc animal, & demùm hic homo, aut Petrus. ¶ Circa quod benè notat Fabro *diſp.34.cap.2.num.9*: hoc poſſe dupliciter intelligi. Vno modo, quod in re detur ſingulare vniverſalis diſtinctū ab alijs ſingularibus ſpecierum ſpecialiſsimarum. Et, licèt hoc conceſſerit Avicenas; Scotus tamē illud reijcit *in 1.d.3.quæſtione de primo cognito* refutando ſententiam D. Thomæ. Alio modo, quòd priùs concipiatur ſingulare magis vniverſalis, quam minùs univerſalis. Et hoc eſt verū. Et ideo dicimus, quòd in quacumque interrogatione neceſſariò debet ſupponi cognitū ens ſingulare, ſeu ſingulare entis vniverſaliſsimè ſumpti.

Google

ti. Et conſequentèr, quòd in hac, & ſimilibus propoſitionibus (*Quid eſt hoc?*) ly *hoc* ſupponit pro ſingulari entis univerſaliſsimè ſumpti, ſeu illud demonſtrat: ac per conſequens pro eodem ſingulari entis vniverſaliſsimè ſumpti ſupponit, ſeu illud demonſtrat in hac propoſitione, (*Hoc eſt lapis, v.g.*) quæ eſt quaſi reſponſio illius.

71 Vndè conſtat, non ſolũ, quòd in hac propoſitione (*Hoc eſt corpus meum*) ly *hoc* ſupponit pro ſingulari entis univerſaliſſimè ſumpti; ſed etiam, quòd illud ſingulare entis univerſaliſsimè ſumpti eſt indiſtinctũ, ſeu eſt ipſummet corpus Chriſti D. quòd in fine prolationis prædictæ propoſitionis (*Hoc eſt corpus meum*) ponitur ſub ſpeciebus panis.

72 Concluſionem *num. 67.* poſitam, & ex tunc à nobis explicatam defendit Scotus *in 4. d. 8. quæſt. 2. §. Aliter ergo Fabro diſp. 34. à cap. 2. à num. 8.* & cõmunitèr Scotiſtæ. In quam ſententiam Leandrus *tract. 7. diſp. 9. quæſt. 30.* ſatis inclinat, dùm dicit, quòd ly *hoc* denotat aliquam rationem communem ſubſtantiæ, aut entis. Pro qua ſententia citat *D. Th. Palud. Sotum, Ledeſmam, Capreolum, Caiet. Scotum, Durandum. D. Anton. Perreram, Ianſenium, Altiſiodor. Bellarm. Bonac. Granad. & Suar. diſp. 58. ſect. 7.*

73 Sed cõtra obijcies: ly *hoc* ſupponit pro ſingulari entis, quod in fine prolationis huius propoſitionis. (*Hoc eſt corpus meum*) eſt corpus Chriſti D? Ergo hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meum*) facit hunc ſenſum: *Corpus meũ eſt corpus meũ*. Reſp. negandò conſequentiam. Quia in hac (*Hoc eſt corpus meum*) diſtinctus conceptus formatur de ſubiecto, ac de prædicato: de ſubiecto enim ſolùm concipimus rationem entis ſingularis univerſaliſsimè ſumpti; de prædicato autem concipimus rationẽ talis entis ſingularis, ſeu corporis. In iſta verò propoſitione (*Corpus meũ eſt corpus meũ*) idem omninò eſt cõceptus ſubiecti cum conceptu prædicati. Et hinc provenit, diverſum cõceptũ, ſeu ſenſum eſſe huius, (*Hoc eſt corpus meum*) ac illius propoſitionis. (*Corpus meum eſt corpus meum*) Quod conſtat *convertendo propoſitionem:* (inquit Scotus *ibi §. Aliter verſ. Concluſio duodecima*) *quia alius intellectus eſt, corpus meum eſt hoc, id eſt, iſtud ens, & corpus meum eſt corpus meum.* ¶ Vndè conſtat, quòd hæc propoſitio (*Hoc eſt corpus meum*) æquivalentèr, ſeu in ſua converſa (hoc eſt, in iſta: *corpus meum eſt hoc*, id eſt, iſtud ens) eſt formalis rigoroſa. cùm ſuperius prædicetur de ſuo inferiori, in quo formalitèr continetur, ſeu includitur. Iſta verò (*corpus meũ eſt corpus meum*) eſt omninò idẽtica.

74 Obi.

74 Obi. 2. converſio ſacramẽtalis panis in corpus Chriſti D. eſt realis: ergo in forma, quæ illam efficit, pronomen demonſtrativum *hoc* debet demonſtrare aliquid reale indifferens ad ſupponendũ pro duobus, ſcilicèt pro re, quæ convertitur, & pro re, in quam cõvertitur. Sed ens, quod eſt corpus Chriſti in fine prolationis, non eſt indifferẽs: cùm ſit determinatum ad eſſe corpus: ergo ly *hoc* nequit demonſtrare ſingulare entis. Reſp. negãdo minorem, ly enim *hoc* demoſtrat ſingulare entis univerſaliſsimè ſumpti; quod, etſi per prædicatum *corpus* determinetur: tamẽ quatenùs ſe tenet ex parte ſubiecti huius propoſitionis, (*Hoc eſt corpus meum*) eſt indifferens ad ſubſtantiam, & accidens, ſeu ad omnia inferiora, quæ ſub ente cõtinentur, ſeu ad omnia, ad quæ conceptus entis eſt univocus.

75 Deniquè nota de intellectu huius propoſitionis (*Hic eſt ſanguis meus*; aut *Hic eſt calix ſanguinis mei*) quantum ad eius veritatem; necnon & quantum ad ſuppoſitionem, aut demõſtrationẽ pronominis *hic*, ſentiendum eſſe, ſicut de hac (*Hoc eſt corpus meũ*) loquuti ſumus *à num. 67.* immò & *à n. 55.* Quod expreſsit Scotus *in 4. d. 8. quæſt. 2. §. Aliter verſ. Ex his patet* (proſequitur) *de intellectu formæ cõſecrationis ſuper vinum: quia omninò ſimilis poſſet eſſe diſputatio logica, & certitudo Theologica.* In quo conſentiunt Scotiſtæ, præſertim Fabro *diſp. 54. cap. 4. num. 22.* & multi alij: immò & omnes quotquot aſſirmant, ly *hoc* in forma corporis, & ly *hic* in forma ſanguinis ſumi ſubſtantivè, hoc eſt, (ut explicant communitèr AA.) ita ut ex parte ſubiecti huius propoſitionis (*Hoc eſt corpus meum*, aut huius, *Hic eſt calix ſanguinis mei*) ſubintelligatur aliquod nomen ſubſtantivum: ens (inquam) in forma corporis, & potus, aut liquor in forma ſanguinis. Præſertim legatur Leãdrus *num. 72.* citatus, qui non ſolùm ſentit, tanquàm probabilius, ly *hic* in forma cõſecrationis calicis ſumi ſubſtantivè, ſed etiam pro hac ſententia citat Scotum, D. Th. & alios à nobis *num. 65.* citatos.

76 Igitur ut dictis *à num. 55.* ultimam manum imponamus, videamus, quæ dixerint AA. circà hæc duo dubia poſteriora nempè, qua ratione ſint veræ hæ propoſitiones? (*Hoc eſt corpꝰ meum*: *Hic eſt calix ſanguinis mei*; aut *Hic eſt ſanguis meus*) Et quid demonſtrent, aut pro quo ſupponant pronomina, aut potiùs terminationes iſtæ *Hoc*, & *hic* in formis cõſecrationis? Quę duo dubia ita ſunt connexa, vt ſub eodem ab auctoribus tàm antiquis, quàm recentioribus frequentèr diſputentur.

77 In primis ergo hæretici aliqui

aliqui docent, pronomine *hoc* demonſtrari ſubſtātiam panis, & pronomine *hic* ſubſtantiā vini: quas in ſacramento Euchariſtiæ exiſtimant manere ſub ſuis accidentibus; corpus autē, & ſanguinem Chriſti D. nō cōtineri realitèr ſub illis, niſi tāquàm ſub ſigno, & figura. Error tamen, cui modus ille dicendi hæreticorum innititur, reijcietur infra. Ipſe autem modus dicēdi exploditur ex dictis *à num.* 55. Vndè cōſtat, Chriſtū D. verè, & realitèr manere ſub ſpeciebus poſt prolata verba conſecrationis; necnō & nihil ſubſtantiæ panis, & vini ibi manere. Præſertim recolantur dicta *num. 62.*

78 Ex Catholicis autem quidam (ut refert D. Th. *quæſt. 78. art. 5.*) dicunt ly *hoc*, & *hic* pro ſigno, quo proferuntur, demonſtrare ſubſtantias panis, & vini tamquam ſignum corporis, & ſanguinis Chriſti D. non quidem abſolutè, ſed ut cōvertendas in corpus, & ſanguinem Chriſti D. Ita ut ſenſus ſit: ſignificatum per hoc ſignum (quod v.g. eſt panis convertendus in corpus meum) eſt corpus meū. ¶ Hic tamē modus ex eo reijcitur, quòd ly *eſt* extrahit à propria ſignificatione; & ſumit pro verbo *tranſit*: æquivalētèr enim dicit, quòd hęc propoſitio (*Hoc eſt corpus meum*) facit hunc ſenſum: panis tranſit in corpus meum. Quod, etſi conceſſerit noſter D. Bonav. *in 4. d. 8. p. 1. art. 1. quæſt. 1.* reijcitur communitèr: eo quòd verba ſcripturæ non ſunt extrahenda à propria ſignificatione ſine vrgente neceſsitate.

79 *Suar. diſp. 8. ſect. vlt. Palud. Capreolus, Sotus, & Valentia* dicunt, pronomen *hoc* ſtatim, ac profertur, demonſtrare aliquid comune pani, & corpori Chriſti D. Et tale commune vocant contentum ſub ſpeciebus: & habet vim ſingularis vagi; eſtque præſens, quādo ly *hoc* profertur, ita ut ſenſus ſit: contentum ſub ſpeciebus eſt corpus meum. ¶ Sed contra: quia ſtatim, ac profertur ly *hoc*, & ante prolationem aliorum verborū contentum ſub accidentibus, ſeu ſpeciebus panis, nō eſt corpus Chriſti, ſed ipſe panis. quare propoſitio erit falſa. ¶ Dices: hæc propoſitio eſt vera, (*Hæc herba naſcitur in horto meo*) oſtenſa herba, quę naſcitur alibi: ergo etiā iſta erit vera (*Hoc eſt corpus meum*) oſtenſo aliquo cōmuni pani, & corpori Chriſti D. Reſp. quòd in illa propoſitione ly *herba* ſupponit ſuppoſitione accommoda pro natura generica, aut ſpecifica: quia ſēſus eſt: *hoc genus, aut hæc ſpecies herbæ naſcitur in horto meo*. In hac autem propoſitione (*Hoc eſt corpus meum*) ly *hoc* ſupponit, ſeu demōſtrat ſingulare ex demonſtratione, quod eſt panis: nec pro ſigno prolationis ly *hoc*,

hoc, & antequã alia verba formę proferantur, aſsignabile eſt aliquid commune pani, & corpori Chriſti Domini. Quarè in forma reſpondetur negando ſuppoſitum coſequentis: nempè, quod pro illo ſigno prolationis particulæ *hoc* per ly *hoc* poſsit oſtendi, aut demonſtrari aliquid commune pani, & corpori Chriſti D. aut aliquod ſingulare vagum.

80 Inſtabis: accidentia panis ſunt quid commune ſubſtantiæ panis, & corporis Chriſti D. ergo ly *hoc* in ſigno ſuæ prolationis demonſtrat prædicta accidentia. Reſpondetur ita eſſe, ſed non ad rem: non enim loquimur de demonſtratione ad ſenſum; (non enim dubitamus, ly *hoc* ſenſibus demonſtrare accidētia panis) ſed ad intellectum: cui prędicti Auctores dicūt, per ly *hoc* in ſigno ſuæ prolationis demonſtrari ſingulare vagum, ſeu commune pani, & corpori Chriſti Domini, quod ipſi vocant contentum ſub ſpeciebus. Contra quos nos affirmamus, pro illo ſigno nullum ſingulare vagum ibi reperiri, ſed tantùm ſubſtantiam panis. ¶ Contra: in noſtra ſententia ly *hoc* pro ſigno ſuę prolationis demonſtrat ſingulare entis communiſsimè ſumpti. Sed hoc ſingulare eſt cōmune pani, & corpori Chriſti D. ergo non diſcordamus à prædictis Auctoribus. Reſp. ita eſſe; ſi ipſi, quod nos vocamus ſingulare entis communiſsimè ſumpti; vocent contentum ſub ſpeciebus, quod eſt ſingulare vagum, & cōmune pani, & corpori Chriſti D. in eorum ſentētia. Nec noſtrum negotium eſt ab alijs Auctoribus diſcordare; ſed veritati adhærere. Quarè nobis non erit indecorum cum prædictis Auctoribus convenire, ſi ipſi ſingulare entis communiſsimè ſumpti (quod nos dicimus demonſtrari pronomine *hoc*) velint appellare ſingulare vagum, aut quid commune pani, & corpori Chriſti D. contentum ſub ſpeciebus.

81 *Henrichus quodl.9.* docet, pronomine *hoc* toto tempore enuntiationis conſecrationis ante finem demonſtrari panem ſecundum ſe; in fine verò, ſeu finita enuntiatione, demonſtrari corpus Chriſti D. vel panē, prout converſum in corpus Chriſti D. ¶ Sed contra: quòd omninò voluntariè, immò, & commentitiè dicitur, quòd eadem vox ſemel prolata abſque repetitione illius in uno, & eodem contextu orationis pro diverſis partibus durationis poteſt habere varias ſignificationes: quia in voce ſemel prolata ſecundum unam ſignificationem, & ea prolata non retractata, & aliàs non repetita, non poteſt non durare eadem ſignificatio.

82 *Gabriel lect.48. lit. M. &*

X *Mar-*

Marſilius in 4. *quæſt*. 6. *artic*. 1. ita explicant pronomen *hoc*, ut ſenſus huius enuntiationis (*Hoc eſt corpus meum*) ſit iſte: *Id in quod convertendus eſt panis, hoc eſt corpus meum*. Quia ſentiunt, pronomen *hoc*, ita demonſtrare corpus Chriſti D. ut etiam connotet panem convertendum. ¶ Sed contra, quòd hic modus explicandi propoſitiones factas per verbum *eſt*, eſt improprius, & inuſitatus.

83 *Vazquez diſput*. 201. *cap*. 4. *Guitmundus, Maior, Sainctes, Maldonatus, & Becanus, quos citat, & ſequitur G. Hurtado diſput*. 3. *difficul*. 10. affirmant, pronomen *hoc* in forma corporis, & *hic* in forma calicis non ſumi ſubſtantivè, ita ut ſub ipſo aliquid intelligatur, quod ſe teneat ex parte ſubiecti in enuntiatione; ſed tantùm ſumi adiectivè, ita ut in fine prolationis verborum demonſtret ipſum prædicatum, (pronomen *hoc* ſub neutra terminatione *corpus*; & ſub maſculina *calicē*) & ad ipſum proximè, & immediatè referatur, & nomini ipſius prædicati proximè coniungatur, tanquàm adiectivum ſubſtantivo, & cum eo conveniat in genere, & numero, & caſu, & ſignificatum per ipſum pronomen ponatur pro ſubiecto, quamvis diverſo modo ſignificatum, & apprehenſum, quàm per nomen *corpus*, & per nomen *calix*. ¶ Sed contra hos AA. militat, quòd ly *hoc* debet ſumi ſubſtantivè. (in ſenſu *num*. 75. explicato) Quod mihi eſt tenendum loquẽdo de quacumque propoſitione, ſivè ponatur pro ſubiecto, ſivè pro prędicato ly *hoc*. Quarè in hac propoſitione (*Hoc eſt corpus meum*) ly *hoc* demonſtrat pro ſigno ſuæ prolationis ſingulare entis cõmuniſsimè ſumpti. (iuxta dicta *à num*. 68. Idemque dicendum eſt de hac propoſitione. (*corpus meum eſt hoc*. Quæ eſt converſa illius, *Hoc eſt corpus meum*) Quia demonſtrativum proximè, & immediatè debet demonſtrare aliquid, quod neceſſariò ſub ſe intelligitur.

CAP. VII.

De Converſione, ſeu tranſubſtantiatione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti D. ſeu de reali eius præſentia in Euchariſtia.

Poſtquàm egimus de materia ſuppoſita ad confectionem ſacramenti Euchariſtiæ; necnon & de forma conſecrationis; ſuccedit, indagare effectum huius formæ applicatæ materiæ. Qui effectus à Catholicis appellatur *tranſubſtantiatio*, hoc eſt, conver-

verſio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Quam converſionem Euchariſticam, ſeu tranſubſtantiationem Auctores huius temporis, ut adæquatè declarent, aliqua dubia de converſione in communi præmittunt examinanda.

DVB. I.

1 Petes primò. Quid ſit cõverſio? Et quas conditiones requirat? Reſpondetur (ad primum) converſionem *eſſe tranſitum unius rei in aliam*. Quod non eſt probandum, ſed ſupponendum ex conceptu, quem de converſione formant loquentes de illa. Præſertim legantur Lugo *diſput. 7. à num. 1. & Coninch quæſt. 75. à num.* 133. qui meritò notat, præſens dubium magis eſſe de nomine, quàm de re.

2 Igitur ex eo, quòd converſio ſit *tranſitus vnius rei in aliam*, infertur, (& eſt reſponſio ad ſecundum) quot, & quales conditiones requirit converſio. Prima eſt, quòd ſit inter terminos poſitivos: ut conſtat ex illis verbis *vnius rei in aliã*. Quod enim non habet eſſe poſitivè, non dicitur abſolutè res, ſed carentia rei, aut res cum addito, nempè poſsibilis, præterita, aut futura. Defectu huius conditionis, nequè creatio, nequè corruptio ſunt cõverſiones. Immò, nequè generatio; niſi aliàs conſideretur, in quantum forma ignis, v.g. expellit formam ligni, hoc eſt, in quantum pro termino *à quo* habet formam præexiſtẽtem, quæ deſinit per formam advenientem. Cùm autem generatio id non petat per ſe, & ſalvetur ſufficientèr habendo pro termino *à quo* carentiam formæ advenientis: (ut contigit in prima conditione rerum: quippè tunc formæ cœlorum, v.g. eductæ fuerunt ex materia, quæ ſolùm in prioritate naturæ præceſſerat ſine forma, nullamque formam præexiſtentem habuerat) conſtat planè, generationem ex ſe non petere verſari inter terminos poſitivos, ſeu non petere pro termino *à quo* aliquid poſitivum.

3 Secunda conditio eſt, quòd terminus *à quo* deſinat eſſe. In hoc enim converſio differt à translatione locali: in qua idem ſubſtantialitèr perſeverans amittit unum locum, (naturalitèr loquendo) ut acquirat alium. In converſione autem id, quod converti dicitur in aliud, amittit ſuum eſſe ſubſtantiale: vt conſtat in quacumque converſione: ut enim ex ligno fiat ignis, eſt ſimplicitèr neceſſarium, quòd amittat eſſe lignum; ut frigidum fiat calidum, quòd amittat eſſe frigidum; ut homo fiat ca-

immò & cum ſuis accidētibus converteretur in aliā. Quarè huic ultimæ conditioni immeritò aliqui Scotiſtæ abſolutè, & ſine diſtinctione à nobis facta fidūt. Nec capio quomodo cohæreat cum illa doctrina Scoti (*in* 4. *d.* 10. *q.* 1. *§. Contra verſ. Quarto*) quòd panis potuit converti in corpus Chriſti D. exiſtens in cœlo. In quo caſu debemus dicere, accidentia panis (ſi perſeverarent) non eſſe communia pani, & corpori Chriſti D.

DVB. II.

6 Petes 2. an quælibet creatura poſsit converti in quamlibet creaturam? Reſp. affirmativè: Quia quælibet creatura eſt ſub poteſtate Dei, quantum ad eſſe, & quantum ad non eſſe. Quarè poteſt Deus non ſolùm dare eſſe cuicumque, & quamcumque deſtruere; ſed etiam diſponere, quòd ad poſitionem unius deſtruatur alia. Sicùt de facto diſpoſuit, quòd ad poſitionem corporis Chriſti D. ſub ſpeciebꝰ deſtruatur ſubſtantia panis. Ita Scotus *in* 4. *d. ſt.* 11. *quæſt.* 1. *§. De ſecundo verſ. Secundum, & quæſt.* 2 *§. Hæc quæſtio verſ. De ſecundo, & quol.* 10. *§. & verſ. De primo, & communiter Scotiſtæ, immò Fabro ſup.* 4. *diſt.* 45. *capit.* 2. *num.* 6. dicit, in hoc convenire omnes Theologos, qui hanc materiā tractant. Pro qua ſententia Suarez citat *D. Thomam* 3. *p. quæſt.* 75. *artic.* 4. *ad* 3. *Caiet. Sotum, Scotum, Richardum, Paludanum, Capreolum, Durandum, Gabr. vel Guilliermum, Rub. Cab. & Canum*: additque, dixiſſe Bellarminum *lib.* 3. *de Euchariſt. capit.* 13. hanc ſententiam debere eſſe fidelibus indubitatam. Ipſe tamen Suar. *ibi* exiſtimat, hanc quæſtionem non poſſe ita generatim ſumptam commodè definiri, & explicari. Quo autem iure citentur prędicti omnes AA. à Suario non expendo: etenim non pauci aliquos illorum noſtræ ſententiæ, non ſolùm non favere, ſed etiam illi autumant adverſari.

7 Sed contra hanc concluſionem obiicies D. Auguſtinum 7. *de Geneſi ad litteram cap.* 4. *& Boetium lib. de Duabus naturis & una perſona Chriſti cap.* 7. dicentes: *Nullo modo poteſt corpus converti in ſpiritum; nec è contra.* Reſpond. loqui de converſione formali, in qua manet ſubiectū commune; non autem de totali. Ita *G. Hurt. diſp.* 4. *d. ſ. c.* 13. *ſecutus Maiorem, & Vazquez.* Reſpond. 2. ex Scoto, (*in* 4. *diſt.* 11. *quæſt.* 2. *§. Ad argumenta à verſ. Ad tertium*) dici ſimpliciter impoſsibile: eo quod reſpectu agentis creati prædicta converſio habet plures rationes impoſsibilitatis, quam converſio corporis in corpus. Cùm enim unum corpus conveniat cùm alio in materia, & quantitate,

tate, etſi aliàs habeat (aliquod corpus reſpectu alicuius) aliquam aliam rationem repugnantiæ, ut convertatur; ex parte, qua convenit utrumque in materia, minus repugnantiæ habet, quàm ſpiritus, ut convertatur in corpus, vel è contra cùm ſpiritus, & corpus non habeant conveniētiam in materia. Igitur propter hanc maiorem repugnantiam Auguſtinus, & Boetius vocarunt impoſsibilem converſionem ſpiritus in corpus, aut è contra: non tamen, quia reſpectu Dei ſit impoſsibilis. ¶ Addit Felix, (*in manuſcriptis de Euchariſt. cap. 8. diff. 5.*) quòd Boetius arguebat contra Euthichetē dicentem, humanitatem poſſe converti in Deum. Quod Boetius iudicat impoſsibile: ſicût & nos: ut à *num.* 13. conſtabit.

8 Obijcies ſecundò, quòd, ut vnum convertatur in aliud, debet eſſe aliquid commune utrique: ergo ſaltèm ſpiritus nequit converti in corpus, aut è contra. Reſp. negando conſequēriam: habent enim aliquod commune, in quo conveniant, cùm utrumq; ſit ens creatum, aut creabile: & conſequentèr utrumque habeat habitudinem ad idem agens potens producere, & deſtruere quodlibet illorum. Quod ſufficit, ut termini converſionis dicantur habere aliquod commune, in quo cōveniant: (admiſſo, hanc cōditionem requiri ad converſionem) ut docent *Scotus quodlib. 10. §. & verſ. Ad argumenta, & verſ. Aliter, D. Thom. 3. p. quæſt. 75. artic. 4. ad 3. & alij.* Quamvis enim Angelicus Doctor ibi ſolùm requirat ad converſionem convenientiam extremorum in ratione entis, intelligendus eſt de ente creato: ut illum intelligit Caietanus ibi; & alij.

9 Ex dictis pro hac concluſione refutatæ manent aliquæ ſententiæ nobis oppoſitæ. Prima eſt Durandi *in 4. diſt. 11. q. 2, n. 6. & q. 3.* exiſtimantis, impoſsibilem eſſe converſionem totius ſubſtantię in aliam. Ideoque in Euchariſtia dixit, manere materiam panis, & vini animati anima, & forma corporis, & ſanguinis Chriſti D. quia impoſsibile putavit, tranſubſtātiationem alitèr fieri poſſe, niſi manente communi ſubſtantia. ¶ Sed contra, quòd Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2.* apertè docet, totam ſubſtantiam panis, & vini in Euchariſtia tranſire in corpus, & ſanguinem Chriſti D. Propter quod Vazquez *diſp. 184. capit. 1. num. 2.* dicit, quòd hæc Durandi ſententia apertè damnata eſt ab Eccleſia. ¶ Sed obijcit Durandus: ſi talis eſſet deſitio ſubſtantiæ, quòd nihil illius prorſùs remaneret, eſſet vera illius ſubſtantiæ annihilatio non minus, ac ſi nulla alia ſub-

ſubſtantiæ ei ſuccederet: ac per conſequens non eſſet converſio: id enim, quod annihilatur, inepte dicitur in aliud converti. Reſpondetur negando antecedens: quia, etſi ſubſtantia illa totalitèr (etiam cum ſuis accidentibus) deſtrueretur, adhùc non eſſet annihilatio, ſed converſio: cùm non deſineret, aut non tranſiret in nihil, ſed in aliquid poſitivum.

10 Secunda ſententia, quę refutatur ex dictis, eſt G. Hurtado *diſput.* 4. *diffic.* 13. qui ſecutus *Palud. & Vazquez.* affirmat, tunc ſolùm unam ſubſtantiam poſſe converti in aliam, quando habent accidentia cõmunia, & ſenſibilia, quæ demonſtrari poſsint pronomine *hoc.* ¶ Sed contra, quòd, nullo communi exiſtente, aut manente, erit verum, hoc fit illud, aut illud fit ex hoc. Sicut, ſi de facto deſtruerentur etiam accidentia panis in Euchariſtia, eſſet verum, quòd ex pane fit corpus Chriſti, & ex vino ſanguis illius.

11 Tertia ſententia (ex dictis pro noſtra reiecta) eſt Suarez, qui *diſput.* 5. *ſect.* 10. dicit, hanc propoſitionem (*quodlibet creatum in quodlibet creatum poteſt converti*) non eſſe vniverſalitèr veram. Et ad hoc probandum multa congerit: §. enim *Dico quarto* affirmat, non poſſe converti id, quod ita totalitèr deſtruitur, ut nihil illius maneat. Reſpondetur negando ex dictis *num.* 9. & 10.

¶ Obijcies ſecundò, impoſsibilem eſſe converſionem rerum ſimplicium: (ut ſunt materia, & forma) quia non habent materiam, & formã: quæ ad conuerſiones materialem, & formalem ſunt neceſſariæ. Cùm converſio formalis ſit, quæ fit per ſucceſsionem diverſarum formarum in eodem ſubiecto. Converſio autem materialis eſſet, in qua, manente eadẽ forma, deſtrueretur prior materia, & poneretur alia. Reſpond. cum Fabro *diſput.* 41. *num.* 9. illam propoſitionem Scoti, & ferè omnium Theologorum (*quodlibet creatum in quodlibet creatum poteſt converti*) eſſe intelligendam de converſione totali, non de particulari: de qua procedunt, quæ expendit Suarez de converſione materiali, & formali.

12 Reſpondetur ſecundò, illam propoſitionem eſſe vniverſalitèr veram, tàm de entitate totali, quàm de partiali, tàm de ſubſtantia, quàm de accidenti. Quarè poteſt Deus convertere accidens in ſubſtantiam, & è contra; formam in materiam; & è contra: partem in totum; & è contra: corpus in ſpiritum; & è contra. Quia omnia iſta ſunt ſub poteſtate Dei, quantum ad eſſe, & non eſſe: poteſtque diſponere, quòd ad poſitionem unius de-

Digitized by Google

deſtruatur aliud, vel è contra, quòd ad deſtructionem huius ponatur aliud. Quòd autem res, in quam facta eſt converſio, ſit incompoſsibilis cum alia, (ut ſi albedinem Petri converteret Deus in aliquod individuum ſubſtantiale, Paulum, v.g. quod non poteſt inhærere Petro; ſicùt ei inhærebat præexiſtens albedo) non obſtat, ut dicamus converſionem cuiuſcumque creaturæ in aliam eſſe poſsibilem: cùm revera abſolutè poſſit Deus individuum ſubſtantiæ producere ad deſtructionem albedinis Petri, v.g. quãvis non ſit factibile, quod prædictum individuum informet Petrum, ſicùt illum informabat albedo converſa: etenim, quòd poſt converſionem nequeat fieri hæc informatio, non pertinet ad lineam cõverſionis, aut non officit converſioni iam factæ.

DVB. III.

13 PEtes tertiò, an creatura poſsit converti in Deum? aut è contra, Deus in creaturam? Reſpondetur negativè. Quia Deus non eſt ſub alicuius poteſtate (adhùc ſui ipſius) quantum ad eſſe, & non eſſe: etenim eius exiſtentia eſt omninò neceſſaria. Ita Scotus *in 4. diſtinct. 11. quæſt. 2. §. & verſic. Hæc quæſtio, & alibi, & communiter Scotiſtæ; immo Fabro diſput. 41. capit. 2. num. 5.* dicit, quòd in hoc omnes Theologi conveniunt. Quod certum debet, eſſe ſaltèm de ſecunda parte concluſionis, nempè, quòd Deus nequit converti in creaturam: ut meritò ſupponit G. Hurtado *diſput. 4. diff. c. 14.* Igitur ex alijs noſtram concluſionem (quoàd primam partem, hoc eſt, quòd creatura nequit converti in Deum) defendunt *Vazquez, Suarez, Ægidius, quos citat, & ſequitur G. Hurt. ibi*, dicens, quod ſic communitèr docent Theologi.

14 Sed, creaturam poſſe in Deum converti, dicunt multi, docuiſſe Caietanum *3. par. quæſt. 2. artic. 1.* teſte Coninch *quæſt. 75. num. 149.* Immò nonnulli Recentiores prò hac ſententia referunt Maiorem *in 4. diſtinct. 11. quæſt. 1.* ut notat Vazquez *diſput. 184. num. 29.* Qui tamen utrumque ab hac ſententia excuſat. Sed, quidquid ſit de patronis huius ſententiæ, obijcitur; panis convertitur in corpus Chriſti præexiſtens: ergo poſſet ſimiliter converti in Deum. Patet conſequentia: quia præexiſtentia tantùm poſſet obſtare; quarè, ſi iſta non obſtat, non apparet aliundè repugnantia. Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dico, dupliciter ſumi converſionẽ; & utroque modo ſumptam repugnare Deo. Si enim ſu-

ſumatur converſio pro adductione corporis Chriſti D. per quam actionem fit præſēs ſpeciebus, quibus præſens anteà non erat; planè repugnat Deo, quia à nullo loco, aut re abeſſe poteſt. Si autē converſio ſumatur pro actione, vi cuius vnum deſinit, & aliud novitèr ponitur in rerum natura, aut ſaltèm petit poni; etiam planè repugnat Deo: cū nulla ſit actio creata, vi cuius producatur Deus, aut ſaltèm petat produci.

DVB. IIII.

15. PEtes 4. Quid ſit tranſubſtātiatio? Et an ſit poſsibilis? Reſp. (ad primum) quòd *eſt tranſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiam.* ¶ Ly *tranſitio* ponitur pro genere; in quo *trāſubſtantiatio* convenit cùm alijs actionibus, (cum generatione, corruptione, latione, &c.) in quibus terminus *à quo* (ſivè ſit quid poſitivum, ſivè carētia) neceſſariò petit. Quarè Vazq. *diſput.* 184. *num.* 2. immerito dicit, quòd Scotus in hac diffinitione nihil commune poſtulat. ¶ Per ly *totalis* differt *trāſubſtantiatio* à generatione, in qua, etſi neceſſariò pereat totum præcedens; (quandò totum præceſsit) non tamen omnes partes illius. Differt etiam ab alteratione, & augmentatione, in quibus acquiritur aliquid ſine deperditione totius præcedentis, vel alicuius illius partis. Differt itē à latione, in qua prior præſentia deperditur, (de lege ordinaria) ut nova acquiratur. ¶ Per ly *ſubſtantiæ in ſubſtantiam* differt a tranſaccidentatione, ſeu tranſitione accidētis in accidens. Ita Scotus *in 4. d. 11. q. 1. per totum §. De primo.*

16 Ad ſecundùm quæſitum reſpondetur, *tranſubſtantiationē* modò explicatam eſſe poſsibilem. Quia id, quod poteſt eſſe totaliter novum, ſeu novitèr poni, non repugnat, quòd ſuccedat alij, quod totalitèr deſinat eſſe: ergo virtute divina fieri poterit, quòd una ſubſtantia totalitèr producatur, ſeu novitèr ponatur, & altera totalitèr deſinat; nècnon & poterit diſponere, quòd ad poſitionem vnius deſinat alia, aut ē cōtra, quòd ad deſitionē vnius alia ponatur. Ita Scotus *ibi §. De ſecundo verſ. Primum.* ¶ Advertit autem *verſ. Secundū*, virtute divina tantùm poſſe fieri trāſubſtantiationē: ſolus enim Deus poteſt totalitèr producere, & deſtruere totum ſubſtantiale quoad omnes eius partes: materiæ enim primæ creatio, & annihilatio tantùm ſubiacent poteſtati divinæ.

(.§.)

DV-

DVB. V.

17 PEtes 5. quid neceſſariò ad tranſubſtantiationem requiratur? Reſp. cõſtare ex dictis præſertim *num.* 15.& 16. quòd ſubſtantia duplex debet reperiri, vna, quæ deſinat, & alia, quæ illi ſuccedat, & conſequentèr requiritur ordo ſucceſsionis inter prædictas ſubſtantias. Itèm requiritur aliqua repugnantia, ſeu incompoſsibilitas inter prædictas ſubſtantias talitèr, ut ex vi poſitionis vnius alia auferatur; aut è contra, ex vi deſitionis vnius ponatur alia. Quā repugnantiam vocant multi connexionem propter rationem dictam, nempè quia poſitio vnius connectitur cum deſitione alterius. Recolantur dicta *num.* 4. immò & dicta à *num.* 1. Cùm enim tranſubſtantiatio ſit ſpecies converſionis, omnes conditiones ad converſionem neceſſariæ, & ibi à nobis enumeratæ in trāſubſtantiatione debent reperiri: & ſuper illam ſolùm debet addere, quòd ſit cõverſio ſubſtantialis eo modo, quo *num.* 15. explicuimus.

18. Vndè infero, ad tranſubſtantiationem eſſe accidentarium, quòd vna, vel diverſis actionibus deſinat ſubſtantia præcedens, & nova ponatur: ſivè enim vno, ſivè altero modo fiat, ſemper erit verum, quòd deſinit vna ſubſtantia, & ponitur alia cum ordine ſucceſsionis. Propter eamdem rationē erit omninò accidentarium ad tranſubſtantiationē, quòd ſubſtantia præcedens deſinat hoc, vel illo modo. (nempè per annihilationem corruptionem, aut alitèr) Erit ſimilitèr accidentariū, quòd ſubſtantia, quæ præexiſtenti ſuccedit, ſeu novitèr ponitur, hoc, vel illo modo, aut actione ponatur, rempè per creationem, conſervationem, adductionē, vel alitèr. Vt enim nupèr expendebamus, ſivè hoc, ſivè illo modo vna deſinat, & alia cum ordine ſucceſsionis ponatur, erit verum, quod eſt *tranſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiam*. Quod ad tranſubſtantiationem ſufficit, & eſt neceſſarium: vt *num.* 15 dicebamus.

DVB. VI.

19 PEtes 6. per quā actionem Chriſtus D. ponatur præſens ſub ſpeciebus? Reſp. quòd per actionē adductivam. Quia ex vna parte neceſſarium eſt admittere actionem adductivam: (cùm de fide ſit, Chriſtum D. verè, & realitèr contineri in Euchariſtia: & aliàs ex vi actionis productivæ, ſeu converſivæ nō petatur poni hìc potiùs quàm alibi) & ex alia ipſa ſufficit ad ſalvandum, quod Eccleſia docet de hoc myſte-

myſterio ex parte termini *ad quem*, nempè in ipſo *verè, realitèr, & ſubſtantialitèr contineri Chriſtum D.* vt loquitur Tridētinum *ſeſſ. 13. can. 1.* Hanc concluſionem apertiſsimè defendit Scotus *in 4. d. 11. quæſt. 3. §. Quātum ergo à verſ. Sed illud.* vbi Cavellus pro illa citat *D. Bonav. Occam, Petrum de Aliaco, Maiorem, Rubium, & Maironem*, dicitque, in illam inclinare Alēſem; atque immeritò aliquos Scotiſtas velle interpretari Scotum de tranſubſtantiatione productiva: quia clarè (ſubdit Hugo) hic dicit, eſſe adductivā.

20 In eadem ſententia perſiſtit Scotus *in Reportatis eadem quæſtione §. Et verſ. Ideò dico*, qua tenus ſtatuit, poſsibilem eſſe *converſionem totalem in præexiſtens, nulla mutatione facta in termino ad quem, quantum ad abſolutum.* Et paulò inferiùs ſic concludit. *Igitur ipſa* (tranſubſtantiatio) *poteſt eſſe, ſicut priùs declaratur, totius in totum, licèt terminus ad quem per hoc non accipiat aliquod eſſe abſolutum.* Expendo ly *abſolutum*: per illud enim ſatis declarat, impoſsibile eſſe, terminū præexiſtētem (nempè corpus Chriſti D.) per trāſubſtantiationem nō accipere aliquod eſſe reſpectivum, nempè eſſe hic, ſeu præſentialitatem ad ſpecies. ¶ Inſuper perſiſtit Scotus in noſtra concluſione *quodl. 10. §. Et verſ. Ab iſta* verbis illis, & *tunc concedi poteſt, quòd nō eſſet hic novitas in termino, niſi ſecundum iſtam præſentiam, ſecundum quam nunc verè, & realitèr eſt hic, & priùs non fuit hic, dùm ſubſtantia panis fuit hic.*

¶ Ex quibus conſtat, dubitari nō poſſe, eſſe ſententiam Scoti, tranſubſtantiationē eſſe actionem adductivam ex parte termini *ad quem*. Quod & fatētur tàm exteri, quā noſtri: Præſertim legātur (noſtris omniſſis id paſsim conclamantibus) *Vazq. diſp. 181 cap. 2. à num. 13. Suarez diſp. 50. ſect. 4. & G. Hur. diſp. 4. diff. 5.*

21 Hanc noſtram ſententiā expreſsè defendunt *Rada 4. p. cōtrov. 7. art. 2. concluſ. 9. & Tartaretus in 4. d. 11. q. 3. §. Pro ſolutione: & pro ipſa citantur à Recētioribus (præcipuè Suar. ibi) Guilliermus de Rubione, Mayron, Occamus, Petrus de Aliaco, & Ledeſma.* Dicuntque, huic ſententiæ favere *D. Bonav. Alenſem, & Marſilium.* Et addunt, hanc ſententiam libētèr amplecti Modernos ſcribentes cōtra hæreticos: quia facilitatem quamdā præſefert: vt videre eſt *in Bellarmino lib. 2. de Euch. cap. 18. in Ioan. Heſſels, Claudio, & Guilbl. Pariſ.* Et quamvis Vazq. *ibi à n. 15.* expēdat, aliquot ex his Auctoribus immeritò pro noſtra ſententia citari; nec ipſe, neq; alius dubitat, multos pro ſe habere patronos.

22 Solùm contra ipſū Vazq. expenderem ego, quàm frivolum

lum ſit, ... notat ex Bellarmino, vt dicat, illuſtriſsimum Cardinalem noſtram ſententiã non docere. Notat (inquam) Vazq. dixiſſe Bellarminum, terminum *ad quem* huius conuerſionis eſſe *ſubſtãtiam: eo quod per conuerſionem non ſit præſentia*: Nos autem contra prædictum Vazq. expẽdim⁹, apertè dixiſſe Ballarm. *conuerſionem panis in corpus Chriſti D. non eſſe productiuam, neque conſeruatiuam, ſed adductiuam corporis Chriſti D.* Friuolè ergo putat Vazq. Bellarminum per illa, quæ Vazq. notat, id, quod expreſsiſsimè dixerat, deſtruere. Igitur utrumque cohæret, nempè, & quod conuerſio ſit actio adductiua; & quòd termin⁹ eius ſit ſubſtãtia. Quia, etſi in corpore Chriſti D. nulla noua entitas abſoluta producatur per conuerſionem; ſed tantùm noua præſentia ad ſpecies; tamẽ actio adductiua verſatur materialitèr circa corp⁹, quod per ipſam adducitur, & ideo præſentia illa noua (ſiuè reſultet, ſiuè directè producatur: iuxta diuerſè ſentientes) non remanet extra ſubiectum; ſed in ipſo Chriſti D. corpore. Propter quod ipſummet corpus dicitur terminus cõuerſionis adductiuæ, aut quia eſt pars huius totius; (*corpus habens nouã præſentiam*) aut ſaltèm, quia eſt ſubiectum nouę præſentialitatis Chriſti D. ad ſpecies. Inſupèr expenderem ego, quã meritò Bellarminus, & alij Controuerſicæ huic Scoti ſententiæ ſubſcribant: hæreticis enim myſteria noſtræ fidei ſunt proponenda ſub illis opinionibus, & explicationibus, quibus, & quæ Catholica docet Eccleſia, ſaluentur & ipſa myſteria captu intelligibiliora reddantur. (Quod non ſolùm in Theologis Controuerſiſtis, ſeu cũ hęreticis agentibus, ſed etiã in quomodocumque, & in quacũque materia diſputãtibus maximè exoptarem.) Cùm ergo fides doceat, in venerabili Euchariſtiæ ſacramẽto fieri conuerſionem ſubſtantiarum talitèr, ut ſubſtantia corporis Chriſti ſic ſuccedat ſubſtantiæ panis, (& ſubſtantia ſanguinis ſubſtantiæ vini in calice) ut nihil panis maneat. Et hanc ſubſtantiarum ſucceſsionẽ Tridentinum vocet conuerſionem vnius in aliã: non ad fidem, immo neque ad merè Theologum, ſed ad purè metaphyſicum ſpectabit diſputare, an hæc cõuerſio terminetur ad eſſe ſubſtantiale corporis ſub ratione ſubſtantiali? Siuè ad eius præſentiam (ſicuti ad metaphyſicum ſpectat, inueſtigare; an in hac cõuerſione panis annihiletur? An verò alitèr deſtruatur? Vt bene vid. Rada 4. p. *contro*v. 7. *art*. 2. §. *ſed inquiret*.) Et conſequentèr illa ſententia meritò eſt præferenda, quæ veram, realem, & ſubſtantialem hanc Chriſti D. præſentiam

tiam intelligibiliorem reddat, & faciliùs declaret.

23 Igitur, ommiſsis dictis *n.* 22. cõtra annotationem Vazq. prò infirmãda authoritate noſtræ ſententiæ, & reſumendo id, quod *num.* 21. dicebam?, nequè Vazquez, nequè ullus alius negare poterit, concluſionem noſtram multos ex ibi enumeratis habere patronos. Quibus eminentiſsimum Lugum (aliis ommiſsis) annectere libuit. Tũ quia hoc noſtro ſæculo probata pollet (& meritò) auctoritate. Tùm, & præcipuè, quia in re noſtram defendit ſententiam; etſi alias ipſi diſpliceat modus iſte loquendi; (*tranſubſtantiatio eſt actio adductiva corporis Chriſti D. vt ſit ſub ſpeciebus*) dicatque, meliùs dicendum fore, eſſe actionem cõſtitutivam corporis Chriſti D. ſub ſpeciebus; connotando etiam deſtructionem ſubſtantialem panis. Legatur *diſp.* 7 *ſect.* 6. *à num.* 89.

24 Sed, quis non videat, Lugum nomine tantùm à noſtra diſcordare ſẽtẽtia? Quod enim nos vocamus actionem adductivam, ipſe vocat cõſtitutivam corporis Chriſti D. ſub ſpeciebus. Sed age oſtendamus, meritò vocari actionem adductivã. Quamvis enim libentèr fateamur, corpus Chriſti D. cõſtitui ſub ſpeciebus: etenim ſine tali conſtitutione non eſſet Chriſtus D. realitèr præſens ſub ſpeciebus. Dicimus tamen, actionem adductivam habere pro termino (ſaltẽ materiali) prædictam conſtitutionem Chriſti D. ſub ſpeciebus.

25 Quod patet in motu locali: licèt enim terminetur ad *ubi*, ſeu ad novam præſentiam: eſt tamen omninò neceſſariũ, ut corpus dicatur eſſe in novo loco, quod præceſſerit nova latio ſeu motus localis, qui habet pro termino materiali conſtituere corpus in loco, ad quem corpus locatum refertur per ubi, ſeu per præſentialitatem: quæ in noſtra Scotiſtarum ſententia eſt relatio extrinſecùs adveniens. Sic ergo ut Chriſtus D. dicatur formalitèr præſens ſpeciebus, fatemur, quod debet conſtitui ſub illis: tamen conſtitutio iſta ſub ſpeciebus ſit vi actionis adductivæ, ſeu eſt terminus materialis illius: quo poſito, ponitur (ſivè per reſultantiam, ſivè aliter iuxta à nobis dicta *in tract. de Incarnat. cap.* 1. *diſſ.* 5. *dub.* 6. *à n.* 39.) duplex relatio præſentiæ; alia, qua locus circumſcribit corpus; & dicitur *vbi activum*, ſeu *vbiquatio activa*: & altera, qua corpus circũſcribitur à loco, ſeu formalitèr dicitur eſſe in loco, aut eſſe præſens loco; & dicitur *vbi paſsivum*, *ſeu vbiquatio paſsiva*.

26 Prætereà intelligi non poteſt, quòd corpus Chriſti D. conſtituatur ſub ſpeciebus ſine actione adductiva vel cõſervativa, vel productiva, vel reproductiva

Ochagavis tract. 10 quæſt. 14 & plurium Recentiorum affirmantium, Chriſtum D. fieri præſẽtem ſpeciebus ſacramentalibus vi cuiuſdam modi ſubſtantialis, ſeu cõverſionem Euchariſticam conſiſtere formalitèr in productione modi ſubſtantialis, quo corpus, & ſanguis Chriſti D. conſtituũtur ſubſtantialitèr ſub ſpeciebus panis, & vini. ¶ Sed contra hos AA. militat, eſſe inintelligibile, quomodò vi huius modi Chriſtus D. poſsit poni ſub ſpecieb⁹, niſi priùs adducatur, aut ibi noviter producatur: ut *num. 26.* expendebamus.

30 Sed obijciunt: per actionem Incarnativam non producuntur Verbum divinum, aut humanitas; ſed ſolùm quidam modus ſubſtãtialis, vi cuius extrema dicuntur unita eſſe formalitèr: ergo à ſimili per converſionem Euchariſticam ſolũ producitur modus ſubſtantialis, quo Chriſtus D. dicatur eſſe ſub ſpeciebus. Reſp. negando antecedens: quia per actionem Incarnativam ponitur vnio extremorum: ſeu actio Incarnativa terminatur ad vniendum extrema, & ſic per ipſam (quæ dicitur vnitio, ſeu actio vnitiva) producitur vnio: quæ in noſtra Scotiſtarum ſentẽtia eſt relatio extrinſecùs adveniens ſpectans ad prædicamentum actionis; vel eſt quid prærequiſitum, ut reſultet duplex relatio extrinſecùs adveniens; alia actionis (quæ propter incapacitatem ſubiecti ſolum erit rationis) in Verbo divino & alia, paſsionis, (ſpectans ad prædicamentum paſsionis) per quam natura humana dicitur formalitèr tranſmutata de non eſſe perſonatæ ad eſſe perſonatæ: etenim per vnionem ſolùm tãquàm per cõditionem, (in hoc modo philoſophandi) & per perſonalitatem materialitèr tantùm, ſeu tamquàm per terminum relationis humana natura dicitur tranſmutata. Recolãtur dicta *in tract. de Incarnat. cap. 1. diff. 5. dub. 6. à num. 39.*

31 Reſp. 2. omniſſo antecedenti, negando conſequentiam, ſeu paritatem. Et diſparitas eſt, quòd Verbum divinũ (ſicùt, & Pater, & Spiritus ſanctus) eſt intimè præſens vi immenſitatis omnibus rebus, & conſequentèr humanitati: atquè adeò ſine aliqua actione adductiva, aut novitèr productiva, per quam quaſi approximaretur humanitati, potuit cũ ipſa uniri vi prædicti modi ſubſtantialis à Valẽtia, & alijs Auctoribus prætenſi. In præſenti autem non capitur, quomodò Chriſtus D. poſsit fieri præſens ſpeciebus, quibus anteà præſẽs nõ erat, ſine aliqua actionẽ adductiva, vel productiva ipſiuſmet corporis Chriſti D. Quod confirmatur, & declaratur, inquirendo ab his Auctoribus, an illic

ille modus ponatur in Chriſto D. dùm exiſtit in cœlo? An poſt quā exiſtit ſub ſpeciebus? Non primum: quia non apparet, quo modo productio illius modi in corpore exiſtente in cœlo operetur, quòd ponatur ſub speciebus exiſtentibus in terra. Non ſecundum: quia ſi Chriſtus D. exiſtit ſub ſpeciebus, neceſſariò præceſsit aliqua actio adductiva, vel productiua, vi cuius ponatur ſub ſpeciebus Chriſtus D. verè, realitèr, & ſubſtantialitèr.

Reijcitur ſententia ponens converſionem Euchariſticam in conſervatione.

32 SVarez *diſp.* 50. *ſect.* 4. *Gab. Adam, Ægidius, &* *plures Recētiores citati à G. Hur. diſp.* 4. *diff.* 7. affirmant, converſionem Euchariſticā ſitam eſſe in actione, quæ ſit productio corporis, & ſanguinis Chriſti D. non de novo, ſed quæ ſit cōſervatio corporis, & ſanguinis Chriſti D. in ſuo eſſe ſubſtātiali. (ſivè ſit indiſtincta ab ea, qua in cœlo conſervatur; continuata tamen ex vi verborum conſecrationis: ut indicat Gab. *in* 4. *d.* 11. *quæſt.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. *& lect.* 40. *in canonem*. Sivè ſit nova, & diſtincta, qua novitèr cōſervatur: ut docent *Suar. ibi, & Ægidius quæſt.* 74. *art.* 4. *dub.* 5.) ſed contra hos Authores militat, quòd conſervatio corporis Chriſti D. non eſt deſtructiva ſubſtantiæ panis: eſt autem in omni converſione requiſitum, quod terminus *à quo* deſinat, ſeu convertatur in terminum *ad quem*.

33 Prætereà Authores huius ſententiæ ſupponunt, converſionem Euchariſticam non eſſe actionem adductivam; ſed productivam. Et, cùm aliàs premat ſemper, quòd nova actio neceſſariò debeat producere novum terminum: actio quippè nova neceſſariò eſt fieri alicuius novæ rei: quod de corpore Chriſti D. cùm ſupponatur præexiſtens, verificari non poteſt: excogitaverunt prædicti Authores, Euchariſticam conuerſionem vocare actionem conſervatiuam; vt ſic declararēt, quo modo nova actio poſſet verſari circa corpus Chriſti: quod eſſe præexiſtens; necnon & eſſe terminum *ad quem* converſionis Euchariſticæ, eſt indubitatum. ¶ Sed contra, quòd hæc converſio non eſt productiva, ſed tantùm adductiva: ut cōſtat ex dictis *à num.* 19.

34 Inſupèr ęgrè ſatis declarari poteſt, quomodo iſta cōverſio poſsit eſſe actio conſervativa corporis Chriſti D. cùm hæc converſio non ſit actio illa, qua à primo ſuo eſſe fuit à Deo tale corpus conſervatum: vt de ſe patet. Itèm ponere novam cōſervationem, erit aſtruere duplicem cauſam totalem eiuſdē effec-

effectus in ſuo cõſervari. Quod multi cum Scoto iudicant impoſsibile. Et demùm, quia actio conſervativa eſt omnino indiſtincta à productiva alicuius rei: ipſa enim actio productiva dicitur conſervatio ſolùm per ſui continuationem, ſeu perſeverantiam: ſeu (quod idem eſt) illamet actio, quæ relata ad primum inſtans, quo res habet eſſe, dicitur productio; relata ad tempus, ſeu inſtans ſubſequens dicitur rei cõſeruatio. Et ideò non mirum, cùm non ſit diſtincta, actio, quòd non habeat terminum diſtinctum. In præſenti autem quis dubitet, Euchariſticam converſionem eſſe diſtinctam, & valde diſtinctam ab actione, qua corpus Chriſti Domini fuit productum: quomodò ergo poterit verſari circa idem corpus, ſeu illud habere pro termino? Multa hunc ſpectantia vide apud Lugo *diſp. 7. ſect. 3. à num. 39.*

35 Sed prædicti Authores nobis obijciunt *Damaſcenum 4. de fide capit. 14. Cyprianum epiſt. 63; Ambr. 4. de ſacramentis cap. 4. & Beſſarion lib. de verbis conſecrationis* hos modos loquendi uſurpantes: *in Euchariſtia corpus Chriſti creatur; ex pane fit; panis, & vinum fiunt corpus, & ſanguis Chriſti.* Reſp. ſolùm velle, corpus Chriſti D. vi conſecrationis cõſtitui ſub ſpeciebus, ſubſtãtia ipſa panis, & vini deſtructa, & in illud cõverſa. ¶ Obi. ſecundò. Vt converſio Euchariſtica ſit ſubſtantialis, neceſſaria eſt aliqua productio ſubſtãtialis: ſed panis convertitur in corpus: ergo corpus Chriſti D. producitur. Modò ſic. Nequit corpus Chriſti D. primò produci: cum ſupponatur præexiſtens: ergo ſecundò producitur, ſeu conſervatur. Reſpond negando maiorem, aut eius ſuppoſitum, nempè eſſe actionem productivam: ſolùm enim eſt adductiva. Vt autem ſic actio ſubſtantialis, immò, & tranſubſtantiatio, ſufficit, quòd ſubſtantię panis ſuccedat ſubſtantia corporis Chriſti D. Nec obſtat, quòd per actionem adductivam ſolùm producatur præſentialitas, quæ eſt accidẽs: ſicùt enim relationes identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis ſumunt nomina à ſuis fundamentis: ita converſio Euchariſtica denominantur ſubſtantialis a ſubſtantiis, ſeu corpore, quod adducitur ut acquirat illam novam præſentiam.

Reijcitur ſententia affirmans, converſionem Euchariſticam conſiſtere in hoc, quòd id, quod erat panis, fiat corpus Chriſti.

36 CAiet. *quaſt. 75. artit. 4.* hoc affirmavit. Sed circa eius intelligentiam va-

riant AA. Aliqui enim dicunt, voluiſſe, quòd per hanc converſionem eadem numero (aut ſpecie infima ſecundum alios) entitas, quæ erat panis, fiat, aut incipiat eſſe corpus Chriſti. Ab hac tamen intelligentia vindicant Caietanum, *Vazquez diſput.* 181. *capit.* 3. *& G. Hurtado diſput.* 4. *diffic.* 8. Exiſtimantque, ſolùm voluiſſe, terminum *à quo* tranſubſtantiationis eſſe id, quod erat panis; & terminum *ad quem* eſſe corpus Chriſti Domini, non ſecundum ſe, & abſolutè, ſed quatenùs ei accreſcit hæc denominatio extrinſeca, *quod erat panis*, aut *ſit ex pane*. ¶ Sed contra Caietanum ſic intellectum militat, quòd ſupponit, converſionem iſtam non eſſe actionem adductivam, ſed productivam: cuius oppoſitum ſtabilivimus *à num.* 19. Præterea, admiſſo, quòd ſit actio productiva, non aſsignat terminum realem noviter productum per actionem realem novam.

Reijcitur ſententia affirmans, converſionem Euchariſticam conſiſtere formalitèr in deſitione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini.

37 ITa *Vazquez diſp.* 181. *cap.* 11. *&* 12. *& Turrianus dub.* 8. *quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſput.* 4. *diffic.* 9. Pro qua ſentētia citat *D. Thomam q.* 75. *art.* 4. *& Scotum in* 4. *diſt.* 11. *q.* 1. *§. Quantum ad tertium.* Vbi ad rem nihil reperio, neque invenio. ¶ Sed contra hos AA. ſtat, quòd converſio totalis alicuius rei in aliam vi, & efficacia ſua non petit terminum *ad quem* præſentem, vel propinquum: atque adeò poteſt fieri converſio in rem diſtantem, dummodo diſtantia non excedat ſphæram activitatis cauſæ convertentis efficientèr: (vndè Scotus *in* 4. *d.* 10 *q.* 1. *§. Contra verſ. Quartò* dixit, quod panis potuit converti in corpus Chriſti D. exiſtēs in cœlo) ergo ut corpus Chriſti D. ponatur ſub ſpeciebus (præter actionem converſivam, ſeu converſionem: quam hi AA. admittunt diſtinctam ab adductiva, & productiva) neceſſaria eſt aliqua actio adductiva, vel productiva ipſiuſmet corporis. & conſequētèr converſio Euchariſtica ſine iſta ſalvari nō poterit; ſivè formalitèr conſiſtat in ipſa, ſivè in deſitione panis, & vini relata ad corpus, & ſanguinem Chriſti D. In præſenti enim nō tàm metaphyſicè, quàm Theologicè rem iſtam tractamus.

38 Sed obijciūt: in tranſubſtantiatione Euchariſtica ſunt omnia requiſita ad propriam converſionem: ergo per iſtam, & non per actionem adductivam ponitur Chriſtus Dominus ſub ſpeciebus. Antecedens patet:

tet: quia tàm terminus *à quo*, ſeu panis, quam terminus *ad quem*, nempe corpus Chriſti D. ſunt quid poſitivum. Inſupèr terminus *à quo* deſinit eſſe. Et demùm eſt oppoſitio talis (ex divina ordinatione) inter panem, & corpus Chriſti Domini, ut ex vi poſitionis iſtius deſtruatur ille. Reſpond. concedendo antecedens, & eius probationem: concedo etiã conſequentiam, quatenùs dicit, quòd per veram converſionem ponitur Chriſtus D. ſub ſpeciebus; nego tamen, actionem adductivam pugnare cum vera converſione. Ad hanc quippè conditiones præenumeratæ pro probatione antecedentis requiruntur: quòd autem terminus *à quo*, & *ad quem* hoc, vel illo modo, per hanc, vel illam actionem deſinat, aut ponatur, omninò eſt converſioni accidentarium: (ſicùt loquendo de trãſubſtantiatione notabamus *num.* 18.) cùm ſalvetur *eſſe tranſitum unius rei in aliam*. Quam eſſe definitionem converſionis, conſtat ex dictis *à num.* 1. Quarè omnino voluntariè dicunt aliqui, converſionem eſſe motum ſimplicem, vi cuius deſtruitur terminus *à quo*, & ponitur terminus *ad quem*. Ab his enim Authoribus quæro, quid obſtet converſioni, (dummodo ſalvetur, *eſſe tranſitum unius rei in aliam*) quòd prior res deſinat per unam mutationem, quę ſit de eſſe panis, v.g. ad non eſſe illius: & res illi ſuccedens ponatur per aliam mutationẽ, quæ ſit de non eſſe (ſubſtantiæ hominis, v.g. in nutritione) ad eſſe illius?

Reijcitur Durandus affirmans, cõverſionem Euchariſticam ſitam eſſe in hoc, quòd materia panis, & vini continuetur cum materia prima corporis, & ſanguinis Chriſti D. & incipiat eſſe ſub forma eorum.

39 Sic affirmavit Durandus *in 4. diſt. 11. quæſt. 3.* ductus exemplo nutritionis, in qua materia prima alimenti continuatur cum materia prima viventis, & incipit eſſe ſub forma illius, & ea informari. Quo exemplo uſus fuit Damaſcenus 4. *de fide cap. 5.* ¶ Tamen poſt Tridentinum omnes reijciunt hoc Durandi placitum, tamquã erroneum: quia *ſeſſ.* 13. *cap. 4. & can. 2.* definitur, converti totam ſubſtãtiam panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Quare nullum eſt exemplum nutritionis: quia in hac manet ſubſtantia prima alimenti: in converſione autem Euchariſtica non manet ſubſtantia prima panis, & vini: Et ideò nequit informari formis corporis, & ſanguinis Chriſti D. Sicùt in nutritione materia prima alimenti infor-

matur forma viventis. ¶ Damaſc. autem uſus eſt exemplo nutritionis, non ut in omnibus teneret ſimilitudo, ſed ut aliqualitèr explicaret, non eſſe Deo impoſsibilem converſionem Euchariſticam, eſto quòd viventi ſit poſsibilis cõverſio, quæ in nutritione fit.

Reijcitur error hæreticorum negātium veram, & realem præſentiam Chriſti D. in Euchariſtia.

40 Notant cõmunitèr RR. docuiſſe hunc errorem *quemdam Ioannem Scotum (antiquiorem noſtro Ioanne Duns Scoto) Berengarium, Albigenſes, Vbiclef, Carolſtadium, Lutherum, Calvinum, & plures alios hæreticos.* Contra quem errorem non ſolùm militat noſtra concluſio *num.* 19. poſita, verùm & conſpirant omnes Catholici. Nec mirum: cùm realis præſentia Chriſti D. in Euchariſtia apertè colligatur ex illis verbis *Ioā. 6. Panis, quem ego dabo,* (ſubintellige ad manducandum *caro mea.* Et ex illis: *caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Quarè oppoſit⁹ error damnatus fuit in diverſis concilijs paſsim ab Authoribus adductis. Sufficiat nobis Tridentinũ *ſeſſ.* 13. *ferè per totam, præſertim cap.* 1. *can.* 1.

41 Sed obijciunt hæretici, præſertim Lutherus, & Calvinus, quòd in *capite 6. Ioannis* non eſt ſermo de reali manducatione, & potu corporis, & ſanguinis Chriſti D. Sed de mãducatione, & potu ſpirituali media fide, qua debemus credere Chriſti D. humanitatem ſignificatam per carnẽ, & eius paſsionem ſignificatã per ſanguinem (Quod ex Catholicis etiam docuerunt Gabriel, & Ianſenius) ergo inde non colligitur realis præſentia Chriſti D. in Euchariſtia. Reſpondetur negando antecedens: quia, etſi aliquando aliqui PP. prædicta verba Ioannis *cap.* 6. accõmodent ad manducationẽ, & potum ſpiritualem: ferè tamen omnes (quorum multos congerit Vazquez *diſp.* 179. *capit.* 4. *à num.* 36.) illa intelligũt de reali manducatione, & potu corporis, & ſanguinis Chriſti D. Et, quod magis eſt, Tridentinũ *ſeſſ.* 13. *cap.* 2. & *ſeſſ.* 21. *capit.* 1. deducit realem præſentiã corporis, & ſanguinis Chriſti D. ſub ſpeciebus panis, & vini ex prædictis, & ſequentibus verbis Ioannis.

42 Obi. 2. (hæretici, qui admittũt, ibi eſſe ſermonẽ de reali ſumptione Euchariſtiæ) prædicta veaba eſſe intelligẽda, nõ propriè, ſed metaphoricè, ita vt Euchariſtia non ſit verè, & realitèr corpus, & ſanguinis Chriſti D. in ſe ipſo, ſed ſolũ in pane, & vino, tanquam in figura, & ſigno. Reſ. negãdo: verba enim ſcrip-

ſcripturę propriè ſunt accipiēda, quādo nō eſt inconveniens. ¶ Vndè reijciuntur aliqui hæretici, qui verba illa, quib' Chriſtus D. vſus eſt inſtituens hoc ſacramentū, (*Hoc eſt corpus meū: Hic eſt ſanguis meus, aut hic eſt calix ſanguinis mei. Matthæi* 26. *Marci* 14. *& Lucæ* 22. Vndè apertè habetur realis præſentia Chriſti D. in Euchariſtia) non propriè, ſed tropicè, & figuratìvè intelligunt. Addo, quod Tridētinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. damnat hanc intelligentiam. Et meritò: quia ſine ſufficiēti fundamento deſeritur propria ſignificatio verborum, & confugitur ad metaphoram, & figuram metonimiam, per quam res ſignificata accipitur pro ſigno:

43 Dices, quòd Dionyſius Areopagita *epiſt.* 9. *ad Titum dicit, Ieſum in parabolis divina per typicæ menſæ apparatum deïfica myſteria tradere.* Reſpond. non excludere realem præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti D. ſed ſolùm vult ſignificare, quòd ſpecies ſacramētales (quę ſunt apparatus menſæ) typum gerunt eius, quod continent, nempè quoad modum: hoc eſt, cùm contineant Chriſtum D. modo indiviſibili, & inextenſo, non continent, ſed typum gerunt, ſeu adumbrant ipſummet Chriſtum D. quatenùs exiſtit ſub modo naturali, ſeu diviſibili, extenſo, & viſibili. ¶ In quo etiam ſenſu accipiēdus eſt Tertulianus *lib.* 4. *contra Marcionem cap.* 40. ubi ait: *Acceptum panem, & diſtributum Diſcipulis corpus ſuum illum fecit, Hoc eſt corpus meum, dicendo, id eſt, figura corporis mei.* Cùm enim Tertulianus multis in locis admittat realem præſentiam Chriſti D. in Euchariſtia. (ut notant cōmunitèr RR.) Ideò interpretamur prædicta verba, (difficilia quidem) ita ut velit, corpus Chriſti Domini ſub ſpeciebus eſſe figuram ſui ipſius exiſtētis modo naturali extenſo, & viſibili.

44 Dices 2. quòd Hieronymus (vel potiùs Pſeudo Hieronymus) in illud *Marci* 14. *manducantibus, &c.* teſtimonium hoc myſticè explicat. Reſpon. quod, licèt ibi nō explicet ſenſum literalē, ſed eruat quemdam myſticum, & ſpiritualem; non tamen negat literalem, & proprium, nequè præſentiam realem corporis, & ſanguinis Chriſti D. Quando autem Hieronymus *in* 26. *Matthæi* dicit, quod Chriſtus D. panem accepit, ut veritatem ſui corporis repræſentaret, ibi *repræſentare* non ſumit pro *figurare*, ſed pro præſens facere, & ante oculos ponere. Et eodemmodo explicandi ſunt nonnulli PP. quando ſimile quid dicunt. (concludit G. Hurt. *diſp.* 4. *diff.* 1.)

(.✠.)

DVB. VII.

45 PEtes 7. an in Euchariſtia maneat ſubſtantia panis, & vini? Reſpond negativè. Quia in diverſis concilijs ſic eſt definitum. Sufficiant nobis Lateranenſe *ſub Innocentio III.* (celebratum anno 1215.) *capit.* 1. definiens ſic: *Verum Chriſti corpus, & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veracitèr continetur, tranſubſtantiatis, pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate divina, &c.* Et Tridentinum *ſeß.* 13. *capit.* 4. *& can.* 2. ita definiens: *Si quis dixerit, in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini unà cum corpore, & ſanguine Domini Noſtri Ieſu-Chriſti: negaveritque mirabilem illam, & ſingularem converſionem totius ſubſtantiæ in corpus, & vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini: quam quidem converſionem Catholica Eccleſia aptiſ imè tranſubſtantiationem appellat; anathema ſit.*

46 Vndè relegati manent diverſi errores, qui contra hãc Catholicam veritatem extiterunt. Primus fuit Berengarij, (tempore Nicolai Papæ II. ad annos 1057.) qui dicebat, Chriſtum Dominum in Euchariſtia impanari: eò quòd exiſtimavit, ibi cùm Chriſto manere ſubſtantiam panis, & vini. ¶ Secundus error fuit eorum, qui dixerunt, per conſecrationem deſinire ſubſtantiam panis, & vini in Euchariſtia, quæ ſumenda erat a digno; non tamen quando ſumenda erat ab indigno. ¶ Tertius error fuit eorum, qui dixerunt, panem, & vinum in conſecratione verè converti in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, nihilominùs quando indigni Euchariſtiam ſumunt, corpus, & ſanguinem Chriſti Domini in panẽ, & vinum redire. ¶ Quartus error fuit Lutheri, qui admiſsit errorem Berengarij, addebat tamen, neutram partem huius controverſiæ ad fidem pertinere; affirmativam verò (nempè in Euchariſtia manere ſubſtantiam panis, & vini) eſſe ſcripturæ, & rationi conformiorem. ¶ Quintus error tribuitur Ruperto Abbati, quaſi dixerit, in Euchariſtia manere panem immediatè vnitum Verbo divino, cui corpus Chriſti Domini eſt unitum: & ratione unionis panis, & corporis eidem Verbo poſſe verificari, quòd panis eſt corpus Chriſti, & quòd corpus Chriſti eſt panis. ¶ Sextus error fuit cuiuſdam Ioannis Pariſienſis, qui aſſerebat, in Euchariſtia panem uniri hypoſtaticè Verbo Dei, non immediatè, ſed mediò corpore humanitatis: quia exiſtimabat, panem huic corpori uniri.

47 Omnes ergo prædicti erro-

errores, quatenùs conveniunt in hoc, quod in Euchariſtia manet ſubſtantia panis, & vini, manent apertè relegati ex præcitatis Concilijs Lateranenſi, & Tridentino, quorum verba *num.* 3. tranſcripſimus. Quarè poſt vltimum conſpirant Catholici in hac veritate, quòd in Euchariſtia non manet ſubſtantia panis, & vini.

48 Notant aliqui Recẽtiores, (*præſertim Vazquez diſp.* 180. *cap.* 2. *à num.* 49. *& Gaſp. Hurt. diſp* 4. *diffic.* 2.) hanc veritatem ante Innocentium III. fuiſſe definitam, & oppoſitum errorẽ fuiſſe damnatum, nempè in Concilio Romano ſub Nicolao II. ad annos 1057. & in Concilio Romano ſub Gregorio VII. ad annos 1073. Ego autem id non credo: quia Innocentius III. (qui fuit electus anno 1198.) *de Officio Miſſæ parte* 2. *capit.* 26. circa hoc adducit tres opiniones. (teſte Scoto *in* 4. *diſtinct.* 11. *quæſt.* 3. *§. & verſ. Hic duo*) Vna erat, quòd panis manet, & tamen cum ipſo verè eſt corpus Chriſti. Alia, quod panis non manet; & tamen non convertitur, ſed deſinit eſſe, vel per annihilationem, vel per reſolutionem in materiam, vel per corruptionem in aliud. Tertia, quod panis tranſubſtantiatur in corpus, & vinum in ſanguinem. Vndè planè habetur, quod tempore Innocentij III. tolerabatur ſentẽtia affirmans, panem manere in Euchariſtia. Et Ideò Scotus *ibi §. & verſic. Quantum ergò* ad probandum, panem in Euchariſtia non manere, ſed tranſubſtantiari in corpus, & vinum in ſanguinem, adducit authoritatem Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III (quam *num.* 45. tranſcripſimus) & non aliã antiquiorem.

49 Igitur, hoc ommiſſo, contra hanc Catholicam veritatem (quòd panis non manet in Euchariſtia) objicitur ab hæreticis: Euchariſtia ſæpè appellatur panis: ergo in ea manet ſubſtantia panis. Reſpondetur negando conſequentiam: quia Euchariſtia appellatur panis, vel quia fit ex pane; vel quia ratione ſpecierum, ſeu accidentium apparet panis; vel quia eſt panis, ſeu cibus ſpiritualis animæ. ¶ Objicies ſecundò, quòd in abiuratione Berengarij (approbata à Concilio Romano ſub Nicolao II. & relata a Gratiano *de Conſecratione diſt.* 2. *can. Ego Berengarius*) dicitur, panem, & vinum poſt conſecrationem eſſe non ſolùm ſacramẽta, ſed etiam corpus, & ſanguinem Chriſti D. & ſenſualiter non ſolùm in ſacramento, ſed in veritate manibus tractari, & frangi, & dentibus alteri: ergo ſupponitur, poſt conſecrationem manere panem, & vinum. Patet conſe-

quentia: quia de corpore, & ſanguine Chriſti D. in ſacramento verificari nequit, ſenſualitèr manibus tractari, frangi, & dentibus atteri. Reſpon. negando conſequentiam. Ad probationem dico, omnia illa verificari de Chriſto Domino, nō proximè, & ratione ſui, ſed remotè, & ratione ſpecierum panis illum continentium.

¶ In priori autem clauſula dicitur, panem, & vinum poſt conſecrationem, non ſolùm eſſe ſacramenta, ſed etiam corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Quibus verbis ſignificatur, ſpecies panis, & vini non ſolùm eſſe ſignum practicum gratiæ reſpectu recipientis ſacramenta illa; (quod commune eſt alijs ſacramentis) ſed etiam verè, & realitèr continere corpus, & ſanguinem Chriſti D. quod antea negaverat Berengarius.

50 Objicies 3. Chriſtus D. dixit *Ioan. 6. Ego ſum panis*; & tamen non fuit deſtructus, & converſus in panem: ergo quāvis *Matth. 26.* dixerit de pane: *Hoc eſt corpus meum*; panis non deſtruetur, & convertetur in corpus Chriſti. Reſpond. negādo conſequentiam. quia in priori loco non loquitur Chriſtus D. de pane materiali, (ut patet ex contextu, ubi additamentum illud *vivus*, & *vitæ* reſtringit ly *panis*, ſeu illū extrahit à propria ſignificatione ad cibum ſpiritualem ſignificandum: ſicut, cùm dicimus: *homo pictus*) ſed de ſpirituali: Chriſtus enim D. verè eſt panis ſpiritualis animæ per fidem edendus, & animam vivificans. At, quādo dixit: *Hoc eſt corpus meū*; ly *corpus* ſumpſit propriè de corpore naturali: ut conſtat perpetua Eccleſiæ traditione. ¶ Obij. quartò, Galaſius *lib. 2. contra Eutichetem in fine* dicens, quòd in Euchariſtia *non deſinit natura panis, & vini*. Itèm D. Chryſoſ. *epiſt. ad Cæſarium* dicit, naturam panis in Euchariſtia manere. Reſpondetur (admiſſo, librum illum eſſe Galaſij, & epiſtolam Chryſoſtomi) tantùm velle, in Euchariſtia non deſinere, ſed manere naturam panis, non in ſe, ſed in ſuis virtutibus: quia accidentia panis verè alunt, & nutriunt; & accidentia vini verè refrigerant.

51 His, & alijs facilioribus (quę ab hæreticis objiciuntur) ommiſsis, pro prima illa opinione ab Innocentio III. relata (quæ affirmabat, in Euchariſtia manere panem ſimul cum corpore Chriſti Domini, ut *num. 48.* diximus) alia argumenta adducit Scotus *num. 48.* citatus. Primum eſt. Sicùt in naturalibus non ſunt plura ponenda, quàm ratio naturalis neceſſariò convincit: (ex *primo Phyſicorum textu 50. & alibi*) quia pluralitas eſt ſuperflua. Ita in credibilibus non

ſunt

Digitized by Google

ſunt ponenda plura, quàm convinci poſſunt ex veritate creditorum. Sed veritas Euchariſtiæ ſalvari poteſt ſine tranſubſtantiatione: ergo ibi manet ſubſtantia panis. Minor probatur: quod enim ad veritatem Euchariſtiæ requiritur eſt ſignum, & ſignatum, nempè corpus Chriſti D. realitèr contentum. Sed ſubſtantia panis cũ ſuis accidentibus æquè poteſt eſſe ſignum, ac ſola accidẽtia; immò magis; quia ſubſtãtia panis magis eſt nutrimẽtum, quã accidentia: ergò magis repræſentat corpus Chriſti D. in ratione nutrimenti ſpiritualis. Res etiam cõtenta, ſcilicèt verum corpus Chriſti æquè poteſt ſalvari cum ſubſtantia panis, ſicùt cùm accidentibus: quia nõ magis pugnat ſubſtantię eſſe ſimul cum ſubſtantia, quàm cum quãtitate illius ſubſtãtiæ. Reſp. ex Scoto *ibi §. & verſ. Ad argumenta pro prima* diſtinguendo minorem: ſub alia inſtitutione concedo: ſub præſenti, nego. Itaque potuit Chriſtus D. inſtituere Euchariſtiam, talitèr, ut eius corpus, & ſanguis realitèr contineretur ſub accidẽtibus, manente ſimul ſubſtãtia panis, & vini. De facto tamen ſic inſtituit, ut non maneret ſubſtantia panis, & vini ſimul cum ei⁹ corpore, & ſanguine, (Quod nobis conſtat ex determinatione Eccleſiæ, præſertim in Tridentino facta: cuius verba *num.* 45. dedimus.) Quarè ſpecies ſacramẽtales ſunt quidem ſignũ, ſeu ſignant corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. non utcumque, ſed ſolitariè, ſeu connotando deſtructionem ſubſtantiæ panis, & vini.

52. Dices: (& eſt ſecundum fundamẽtum illius primæ ſententiæ *num* 48. relatæ) articul⁹ præſentiæ Chriſti D. in Euchariſtia facilius redditur Philoſophis, ſeu ſequentibus rationem naturalẽ ſine deſtructione panis, & vini, quàm cum illa: ergo Eccleſia debuit iſto, & non illo modo explicare prædictum articulum. Antecedens conſtat: quia ad primum ſufficit, corpus quãtum ponere ſub ſpeciebus, ſeu accidentibus indiviſibili modo: ad ſecundum autem etiã requiritur deſtruere ſubſtantiã panis, & vini, manentibus accidẽtibus ſine ſubiecto: quod ſequentibus merè rationem naturalẽ fortè videretur impoſſibile. Reſp. (omiſſo antecedẽte, & eius probatione) negãdo conſequentiam, aut eius ſuppoſitum, nempè quòd ſit in poteſtate Eccleſiæ pro ſuo libito eligere explicationem articulorum fidei, ſeu (propriùs loquendo) determinare modum, quo res credita fuerit executa. Solùm enim habet auctoritatẽ, ſeu poteſtatem declarandi (non autem determinandi) declaratione infallibili modum, quo fuit à Chriſto D. inſtitutus articulus.

culus. Et cùm articulus realis præſentiæ Chriſti D. in Euchariſtia fuerit traditus a Chriſto D. cum deſtructione ſubſtantiæ panis, & vini debuit neceſſariò Eccleſia ſic prædictum articulum declarare. Videatur Scotus *ibi §. Ad argumenta verſic. Et ſi quæras.* Vndè apertè conſtat, immeritò dicere aliquos RR. Scotum ſenſiſſe, hāc veritatem abſentiæ panis in Euchariſtia ſumpſiſſe Eccleſiā ab Scholaſticis.

53 Tertium fundamentum illius primę ſententiæ *num.*48. relatæ eſt, quòd accidentia naturaliter ſignificant ſubſtātias, quas affecerunt, &, ſi non ſit ibi ſubſtantia, ſignificatio iſta naturalis erit falſa: ſed, manente in Euchariſtia ſubſtantia panis, non ſolum ſalvatur veritas ad placitum ſpecierum terminata ad corpus Chriſti D. ſed etiam veritas ſignificationis naturalis terminata ad ſubſtantiā panis: ergo ſubſtantia panis, & vini debent manere in Euchariſtia ſimul cum Chrſto D. Reſp. negando conſequentiam: etenim finis divinæ providentiæ inſtituendi ſic Euchariſtiā, vt ſimul cum reali præſentia Chriſti D. non maneret ſubſtantia panis, & vini, plus pondecat, quam, quod accidentia ſervent ſignificationem naturalē. (Quæ ſignificatio minùs propriè (vt obitèr hoc advertatur) dicitur vera, vel falſa: cùm veritas, & falſitas ſint proprietates, aut paſsiones propoſitionis. Recolantur dicta *cap.*6.*num.*63.) Et fortè hoc intendit Scotus *ibi §. Ad argumenta verſ. Ad quintum* dicens: *non eſt ibi falſitas in ſigno, vt eſt ſignum inſtitutum ad placitum: quia vt ſic, habet ſignatum, ad quod inſtitutum eſt.* Quaſi diceret mihi, hanc ſignificationē, quam ſpecies, ſeu accidentia acceperunt ad placitum Chriſti D. inſtituentis Euchariſtiam, ſeu aſſumentis ipſa in ſignum ſui corporis, & ſanguinis, eſſe potiùs attendendam, & præferēdam ſignificationi naturali, qua ſignant ſubſtantiam panis, & vini.

54 Ex quibus manifeſtè cōſtat, immeritò tribui Scoto *in* 4.*d.*11.*quæſt.*6. errorem de impanatione, ſeu de conſiſtentia ſimultanea panis cum Chriſto D. in Euchariſtia. Qui error etiā immeritò tribuitur *Gab quæſt.* 2.*& Maiori quæſ.*1. Quos omnes excuſat Vazq *diſp.*180. *cap.* 7. *num* 68. Non tamen capio, quo iure impoſuerit illis, quod affirmaverint, formam panis nō eſſe ſubſtantialem, ſed accidētariam. Scotus enim quæſtione illa ſexta longiſsimè abeſt ab iſta materia: ſolùm quippè quærit, *an ſolus panis triticeus cum aqua elementari coagulatus ſit materia conveniens cōverſionis in corpus Chriſti?* Et in tota quæſtione nullum invenitur verbum, ex quo anſam potuerit ſumere im po-

poſtura tàm invia. De Maiori autem, & Gab. non curo; timeo tamen, etiam calumniari.

55 Notandum demùm eſt, quod, etſi *num.* 48. notaverimus contra aliquos RR. ante concilium Lateranenſe nõ fuiſſe definitum, ſubſtantiam panis, & vini nõ manere in Euchariſtia. Tamen non propterea affirmamus, hanc veritatem in Eccleſia antiquiorem non fuiſſe: etenim ante præfatam diffinitionem illam probabilitèr, docuerunt multi PP. (quos referunt *Bellarminus lib. 3. de Euchariſtia cap. 20. Vazq. diſp. 180. cap. 3. & alij RR.*) dùm apertè dicunt, vel ſupponunt, ſubſtantiam panis, & vini mutari in corpus, & ſanguinem Chriſti. Quarè pudeat Luterum (inquit G. Hurt. *diſp.* 4. *diff.* 2.) aſſeruiſſe, hãc converſionem excogitatam fuiſſe ab Innocẽtio III. & à Scholaſticis. Itẽ pudeat Calvinũ aſſeruiſſe, hanc veritatem omni antiquitatis patrocinio deſtitutã eſſe.

DVB. VIII.

56 PEtes 8. An in Euchariſtia ſaltèm aliquid ſubſtantiæ panis, & vini perſeveret? Reſpond. negativè. Quia Tridentinum determinat, ibi accidentia, ſeu ſpecies duntaxat perſeverare. Verba Tridẽtini tranſcripſimus *num.* 48. Ita *Scotus per totam ferè diſtinctionem* 12. *& communiſſimè Scholaſtici.*

57 Vndè reijcitur Durandus *in* 4. *d.* 11. *quæſt.* 3. exiſtimans in Euchariſtia manere materiã primam panis, & vini ſub ipſorum accidentibus, forma ſubſtantiali corrupta. Exiſtimat enim, non poſſe fieri tranſubſtantiationem, niſi maneat materia prima panis, & vini; cui materiæ ſuccedat forma corporis, & ſanguinis Chriſti D. eo modo, quo formæ alimenti in materia prima ipſius ſuccedit forma vivẽtis. Fallitur tamen Durandus: quia Tridentinum *ſeſ.* 13. *can.* 2. definit, converti totam ſubſtãtiam panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti D. Quarè non tenet exemplũ nutritionis: vt latiùs diximus *num.* 39.

58 Reijcitur etiam placitũ aliorum, qui dixerunt, (vt refert D. Th. *quæſt.* 75. *art.* 6.) in Euchariſtia manere formas ſubſtantiales panis, & vini, nõ verò materias primas, ſed has fuiſſe converſas in corpus, & ſanguinem Chriſti D. Fallũtur tamen quia Tridentinum definit, in Euchariſtia ſpecies duntaxat perſeverare. ¶ Sed pro illo placito obijcies: Propria operatio rei ſequitur formam ſubſtantialem eius; ſed accidẽtia Euchariſtiæ exercent operationes, quas ante cõſecrationem exercebãt: (ſpecies enim panis nutriunt; & ſpecies vini refrigerãt, ſitim extingũt, &c.) ergo quia ſub illis accidentibus ma-

manent formæ ſubſtātiales panis, & vini. Reſp. negando conſequentiam. Si enim ſermo ſit de operationibus, quæ conſequuntur panem (idem eſt de vino) ratione accidentium, ſicùt immutare ſenſum; tales operationes inveniūtur in ſpeciebus panis poſt conſecrationem propter illa accidentia, quæ remanent. Sin verò ſermo ſit de operationibus, quæ conſequuntur panem, vel ratione materiæ; ſicùt quod convertatur in aliud; vel ratione formæ ſubſtantialis, ſicùt eſt operatio conſequens formā eius, vt pata, quod nutriat, ſeu confirmet cor hominis: tales operationes inveniuntur in Euchariſtia non propter formam, vel materiā: ſed quia Deus vi prioris miraculi, quo accidentia conſervat extra ſubiectum, & vt detur locus fidei concurrit immediatè ad id, quod exerceret panis, & vinum. Videantur *Scotus in 4. d. 12. q. 6. §. Dico ergo verſ. Quarta concluſio, & D. Th. quæſt. 75. art. 6. Ad tertium.*

59 Demùm reijcitur Gotfredus *quoli 8. quæſt. 17.* exiſtimās, in Euchariſtia perſeverare exiſtentiam panis, & vini (Forſàn exiſtimat, exiſtentiam non diſtingui à ſubſiſtentia: vt notat G. Hurt. *diſp. 4. dif. 3.*) vt ſit ſubiectum accidētium. Idem ſentit Bañez *quæſt. 4. art. 2. Ad 2.* quamvis ex diverſo fundamēto. Vterque tamē fallitur. Quia Tridentinum citatum definit, ibi ſpecies tantum, ſeu accidētia panis, & vini perſeverare. ¶ Sed obijcit Gotfredus: exiſtentia panis, & vini eſt creata: ergo nequit converti in exiſtentiam Chriſti D. Patet conſequētia: quia exiſtētia Chriſti D. eſt increata, & divina. Reſp. negando conſequentiam: ad probationem dico, exiſtētiam identificari cum eſſentia, & ideò, cùm humanitas Chriſti D. ſit creata, eius exiſtentia etiā eſt creata. Vnde etiā fit, implicare, quod, deſtructa natura; ſeu eſſentia panis, & vini, non deſtruatur illius exiſtentia. Reſp. 2. non eſſe neceſſarium; quod exiſtentia, aut ſubſiſtētia panis, & vini convertatur in exiſtentiam Chriſti D. Sed ſolùm requiritur, quod, deſtructa eſſentia panis, & vini, illi ſuccedat Chriſtus D. exiſtens, & ſubſiſtens. Hùc ſpectare poſſunt dicta à *num.* 17. ¶ Sed obijcit Bañez: ſubſtantia, & accidentia exiſtunt eadem exiſtentia: ergo in Euchariſtia perſeverat exiſtentiā panis, vt exiſtant accidentia eius eadem exiſtentia, quā antea exiſtebant. Reſp. negado antecedēs: eſſentia enim, & exiſtentia identificantur: & ideo natura, ſeu eſſentia panis, & vini habet diſtinctam exiſtentiā, ac habet quodlibet accidens illius.

(.?.)

DV

DVB. IX.

60 PEtes 9: An Chriſtus D. poſsit ſimul eſſe cum ſubſtantia panis? Reſp. affirmativè. Quia in hoc non apparet repugnantia. Ita *Scotus in 4. d. 10. quæſt. 1. §. Contra verſ. Secūdo ſic, & d. 11. quæſt. 3. §. Et verſ. Ad argumenta, Durandus, Richardus, Sotus, Caiet. Suar. & Vazq. quos citat & ſequitur G. Hurt. diſp. 4. diff. 11.*

61 *Sed noſter D. Bonav. in 4. d. 11. prima p. diſt. Capreolus, Marſ. & Ferrarieſis* oppoſitum defendunt; & obijciunt: Corpus antea in alio loco exiſtens nō poteſt incipere eſſe, vbi anteà non erat, niſi vel deſerendo priorē locum; vel per converſionem alterius ſubſtantiæ alibi exiſtentis in ipſū: ſed corpus Chriſti, vt ſit in Euchariſtia, non deſinit locum, quem habet in cœlo: ergo nequit fieri præſēs ſpeciebus panis, niſi propria ſubſtantia panis deſinat, & convertatur in illud. Reſp. negando maiorē: ægrè enim probabunt, Chriſtum D. nō poſſe fieri prçſentem ſpeciebus per actionē adductivam ſine amiſsione loci, quem occupat in cœlis.

DVB. X.

62 PEtes 10. an, ſalva veritate verborum conſecrationis, poſſet ſubſtantia panis conſervari cum corpore Chriſti D? Reſp. affirmativè. Quia verba conſecrationis habent duplicem ſenſum verum, & proprium; alterum indiffinitum, (nempè, hic continetur corpus meum, ſeu contentūm ſub ſpeciebus eſt corpus meū) & alium vniverſalem, ſeu excluſivum cōſortij panis: (nempè, hic continetur corpus meū tantùm, ſeu cōtentum ſub ſpeciebus eſt corpus meum cōnotando abſentiam panis) ergo, licèt deſitio panis planè inferatur ex eo, quod Chriſtus D. verba dixerit in poſteriori ſenſu; (ut declarat Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 4.*) ſumptis tamen verbis in priori ſenſu, (qui etiam eſt proprius) nō ſequeretur deſitio ſubſtantiæ panis. Confirmatur: quia, oſtenſo dolio pleno vini, verè, & propriè dicimus; *Hoc eſt vinum*: &, oſtenſo marſupio pleno auri; *Hoc eſt aurum*: ergo oſtenſo pane continente corpus Chriſti D. verè, & propriè diceremus: *Hoc eſt corpus meum*: nam, ſicùt dolium artificiosè ordinatur ad cōtinēdum vinum, & marſupium divitias; ita potuit Deus ordinare, quòd ſubſtantia panis contineret corpus Chriſti D. *Ita Scotus in 4. d. 11. quæſ. 3. §. Hic duo verſ. Ad tertium, Fabro diſp. 45. cap. 4. à num. 17. Rada 4. p. cōtrov. 7. art. 4. §. Pro intelligētia, Tribāne diſp. 42. ſect. 2. in fine, & communiter Scotiſtæ.* Quibus Vazquez

quez *diſp.*180. *cap.* 5. *à num.*47. addit *Durandum in* 4.*d.*11.*quæſ.* 2.*num.*15.*Palud.in* 4.*d.*21.*quæſ.* 2.*art.*1.*num.*24.*& Occhamum in* 4.*quæſt.*6.*concluſ.*2.Immo fatetur ipſe Vazq.aliquos RR. hoc non improbabile reputare.

63 Sed *Suar.diſp.*49.*ſect.*2.*§ Sed hæc ratio, Vazq.diſp.*180.*cap.* 5.*à num.* 49. *Coninch. quæſt.*75. *art.*2. *à num.* 53.*& communiter Thomiſtæ cum D.Th.quæſ* 75.*art.* 2.oppoſitum defendunt.Immo Suar.exiſtimat,noſtram ſententiam nullo modo defendi poſſe poſt Tridentinum.Et Vazq. *ibi num.*50.non eſſe probabilem, neque minimum probabilitatis veſtigium habere: quod ferè repetit *num.*56. ¶ Sed,horum garrulitate omiſſa,objicitur primo Tridentinum *ſeſ.* 13.*cap.* 4.dicens: *Quoniam Chriſtus corpus ſuum id, quod ſub ſpeciebus panis offerebat, verè eſſe dixit; ideò perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò ſancta hæc Synodus declarat, converſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtãtiam corporis Chriſti*: ergo Eccleſia definit, ex veritate verborũ colligi deſitionem panis: ergo, ſalva veritate verborũ, nequit ſubſtantia panis ſimul eſſe cum Chriſto D.Reſp. negando ultimam conſequentiam: ſolùm enim ſequitur, nõ poſſe perſeverare ſubſtantiam panis, ſalva veritate verborum in ſenſu illo univerſali, ſeu excluſivo, in quo prædicta verba conſecrationis ſumpſit Chriſtus D. Cùm quo tamen benè ſtat, poſſe perſeverare, ſalva veritate verborum; in ſenſu indefinito, qui etiam eſt proprius.

64 Inanitèr autem contendit Vazq. *ibi à num.*51. probare, hunc duplicem ſenſum verba conſecrationis non admittere. Concilium enim, & PP. implicitè declarant, prædicta verba conſecrationis habere alium ſenſum verum & proprium, in quo ſumpta ſubſtantiam panis, & vini nõ deſtruerent. Etenim, ſi, ut cõtendit Vazq. unicus eſt ſenſus verborum conſecrationis, quid eſt opus declarandi quomodò ſunt intelligenda. Et ideò eo ipſo, ac declarat concilium, quomodò ab Eccleſia intelliguntur, implicitè docet, alitèr potuiſſe intelligi. Quarè verba illa (*Ideò perſuaſum eſt ſemper in Eccleſia*) necnon, & illa (*ſancta Synodus denuo declarat*) faciunt huc ſenſum: ſemper perſuaſum eſt in Eccleſia; & denuò Eccleſia declarat, quod ex varijs ſenſibus proprijs verborum Chriſti D. ille inſpiratus fuit Eccleſiæ à Spiritu Sancto, in quo illa Chriſtus D. protulit: eſtque, qui ſignificat converſionẽ totius ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. (quem ſẽſum univerſalem, ſeu excluſivũ nos appellamus.) ¶ Inſtabis quærendo; cur Tridentinum non declaravit expreſsè, verba cõſecrationis habere

bere

bere duplicem ſenſum à nobis explicatum? Reſp. ne tot Theologorum ſententiam negantiũ illum duplicẽ ſenſum condemnaret; etenim piiſsima mater Eccleſia ſemper Filiorum auctoritatem, quantum fas eſt, curat indemnem conſervare. (O utinam recentèr Scriptores Theologi ſanctæ Parẽtis æmularentur ſpiritum lenitatis.)

¶ Contrà: quòd idem cõcilium *ibi cap.7.* declarando, verba illa (1.*Chorint.* 11. *probet autem ſe ipſum homo*) intelligenda eſſe de probatione per cõfeſsionẽ, damnavit Caietanum, qui 3.*p. quæſt.*80, *art.*4. dicebat, ad Euchariſtiam percipiendam ſufficere probationem per contritionem: Reſp. quòd in hoc erat ſententia ſingularis Doctoris; & oppoſitũ tenebat cõmunis ſchola: in noſtro autẽ caſu ſchola Theologorũ eſt diviſa.

65 Obi.2. In caſu, quòd panis contineret corpus Chriſti D. ſeu quòd cum ipſo conſervaretur panis, eſſet vera forma conſecrationis? ergo etiam, oſtenſo lapide, cum quo corpus Chriſti D. erat penetratũ, quãdo exivit de ſepulchro, verè diceretur: *Hoc eſt corpus Chriſti*; immò & verè diceretur; *Hoc eſt Deus*: quippè Deus præſens eſt omni creaturę. Reſp. concedẽdo. Itaque, ſicùt ex intentione loquẽtis hæ propoſitiones ſunt veræ; *marſupium eſt aurum*, quãdo oſtenditur marſupium auro plenum; & *dolium eſt vinũ*, quãdo oſtenditur dolium continẽs vinũ. Ita ex intẽtione loquẽtis verè, & propriè dici poſſet prædictæ propoſitiones. ¶ Reſp. 2. negando: quia lapis non eſt per modum continentis corpus Chriſti Domini: in cõmuni autem modo loquendi ſolùm dicimus eſſe aliud, quod illud cõtinet naturali licẽt artificioſa continentia, (vt marſupium continet aurum, & dolium vinum) aut ſaltèm ſupernaturali: ſicùt ſacramẽtum cõtinet corpus Chriſti D. Vndè, ſi lapis eſſet aſſumptus à Deo, ſeu ordinatus, vt ex divina inſtitutione corpus Chriſti D. aut Deũ contineret per modum ſigni practici, verè diceretur de illo: *Hoc eſt Deus*; *Hoc eſt corpus Chriſti D.* ¶ Dices, corpus verè cõtinet animam; & tamen nõ eſt verum dicere: (oſtẽſo corpore) *Hoc eſt anima*: ergo neq; in noſtro caſu: *Hoc eſt corpus meũ*. Reſpon. etiã eſſe verã ex intentione loquentis.

66 Obi.3. ſi in Euchariſtia ſimul eſſet ſubſtantia panis, ly *hoc* in hac forma (*Hoc eſt corpus meum*) appellaret ſupra ſubſtantiam panis propria illa accidẽtia ſuſtentantem: ergo ſolùm hæc eſſet vera: *Hoc eſt panis*. Reſp. ex Scoto *ibi verſ. Ad ſecũdum*, quòd tunc vtraque eſſet vera: hæc (*Hoc eſt panis*) ex naturali ſignificatione: illa autem (*Hoc eſt corpus meum*) ex ſupernatu-

naturali inſtitutione. ¶ Obi. 4. Si ibi eſſet ſimul ſubſtãtia panis, ſacramentum non poſſet adorari adoratione latriæ: ergo non poteſt perſeverare panis ſimul cum corpore Chriſti D. Reſp. ex Scoto *ibi verſ. Quidquid ſit* negãdo antecedẽs: quia adoraretur contentum ſub pane: ſicùt modò adoratur contẽtum ſub ſpeciebus. ¶ Dices: ſaltèm ſimplices eſſent tunc idolatræ: non enim ſcirent diſtinguere; ſed ſimul adorarent totum contentum, cuius aliqua pars eſſet creatura, nempè panis. Reſpondet Scotus *ibi verſ. Etſi obijcias,* quòd *ita poteſt nunc argui contra te*: (id eſt, contra Thomiſtas) *quia ſimplices nõ diſtinguunt accidentia illa à corpore Chriſti. In omnibus autem talibus eſt vna reſponſio: quia ſimplices adorant in fide Eccleſiæ: & hoc ſufficit eis ad ſalutem. Maiores autem diſtinctè adorant contentum, non ſignum continens: & hoc ſivè ſignum continens ſit accidens tantùm, ſivè ſubſtantia panis cum accidente.* (Concludit Scotus)

DVB. XI.

67 PEres XI. an ſubſtantia panis, & vini in Euchariſtia annihilentur? Reſp. affirmativè. Quia terminus *ad quem* huius deſitionis eſt non eſſe panis, cui per accidens ſuccedit præſentia corporis Chriſti D. ſeu quod corpus Chriſti D. ſit hic. Sic neceſſariò philoſophandum eſt in ſententia, quæ affirmat, Chriſtum D. fieri præſentem in Euchariſtia per actionẽ adductivam, ſeu quod tranſubſtantiatio eſt actio adductiva: quam ſententiam propugnavimus *à num.* 19. & quam ſaltem probabilitèr defẽdere Scotũ, ibi oſtẽdimus. Quarè modò dicimus, hanc noſtram cõcluſionem de annihilatione ſaltèm probabilitèr defendere Scotũ *in 4. d. 11. quæſt. 4. §. Et verſ. Poteſt ergo Fabro diſp. 45. cap. 10. à num. 69. Lichetus quodl. 10. Tartaretus, & omnes Scotiſtæ, teſte Hugo Cavellu in Scholio illius §. Vbi pro hac ſententia citat Maiorẽ, Albertũ, Rubion, Ochã, & Angelum.* Quarè immodeſtè loquitur Sotus (ait Cabellus ibi) *d. 9. q. 2. art. 4.* dicens, hanc ſententiam nõ poſſe doceri citra errorem.

68 *D. Th. quæſt. 75. art. 3. Caiet. Suar. diſp. 50. Vazq. Becanus, Adamus, & RR. Thomiſtæ, noſcitat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 4. diff. 12.* defendũt, panem, & vinum in Euchariſtia non annihilari. Pro qua ſententia obijcies 1. Scotum *quodlib. 10. §. De tertio verſ. Diceretur* vbi videtur concludere, deſitionem panis non eſſe annihilationem. Reſp. ibi loqui in ſententia affirmãte, tranſubſtantiationem eſſe actionem converſivam: quam probabilitèr tantum defendit: vt notant Fabro, Cavellus, & communitèr, & conſequentèr tan-

tantùm probabilitèr, ſeu problematicè dicit, deſitionē panis non eſſe annihilationem.

¶ Obj. 2. quod Magiſter ſentētiarum *in 4. diſt.* 11. opinionem de annihilatione recitat, tamquàm reprobam, cui ſubſcribunt multi alij. Reſpond cum Fab. *ibi num.* 73. noſtram opinionem eſſe gravium, & Catholicorum Doctorum, quos *num.* 67. citavimus. Quibus Faber addit Gab. *in 4. diſt.* 11. *q.* 1.

69 Obj. 2. nomen, & ratio annihilationis pugnat cū tranſubſtantiatione: ſed in Euchariſtia eſt tranſubſtantiatio, ſeu per tranſubſtātiationē panis fit corpus Chriſti D. & vinum fit ſanguis: ergo repugnat, panem annihilari. Probatur maior: annihilatio enim deſinit in nihil, ſeu habet pro termino *ad quem* nihil: tranſubſtantiatio verò habet pro termino *ad quem* aliquid poſitivum nempè ſubſtantiam. (à quâ ſumit denominationem) Reſpondetur diſtinguendo ly *cum tranſubſtantiatione* poſitum in maiori: cum illa ſumpta pro actione productiva ſubſtātiæ, omitto: (Recolantur dicta à *num.* 15. undè conſtat, eſſe accidentarium, tranſubſtantiationi, quòd ſubſtantia præcedens hoc, aut illo modo deſinat, & quod nova hoc, aut illo modo producatur) ſumpta pro actione adductiva ſubſtātiæ, nego: iſta enim verè, & propriè ſalvaretur, adducto Chriſto Domino, & conſtituto ſub ſpeciebus, (quod fieri poſſe, ægrè negabitur) etiam, ſi non deſtrueretur ſubſtantia panis. Similitèr eſt diſtinguenda minor: etenim ſolùm eſt vera de tranſubſtantiatione adductiva; non de productiva. Quarè negatur conſequētia. Recolantur dicta à *num.* 19. Vndè conſtat, Chriſtum Dominum poni in Euchariſtia per actionem, ſeu tranſubſtātiationem adductivam; ſolùmq; ibi reperiri productionem novæ præſentiæ Chriſti Domini ad ſpecies.

70 Hinc habetur, quòd, etſi tranſubſtantiatio Euchariſtica poſſit dici unica actio, quaten⁹ conſideratur ſecundum totum, quod includit; (ſicùt generatio hominis dicitur unica actio, quamvis ex parte hominis generantis includat actionem, qua educitur forma corporeitatis de potētia materię, aut aliam actionē, qua materia vltimò diſponitur; & ex parte Dei includat creationem animæ, & inductionē illius in materiam) aut quatenùs fit unica conſecratione: (tamquàm inſtrumento morali) tamen integratur ex duab⁹ partialib⁹ mutationibus habentibus terminos formales diverſos. Prima eſt deſitio panis: quæ eſt mutatio ab eſſe panis ad non eſſe illius. Altera eſt mutatio a non eſſe corporis Chriſti D. hic, ſeu

ſub ſpeciebus ad eſſe illius hic, aut ſub ſpeciebus. Quæ mutationes coniunguntur de facto in tranſubſtantiatione Euchariſtica; ſunt tamen ſic incōnexæ, ut poſſent optimè ſeorſim ſeparari: nam poſſet poni deſtructio panis ſine eo, quòd illi ſuccederet poſitio corporis Chriſti D. ſub ſpeciebus. Poſſet itèm poni Chriſtus Dominus ſub ſpeciebus, quin deſtrueretur panis. Et ideò de per accidens coniungitur poſitio corporis Chriſti cum deſtructione panis. Propter quod deſitio panis eſt propria annihilatio, quia per ſe tendit in nihil, ſeu eius terminus per ſe eſt nihil, quamvis accidentalitèr ei adiungatur illa alia mutatio, nempè adductio, ſeu poſitio corporis Chriſti Domini loco panis, ſeu ſub ſpeciebus: ut enim efficacitèr arguit Scotus, & cū illo Fabro *ibi num.* 64. ratio alicuius per ſe non variatur ex aliquo concurrente per accidens. Sed deſitio panis eſſet annihilatio, ſi nō ſuccederet ei poſitio corporis Chriſti D. ergo de facto etiam eſt annihilatio.

71 Hinc eſt, quòd productio animæ rationalis eſt vera creatio, quamvis ei de per accidens adiungatur inductio in materiam ultimò diſpoſitam, exigentem prædictam productionem. Et, ſi Deus deſtrueret animam rationalem, eſſet vera annihilatio illa deſtructio, quāvis aliàs in illam materiam ſtatim introducēda eſſet alia nova forma, ſivè per eductionē, ſivè per creationem. Igitur, ſicùt productio animæ rationalis eſt vera creatio; non obſtāte exigentia materiæ reſpectu illius formæ; & deſtructio animæ rationalis foret vera annihilatio, non obſtante inductione novæ formæ: ita deſitio panis in Euchariſtia erit vera annihilatio, non obſtante adductione corporis Chriſti D. & cōſtitutione illius ſub ſpeciebus. Et omnium eadem eſt ratio, nempè, quòd, ſuppoſito, quòd anima rationalis non educitur ex potentia materiæ, illa ultima diſpoſitio, ſeu exigētia materiæ ſolùm concomitantèr, & per accidens ſe habet reſpectu actionis, qua anima rationalis producitur. Itèm, ſuppoſito, quòd nihil animæ rationalis, quæ deſtrueretur, relinquitur in materia, omninò concomitantèr, & per accidens ſe habet reſpectu illius deſtructionis, quod alia forma illi ſuccedat: & conſequentèr eius deſtructio eſſet formalis annihilatio. Sicùt & in Euchariſtia deſtructio ſubſtantiæ panis, & vini eſt vera annihilatio, ſuppoſito, (tamquàm de fide certo) quod nihil ſubſtantiæ panis, & vini ibi manet: & conſequentèr adductio corporis Chriſti Domini, & cōſtitutio illius ſub illis ſpeciebus omninò concomitantèr,

têr, & per accĩdẽs ſe habet reſpectu deſtructionis ſubſtantiæ panis, & vini.

72 Dices, quòd unico indiviſibili motu, ſeu unica indiviſibili actione fit tota tranſubſtantiatio: ſicùt 5. *Phyſicorum text.* 7. dixit Philoſophus, quòd inter terminos poſitivos eſt motus propriè dictus, & diſtinctus à generatione, & corruptione. Et ideò ad alterationem, ad augmentationem, & ad *ubi* datur propriè motus diſtinctus à generatione, & corruptione: generatio enim eſt à non eſſe formæ ad eſſe illius: corruptio verò ab eſſe formæ ad non eſſe illius: motus verò ab eſſe poſitivo ad eſſe quoque poſitivum. Reſpond. negando aſſumptum: non enim capitur, quomodò deſtructio panis, & poſitio corporis Chriſti poſsint eſſe unica indiviſibilis actio. Cùm neque in aliqua generatione, in qua forma præceſsit in materia, hoc inveniamus: præexiſtẽs enim expellitur per corruptionem: quæ eſt mutatio diſtincta à generatione, per quam inducitur nova forma. Illud autem 5. *Phyſicorum* nõ eſt ad rem: quia motus propriè ſumptus, eſt quidem unica actio: quia ponitur nova entitas, quin aliquid entitatis præexiſtentis deſtruatur. (ut patet in alteratione, per quam novus gradus qualitatis producitur ſine amiſsione præexiſtentium: & in augmentatione: per quam nova pars quantitatis producitur, indemni tota præexiſtente) & ideò non mirum, quòd ſit vnica actio poſitiva ſine conſortio actionis deperditivæ. Tranſubſtantiatio autem neceſſariò debet includere duas mutationes, ſeu actiones: unam ad ponẽdum corpus Chriſti Domini (aut ſanguinem) ſub ſpeciebus; & aliã deſtructivam panis, aut vini.

¶ Inſtabis: latio, ſeu motus localis eſt unica actio, ſeu unicus indiviſibilis motus: ſed per illum deperditur unum *vbi*, & acquiritur aliud: ergo & per tranſubſtantiationẽ poteſt deperdi ſubſtantia panis, & poni ſub ſpeciebus corpus Chriſti Domini. Reſpondetur negando maiorem. Loquendo de latione, qua communitèr unum corpus movetur: includit enim duas mutationes: aliam acquiſitivam novi *vbi*, & aliã deperditivam præexiſtentis.

73 Obijcies tertiò, annihilatio fit per actionem negativam, ſeu per deſitionem conſervationis, & per meram ſuſpenſionem: ſed panis non deſtruitur per ſuſpenſionem concurſus, ſed per actionem poſitivam: ergo nõ annihilatur. Probatur minor: quia actio illa terminatur ad aliquid poſitivum, nempè ad accidentia, quæ ſunt velut ſubiectum illius actionis, & vltimus terminus illius. Reſ-

pondetur negando minorem. Ad probationem dico, quòd, ſicùt quęlibet ſubſtantia eſt entitas realitèr diſtincta à ſuo accidente; ita producitur, conſervatur, & deſtruitur per actionem diſtinctam realitèr ab actione, qua accidens producitur, conſervatur, & deſtruitur. Vndè fit, quòd ſubſtantia panis (& vini) deſinit, ſeu annihilatur per ſuſpenſionē conſervationis, intacta manente conſervatione accidentis cuiuſcumque Euchariſtiæ, ſicùt actio, qua producta fuit ſubſtantia panis, non attingit productionem alicuius accidētis illius; ſed quodlibet per ſuā ſpecialem actionē realitèr diſtinctam fuit productum.

DVB. XII.

74 PEtes 12. Quid ſit præſentia ſacramentalis? ſeu an, vt Chriſtus Dominus dicatur præſens ſpeciebus, ponēda ſit aliqua nova entitas in ipſo? Reſpondetur affirmativè. Quia terminus mutationis realis debet eſſe realis. Sed Chriſtus Dominus mutatione reali adducitur, ſeu movetur ad ſpecies: ergo acquirit entitatem realem intrinſecam ſibi; quam appellamus præſentiam: cùm eius effectus formalis ſit reddere Chriſtum Dominū præſentem ſpeciebus. Ita *Scotus in 4. diſt. 10. quæſt. 1. §. Quantum ergo & Scotiſtæ ex alijs autem Suarez diſp. 47. ſect. 2. Becanus cap. 17. q. 12. & G. Hurt. diſp. 5. diff. 14.*

75 *Vazq. diſput. 190. cap. 3. Ochagav. quæſt. 23. apud prædictū Hurt. & alij* dicunt, Chriſtum D. dici, & eſſe realitèr præſentem ſpeciebus per quādam denominationē extrinſecā ſumptam à præſentia ſpecierum, cū quibus Chriſtus D. eſt unitus. Itaque docent, in Chriſto Domino eſſe quidē aliquid intrinſecum, nempè modum unionis, quo Chriſtus D. unitus eſt ſpeciebus; ratione tamen illius nō eſſe proximè, & formalitèr pręſentem, ſed remotè, & radicalitèr: quia ex eo, quòd Chriſtus D. unitus eſt ſpeciebꝰ, eſt, & dicitur pręſens extrinſecè in loco ſpecierum à præſentia ſpecierum, cū quibus eſt unitus. (ſupponunt iſti, & meritò, præſentiam eſſe quid diverſum ab vnione: nam unio præſupponit præſentiam: necnon & aliqua ſunt præſentia, & non unita) Igitur obijciunt; Chriſtus D. in Euchariſtia habet quidem quātitatem, hæc tamen non habet modum extēſionis actualis: ergo nō habet pręſentiā propriā, & intrinſecam. Reſp. negando conſequētiam: ſolùm enim ſequitur, illā præſentiam nō eſſe *vbi* circumſcriptivum: etenim Chriſtus Dominus talitèr eſt præſens ſpeciebus, ut totus ſit in tota hoſtia, & totus in qualibet eius parte; totus ſanguis in toto Calice, & totus in

in qualibet parte. Quod autem habet præſentiam, ſeu *ubi* circumſcriptivum, talitèr eſt in toto loco, ut totum locatum correſpōdeat toti loco, & partes locati partibus loci.

76 Notat Scotus *ibi à verſ. Ad propoſitum*, realem mutationem, qua Chriſtus Dominus acquirit realem præſentiam ad ſpecies, non eſſe mutationem localem *propter duo. Tum, quia eā non concomitatur aliqua* mutatio *deperditiva prioris ubi: ſicut cōmunitèr eſt in motu locali. Tum etiam, quia hic propriè terminus iſtius mutationis non eſt ubi* circumſcriptivum: *ſed terminus eſt quædam præſentia ſimplex ipſi ſpeciei; vera tamen, & realis: terminus autem mutationis localis propriè accepta eſt ipſum ubi.* (utique circumſcriptivum) ¶ Et tandèm concludit, hanc præſentiam Chriſti Domini ad ſpecies ſpectare reductivè ad prædicamentum *ubi*: ſicùt quando Angelus ponitur de novo præſens alicui corpori, habet *ubi* diffinitivum, quòd reducitur ad prędicamentum *ubi*; hac tamen obſervata differētia, quòd Angelus talitèr eſt præſens hìc, ut non ſit alibi: at Chriſtus Dominus talitèr eſt verè, & realitèr hìc, ut ſimul ſit albi, & pluribi.

77 Obijcies 2. Verbum divinum denominatur formalitèr unitum humanitati ſine aliqua reali entitate in ipſo recepta, ſed per denominationem extrinſecam ſumptam ab unione exiſtente in humanitate: ergo & Chriſtus Dominus poterit denominari præſens per denominationem extrinſecam ſumptā à præſentia ſpecierum, cum quibus eſt unitus. Reſpond. negando conſequentiam, aut paritatem: quia Verbum eſt incapax recipiēdi aliquam realem entitatem ſibi de novo advenientem. ¶ Dices: ſpatium eſt capax talis formæ: ſed ſine illa dicitur pręſens corpori: ergo & corpus Chriſti D. dicetur præſens ſpatio ſine aliqua reali forma. Reſpond. negando minorem: nam *præſentia eſt relatio mutua*: inquit Scotus *ibi verſ. Etſi habeas.*

78 Obi. 3. præſentia Chriſti D. in hoc ſacramento eſt diviſibilis, & extenſa: ergo nequit eſſe quid reale receptum in Chriſto Domino, qui hìc eſt modo indiviſibili. Antecedens probatur: ſi enim una pars ſpecierum conſumitur, Chriſtus D. amittit illam pręſentiā, non amiſſa præſentia ad aliam ſpecierum partem, quæ nō conſumitur. Reſpon. negando antecedens. Ad probationem dico, conſumpta parte ſpecierum, amittere quidem Chriſtū Dominum præſentiā reſpectu illius; non quia amittat aliquam partem entitatis præſentiæ, quæ in ipſo ſubiectatur: hæc enim entitas, quæ appellatur

præſentia eſt omninò indiviſibilis; ſed quia amittit extenſionem ad illam partem, quæ deſivit eſſe: & ſub qua ante deſitionem tota præſentia erat: eſt enim præſentia, ſicùt anima rationalis, & perſonalitas: quæ eſt tota in toto, & tota in qualibet eius parte. Hac ratione, quando homo amittit aliquam partem, (brachiū, v.g.) anima rationalis, & perſonalitas amittunt, nō partem ſuarum entitatum, (ſunt enim indiviſibiles) ſed extēſionem, quam reſpectu brachij habebant: & quaſi retrahuntur ad minorem entitatem. Sic etiam Angelus exiſtens in loco totali, ſi reducatur ad partem illius loci, amittit partem præſentiæ quoad extenſionem, non quoad entitatem. ¶ Ex quibus reſpondetur in forma ad illam probationem: tunc amittere quidem Chriſtum Dominum partem præſentiæ quoad extenſionem, non quoad entitatem. Vndè ſolùm infertur, præſentiam Chriſti D. ad ſpecies eſſe diviſibilem in ſua extenſione; non autem in ſua entitate.

79 Obijc. 4. qui movet ſpecies, ſine novo miraculo movet Chriſtum D. in Euchariſtia: ergo Chriſtus Dominus acquirit novam præſentiam, ſaltèm reſpectu poli, in ordine ad quem poſt hunc motum habet longiorē, aut propinquiorem diſtantiam. Sed talis præſentia nequit cauſari ab agente corporeo, nempè Sacerdote: (eſt enim indiviſibilis) ergo non datur talis præſentia, quæ ſit quid reale. Reſpond. diſtinguendo antecedens. Phyſicè, nego: moralitèr, concedo. Diſtinguo etiam minorem ſubſumptam: phyſicè, concedo: moralitèr, nego. Vndè negatur conſequentia. itaque, qui movet ſpecies phyſicè, movet moralitèr Chriſtum D. cùm enim decreverit, eſſe ſub ſpeciebus, dùm non corrumpātur, ipſum phyſicè movet Deus. Sicuti miniſter ſacramenti ſolùm moralitèr cauſat gratiam, & Deus phyſicè. De quo latè agemus infra.

80 Ex dictis conſtat, hanc præſentiā ſacramentalē Chriſti Domini ad ſpecies pertinere ad prædicamentum *vbi*. (Propter quod dicunt multi, Chriſtum Dominum eſſe in Euchariſtia, tamq; in loco) Quia in nullo alio collocari poteſt: ut ſuppono: nam illa præſentia non eſt ſubſtantia; neque quantitas, neque qualitas; neque relatio intrinſecùs adveniens; neque actio, aut paſſio; neque habitus; neq; ſitus; neque quādo: quia nulla præſentia ponitur in aliquo ex his generibus: ut diſcurrenti conſtavit: ergo ſolùm ad prædicamentum *vbi* poteſt ſpectare. Immò in prædicamento *vbi* collocari debet

non

non directè, ſed reductivè tantùm. Quia (ut *num.* 76. notabamus cum Scoto) non acquiritur per verum motum localē, ſed per mutationem. Inſupêr & quia corpus Chriſti D. in Euchariſtia non eſt circunſcriptivo modo,

81 Dices: hæc præſentia non eſt realis: ergo nō ſpectat, adhuc reductivè, ad prædicamentum *vbi*, aut ad aliquod aliud ex decem: in quorum ſingulis ſolæ entitates reales collocātur. Probatur antecedens: quia hæc præſentia non habet terminum realem. (à quo omnis relatio, etiam extrinſecùs advenientes, de quorum claſſe eſt *vbi*, dependet) Reſpond. negando antecedens. Ad probationem dico, ſpecies eſſe terminum huius relationis præſentiæ. ¶ Contra primò quòd ſpecies ſunt quid diviſibile, & extenſum; ſed præſentia eſt quid indiviſibile, & inextenſum: ergo non poſſunt eſſe terminus illius. Secundò; quia, deſtructis ſpeciebus, poteſt Chriſtus D. non amittere talē præſentiam, ſeu relationem. (ſaltèm miraculoſè ut ſi conſeruetur cum præſentia ad aerē, vel ſpatium, quibus circunſcribebantur ſpecies) Reſpondetur ad primū negando conſequentiam: nam præſentia Angeli ad corpus, cui unitur, eſt indiviſibilis, & tamen terminatur ad corpus diviſibile. Itêm præſentia corporis aſſumpti ab Angelo eſt diviſibilis; necnon & ſpecierum Euchariſtiæ; & tamen utraque terminatur ad indiviſibile: quale eſt Angelus in ſua entitate, & Chriſtus Dominus in modo exiſtendi in Euchariſtia. Poteſt ergo præſentia indiviſibilis pendere ab aliquo diviſibili, tāquā à termino; necnon & præſentia diviſibilis ab indiviſibili. Et ratio vtriuſque eſt, quòd relatio pendet à termino, tamquam à conditione, non tamen tamquàm à dante eſſe. A fundamento enim, in quo recipitur, reſultat, (quod, loquendo de relationibus intrinſecùs advenietibus, eſt univerſaliter verum; & fortè de extrinſecùs advenietibus. Recolantur dicta *in tract. de Incarnat. cap.* 1. *diffi.* 5. *à num.* 39.) termino tantùm ut conditione ſe habente ad eius reſultantiam, & conſervationem.

82 Ad ſecundum reſpondetur, tunc Chriſtum D. amittere præſentiam, ſeu relationem præſentiæ, quam dicebat ad ſpecies: nequit enim conſervari aliqua relatio ſine ſuo termino. Verū tamen eſt, quòd tunc manebit relatio præſentiæ ad ſpatium. Aut quia modò Chriſtus D. diſtincta relatione præſentię reſpicit ſpatium ſpecierum. & iſta tunc remaneret. Aut quia, deſtructa relatione prçſentię ad ſpecies, (caſu, quo deſtruerentur) reſultavit nova

relatio præſentiæ ad ſpatium. ¶ Dices: ergo tunc Chriſt.ᵘˢ D. propriè movetur: cùm deperdat unam prçſentiam, & acquirat aliam. Reſpond. negando: ſolùm enim mutaretur recipiendo novam relationem: ſicùt arbor fixa in fluvio, adveniente nova parte aquæ; & turris per adventum novæ partis aeris, recipit quidem novam relationem præſentiæ ad partem præſentem; non tamen per verum motum localem: cùm arbor (aut turris) non moveatur, ſed aqua moveatur ad illam. ¶ Dices ſecundò, antea terminus immediatus illi relationis prçſentiç erant ſpecies, & mediatus ſpatium: nunc autem terminus immediatus eſt ſpatium: ergo Chriſtus Dominus movetur ſecundum diſtantiam. Reſpondetur (admiſſo antecedente falſo, nempè, quòd ad terminos mediatum, & immediatum detur unica relatio) negando cōſequentiam: quia illa mediatio, vel immediatio non eſt ſecundum diſtantiam localem; ſed ſecundum ſimplicem terminationem. Nam, quandò corpus quantum eſt in loco, quantitas non eſt propinquior loco, quàm ſubſtantia quanta; ſed ſubſtantia eſt in loco ratione quantitatis. Quarè ſubſtantia, ſi ab illa Deus auferret quātitatem, non diceretur moveri localitèr, ſeu ſecundum diſtantiam per hoc ſolùm, quòd terminaret immediatè relationem loci, quam exiſtens affecta quantitate ſolùm mediatè terminabat.

DVB. XIII.

83 PEtes 13. qualem vnionem habeat Chriſtus Dominus cum ſpeciebus ſacramentalibus? Reſpondetur, ſolùm moralem habere, nempè intimè, & infallibilitèr aſſiſtere illis ex pacto Dei. Quia hæc unio ſufficit ad ſalvandum, Chriſtum Dominum realitèr, & verè contineri in Euchariſtia: (ut fides docet) & alias quæcumque alia unio phyſica eſt intellectu difficilis. Ita ſupponit Scotus *diſtinct.* 10. *quæſt.* 6. *§. Ad intellectum verſ. Quarta eſt, & verſ. Quarta concluſio, & defendunt Scotiſtæ, præſertim Fabro diſput.* 36. *cap.* 4. *num.* 30. *ubi citat Gabr. OKam, Maiorem, & Petrum de Aliaco.* ¶ Sed antequàm oppoſitam ſententiam adducam, oportet firmare ſuppoſitum huius dubij. Igitur meritò ſupponimus, inter Chriſtum Dominum, & ſpecies eſſe aliquam unionem realem. (abſtrahentes a phyſica, & morali) Quia, etſi præſentia Chriſti Domini ad ſpecies poſſet ſalvari ſine unione: quia præſentia præcisè ſignificat in di-

diſtantiam; non autem inclu-dit neceſſariò aliquam unio-nem: cùm nõn omnia illa, quæ ſunt præſentia, ſint vnita, licèt è contra, quæ ſunt vnita, ſint præſentia. Tamen modus lo-quẽdi cõciliorum, PP. & Scho-laſticorum non ſalvabitur ſine aliqua vera vnione. Paſsim enim dicunt, Chriſtum D. mo-veri, mãducari, &c. motis, fra-ctis ſpeciebus, &c. Quarè Ca-tholici potiùs ſupponunt, quã diſputant. An inter Chriſtum D. & ſpecies detur aliqua vera, & realis vnio? Quã noſtra con-cluſio non phyſicam, ſed mora-lem vocat. eſtque non præſen-tia, ut cumque, ſed infallibilis, & intima ſpeciebus præſentia, ſeu aſsiſtentia.

84 Sed, eſſe phyſicam, affir-mant multi, quamvis longiſsi-mè diſtrahantur in huius expli-catione. *Ita D. Th. in 4. d. 11. q. 1. art. 1. ad 1. Caiet. 3. p. quæſ. 75. art. 1. & Scotus in 4. d. 9. quæſt. 2. art. 4. & alij apud Fab. ibi num 29.* Ex quibus aliqui dicunt, hoc genus vnionis eſſe ineffabile, & incomprehẽſibile. Allij dicunt, quòd Chriſtus D. arctiùs cõiun-gitur ſpeciebus, quàm Angel⁹ corpori aſſumpto, & quod eo modo coniungitur, quo ſubſtã-tia panis coniungebatur illis accidentibus, ſecluſa inhæren-tia. ¶ Alij videntur dicere, quòd illa vnio eſt quaſi hypoſta-tica. Alij dicunt, non eſſe hy-poſtaticam, aut inhærentiæ, ſed ſacramentalem. Caietanus ibi notat, à concilio Latera-nenſi vocari vnionem conti-nentis, & contenti. ¶ Suarez *diſp. 47. ſect. 3.* dicit, hanc vnio-nem non eſſe formalem, ſed effectivam, & mutuam, qua Chriſtus Dominus efficientèr conſervat ſpecies ſeparatas à ſubiecto, & eas quaſi trahit ad ſe, & qua è contra ſpecies conſervant præſentiam Chriſ-ti Domini ſub illis, & ad ſe quaſi trahunt illum. ¶ Va-lentia *quæſt. 75. puncto* 3. dicit, prædictam vnionem eſſe for-malem, non accidentalem, ſed ſubſtantialem, medio modo ſubſtantiali. ¶ Vazquez *diſp. 190. capit. 3. & G. Hurt. diſp. 5. diffi. 16.* dicunt, hanc vnionem eſſe formalem, non ſubſtantia-lem, ſed accidentalem. ¶ Lu-go *diſp. 6. ſect. 2. à num. 19. & præſertim num. 27.* exiſtimat, continentiam Chriſti Domini ſub ſpeciebus non eſſe pro-priam vnionem ſimplicitèr, ſed ſecundum quid: quarè me-liùs (inquit) appellatur vnio cauſalitatis. Vult enim, quòd illa continentia conſiſtat in actione quadam, qua corpus Chriſti Domini per poten-tiam obedientialem activam, vt inſtrumentum elevatum, conſervat accidentia panis, ſupplendo concurſum, & ſuſ-tentationem panis, non in eo-dem genere cauſæ, ſed in gene-re cauſæ efficientis.

85 Igi-

85 Igitur omnes hi (etſi tot anguſtijs arctati) conſpirant in hoc, quòd inter Chriſtum D. & ſpecies aliqua phyſica continentia, aut vnio eſt concedenda: & obijciunt D. Auguſtinum *lib. ſententiarum Proſperi* (& refertur *diſtinctione de Conſecratione can. Hoc eſt*) dicentem: *ſacrificium Eccleſiæ duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inviſibili D. noſtri carne.* Expendit Soto *ibi* ly *conſtare*: per quod videtur inſinuari, eſſe vnum cōpoſitum ſpecies, & carnē, (ſicùt eſt panis, & eius accidētia.) ſecluſa inhærentia. Reſp. verū eſſe, conſtare ex ſpeciebus, & Chriſto D. Itèm verum eſſe, ex utroque fieri quoddam cōpoſitum artificioſum: quòd autē hæc duo extrema, quibus hoc compoſitum conſtat, phyſicè vniantur, nec Auguſtinus determinat; nec aliqua probabilis ratio ſuadet.

86 Obi. 2: quòd, fractis tactis, & motis ſpeciebus, Chriſtus D. dicitur frangi, tangi, & moveri: ergo intervenit aliqua phyſica vnio inter Chriſtum D. & ſpecies. Aliàs nō videtur, poſſe verificari iſta: immò neque verba cōſecrationis: *Hoc eſt corpus meum.* Reſp. negando conſequentiam. Ad probationem dico, quòd, ſicùt verum eſt, iudicem ſuſpendere, ſuadentem, conſulentem, aut mandantem homicidium eſſe homicidam, quamvis aliàs nulla actio phyſica circa homicidium ponant, ſolùm, quia ſunt cauſæ morales. Ita verum eſt, moveri Chriſtum D. ad motum ſpecierum, ab illo, qui ſpecies movet: quamvis ſolùm ſit connexio moralis inter Chriſtum D. & ſpecies proveniens ex decreto, quo Deus ſtatuit, Chriſtum D. futurū eſſe præſentem ſpeciebus, dùm nō corrupātur. Vi enim huius decreti tenetur Deus, phyſicè movere Chriſti D. corpus, & ſanguinem, quoties à Sacerdote moventur ſpecies. Sicuti ſi Angelus decrevisset eſſe præſens, ſeu vniri lapidi per vnum diē, qui moveret lapidem tunc tēporis, moveret quidem Angelum, non phyſicè, (motus enim phyſicè proveniret ab Angelo) ſed moralitèr, eo ſcilicet, quòd movebat lapidē, cum quo Angelus habebat vnionem moralem, non phyſicam. Quod & in nobis frequentèr reperimus: famulus enim ſubſequens Dominū, movetur, & quieſcit ad motum, & quietem illius: non quia motus, & quies famuli ſint à Domino phyſicè; ſed tantùm moraliter.

87 Verba autem conſecrationis ideò ſunt vera practicè, quia verè operātur, quod corpus Chriſti D. ponatur ſub ſpeciebus: ad cuius veritatē parum refert, quòd cum illis habeat connexionem phyſicam, aut moralem. Sicùt enim veritas ſpeculativa ſumitur præciſè ab hoc,

hoc, quòd res ſit, vel non ſit; vt enuntiatur per propoſitionem. Ita veritas practica ſalvatur in hoc, quòd operentur, aut ponant id, quod ſignificant. Quòd vero hoc, vel illo modo ponatur, omninò eſt accidentarium veritati practicæ: ſicût ſpeculativæ, quod res enuntiata, hoc, vel illo modo exiſtat, aut fiat. Vt patet exemplis, æquè enim eſt vera iſta propoſitio, *Angelus eſt vnitus corpori aſſumpto*; ac iſta, *Petrus eſt albus*; quāvis aliàs vnio Angeli cum corpore aſſumpto ſit moralis tantùm; & vnio albedinis cum Petro ſit phyſica. Itèm æquè vera eſt hęc propoſitio; *Petrus currit*, ſivè velocitèr, ſivè ſegnitèr currat. Et omnium ratio eſt, quòd propoſitiones illæ non enuntiant modos, ſed ſubſtantias rerum.

88 Nota tamen, quòd, quādo prædicatum aliquod repugnat Chriſto D. propoſitio ſolù metonymicè eſt vera, & ratione continentis, nempè ſpecierū. Quarè, etſi abſolutè, & ſimplicitèr ſit vera hæc propoſitio *motis ſpeciebus movetur Chriſtus D.* quia verè movetur à Deo. Tamen iſta: *fractis ſpeciebus, frāgitur Chriſtus D.* ſolùm eſt vera metonymicè, ſeu quia frāguntur ſpecies continentes Chriſtum D. qui in ſtatu beatitudinis incapax eſt fractionis. Et ideò dicit Eccleſia in proſa Miſſæ corporis Chriſti: *Nulla rei fit ſciſura: ſigni tantum fit fractura.* ¶ Si autem quis contendat, prædictam (Idem eſt de ſimilibus propoſitionibus) eſſe veram per repreſentationem: (ſicùt, cùm Angelus loquēs in perſona Dei dicebat: *Ego ſum Deus*) non cōtendam cum illo. Solùm enim intēdo, illam propoſitionē (& ſimiles) non eſſe ſumendam in ſenſu literali: quia illud prædicatum *frangitur* nunc temporis non poteſt convenire Chriſto D. quamvis aliàs eius fractionē in cruce poſsit repreſentare.

89 Obi. 3. (eſt fundamētum Suar. & Lugo) Deus poteſt aſſumere quamcumque creaturā, vt inſtrumentum ad faciēdum opera ſupernaturalia, etiam creationis: ergo, ſicùt poteſt cōſervare illa accidentia, ſeu ſpecies ſine ſubiecto, poteſt aſſumere corpus Chriſti D. tamquā inſtrumentum ad illarum conſervationem; etiam ſi illa conſervatio ſit idem, quòd creatio continuata. Poteſt itèm aſſumere illa accidentia, vt inſtrumentum, vt attrahant, & cōtineant ſub ſe corpus Chriſti D. Reſp. negandò antecedens: ex ipſo enim ſequeretur, poſſe muſcam aſſumi, ut inſtrumentum, ad creandum Angelum, gratiā, &c. Quarè falſum omninò eſt, in quacumque creatura eſſe potentiam obedientialem activam, vi cuius poſsit aſſumi à Deo, vt inſtrumentum, ad operandum quēcumque effectum. Reſp, 2. (omiſſo anteceden-

Digitized by Google

cedenti)negando conſequentiam,loquendo de facto : quia hoc fieret per multiplicationē miraculorum ſine neceſsitate. In noſtra enim ſentētia eſt quidem miraculum, quòd accidētia conſerventur ſine ſubiecto. In ſententia verò Suar. & aliorum eſſet duplex miraculum; vnum quòd corpus Chriſti D. ſubſtentaret illas ſpecies: & aliud, quòd illæ ſpecies attraherent ad ſe corpus Chriſti D. & illud, dùm non corrumperentur, conſervarent. Plura contra hunc modum philoſophandi vide apud RR. præſertim apud G.Hurt.*diſp.5,diff.16.*

90 Denique obi. quòd Tridentinum *ſeſ.13.* dicit, Chriſtum D. eſſe ſub ſpeciebus *realitèr, & ſubſtantialitèr*: ergo per vnionem realem. Reſp. negando conſequētiam: ſolùm enim intendit contra hæreticos, eſſe præſentem verè, & realitèr ſub ſpeciebus; & nō ſolùm tamquā in ſigno. Ad quam veram, & realem præſentiam omninò eſt accidentarium, quòd cum ſpeciebus habeat vnionē phyſicam, vel moralem: cùm quælibet illarum ſufficiat.

DVB. XIV.

91 PEtes 14. Quomodò loquendum ſit de hoc ſacramento? Reſp. ſic eſſe loquēdum aut formādas propoſitiones, vt per eas ſignificetur id, quod in rei veritate ſit, aut cōtineatur in hoc ſacramēto. Quia ab eo, quod eſt, vel nō eſt, propoſitio dicitur vera, vel falſa: vtimurque vocibus, & propoſitionibus ad ſignificandum res, ſicùt ſunt in ſe ipſis, vel ſaltèm in noſtro intellectu. In hoc cōſpirant AA.

92 Vndè infertur, veras eſſe omnes propoſitiones, quibus ſignificatur, ſub ſpecieb' Chriſtum D. realitèr contineri. Quia ita eſt. Et conſequentèr falſæ erunt, quæ hanc continentiam negabunt. Itèm veræ ſunt omnes propoſitiones, quibus ſignificatur, in hoc ſacramento nihil ſubſtantiæ panis, & vini, ſed ſolùm accidentia illorum remanere. Quia ita eſt in re. Et conſequentèr falſæ erunt, quæ oppoſitum affirmaverint. ¶ Inſupèr veræ erunt, quæ affirmabunt, panem converſum fuiſſe in corpus Chriſti D. & vinum in eius ſanguinem. Quia ita factum fuit in rei veritate. Et cōſequentèr falſæ erunt propoſitiones oppoſitæ. ¶ Ad ſpecialia autem deſcendendo.

93 Infertur 2, falſas eſſe propoſitiones, in quibus dicitur, panē fieri, vel factum eſſe corpus Chriſti D. Quia ſignificatur ſubiectum commune ſubſtantiç panis, & corpori Chriſti D. id eſt, ſignificatur, materiam primā, quæ erat ſub forma panis, manere modò ſub forma corporis Chriſti D. ſicùt cùm dici-

mus

mus *lignum factum eſt ignis: homo niger factus eſt albus: homo indoctus factus eſt doctus*. ¶ Dices, quòd VII. ſynodus *act. 6.* dicit: *nos confiteri, divinum corpus panē fieri*. Reſp. loqui de pane animarum: iuxta illud *caro mea veré eſt cibus. Ioan. 6.* ¶ Dices 2. multos PP. immò & Eccleſiæ hymnum opponi verbis illis: *verbum caro panem verum verbo carnem efficit. Fitque ſanguis Chriſti merum.* Reſp. ſic eſſe explicandum; panis tranſit, vel convertitur in corpus Chriſti D. & vinum in ſanguinem.

94 Infertur 3. falſas eſſe propoſitiones, in quibus (loquēdo de corpore Chriſti D. & pane, aut de vino, & ſanguine) ponitur verbū *eſt, fuit,* aut *erit*. Quia ſignificat vnionem extremorū ſivè eſſentialem, ſivè accidētalem: quarum neutram habent panis, & Chriſtus D. Si tamen apud PP. reperiatur, panē poſt cōſecrationē eſſe corpus Chriſti D. explicandi ſunt, ita ut ſolū intēdant ſignificare, quòd accidentia panis continent corp⁹ Chriſti D. Cum enim tūc temporis nōdùm fuiſſet error aſſerens, aliquid panis manere poſt conſecrationem, PP. non multū curabant de modo loquēdi.

95 Infertur 4. veras eſſe propoſitiones in quibus (loquendo de pane, & corpore Chriſti D.) ponitur præpoſitio auferendi *ex*; vt ſi dicamus: *ex pane fit corp⁹ Chriſti D.* ¶ Idem dicendum eſt, ſi adiungatur præpoſitio *in* regens accuſativum: ut ſi dicas: *panis convertitur, vel tranſit in corpus Chriſti D.* Quia in his ſolùm ſignificatur ordo, & ſucceſsio unius ad aliud: ut docet Ariſt. 2. *Met. cap. 3. ex mane fit meridies*. In rei autem veritate inter panem, & corpus Chriſti D. datur vera ſucceſsio. ¶ Notat autem Scotus *d. 11. quæſt. 5. verſ. Aliomodo*, quòd, licèt vtraque ſit propria, de rigore ſermonis proprior eſt poſterior: nam ly *ex* poteſt denotare, manere aliquod ſubiectum commune ſub vtroque termino; ſecundum Ariſt. 1. *Phyſic. & 1. de Gener. & 11. Met.* Quod ly *in* nō denotatur. ¶ Advertit tamen Scotus, hanc eſſe falſam: *panis mutatur in corpus Chriſti D.* quia ibi non eſt propriè mutatio.

96 Infertur 5. eodem modo eſſe philoſophandū de hac propoſitione, *de pane fit corpus Chriſti D.* ac de illa, *ex pane fit, &c.* Quia ly *ex* & ly *de* idem omnino denotant, aut ſignificāt. Inſupèr, & quia reperitur in D. Amb. *lib. 4. de ſacramentis cap. 4.* Ita Scotus *ibi verſ. Vel cum hac.* Pro qua ſententia Vazq. *diſp. 181. cap. 14. num. 152. citat noſter Alenſem, & Bonav. necnon & Gab. atque Ledeſmam: quibus ipſe ferè ſubſcribit.* ¶ Oppoſitū tamen tenent *Angelicus Doctor q. 75. art. 8. Sotus ibi, Ricardus, & alij.* Quia exiſtimant, præpoſitionem *de* ſignificare cauſam con-

conſubſtantialem: *quæ quidem conſuſtbantialitas extremorum in tranſmutationibus naturalibus attenditur penès convenientiam in ſubiecto.* Ægrè tamen invenitur aliquod diſcrimen inter has præpoſitiones *ex*, & *de*. Quarè aut neganda eſt propoſitio iſta: *ex pane fit caro Chriſti*, aut concedenda illa *de pane fit caro Chriſti D.* vt illam cõcedit D. Ambroſius nupèr citatus.

97 Dices: in hac propoſitione (*De ſemine, aut embrione fit homo.* Idem eſt de iſta, *de albo fit nigrum*: & in ſimilibus.) Denotatur, ſubiectum formæ ſeminis, aut embrionis, id eſt, eius materiã, remanere in homine, ſeu in ipſamet materia formã hominis eſſe receptam: ergo ly *de* denotat cõſubſtantialitatẽ extremorũ propoſitionis. Reſp. eodem modo ſignificari poſſe per prępoſitionẽ *ex*: ęquè enim vere dicimus: *ex ſemine aut embrione fit homo: ex albo fit nigrum.* &c. Quarè in ſenſu, quo accipitur vna, debet accipi altera. De rigore autẽ ſermonis videtur, vtramque præpoſitionẽ *de*, & *ex* ſignificare ordinem, & ſucceſsionem vnius ad aliud: vt cũ dicimus: *nihilo: aut ex nihilo fecit Deus vniverſa: ex, vel de mane fit meridies.* Quando autẽ ſimul invenitur extremorum convenientia in ſubiecto, hoc eſt de per accidẽs. Et ratio eſſe poteſt, quòd non eſt aliqua propoſitio facta ex præpoſitione *de* aut *ex*, in qua non ſignificetur ſucceſſio, ſeu ordo vnius extremi ad aliud: benè tamen reperiuntur aliquæ non denotantes cõſubſtantialitatem: vt ſunt illæ nuperrimè enumeratæ: *de nihilo, aut ex nihilo fecit Deus vniverſa: de mane, aut ex mane fit meridies.* Nec non & iſta: *Chriſtus conceptus eſt de Spiritu Sancto.*

CAP. VIII.

De modo, quo Chriſtus D. eſt in Euchariſtia.

Conſtat ex Tridentino *ſeſ. 13. cap. 3. & can. 1.* Chriſtum D. verè, realitèr, & ſubſtantialitèr contineri in hoc venerabili Euchariſtiæ ſacramento. Quod & latè explicuimus toto capite præcedenti. Succedit modò, modũ huius continentiæ necnon & an omnia, quæ ſunt in Chriſto D. ibi reperiantur, declarare. Cùm autẽ in Euchariſtia, quædam ibi vi verborum formæ, alia verò per concomitantiam ponantur, (vt ſuppono ex his, quæ in toto hoc capite dicemus) præexaminandum eſt, quid ſit concomitantia? aut in quo fundetur?

DV-

DVB. I.

1 PEtes 1. Quid ſit concomitantia? Aut in quo fundetur? Reſp. ad primum, per hanc phraſim (per *concomitantiam*) ſignificare Theologos omnia illa, quæ verè, & realitèr ponuntur in Euchariſtia, nō ex vi verborum formæ, ſed quia habent aliquam connexionem, aut coniunctionem cum illo, quod ponitur ex vi verborum, id eſt, vi, aut efficacia ſignificationis verborum formæ. V.g. in hac forma *Hoc eſt corpus meum*, ſignificatum vi verborum eſt corpus Chriſti D. & ideò illud dicunt Theologi poni ſub accidentibus panis primariò, ſeu ex vi verborum. Cùm autem corpus Chriſti D. modò ſit animatum, (quod nō habebat in triduo) quantum, album, &c. omnia iſta ſimul ponuntur in Euchariſtia, nō quidē ex vi verborum. ſed per cōcomitantiam; id eſt, quia aliqua connexione, aut coniunctione ſunt in corpore Chriſti D. aut illud concomitantur. Vndè ferè patet ad vtrumque quæſitū.

2 Pro ampliori autem intelligētia ſecundi nota ex Scoto *in 4. d. 10. quæſt. 2. §. Dico ergo à verſ. Et pro iſtis*, quòd, ut aliquod prædicatum dicatur convenire Chriſto D. ſeu eſſe in Euchariſtia per concomitātiā, non ſolùm requiritur, quòd cū ipſo exiſtenti alibi habeat veram, & realem coniunctionē: ſed etiam quòd ſit prius, & independens eſſentialitèr ab *ubi*, ſeu loco, quē occupat in cœlo, v.g. Nam *ubi*, ſeu præſentia, quam habet Chriſtus D. in cœlo, non ponitur in Euchariſtia per concomitantiam. Idem eſt de quocumque alio prædicato dependente ab ipſo *ubi* cœli. Quarè omnia prædicata abſoluta, ſeu quæ cōveniunt Chriſto D. abſolutè, ſeu ſine dependentia à ſpatio, quod occupat in cœlo, concedenda ſunt in Euchariſtia ſaltèm per concomitantiam: vt habere quantitatē, qualitates, &c. Quod declarat Scotus ibi tribus regulis, ſeu propoſitionibus.

3 Prima eſt. Quæcūque ſunt priora eſſentialitèr ipſo *ubi*, vniformitèr inſunt corpori, quā vis habeat diverſa *ubi*; nec variabūtur, variato ipſo *ubi*. Quę verò poſteriùs, vel ſimul natura, variabuntur ſecundum variationem ipſius *ubi*. ¶ Secūda propoſitio eſt. Sicùt paſſum exiſtens in vno *ubi* reciperet formam à duobus agentibus ſibi ibidem approximatis: ſic ipſum in duobus locis exiſtens patietur ab eiſdem ſibi in illis duobus *vbi* approximatis. Et hoc intelligo de paſsione, quæ eſt ad formā abſolutā. ¶ Tertia propoſitio eſt. Sicut corpus in uno *ubi* exiſtens ſe haberet in ratione activi ad diverſa ſibi appro-

approximata in illo *ubi*. Sic ipſum, vt exiſtens in duobus *ubi* ſe habet ad eadem ſibi in illis *ubi* approximata. Hucuſq; Scotus: quas tres regulas, aut propoſitiones efficacitèr probat. Vndè conſtat id, quod *num.* 2. dicebamus, nempè quantitatē, qualitates, & vniverſalitèr omnia, quæ Chriſtus D. habet in cœlo, quæ aliàs ſunt independentia ab ſpatio, quod occupat in cœlo eſſe cocedenda Chriſto D. in Euchariſtia per concomitantiā. Videantur dicenda à *num.* 81.

4 Petes 2. An totus Chriſtus D. ſit in Euchariſtia ſub qualibet ſpecie? Reſp. affirmativè. Quia ita definitur in diverſis concilijs, præſertim *in Conſtancienſi ſeſ.* 13. *in Florentino, ſeu ab Eugenio IIII. in ſuo decreto fidei, & in Tridentino ſeſ.* 13. *cap.* 3. *& can.* 1. *&* 3. *& ſeſ* 21. *cap.* 3. *& can.* 3. Sufficiant hæc verba illius primi canonis ſeſsionis 13. *Si quis negaverit, in ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento contineri verè, realitèr, & ſubſtantialitèr corpus, & ſanguinem vnà cum anima, & divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proindè totum Chriſtū, &c. anathema ſit*. Quod autem de qualibet ſpecie ab alia condiſtincta, aut ſeparata hoc ſit intelligendum, declarat Tridētinum *ſeſ.* 21. *can.* 3. dicens: *ſi qui negaverit, totum, & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem, & auctorem ſub vna panis ſpecie ſumi, &c. anathema ſit. Et can.* 3. *ſeſ.* 13. dicens: *Si quis negaverit, in venerabili ſacramēto Euchariſtiæ ſub vnaquaquam ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſcumque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri, anathema ſit*. Quod & prædocuerant multi PP. citati à RR. Eſtque perpetua Eccleſiæ traditio ſumpta ex verbis conſecrationis. Cùm enim verba conſecrationis panis vi ſuæ ſignificationis ponant corpus Chriſti D. & aliàs eius corpus vivum (qualitèr de facto exiſtit Chriſtus D.) habeat coniunctionem, ſeu connexionē cum ſanguine, anima, & perſonalitate divini Verbi, & cum reliquis omnibus, quę ad eius integritatem, & perfectionem ſunt neceſſaria, omnia iſta debēt poni, & cōſequentèr totus Chriſtus D. ſub ſpecie panis. Itèm cū ſanguis Chriſti D. qui de factò exiſtit, ſit vivus, ſeu intra venas eius corporis vivi, neceſſariò coniungitur, aut connectitur cum eius corpore, anima, perſonalitate divina, & cum reliquis alijs, quæ ad conſiſtentiam totius, & perfecti corporis ſpectant: & conſequētèr etiam in calice totus Chriſtus D. continebitur.

5 Vndè infertur, eſſe in Euchariſtia omnia & ſingula. quæ ſpectare poſſunt non ſolùm ad conſiſtentiam ſed etiā ad perfectionem accidentalem, ſeu ornatum corporis Chriſti D. Quia

Quia cùm iſta habeat coniunctionem cum ChriſtoD. exiſtēte in cœlo, debemus illa etiam in Euchariſtia reperire. Quarè in hoc ſacramento habet Chriſtus D. dentes, ungues, & capillos: licèt enim non informètur anima, ſunt de integritate humanitatis. Idem dicendum eſt de ſpiritibus vitalibus, & animalibus, & de quatuor humoribus, necnō & de chilo, propter eamdem rationem. Non tamen eſt in Euchariſtia ſaliva, aut alia excrementa, nequè cibus indigeſtus, (in Euchariſtia conſecrata tempore cœnę) qui erat in ſtomacho Chriſti Domini. Quia ad cōcomitantiam non ſufficit localis præſentia, ſed etiam requiritur naturalis coniunctio, quæ non datur inter illa, & corpus Chriſti D. nequè ſpectat ad humanitatis integritatem. Hûc ſpectare poſſunt dicta à nobis *in tract. Incarnationis cap. 3. dif 2 à num. 72.* Vndè patet, nihil certum poſſe affirmari de præputio Redēptoris: etenim non eſt certum, ab ipſo fuiſſe reaſſumptū. Quare ſicùt *ibi num.* 71. diximus, quòd, ſi fuit reaſſumptū à Chriſto D. manet unitum Verbo divino: ita modò affirmamus, quòd, ſi fuit reunitum, ponitur in Euchariſtia: immò ex vi verborum: quia pertinet ad integritatem corporis Chriſti D.

6 Ex quibus corruit error quorumdam Lutheranorum, qui, etſi verum corpus, & ſanguinem Chriſti D. admittant in Euchariſtia, exiſtimant tamen, nō eſſe totum Chriſtum D. ſub qualibet ſpecie; ſed ſub ſpeciebus panis eſſe corpus tātùm; & tantùm ſanguinem ſub ſpeciebus vini. Et obijciunt ſub ſpeciebus tātùm eſt, quod verbis ſignificatur: ergo ſub ſpeciebus panis ſolùm eſt corpus; & ſub ſpeciebus vini ſolùm eſt ſanguis. Reſp. negando antecedens: licèt enim ex vi verborum ſolùm ponatur ſub ſpeciebus id, quod verba ſignificant: tamen per cōcomitantiam ponuntur, quæ cum illo habent coniunctionem naturalem, aut ſpectant ad eius perfectionem.

7 Obi. 2. ſanguis non ponitur per concomitantiam in partibus hoſtiæ ergo ſaltèm in partibꝰ nō ponitur totus Chriſtus. Probatur aſſumptum: nam Chriſtus D. non eſt in partibus hoſtiæ per præſentiā adæquatam: ſed ſolùm ad præſentiam adæquatā ſecuntur, quę ſunt illi connexa, aut unita ergo ſanguis non ponitur per concomitantiā in partibus hoſtiæ. Reſp. negando aſſumptum. Ad probationem nego maiorem: cum enim ibi remaneat Chriſtus D. ablatis quibuſcumque partibꝰ, in qualibet eſt per præſentiam adæquatam Sicùt Angelus, qui eſt in aliquo ſpatio, in quacumque eius parte habet omnia ſua accidentia. Sicùt & anima illa

habet in quacumque parte corporis.

8 Obi. 3. in ſententia ponẽte minimum naturale in pane, in dimidio illius poneretur Chriſtus D. Sed ibi non haberet omnia accidẽtia, quæ habet in cœlo: ergo in qualibet parte nõ reperitur totus Chriſtus D. cum omnibus abſolutis, quæ ſibi inſunt in cœlo. Probatur minor: ibi enim eſſet tamquàm in loco inadæquato. Reſp. negando maiorem. Cùm enim ex voluntate Dei Chriſtus D. ſolùm ſit ſub accidentibus panis naturalis, ſeu in ſtatu naturali, deberet dicere illa ſententia, Chriſti D. corpus ſolùm poni ſub accidẽtibus panis naturalis; quãvis aliàs nõ repugnaret, ibi eſſe corpus Chriſti D. modo indiviſibili.

DVB. III.

9 PEtes 3. An totus Chriſtus D. ſit in qualibet parte ſpecierum ante diviſionem? Reſpond. affirmativè. Quia poſt diviſionem eſt ſub qualibet parte quantumvis minima: ergo erat etiam ante diviſionem: non enim per diviſionem fit nova conſecratio. Vnde fit, Chriſtum D. in Euchariſtia eſſe modo indiviſibili, & non ſubiecto menſuræ locali. Quarè totus Chriſtus D. eſt in tota hoſtia, & totus in qualibet eius parte. Sicùt anima rationalis eſt in corpore, & Angelus in ſpatio. Ita *D. Thom. q. 76. art. 3. Scotus, Ricardus, Paludanus, Marſilius, Henric. Ægidius, Hervæus, Gab. Hugo Victor. & Innoc. quos citat, & ſequuntur RR. præſertim Suar. diſp. 52. ſect. 2. Vazq. diſp. 188. capit. 3. & Lugo diſp. 8. ſect. 3. à num. 43.*

10 Vndè reijcitur Albertus *in 4. diſt. 13. art. 1.* ſupponens planè, Chriſtum D. non eſſe ſub ſingulis partibus ſpecierum: & Altiſſiodorẽſis *lib. 4 ſummæ trac. 5. cap. 4.* dicens, ante fractionẽ per ſe eſſe Chriſtum D. in toto, & non in partibus: poſt fractionem verò per ſe etiam eſſe ſub ſingulis partibus diviſis. Hæc tamen ſententia reijcitur ex fundamento noſtræ, nempè, quia nullã poteſt reddere cauſam, à qua per ſolam fractionẽ ſit totus Chriſtus D. in ſingulis partibus hoſtiæ, ſi anteà in ſingulis totus non erat. Aut cur, ſi duo calices conſecrati miſceãtur, cum anteà bis fuerit totus Chriſtus, incipiat tantùm eſſe ſemel. Quarè hæc ſententia reijcitur ab omnibus Theologis.

¶ Sed obijcit: in ſpeculo integro ſemel apparet obiectum; at in fracto totiès, quot ſunt partes: ergo ſic in tota hoſtia ante fractionem ſemel tantùm eſt totus Chriſtus: & poſt fractionem totus in ſingulis partibus. Reſp. negando conſequentiam, ſeu paritatem. Eſt autem diſparitas, quòd per diviſionẽ ſpe-

ſpeculi remanent plura ſpecula, in quorum ſingulis fit reflexio radiorum, aut ſpecierum intentionalium, per quam formatur nova repreſentatio obiecti. In parte autem hoſtię per, aut poſt diviſionem nihil reperitur, vi cuius ibi ponatur totus Chriſtus D. Quarè ſi ante diviſionem in qualibet parte hoſtiæ non eſſet totus Chriſtus D. nec per, aut poſt diviſionem ibi reperiretur.

11 Obi. 2. Ante diviſionē ſolùm ſignificatur Chriſtus D. per ſpecies continuas per modum unius cibi: ergo ſemel tãtùm eſt ibi totus in tota hoſtia. Patet cõſequẽtia à ſimili: quia, ſicùt poſt diviſionem eſt pluriès Chriſtus D. ſub partibus, quia repreſentatur, ut plures cibi: ita, quia ante fractionē repreſentatur, ut unus cibus, debet eſſe ſemel tantùm ſub illa hoſtia. Reſp. negando conſequentiam: quia unitas repreſentationis cibi, ſeu, ut ſpecies repreſentent Chriſtum D. ut vnũ cibum, non requiritur, quòd Chriſtus D. repreſentetur extẽſo, & diviſibili, aut inextenſo, & indiviſibili modo exiſtens: ſed ſufficit, quòd indifferentèr ad vtrumq; hunc modum exiſtendi ſe habeat: cùm æquè verè unitas repreſentationis ſalvaretur, exiſtẽte Chriſto D. diviſibili, aut indiviſibili modo in Euchariſtia. Sicùt unitas cõpoſiti naturalis æquè verè ſalvatur in leone, v. g. ac in homine: & tamẽ forma leonis eſt diviſibilis, & extenſo modo exiſtit in leone; in homine autẽ anima rationalis eſt indiuiſibilis, & inextenſo modo exiſtit. Quarè ad probationem dico, quod non ideò plurièssChriſtus D. exiſtit in partibus poſt fractionem, quia repreſentatur, ut plures cibi; ſed quia in qualibet parte ante diviſionẽ tot' exiſtebat per replicationẽ præſentię totalis. Sicũ: anima rationalis exiſtit in toto corpore, & in quacumque eius parte: & Angelus in toto ſpatio, atq; in ſingulis partibus illius.

12 Obi. 3. difficillimum intellectu eſt in hoc myſterio, quomodò corpus quantum ſit indiviſibilitèr, ſeu totum in tota hoſtia, & totum in qualibet illius parte ſine extenſione in ordine ad locum. Sed hoc vitatur dicendo, eſſe quidẽ ibi totum Chriſtũ, modo tamen naturalitèr debito corpori quanto, nempè per correſpondentiam totius corporis ad totam hoſtiam, & partium corporis ad partes illius: ergo ſic debemus philoſophari. Confirmatur, quia hoc ſufficit ad ſalvandum, quæ cõcilia, & PP. docẽt de hoc myſterio. Inmò implicitè hoc videntur docere, dùm aſtruunt, Chriſtum D. totum contineri in qualibet parte illius, non quidem abſolutè, ſed *fractione facta*: ergo innuũt, ante fra-

fractionem ibi non eſſe totum Chriſtum D. ſed ſolùm partem illius. Reſp. lõgè difficilius eſſe intelligere, quomodo in parte, in qua ante ſeparationem non continebatur totus Chriſtus D. fractione facta, totus cõtineatur ſine nova cõſecratione. Et ideò, etſi haud facilè percipiatur corpus quantum indiviſibilitèr exiſtere, ſic factum fuiſſe, debem᷒ affirmare, ne inextricabilibus premamur anguſtijs. Quarè in forma negãda eſt conſequentia. Ad confirmationẽ dico, non poſſe ſalvari, quòd poſt fractionẽ totus Chriſtus D. ſit ſub ſingulis partibus, niſi affirmando, antea ibi contineri. Cõcilia autẽ ſatis apertè docẽt, antea ibi totum Chriſtum D. côntineri, docendo, quòd totus manet poſt fractionem, nulla nova conſecratione facta.

13 Refutatur etiam ex noſtra concluſione ſententia, quæ affirmat, totum quidem Chriſtum cõtineri ſub qualibet parte, quę tantam habet quantitatem, ut ſi ſeparetur à toto, poſſet in ea conſervari ſubſtantia panis; (aut vini) in alijs autem partibus minoribus ſemel tantùm eſſe Chriſtum D. totum in toto, & partem in parte minore minima ſeparabili. Hęc ſententia tribuitur *Gab. lect.* 80. *in can. dub.* 4. *in fine, & noſtris Alenſi* 4. *p. q.* 40. *memb.* 3. *art.* 5. *ac Bonav. in* 4. *d.* 10. 1. *p. diſtin. artic.* 1. *quæſt.* 5. quatenùs dicunt, Chriſtum D. totum non eſſe infinitiès in hoc ſacramento, ſed in aliquo numero finito: quia minima, ex quibus conſtat hoſtia, ſunt in aliquo numero finito. Hanc tamen ſententiam refutant communitèr. Tùm quia admittit falſam doctrinam de minimo quod ſic in homogeneis. Tùm quia, adhùc illa admiſſa, ægrè aſsignat rationem, ob quam totus Chriſtus D. ſit modo indiviſibili in partibus aliquotis, in partib᷒ verò proportionalibus modo diviſibili; & ſubiecto menſuræ loci.

¶ Sed objicit: in illa parte minori minima non conſervatur ſubſtantia panis: ergo neq; totus Chriſtus D. Patet conſequẽtia: Chriſtus enim D. ſubſtituitur loco panis. Reſpond. (admiſſo ſuppoſito antecedentis, nempè in homogeneis eſſe minimum: in quocumque enim minori, & minori tota ſubſtãtia panis, v. g. integrè conſervatur) negando conſequentiã: ut enim Chriſtus D. totus ibi ſit, ſufficit, illâm partem minorem minima eſſe aliquid panis. Hac enim ratione aſſeritur, eſſe ſub indiviſibilibus panis. Et meritò: cùm enim Chriſtus Dominus indiviſibilitèr ſit in hoc ſacramento, non apparet, cur in quamtumvi, minima, & minori minimas immò, & ſubindiviſibilib᷒ panis non reperiatur.

14 Diſplicet tamen Vazq. *diſput.* 188. *cap.* 3. *num.* 16. *&* 19. prædictam ſententiam vocans erroneam: Etſi enim à nobis efficaciter ſit recitata; illã tamen à cẽſura immunem iũdicamus. Tùm quia eſt ſententia inſignium Doctorum, ab Eccleſiaq; tolerata. Tùm, quia poteſt explicari, in ſenſu, quo illam explicat; Coninch *quæſt.* 76. *art.* 3, *à num.* 41. nempè: quòd non admittat minimum panis, ſed dicat, poſſe excogitari aliquam particulã, quę, quamvis habeat partes, nequeat tamen dividi ab homine, vel ab Angelo. In qua quidem parte verè erit totus Chriſtus D. non per ſui formalem replicationem, ſed per æquabilem ſuæ ſubſtantiæ diffuſionem, ita ut in tota particula habeat eſſe completum; in partibus vero eiuſdem incompletum. Sicùt anima in corpore humano. (ait Ægid. *num.* 49.) In quo ſenſu explicatã ſententiam D. Bonav. Alexan. & Gab. ſequitur prædictus Coninch: (vel ſaltèm dicit, quòd in ea nihil poteſt oſtendi, quod principijs fidei, & lumini naturali, vel apparentèr repugnet. Verba ſunt ipſius Coninch *n.* 55) & Lugo *diſp* 8 *ſect.* 3 *num* 46. pro ipſa citat Leſſiũ *lib.* 12. *de perfectionibus divinis num.* 126. & addit Lugo, non eſſe improbabilẽ. Immeritò ergo Vazquez notã erroris noſtrorum Irrefragabilis Alenſis, & Seraphici Bonaventurę (quibus ſubſcripſit Gab.) ſententiã inurit; quam è ſua Societate docti Leſſius, & Ægidius propugnant; & Eminentiſsimus Cardinalis Lugo, nõ improbabilẽ appellat. Nobis igitùr diſplicet ſentẽtia iſta prædicto modo explicata: quia PP. & Cõcilia abſolutè, & ſine aliqua diſtinctione affirmant, ſub quacumque particula, diviſione facta, totum Chriſtum D. cõtineri. Quarè etiam ſub quavis parte illi' minimæ particulæ (etiam ſi humana, aut Angelica induſtria dividi nequeat) totus Chriſtus D. per ſui replicationem debet contineri: etenim non alia ratione cõuincimur affirmare ſic contineri in partibus aliquotis, aut in his, quę defacto dividũtur, niſi quia ſi in his, dùm ſunt indiviſæ, ſic non contineretur, nec poſt diviſionem permaneret in illis.

15 Sed pro his ſententijs adhùc obijcitur contra noſtram, ſequi ex ipſa, dari in qualibet hoſtia infinitas preſẽtias Chriſti D. Patet ſequeſa: quia in quocumque continuo ſunt infinitæ partes proportionales. Reſp. ita eſſe. Itaq; tot præſentiæ totales Chriſti D. dãtur in hoſtia, quot partes habet ipſa hoſtia. Quia tamẽ hæ præſentiæ, licèt ex parte Chriſti D. ſint totales, ſunt tamen partiales ex parte ſpatij ſeu quãtitatis panis, ideò ſolent dici unica præſentiã.

¶ Dices: ergo poteſt dici, quòd

in unica hoſtia sũt multa ſacramenta. ſiquidem ibi ſunt plures partes panis cum pluribus præſentijs Chriſti D. Reſp. negãdo: quia ſacramenti pluralitas, & requirit pluralitatẽ ſpecierum diviſarũ: (omnes enim partes eiuſdẽ cõtinui, quãtũvis magni, abſolutè dicuntur vnum numerò integrare & cõſequẽter vnum tantùm ſacramẽtum cõſtituere: unitas enim, & pluralitas ſacramenti Euchariſtiæ vnitatẽ, & pluralitatẽ ſpecierum imitatur) necnon & quòd pluriès cõtineatur Chriſtus D. adæquatè ſub ſpeciebus. Sub qualibet verò parte eiuſdẽ continui inadæquatè tantùm cõtinetur Chriſtus D. Sicùt anima rationalis ſub manu, vel pede. Conſiſtit autẽ hæc inadæquata cõtinentia paſsiva in hoc, quòd ſimul continetur totus Chriſtus D. ſub alia parte eiuſdẽ cõtinui. Et ideò quodlibet continuum adæquatè cõtinet Chriſtum D. quævis verò illius pars inadæquatè: inadæquatione (inqui) ſe tenente ex parte ſpecierum.

16 Obijc 2. ſequi ex noſtra ſententia, necnõ & ex ſolutione præcedẽtis argumẽti, quòd omnes illæ præſentiæ debent cõtinuari. Sicùt continuantur partes ſpecierum, ſub quib⁹ ipſe Chriſtus D cõtinetur. Reſp. (ommiſſo Lugo *diſp. 8. n. 50.* cũ multis alijs, qui exiſtimãt, præſentias Chriſti D. aut partes illius præſẽtiæ totalis ſecundum eos, qui dicunt, eſſe unicã, eſſe continuas) negando, prædictas præſentias eſſe continuas: quia non apparet, quomodò uniri poſsint: nõ enim extat aliquod unitivũm illarum. Et ideò omnes illæ præſentiæ, ſeu replicationes eiuſdẽ præſentiæ ſolum poſſunt dici unitæ, quatenùs ſpecies, ſub quib⁹ ſunt, ſunt vnitæ. aliàs autem ſunt verè diſcretæ Vt pateret apertè in caſu, quo De⁹ deſtrueret ſpecies, necnon & ſpatium illarum, & conſervaret illas præſentias. Quarè meritò dixit Coninch *q. 76. n. 37.* quòd nõ oportet cõcipere corp⁹ Chriſti D. hic exiſtere ſicùt multæ guttæ aquæ ſunt in una ſitula plena aqua ſibi mutuo connexę, & conſtituentes unum totum; ſed ſicut multæ arenæ conficiunt cumulum; nec ſunt inter ſe continuæ, ſed contiguæ.

DVB. IIII.

17 PEtes 4. an totus Chriſtus D. ſit in indiviſibilib⁹ Euchariſtiæ ſpecierum? Reſp. affirmativè. Quia eſt modo indiviſibili: ergo eſt totus nõ ſolùm in tota hoſtia, & in quacumque eius parte, ſed etiam in quovis indiviſibili: ſicùt & tota anima in indiviſibilib⁹ corporis; & totus Angelus in indiviſibilibus ſpatij. Ita *Suar. diſp. 52. ſect. 3. Capreol. Sotus, & Nugnus, (apud G. Hur. diſp. 5. diff. 10.) &*

& N. Mauriſe. His addit Leandrus *tract. 7. de Euchar q 13. Valentiã, Albertũ, & Granados, quos ipſe ſequitur*. Cõtra: quòd *Scot. in 4. diſt. 10. q. 9. §. Hic dicitur verſ. contra primũ* dicit, quòd *Chriſtus non eſt præſens ſpeciei alicui ad minus, niſi minimo ſenſibili: quia nulli indiviſibili eſt præſens ibi, &c.* Reſp. tunc loqui contra Ricar. verbaq; illa no ex propria ſententia, ſed ex Ricardo ad hominem cõtra ipſum ſumpſiſſe. Itaque negabat Ricar. Chriſtum D. eſſe in indiviſibilib⁹ ſpecierum: & alias dicebat, non poſſe videri oculo corporeo. Contra quẽ ſic arguit Scot. Per te Chriſtus D. nõ eſt in indiviſibilibus, ſed ad minus in minimo ſenſibili: ergo nihil prohibet, quod videatur oculo corporeo. ¶ Cõtra 2 quod Scot. *in 4. d. 12 q. 4. §. Ad quæſtionẽ verſ. Dicitur* expreſsè affirmat, quòd *corp⁹ Chriſti non eſt ſub aliquo indiviſibili.* Reſp. non eſſe verba Scoti, ſed additionem: ut notatur in quacumque impreſsione.

18 *Vazq diſp. 188. c. 4. Ricar. & Ochag. quos citat, & ſequitur Hurt. diſp. 5. diff.* 10. oppoſitum affirmant, nempè Chriſtum D. non eſſe ſub indiviſibilibus. Et obijciunt, non capi, quomodò corpus extenſum poſsit poni in indiviſibili. Reſ. quod ſicùt ponitur corpus magnum in parte parva aliquota, immò & proportionali. ¶ Obi. 2. indiviſibile panis non eſt panis: ergo in indiviſibili quãtitatis illi correſpõdente no eſt corpus Chriſti. Patet conſequentia: quia Chriſtus D. ſolùm ſupplet vicẽ panis. Reſp. negãdo conſequẽtiam: ſufficit enim, quòd ſit aliquid panis, ut etiã debeat ſuppleri a Chriſto D. ¶ Contra: indiviſibile panis eſt aliquid panis? Ergo quãdo panis dividitur, eſt plus panis. Patet conſequentia: ſolùm enim deperditur unum indiviſibile continuativum, & reſultant duo terminativa. Reſp. ita eſſe. ¶ Inſtabis: ergo ſi frangatur hoſtia cõſecrata, Chriſt⁹ D. de novo ponitur ſine conſecratione in indiviſibilibus terminativis noviter reſultãtib⁹. Reſp. ita eſſe. Itaque & deſinit eſſe ſub indiviſibili continuativo, quod per diviſionẽ perijt; & ex vi prioris conſecrationis incipit eſſe ſub indiviſibilibus noviter reſultãtibus. Et ratio eſt, quòd eo ipſo, quòd Chriſtus D. panẽ aſſumpſit pro materia conſecrationis, voluitque ſub illis accidẽtibus occultari, voluit conſequẽtèr ſupplere vicẽ panis ſemper, & in omni eventu. Cùm ergo, ſi hoſtia nõ cõſecrata frangeretur, & deperderetur indiviſibile cõtinuativum ſubſtantiæ panis, & duo terminativa reſultarent; fit, vt Chriſtus D. quãdo frãgitur hoſtia cõſecrata, & deſinit eſſe ſub illo indiviſibili quãtitatis correſpõdenti indiviſibili ſubſtãtię, quod alias de-

debuerat ineſſe, & aliàs deperderetur: necnon & quòd novitèr ponatur ſub illo duplici terminativo ex fractione hoſtiæ conſecratæ novitèr reſultante in quantitate.

DVB. V.

19 PEtes 5. quid Chriſti D. ex vi verborũ ponatur ſub accidẽtib⁹ panis, ſeu in hoſtia? Reſp. poni materiã primã ſimul cũ forma ſubſtãtiali corporeitatis. Quia ly *corpus* formę cõſecrationis ſignificat cõpoſitum ſubſtantiale reſultans ex materia prima, & prędicta forma. Quia forma corporeitatis ſemel admiſſa, facillimè declarantur aliqua myſteria noſtræ fidei, nempè Incarnationis, & Euchariſtiæ; declarata idẽtitate corporis Chriſti D. in triduo, & modò: quia corpus vivum, & mortuum habet eamdẽ formã corporeitatis, & conſequentèr eſt unum, & ſpecie, & numero corpus. Quod ægrè componunt alitèr philoſophãtes. Quarè nõ eſt nobis neceſſarium recurrere ad dificilima illa admiſſa ab adverſarijs. Dicũt enim, quòd, ſi in triduo fieret cõſecratio, & ſervaretur vſq; ad reſurrectionem, non eſſet idẽ corpus, neq; ſacramentum quoad rem contentã: neq; panis fuiſſet cõverſus in corpus illud. Multaq; alia huius farinę cogũtur admittere adverſarij. Quę omnia ceſſant, admiſſo prædicto cõpoſito reſultante ex materia prima, & forma corporeitatis. Ita *Scotus in 4. d. 11. q. 3. §. De ſecũdo à verſ. Contra iſtud, & in Report. in 4. d. 11. q. 4. §. De tertio verſ. Dico, & alibi ſæpe, Fabro diſp. 38. c. 1. à n. 3. Yribarne diſp. 43. ſect. 3. & omnes Scotiſtæ. Pro qua Hugo Cavellus ibi in ſcholio ad verſiculum Alius. tenens citat Avicenam, Henricũ, Anton. Andræam, Maiorẽ, Laſſorlinum, & Bacconiũ, & teſtatur, dixiſſe Argentinam eſſe ſententiam omnium Anglorum. Quibus ex RR. addo Ægidium Conich. q. 76. art. 2. à num. 19.*

Quid de compoſito naturali ſubſtãtiali ſit tenendum, aperitur.

20 PRo plena huius dubij deciſione nonnulla ex Philoſophia ſunt in memoriã revocanda. Igitur *in 1. lib. de Generat. diſp. 2. quæſt. 2.* quæſivi. An detur forma corporeitatis diſtincta à forma ſpecifica hominis, v.g. ſeu (ut alij dicunt) an in cõpoſito naturali dentur plures formæ ſubſtantiales? De quo extant tres ſententiæ. Prima in eodem compoſito naturali admittit tot formas ſpecificas ſubſtantiales inter ſe ſe realiter diſtinctas, quot in ipſo ſunt prædicata quidditativa. Dicit, (inquam) in Petro, v.g. aliam eſſe formã, per quam eſt homo, à forma, per quã eſt animal, &c. Pro qua ſententia citan-

tantur *Henricus de Gandabo*, *Paulus Venetus*, *& Iandunus*.

¶ Secunda ſententia abſolutè negat plures formas ſubſtantiales in eodem compoſito. Ita *D. Th.3.p.q.75.art.2.Suar.Vazq.& communiter Thomiſtæ*. ¶ Tertia ſententia ponit in quocumque cōpoſitio naturali vivēti duas formas ſubſtātiales: aliam, quæ cum materia prima conſtituat corpus, quod eſt altera pars cōpoſiti: alteram verò, quæ det eſſe ſpecificum. Ita Scotus, & alij numero præcedenti citati.

21 Diſcordant tamen AA. huius ſententiæ: nam Avicena admittit hanc formam corporeitatis in quocumque compoſito ſubſtantiali. Scotus verò ſolùm in viventibus. Inſuper Avicena dicit, prædictam formam conſtituere corpus, quod directè ponitur in prædicamento ſubſtantiæ Scotus autem affirmat, conſtituere corpus, quod eſt altera pars compoſiti. Denique Avicena dicit, prędictam formam eſſe coęvā, & inſeparabilē à materia. Scotus verò affirmat, hanc formā tunc primò introduci in materiam, quando ex nō viventi generatur vivens; & tunc primò corrumpi quando ex cadavere generatur aliud totum. ¶ In his ergo differt Scotus ab Avicena. Ab opinione autem Occhami differt in hoc, quod Occhamus loco formæ corporeitatis ponebat animā ſenſitivā realitèr diſtinctam ab anima rationali in homine.

22 Nota, diverſam formam corporeitatis habere os, ac habet quæcumque alia pars etherogenea: (vt caro, nervus, &c.) quia à quacumque alia ſeparata ſuam partialem formā retinet. Immo hę partiales formæ differunt ſpecificè: (loquor de diſtinctione ſpecifica incompletorum.) Diverſis enim diſpoſitionibus diſponitur materia prima ad formam oſſis, ac ad formam carnis. Vnde patet, quod totalis forma corporeitatis non eſt quædam forma totalis reſultans ex omnibus partialibus formis; ſed quædam agglomeratio ex illis. ¶ Contra: ergo totum naturale non eſt vnum per ſe: cùm componatur ex pluribus rebus ſpecificę diverſis. Reſp. negando: nō enim pugnat cum vnitate per ſe diverſitas ſpecifica incompletorum: alias non poſſet effici vnū per ſe ex materia, & forma: quia ad minus ſpecificè differunt.

23 Fundamenta Scoti ad admittendum in viventibus formam corporeitatis diſtinctam à forma ſpecifica, ſunt. Primū; quod Philoſoph. *lib.2. de Anima tex 6.* dicit, quòd *anima eſt actus corporis phyſici, & organici potentia vitam habentis*: ergo anima ſupponit corpus, ſeu materiam cum forma corporeitatis ¶ Theologicè autem arguit Sco-

Scotus, quòd, ſi nō ponatur forma corporeitatis, ſed forma ſpecifica det eſſe corporeum, ſequetur, corpus Chriſti D. in ſepulchro non fuiſſe idem numero corpus, quod erat vivēs: in ſepulchro enim, ſeu mortuū habebat (ſecundum adverſarios) eſſe corporeum à forma cadaveris: quæ (ſecundum ipſos) eſt quid poſitivum, & ſpecificè diſtinctum à forma ſpecifica viventis. Multa his, & alijs rationibus, quas tàm Scotus, quàm ſectatores tertię ſententiæ efficacitèr formant, reſpondent Thomiſtæ. Quæ vidēda remitto apud AA huius noſtræ ſententiæ, prætertim apud Philippum Fabrum *tùm in ſua Philoſophia naturalì theoremate 73. tùm ſuper 4. diſp. 37.*

24 Sed contra hanc tertiam ſententiam multa congerunt Thomiſtæ. Primò obijciunt Ariſtotelem 1. *Phyſic.* dicētem, ſubiectum generationis eſſe materiam nudā: ergo ante formam ſpecificam nulla alia datur. Reſp. negando conſequentiā, de generatione viventium, & concedendo de generatione inanimatorum. De illis enim potiùs oppoſitum docet, dùm diffiniens animam dicit, quod *eſt actus corporis phyſici, &c.*

¶ Obi. 2. quòd 7. *metap.* dicitur, vnum per ſe fieri ex actu, & potentia: ergo fit ex forma ſpecifica, quæ eſt actus, & ex materia prima, quæ eſt potentia. Reſp. ita eſſe in inanimatis. In viventibus autem materia prima informatur forma corporeitatis: ex quibus reſultat vnum per ſe non quidem completum, ſed incompletum, & in potentia, aut ordinabile ad formam ſpecificam: cùm qua totum incōpletum præexiſtens componit vnum per ſe completum & inordinabile ad aliud. ¶ Dices: ergo vnum per ſe reſultat ex duplici forma. Reſp. non eſſe incommodum dummodò formæ ſint ſubordinatæ.

25 Obi. 3. quod advenit enti in actu, eſt accidens: ſed forma ſpecifica advenit enti in acta: ergo forma ſubſtātialis ſpecifica eſt accidēs. Probatur minor: quia ex materia prima, & forma corporeitatis iam reſultaverat cōpoſitum. Reſp. diſtinguendo maiorem: eſt enim vera de illo, quod advenit enti in actu cōpleto, & falſa de illo, quod advenit enti in actu incōpleto: qua ratione tātùm ſupponitur actuata ma[t]e[r]ia per formam corporeitatis.

26 Obi. 4 Anima rationalis ita eſt forma ſeu act⁹ materiæ, vt tribuat compoſito omnem rationem prædicamenti ſubſtantiæ ab infima vſque ad ſupremam: ergo fruſtra aſsignatur alia forma, quę det eſſe corporeū. Reſp. ex Scoto *in 4. d. 11. quæſt. 3. §. Ad rationes verſ. Sic in propoſito* negādo antecedens in vivētibus: & ommittēdo in rō

vi-

viventibus, ſeu inanimatis. Itaque nullum prædicatum lineæ prædicamentalis ſumitur à forma, aut à materia; ſed à toto compoſito, ſivè ſit animatum, ſivè accidentale. Porrò in inanimatis forma ſpecifica cum materia prima componit totũ ſubſtantiale: vndè depromuntur tot prædicata, quot rationes (ſubſtantiæ, corporis, &c.) in ipſo reperiuntur. Et meritò: quia neque materia ſola, neque forma ſola eſt ens completum, ſubſtantia completa, corpus cõpletum, &c. In animatis autem aut viventibus præter materiã primam, & formam ſpecificã (animam rationalem v.g.) neceſſario admittimus aliam formam diſtinctam, quæ aliqua prioritate (naturæ ſaltem) iuncta cum materia cõponat corpus organicum. Cum enim anima (rationalis v.g.) habeat diverſas operationes, corpus, cuius eſt actus, debet habere diverſa organa ad prædictas operationes neceſſaria.

27. Vndè conſtat, formam corporeitatis poni, vt diſponat materiam primam, & cum illa conſtituat corpus organicum. Cõſtat etiam, formam corporeitatis nõ eſſe neceſſariam ad dandum toti compoſito eſſe corpus: (genus ſubalternum rectæ lineæ) aliàs deberet forma corporeitatis admitti etiã in inanimatis. Sed prædicta forma ſolùm eſt neceſſaria, vt conſtituat totum ſubſtantiale partiale, & ſubordinatum formæ ſpecificæ, ſeu animæ; (rationali v.g.) cum qua poſteà componat totum completum (hominem v.g.) Ex quo depromatur gradus ille metaphyſicus, qui eſt corpus directè ponibile in recta linea ſubſtantiæ. ¶ Cõſtat etiã, eſſe impoſſibile, quòd anima (rationalis v.g.) informet materiam nudam taliter, quòd reſultet totum completum: (homo v.g.) deficeret enim ei aliquid intrinſecè requiſitum ad rationem ſui; (hominis v.g.) nempè quòd altera eius pars ſit corpus, ſeu ſit cõvenienter diſpoſita per organizationẽ, ſeu per organa neceſſaria ad operationes vivẽtis: vt notat Scotus *quæſt. 3. §. Alij concedentes. verſ. Contra tertium.*

28. Obi. 5. quod Ariſt. 2. *de Gener. cap. 1.* dicit: *Non enim eſt facies, niſi animam habeat, neque caro: ſed corrupta æqui vocè dicitur facies; aut caro, proinde quaſi lapides, aut ligna.* Ergo, corrupto vivẽti, nõ remanet forma corporeitatis; ſed forma cadaveris inducitur. Patet conſequẽtia: ſi enim maneret forma corporeitatis, vnivocè dicerentur facies, & caro viva, & mortua: quia à prædicta forma perſeverãte in vtroque ſtatu. Reſp. negando conſequentiam. Ariſtoteles enim ſolùm vult, faciem, & carnem viventis, & non viventis, ſeu mortui æquivocari

in

in ratione operantis vitalitèr. In ratione autem faciei, & carnis univocantur. Quod ſi Ariſtoteles aliud intendat, per fidē corrigendus eſt. (cōcludit Coninch. *quæſt.76.num.23.*)

29 Obi.6. Forma ſpecifica viventis (hominis v.g.) unitur materię primę organizatę per formā corporeitatis? Sed, quod eſt organicum, habet quātitatem: ergo forma ſpecifica vnitur materiæ media quantitate. Reſp. diſtinguendo minorem: ante adventum formæ ſpecificæ, nego: poſteà concedo. Cùm enim ſubſtantia ſit prior omni accidēte ſenſibili, fit, quòd totum ſpecificum, ſeu completū priùs in ſuo eſſe ſubſtantiali habeat eſſe cōpletum, quàm quòd illi adveniat quantitas, aut aliquod aliud accidens ſenſibile. Quarè hoc ordine cōtingit generatio vivētis: (hominis v.g.) Materia diſponitur in matrice fæminæ vſque ad corruptionē formæ embrionis: & in vltimo inſtanti corruptionis expellitur illa forma, & per activitatē, aut fæminæ, aut prædictæ formæ embrionis in vltimo ſui eſſe educitur forma corporeitatis ex materia nuda iam ab omni forma: per quam formā corporeitatis organizatur materia, & recipit eſſe corporeū: quod eſſe eſt vltima diſpoſitio, vt Deus creet animam rationalem, & illam infundat corpori illi organizato in alia poſterioritate naturæ. Si autem forma ſpecifica introducenda ſit alia ab anima rationali, educitur vel à fæmina, vel ab ipſo generante, media materia adminiſtrata, ſed cum ſubordinatione vnius ad aliud: primò enim inducit formam corporeitatis, & poſteà ſpecificam.

30 Prima autem ſententia obijcit Ariſtotelem *7.metaph.c.10.* dicentem quòd partibus definitionis correſpondent partes rei. Sed partes diffinitionis ſunt genus, & differentia: ergo hís correſpondent partes in re, ſeu in definito. Reſp. ſolùm loqui de definitionibus phyſicis; quæ dantur per materiam, & formam: vt ſi dicamus: homo cōſtat corpore, & anima rationali. Quod autem Ariſtoteles non loquatur de omni definitione, conſtat ex eo quod paulò inferiùs ſubiungit, partes definitionis circuli non correſpondere partibus circuli. ¶ Obi. 2. Ariſtotelem *2. metaph. c.2.* dicentem, non dari proceſſum in formis, eo quòd non datur in prædicatis quidditativis: ergo ſentit, tot eſſe formas, quot prædicata. Reſp. negando conſequentiam: licèt enim ex pluralitate formarum exiſtētium in materia pluralitas prædicatorum eſſentialium colligatur: vt patet in formis hominis, & leonis concretis cum materia, ſeu conſtituentibus diverſa tota, ex quibus diverſa prędicata con-

conſurgunt. Tamen non rectè colligitur è contra ex pluralitate prædicatorum pluralitas formarum quoniam ab eadem forma concreta cum materia, ſeu conſtituente aliquod tertiū (hominem v.g.) plura prædicata poſſunt deſumi ſecundum diverſos eius gradus. ¶ Obi.5. animal v.g. non ſignificat materiam ſolam, ſed cum anima ſenſitiva; & rationale non ſignificat ſolam formam, ſed cōpoſitum ex materia, & anima rationali: ergo multiplicantur in homine concreta, (& conſequenter formæ) quotiès multiplicantur prædicata. Reſp. negando conſequentiam: quia ab eodem toto depromuntur diverſa prædicata ſecundum diverſos gradus in ipſo repertos. Et ſic animal materiam affectā diverſo gradu ſignificat. Idem dicendum eſt de viventi, ſubſtantia, &c.

31 Ex dictis *à num.* 20. conſtat, in corpore naturali viventi, nec admittendas eſſe tot formas ſubſtantiales, quot in ipſo ſunt prædicata eſſentialia: neque eſſe negandam formā corporeitatis diſtinctam à forma ſpecifica, per quam conſtituitur homo v.g. Vndè firma, & ſtabilita manet noſtra cōcluſio *num.* 19. poſita, nēpè ex vi verborum cōſecrationis poni ſub hoſtia corpus, quod eſt altera pars compoſiti naturalis vivētis, conſtatque ex materia prima, & forma corporeitatis, & eſt quoddam totum incompletum ordinatum ex natura ſua ad recipiendum formam ſpecificam, (hominis v.g.) & cōſtituendum cum illa aliud totum, ſeu compoſitum completum, & inordinabile ad aliud.

Oppoſitæ ſententiæ repelluntur.

32 VNdè corruūt diverſæ ſententiæ nobis oppoſitæ, quas paſsim referunt RR. præſertim *Suar. diſp.* 51. *ſec.* 4. *Vazq. diſ.* 186. *à cap.* 1. *Coninch. quæſ.* 76. *dub. vn. à num.* 6. *Lugo d.* 8. *ſect.* 4. *&* *noſter Fabro diſp.* 38. *c.* 2. *&* 3. Qui RR. non omnes vnā & eandem ſententiam ſecuntur, ſed inter ſe ſe moleſtam ſatis pugnam excitantes, opinionem, quam aliqui totis viribus propugnāt, totis itèm viribus impugnant alij. Quarè noſtræ ſententiæ aliquando aliqui ipſorum adhærent, aliquādo alij adverſantur. ¶ Igitur prima ſententia dicit, per iy *corpus* ſolùm ſignificari materiam primam, & cōſequētur, ex vi verborū ipſam ſolùm poni in Euchariſtia. Ita *Gab. lect.* 41. *in canonem* §. *Poteſt ergo dici*, (ab omnibus citatus pro hac ſentētia) *Marſilius, Maior & Ægidius citati à Suar.* quamvis Vazq. ſolū Gab. afferat pro hac ſententia, affirmetque, Ægidium expreſsè affirmare, ſub ſpeciebus vi verborum non poni materiam ſo-

ſolam, ſed affectam quodã modo quãtitatis. Addit verò Vazquez poſſe pro hac ſentẽtia citari Paludanum. Sed immeritò citari, notat Suarez. ¶ Hæc tamen ſententia communitèr reijcitur; quia materia prima ſola nõ poteſt verè dici corpus: hoc enim ſignificat aliquod compoſitum.

33 Si autem hæc ſententia admittat ſuper materiam modum à quantitate relictum, per quẽ materia prima manet diſpoſita in eſſe corporis. (In quo ſenſu hanc ſentẽtiam defendere Ægidium Romanum, ſupponit Scotus *in 4. diſt. 11. quæſt. 3. §. Alius tenens*, & notavit Vazquez nupèr citatus) Etiam cõmunitèr reijcitur, præſertim à Scoto ibi *à verſ. Contra*. Non enim apparet, quomodò a quantitate (quæ natura eſt poſterior non ſolum materia prima, ſed etiam quacumque forma ſubſtantiali; necnõ & toto indè reſultante) vel ab aliquo modo illius potuerit materia diſponi, ſeu formari in eſſe corporis, immò & æthereogenei: cuius aliqua pars ſit os, alia caro, alia nervus, &c. Valebit quidẽ quãtitas ſuperadveniens toti ſubſtantiali completo ſuas partes præexiſtentes, & organizatas per formam mixti, ſeu corporeitatis, impenetrabiles reddere, ſeu extenſas in ordine ad locum. Si tamẽ illas organizatas non reperiret, illas organizare non valeret, neque ipſa quantitas, neque aliquis modus illius. Quia hoc eſt extra ſphæram illius activitatis. ¶ Adde cum Vazquez *diſp. 186. capit. 2. num. 36.* impoſsibile eſſe, modũ illũ manere ſine quantitate: quia, etſi res aliqua poſsit conſervari ſine ſuo modo; nõ tamen capitur, qualitèr modus conſervari poſsit ſine re, cuius eſt modus. Vt ſeſsio ſine ſedente, ſtatio, ſine ſtante, curvitas ſine re curva, &c.

34. Secunda ſententia dicit, per ly *corpus* ſignificari materiam cõnotando formã ſubſtantialem. (rationalem in homine, v. g.) Ita *Ledeſ. 1. p. 4. q. 17. art. 1. dub. 3. & 4. & Sotus in 4. diſt. 10. q. 1. art. 1.* Vndè conſequentèr affirmant, ex vi verborum poni ſub ſpeciebus panis ſolam materiam, licèt connotando animam. ¶ Tamen communitèr reijcitur: quia, ſi anima ſignificaretur, licèt de connotanto, anima poneretur ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, licèt non directè, tamẽ ex cõnotato; & non per cõcomitentiã. Quod eſt cõtra Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 3.*

35 Tertia ſentẽtia dicit, per ly *corpus* ſignificari materiã cum forma, ſeu anima, nõ quidem proùt habet rationẽ animæ, ſeu formæ dantis totũ ſuũ effectum formalem, ſed proùt præcisè dat materiæ rationem corporis. Vndè conſequentèr affir-

affirmat, ex vi verborum poni ſub ſpeciebus panis ipſam animam, proùt habet rationē formæ, quæ præcisè dat materiæ rationem corporis. Hanc ſententiam inſinuat D. Tho. *quæſt. 75. art. 6. ad 2.* Eamque tenent communiter Thomiſtæ. Cui conſonat aliorum quorundam ſententiā dicentium, corpus hic ſignificare materiā, & formam aliquam ſubſtantialem, prout abſtrahit ab anima rationali, & à forma cadaveris; & eſt quid commune reſpectu vtriuſque. Non quòd velint (inquit Coninch *quæſt. 76. num. 7.*) talem aliquā formam de facto dari; (quia ſecundum eos materia neceſſario ſemper informatur, vel anima rationali, vel forma cadaveris) ſed quòd poſsit ita ſignificari. Sicut ſignificat *corpus*, proùt abſtrahit à viuo, & mortuo, etiamſi non poſsit eſſe niſi vivum vel mortuum. Pro hac ſententia Leandrus *tract. 7. diſp. 10. quæſt. 7. citat D. Thom. Durandum, Sotum, Henriq. Alanum, Granados, Suar. Vazquez, & Bonacinam, quos ipſe ſequitur addens, eſſe communē ſententiam.*

36 Sententiam tamen iſtā (quatenùs affirmat, ex vi verborum poni ſub ſpeciebus cōpoſitum ex materiā, & anima, in quantum hæc dat eſſe corporeum. Quæ ſententia apertè videtur eſſe D. Thom. numero præcedenti citati) impugnant non ſolùm multi antiqui, ſed etiam RR. ex antiquis ſufficiat nobis Scotus *in 4. diſt. 11. quæſt. 3. §. De ſecundo à verſ. Cōtra iſtud.* Vbi ſic arguit. Si hoſtia conſecrata à Chriſto D. ſervaretur in triduo, (aut alia conſecraretur in triduo) verè ibi eſſet corpus Chriſti D. ſed tunc ibi nō eſſet anima: ergo hæc nequit dare eſſe corporeum. Nimis autem moleſtum eſſet ſigillatim adducere omnia, quæ huic efficaci rationi reſpondent Thomiſtæ. De quo præcipuè videatur Fabro *diſp. 38. cap. 3. à num. 18.*

¶ Eamdem ſententiam, quatenùs affirmat, ly *corpus* ſignificare formam ſubſtantialem abſtrahentem ab anima, rationali, v.g. & forma cadaveris: (ut *num. 35.* notabamus) impugnāt quoque multi; præſertim Coninch *quæſt. 76. à num. 8.* Et efficacitèr quidem contra illā expēdit, quod verba cōſecrationis ſunt practica: ergo debent verſari circa rem certā, & determinatam: nam ſicùt res indeterminata nullomodo poteſt effici; ita nec practicè ſignificari. ¶ Si autem dicas cum Leandro *num. 35.* citato, ly *corpus* nō ſignificare quamdam formām abſtrahētem ab anima viva, & mortua: ſed ſignificare formā quaſi vagè, & disiunctim, ſivè ſit anima, ſivè forma cadaveris. Contra hoc eſt, quod hæc ſententia ſaltèm ſupponit, in corpore mortuo gigni aliquā for-

formam ſubſtantialem, quam vocat formā cadaveris. Quod ſine aliquo fundamento dicitur. Quia neque poteſt colligi ex aliqua experientia, neq; ex ullis principijs fidei. Immo ſatis evidenter videtur utriſque repugnare: inquit Coninch *q.* 76. *num.* 14. ubi utrumque probat. ¶ Deniq; quomodocumque hæc ſecunda ſententia explicetur, videtur, neceſſariò ſecundum ipſam fore admittendum, ſub ſpecie panis poni animam Chriſti D. ex vi verborū: contra Tridentinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 3.

37 Tertia ſententia dicit, per ly *corpus* ſignificari corpus ſecundum communem rationem corporis, quæ in prædicamento ſubſtātiæ eſt ſpecies ſubalterna; & habet eſſe ab anima ſecundum quādam rationem communem. Nam, cum anima ſit forma ſubſtantialis, tribuit materiæ omnes rationes, quæ in eo prædicamento collocantur, nempè eſſe ſubſtantiæ, corporis, viventis, animalis, & hominis. Atque adeò ipſa conſideratur ſecundum rationem communem ſubſtantialis formæ formæ corporis, formę viventis formæ animalis, & formæ hominis. Ita *Durandus in 4. diſtin.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 6. *Caiet. Ferrar. & Dionyſius Carthuſianus apud Vazq. diſp.* 186. *cap.* 1. *n.* 5. ¶ Qui conſequenter dicunt, in Euchariſtia ſub ſpeciebus panis poni ex vi verborum corpus, quod eſt ſpecies ſubalterna in prædicamento ſubſtātiæ. ¶ Sed contra hanc ſententiā militat, quod ſecundum eam ſub ſpecie panis debet poni ex vi verborum anima Chriſti D. ut tribuat materiæ eſſe corporeum. Quod eſt contra Tridentinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 3. Inſuper militat ratio illa Scoti *num.* 36. allata de hoſtia à Chriſto D. cōſecrata, quę, ſi ſervaretur intriduo, (idem eſſet, ſi tunc conſecraretur) nō poſſet habere corpus in ea contentum ſuum eſſe ab anima: cùm tunc verè ibi nō eſſet.

38 Ex dictis à *num.* 20. cōſtat, quàm firma, & inconcuſſa maneat noſtra concluſio *num.* 19. poſita nempè ex vi verborum poni ſub ſpecie panis materiam primam cum forma corporeitatis Chriſti D. quia hoc ſignificat ly *corpus* tam in philoſophia, quā in verbis conſecrationis. ¶ Conſtat item, meritò nos ibi dixiſſe, quod, ſemel admiſſa forma corporeitatis, facillimè declaratur idētitas corporis Chriſti D. in triduo, & modò, ſeu vivi, & mortui. Quod quam ægrè declarent AA. qui formam corporeitatis non admittunt, conſtat ex refutatione ipſorum opinionum à *num.* 32. allatarum.

(.*.)

DVB. VI.

36 PEtes 6. quid ponatur in calice ex vi verborum? Reſp. poni materiam primam cum forma, per quam contrahitur ad eſſe ſanguinis. Itaque ponitur ſolus ſanguis Chriſti D. Quia verba formæ conſecrationis calicis ſanguinem Chriſti D. tantùm ſignificãt, ſeu demonſtrant practicè: ergo ſanguinem tãtum ponunt ſub ſpeciebus vini. Quod ex dictis toto dubio præcedenti cõſtat ſatis. ¶ Contra: ſanguis informatur anima: ergò etiam ponitur anima ex vi verborum, quamvis indirectè, & minùs principalitèr. Reſp. negando antecedens cum Scoto *in 4.d.8. quæſ.1.§. Hic tria verſ. Ideo dico, & diſt. 10.quæſt.4.§. Hic duo verſic. Corpus etiam.*

DVB. VII.

40 PEtes 7. an totus Chriſti D. ſanguis ponatur ſub ſpeciebus vini ex vi verborum? Reſpon. affirmativè. Quia tàm verba cõſecrationis; quam Trident. *ſeſſ. 13. cap. 3.* abſolutè, & abſque vlla limitatione ſignificant, ſanguinem Chriſti D. eſſe ſub ſpeciebus vini: ergo eſt totus: quia non eſt maior ratio, quarè ſit potiùs iſta, quàm illa pars Ita communitèr RR. *præſertim Lugo diſp. 8. ſect. 5. n. 107. & Leandrus tract. 7. diſp. 10. q. 9.* ¶ Sed aliqui RR. docẽt, (ut notant communitèr, præſertim G. Hurt. *diſp. 5. diſ. 5.*) ex vi verborum non eſſe totum ſanguinem ſub ſpeciebus vini, ſed tãtùm illum, qui tẽpore paſsionis fuit effuſus, non illud, qui manſit in corpore. Et obijciunt illud additum poſitum in forma conſecrationis: *Hic e[st] ſanguis meus, &c. qui pro multis effundetur.* ut habetur *Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22.* Vndè inferunt: ergo ex vi verborum nõ cõtinetur ſanguis, qui non fuit effuſus, vel ſaltem in conſecratione facta in ultima cœna non cõtinebatur ſanguis, qui in paſſione nõ erat effundendus. Reſpond. negando ſuppoſitum cõſequentis, nempè aliquam partem ſanguinis Chriſti D. in paſſione nõ fuiſſe effuſam: etenim totalitèr mãſiſſe exangue corpus Chriſti D. ſuadet vulnus laterale: undè uſque ad aquam emanavit. Reſp. 2. (hoc omniſſo) negando conſequentiam: quia prędicta verba (*qui pro multis effundetur*) verificari poſſunt (aliqua adhùc parte non effuſa) per ſynecdochem. (figura eſt, qua ſub parte intelligitur totum; aut è contra, teſte Calepino) Sicùt de aliquo Martyre verificatur, quòd totus fuit dilaniatus, quamvis alias ſecundum oſſa. & aliquas alias partes dilaniatus non fuerit.

DVBIVM VIII.

41 PEtes 8. An modò ponatur ſub ſpeciebus vini totus ſanguis Chriſti D. qui effuſus eſt in paſsione? Reſp. negativè. Quia ſolùm ponitur ſanguis, qui modo eſt in corpore Chriſti D. in cœlo: non autē, qui in eius reſurrectione non fuit reaſſumptus, ſed manſit in inſtrumentis paſsionis; quamvis iam non ſit ſub forma ſanguinis. Ita Lugo *diſput.* 8. *ſect.* 5. *num.* 108. Quod autem aliquid ſanguinis Chriſti D. manſerit in paſsionis inſtrumentis, diximꝰ *in tract. Incarn. c.* 3. *diff.* 2. *à n.* 61.

DVB. IX.

42 PEtes 9. An, ſi fieret cōſecratio tempore paſſionis, quando pars ſanguinis Chriſti D. erat effuſa, & pars effundenda, deberet utraque poni ex vi verborum? Reſp. affirmativè. Quia utraque erat verè ſanguis Chriſti D. & alias verba conſecrationis ſunt indiffinita: ergo non magis determinant hanc, quàm illam partem ſanguinis. Ita Lugo *ibi n.* 109.

¶ Dices: ſi digitus, v. g. eſſet abſciſus à corpore Chriſti D. quando fieret conſecratio, non poneretur ex vi horum verborum. (*Hoc eſt corpus meum*) ergo neque ſanguis effuſus ex vi horum. (*Hic eſt ſanguis meus, &c.*) Reſp. (ommiſſo antecedente) negando conſequentiā: eſt enim diſcrimen, quod corpus in ratione corporis importat cōtinuationē, & vnionē partiū inter ſe: qua tunc careret ille digitus & ideò ſub ly *corpꝰ* in forma conſecrationis non intelligeretur. Sanguis tamen non dicit talem unionem, ſeu coniunctionem: & ideo ſub ly *ſanguis*, ſeu ſub ly *calix ſanguinis* formæ conſecrationis intelligitur Ita Lugo citatꝰ & aliqui alij. Quibus haud omnino ſubſcribo: quia, ſi hæc eſſet forma conſecrationis, (*Hoc eſt corpus meum, & digiti mei*) poneretur digitus ille abſciſus, quamvis alias non haberet continuationē, aut cōiunctionem: ergo aliundè provenit, quod tunc non ponatur; nempè ex eo, quod, poſita diſcōtinuatione, nō remanet pars corporis; & alias non eſt quid homogeneū: homogenea enim differunt ab æthereogeneis in hoc, quòd tota ſubſtantia ſignificata per vocem (ſanguis, v. g.) reperitur ſub qualibet parte homogenei. Et ideo quælibet pars ſanguinis Chriſti D. ſivè cōiuncta, ſivè ſeparata, propriè comprehenditur ſub ly *ſanguis*, aut ſub ly *calix ſanguinis* formæ conſecrationis. Sub ly autem *corpus* non ſignificantur partes ſeparatæ: quia cùm ſit ęthereogeneum, partes ſunt diverſæ rationis, & non ſignificantur voce *corpus*: immo neque confusè,

.uſè, aut indirectè ſignificantur, cùm ſeparatæ à toto reperiuntur.

43 Dices: ergo etiam ex vi verborum debet poni ſub ſpecie vini ſanguis, qui apparet in inſtrumentis paſsionis, præcipuè, ſi retinet formam ſanguinis incorrupti. Cuius contrariũ ſtatuimus *num.* 41. Reſpond. negando: quia haud facile credam, illum parum ſanguinem, qui neque pertinet ad integritatem Chriſti D. neque ab ipſo in ſua Reſurrectione glorioſiſſima fuit reaſumptus, manere in Euchariſtia: etenim eadem occultiſsima ratio, (altitudini ſapientiæ, & ſcientiæ Dei reſervata) propter quam ille ſanguis non fuit reunitus, ſeu reaſſumptus in Reſurrectione, fortè militat, ut non ſit in Euchariſtia. Et ſaltèm nos invenimus rationem congruentiæ, vt negemus, in Euchariſtia ponendũ ſanguinem qui in Reſurrectione nõ fuit a Chriſto D. reſſumptus.

DVB. X.

44 DEtes 10. An in caſu dubij præcedentis utraque pars ſanguinis eſſet vnita, ſeu continua? Reſp. negativè. Quia ex vi verborum ponitur ſanguis, ut eſt in re; ſed in re nõ eſſet unitus: ergo nõ unitus poneretur. Adde, talem continuationem non requiri ad veritatẽ verborum. Ita *Vazq. diſp.* 185. *c.* 3. *n.* 27. *G. Hurt. diſp.* 5. *diffi.* 5. & *Lugo diſp.* 8. *ſect.* 5. *n.* 110. ¶ Sed Suar. *diſp.* 51. *ſect.* 3. oppoſitum defendit: & obi. Cõſecratio fit unica forma: ergo totus ſanguis vi illius formę poſitus eſt vnus, & idem, ſeu omnes eius partes ſunt vnitæ ſeu cõtinuatę. Reſp. negando conſequentiam: (quæ fortè aliquid valeret, ſi forma conſecrationis phyſicè principalitèr, aut inſtrumẽtalitèr cõcurreret ad ponendum ſanguinem ſub ſpeciebus: quilibet enim effectus petit ſuam phyſicam actionem) quia conſecratio ſolùm moralitèr inſtrumẽtalitèr concurrit ad ponendum ſanguinem ſub ſpecieb⁹, id eſt, movẽdo Deum vi ſuæ promiſſionis. Cauſa autem moralis (principalis, aut inſtrumentalis) unica, & indiviſibili actione, motione, aut petitione poteſt movere agens phyſicè principale, ut multa per diverſas actiones operetur. Igitur ex illo antecedẽti ſolùm ſequitur, quòd ſanguis vi unius cõſecrationis ſub ſpeciebus panis ſit vnitus, & eiuſdẽ hominis, nempè Chriſti D.

45 Obi. 2. fluida eiuſdẽ ſpeciei, ſi ſint in eodem loco, continuantur: ergo, & utraque pars ſanguinis Chriſti D. Reſp. diſtinguẽdo antecedens: eſt enim ſolùm verum, ſi habeant extẽſionẽ localem: falſum tamen, ſi illa careãt. Et ideo negatur cõſequẽtia. Quia, cùm ſanguis in Eu-

Euchariſtia ſit modò indiviſibili, nequit, ut ibi exiſtit, aliquid agere, aut pati. Ad continuationem verò prędictam requiritur, quod duo indiviſibilia terminativa corrumperentur; & pullularet aliud continuativum utriuſque partis: quorum eſt incapax ſanguis, ut ibi exiſtens, defectu extenſionis localis. ¶ Difficiliùs adhuc unirentur hæ duæ partes ſanguinis; ſi, quando fieret conſecratio, ſanguis effuſus eſſet iam congelatus. Experimur enim, liquorem liquidum, & congelatum non uniri, etſi ſimul infundantur.

46 Petes 11. (*incidentèr*) An in triduo ſanguis effuſus manſerit cōgelatus, an liquidus ſaltèm quoad partes reaſumēdas? Reſpond. Lugo *diſput.*8. *ſect.* 5. *n.* 109. quod non conſtat, quod & aliquibus alijs Recentioribus placet. Mihi tamen videtur, manſiſſe congelatum. (etſi omnino incorruptum) In hoc enim non apparet aliqua indecentia; & alias ſtatus ſanguinis effuſi hoc poſtulat. ¶ Quid autem tenendum ſit de unione ſanguinis Chriſti D. in triduo? diximus *in tract. Incarnationis capit.* 3. *diffic.* 2. *à num.* 53. vbi reſolvimus, de hoc nihil fuiſſe ab Eccleſia definitum; neque mereri notam erroris, aut temeritatis negare fuiſſe vnitum.

DVB. XI.

47 Petes 11. An quantitas, & alia accidentia corporis, & ſanguinis Chriſti D. ſint in Euchariſtia? Reſp. affirmativè. Quia quantitas (idem eſt de reliquis accidentibus abſolutis) eſt realitèr connexa, & coniuncta cum ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti D. quāvis ab ea realiter diſtincta: & aliàs nō dependet à loco determinato, neque ab extenſione locali; id eſt, afficit corpus, & ſanguinem Chriſti D. ubicūque, & quomodocumque exiſtat. Sine fundamento ergo admitteretur ſubſtātiam corporis & ſanguinis Chriſti D. in Euchariſtia eſſe ſeparatā à quātitate, & ab alijs accidentibus abſolutis ſeu independentibus à loco determinato, & ab extenſione locali. Confirmatur, & declaratur: quia Tridentinum *ſeſſ* 13. *cap.* 3. ſolùm ex naturali connexione, aut coniunctione aliquorum non dependentium à loco determinato, neque ab extēſione locali cùm ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti D. deduxit, illa eſſe in Euchariſtia. Ita Scotus *in* 4. *d.* 10. *q.* 4. *§. Hic duo ſunt verſ.* De *ſecundo*, & alibi *in Report. ibi. q.* 1. *§. De ſecunda* ſub finem verbis illis: *Ad aliud cōcedo, quòd corpus Chriſti eſt hic quantū: quia de facto eſt hic cum omnibus accidentibus abſo-*

abſolutis, &c. Quod *& alibi ſæpè, vel ſupponit, vel conculcat, ita etiã omnes Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp.36. cap.2. Rada 4.p.controv. 8. octava concluſione Trebarne t.1. diſput.35. ſect.2.§. Quantò dico. Eſtque cõmuniſſima ſententia Thomiſtarum cum D.Th. quæſt.76. artic.4. Pro qua Leandrus tract.7. diſp. 10. quæſt.2. citat Alenſem, Bonavent. Suar. Vazq. & multos alios.* Et addit, quòd eſt communis doctrina omnium Theologorum, & ita certa, ut contraria ſit ad minus temeraria: vt aiunt *Suar. diſp.51. ſect.2. Machado, & alij*: concludit hic Auctor. Immò Fab. *diſp.36. num. 6.* notat, quòd ſententia Durãdi, & Nominalium (quam referemus *num.48.*) ſi non eſt hæretica, ſaltèm eſt temeraria, & abſurda. Aliqui alij dicunt, eſſe erroneã. Sed G. Hurt. *diſp.5. diffic.7. in fine* ſic concludit. Vtraque tamen cenſura rigida videtur: quia dictus modus dicẽdi (nempè Durandi) nõ eſt gravi, quamvis non ſatis efficaci, fundamento deſtitutus. Et fortè cum Hurtado ſentiunt multi alij RR. qui referentes oppoſitam ſentẽtiam, etſi illam impugnent, nullam ei cenſuram impingunt. Præſertim legãtur *Coninch quæſt.76. à num 58. & Luga diſp.8. ſect.2. à num.20.*

48 Igitur, quacumque cẽſura ommiſſa, ex noſtra concluſione refutatæ manent aliquot ſententiæ nobis oppoſitæ. Prima eſt Durandi *in 4. diſt. 10. q.2.* qui, etſi fateatur, quantitatem eſſe accidens realitèr diſtinctũ à ſubſtantia; cenſet tamen, illi repugnare modum exiſtendi indiviſibilitèr. Et conſequentèr docet, in Euchariſtia nõ eſſe quantitatem, quam Chriſtus D. habet in cœlo. (Idem eſt de alijs accidẽtibus materialibus, quæ à quantitate dependent) Pro qua ſententia etiam citatur Maior *d. 10. quæſt. 2.* ¶ Secunda ſententia dicit, quantitatem non eſſe, niſi quemdam modum ſubſtantiæ, quo formalitèr eſt extenſa in ordine ad locum. Vndè conſequentèr affirmat, quòd, cùm Chriſtus D. in Euchariſtia non habeat eam extenſionem, quam habet in cœlo, eius corpus ibi nõ eſt quantum. Aiunt tamen, (teſte Coinch. *quæſt.76. num.58.*) quãtitatem corporis Chriſti D. ibi eſſe ſecundum ſuam entitatem moralem: quia hæc non diſtinguitur à corpore Chriſti D. Ita *Gab. in 4. d.10. art.2. concl. 2. & Ochamus lib.4. quæſt.4. & tract. de Euchariſtia cap.29.* Quæ ſentẽtia communitèr dicitur Nominalium.

49 Pro quibus ſententijs (quatenùs cõſpirant cõtra noſtram in hoc, quòd in Euchariſtia corpus, & ſanguis Chriſti D. nõ habent quãtitatẽ, & alia accidentia, quæ ab illa dependẽt, & quę habẽt in cœlo) obijcitur, quod nõ percipitur, quo-

modò tota quātitas magni corporis Chriſti D. ſub tàm parva hoſtia cōcludatur. Reſp. etiam haud facilè percipi, quomodò anima rationalis, & Angelus (qui in ſuis entitatib⁹ ſunt omnino indiviſibiles) ſe diffūdāt, aut extendant; illa per ſingulas partes corporis, & iſte per omnes partes ſpatij. Immo ita, ut in qualibet parte ſint ſecūdum totam illorum ſubſtantiā. Igitur tota quantitas Chriſti Domini clauditur ſub parva hoſtia; eò quòd quātitas illa (idem eſt de accidētibus abſolutis dependentibus à quantitate) eſt ſine extenſione in ordine ad locum, ſeu modo indiviſibili.

¶ Contra: extendere partes ſubſtantiæ in ordine ad locum eſt effectus formalis primarius quantitatis: ergo eſt inimpedibilis. Reſp. diſtinguendo antecedens: aptitudinalitèr, cōcedo: actualitèr, nego. Actualis enim extenſio ſubſtantiæ in ordine ad locum eſt effectus ſecūdarius quantitatis continuæ & ideò poteſt impediri. Sicùt calor poſitus in ſubiecto apto nequit impediri ab hoc, quòd reddat ſubiectum calidum; (eſt enim primarius effectus formalis illius) benè tamē ab hoc, quòd expellat frigiditatem: (ſecundū multos. A quo ſuperſedeo) quia eſt effectus ſecundarius caloris.

50 Obi. 2. partes corporis Chriſti D. in Euchariſtia ſunt confuſſæ, & penetratæ, ita vt in capite ſit pes, & in pede caput, v.g. ergo, quia corpus non habet quantitatem. Patet conſequentia: quantitas enim partes ſubſtantiæ reddit impenetrabiles. Antecedens vero probatur ex eo, quòd cuilibet parti (immo & indiviſibili) hoſtiæ correſpondet totum Chriſti D. corpus cum omnibus, & ſingulis eius partibus. Reſpond. diſtinguendo antecedens: in ordine ad locum, concedo: idq; cōvincit probatio antecedentis. Vndè negatur conſequentia. Ad probationem dico, effectū primarum quantitatis eſſe reddere partes ſubſtantiæ aptitudinalitèr impenetrabiles: non autem actualitèr. Sicùt *num.* 49. dicebamus de extēſione in ordine ad locum: etenim impenetrabilitas, & extenſio in ordine ad locū eſt idemmet effectus duplici voce ſignificatus. Itaque à forma ſubſtātiali mixti, ſeu corporeitatis partes ſubſtantiæ corporis Chriſti D. habent ſuam extenſionem, diſpoſitionemvè entitativā, ſeu organizationē: à quantitate verò ſupervenienté prædictæ partes recipiunt aptitudinalem extēſionem in ordine ad ſpatium, ſeu impenetrabilitatē. Ex qua naturalitèr reſultat actualis impenetratio, ſeu extenſio, actualis in ordine ad locū: vi cui⁹ caput, v.g. non ſolùm correſpondet huic parti loci, ſed etiā ab

ab illa expellit naturalitèr aliã. (manum, v.g.)

51 Hinc bené notat Ægidi⁹ *quæſt.76.num.68.* partes Chriſti D. in Euchariſtia ſe ſe mutuò propriè non penetrare. Quia ſic eſſent ibi omninò confuſæ, & quaſi quoddam chaos. Quarè, etſi ibi non habeant ordinẽ ad diverſa loca, habent tamen ordinem intrinſecum, ſecundum quem una pars verè eſt extra aliam. Nam inter caput, & pedes verè mediant collum, pector, venter, & tibiæ. Unde pedes capiti non immediatè, ſed illis ordine ſuo mediantibus, uniuntur. Ordinem autem, quẽ habent partes corporis inter ſe ſe, præcisè ut conſtituunt corpus organicum, eſſe diſtinctum ab eo, quem habent in ordine ad locum, patet: quia unus poteſt variari, altero manente invariato: ut apertè videmus in teſtudine, quæ habet eumdem ordinem internũ partium organicarum, ſivè ſe extẽdat, ſivè ſe in globum quodãmodo contrahat. Quod etiam in aliquib⁹ vermiculis experimur. ¶ Notat inſupèr Coninch *ibi n.69.* corpus Chriſti D. hìc propriè non condenſari: ſic enim perturbaretur tota ratio corporis organici, quæ exigit, ut diverſæ partes habeant diverſam rationem, & dẽſitatem. Quia oſſa requirunt quamdam denſitatẽ, ac materiæ cõſtipationem; quę repugnat naturali conſtitutioni oculorum, cerebri, ſanguinis, & aliorum humorum. Quarè omnis organizatio, & forma corporis humani per talem condenſationem periret.

52 Obj.3. ſpiritus non poteſt exiſtere modo corporali, ita ut habeat partes extra partes: ergo neq; corpus modo ſpirituali. Reſp. negando conſequẽtiam cum Ægidio *quæſt 76. num.71.* Quia ille modus exiſtẽdi ſupponit, rem exiſtentẽ habere partes, quibus ſpiritus caret. Quantitas autem corporis ſupponitur, ſeu eſt prior extenſione locali, ſeu modo ſuo quãtitativo: & ideo illa, uti prior, poteſt eſſe ſine iſto ſuo modo poſteriori. Atq; adeò argumẽtum illud (ſubdit Ægidius) pro nobis facit. Sicùt enim Angelus, etſi non habeat partes, poteſt tamen ſe per locum extendere; ita divina virtute fieri poteſt, ut corpus, quod hăbet partes, ſine illarum extẽſione exiſtat. Nec refert, quòd non poſſimus concipere, quomodo fieri poſſit, ut corpus ſic exiſtat: etenim, neque concipere poſſumus, quomodo fieri poſſit, ut ſpiritus per ſpatium ſe extendat; & anima indiviſibilis per corpus. Quarè neceſſario nobis fatendum eſt, Deum multa poſſe facere, quæ nõ poſſumus cõcipere. (meritò concludit Coninch ibidẽ: cui ex animo ſubſcribo)

53 Obj.4. Chriſtus D. habet

Digitized by Google

quãtitatem in Euchariſtia? Ergo habet figuram. Sed hoc eſt falſum: ergo & illud. Probatur minor: figura enim neceſſariò ſupponit extenſionem partium in ordine ad locũ. Reſp. diſtinguendo primum cõſequens: eſt enim falſum de figura ſituali; quæ ſequitur modum quantitativum: verum tamen de figura intrinſeca, quæ per ſe ſequitur aptam partium organicarũ inter ſe ſe diſpoſitionẽ. Itaque, cùm ſubſtãtia phyſica hominis v.g. ſeclusã quãtitate, ſeu antequam quãtitas ſibi ſuperadveniat, a forma mixti, ſeu corporeitatis habeat eſſe organicũ, habet quidẽ formatum caput, collum, pectus, & cæteras partes, figuratas ſanè; inter ſe ſe tamen penetrabiles, ſeu communicabiles in ordine ad idẽ ſpatium: omnes enim poſſent ſub eodem loco contineri. Poſteà verò advenit anima rationalis, & informando prædictum totũ organicum componit cum illo totum ſpecificum, quod eſt homo: cuius partes tunc adhùc manẽt penetrabiles, ſeu inextenſæ in ordine ad locum. In alio poſteriori naturæ ex prædicto toto ſpecifico educitur, aut conſurgit quantitas i vi cuius partes corporis redduntur impenetrabiles, ſeu recipiunt aptitudinalem, impenetrabilitatem, ſeu extenſionem in ordine ad locum. Et demùm in alio poſteriori naturæ conſurgit quidam modus quantitatis continuę, per quem partes corporis manent actualitèr impenetratæ, ſeu extenſæ localitèr, ita ut vna non ſolùm occupat ſuum determinatum locum, ſed etiam ab illo excludit aliã quantitatem, ſeu naturalitèr eſt incõpoſſibilis cum illa. Igitur figura iſta exterior corporum naturalium (quę eſt vna ex quatuor ſpeciebus, aut modis qualitatis) fundatur in iſto modo extenſionis actualis quantitatis in ordine ad locũ. Et, cùm Chriſtus Dominus careat prædicto modo quantitativo, caret itèm prædicta figura in illo fundata: non autem figura intrinſeca, entitativa, ſeu organica; quam a forma mixti, ſeu corporeitatis habebat ante adventum quantitatis.

DVB. XII.

54 **P**Etes 12. An quantitas ponatur in Euchariſtia ex vi verborum? Reſp. negativè. Quia verba ſolùm ſignificãt corpus Chriſti Domini, quod quidem eſt realitèr diſtinctum à quantitate: ſed ex vi verborũ ſolùm ponitur id, quod verba ipſa ſignificant: ergo ex vi verborum non ponitur quantitas: ſed ſolùm per concomitantiã. Ita *Scotus, & Scotiſtæ num. 47. citati. Itèm D. Th. Caiet. Coninch, Suar. & Lorca, quos citat & ſequitur G. Hurt. diſp. 5. diff. 8. eſt-*

que

quæ communiſsima ſententia Theologorum.

55 *Vazq. diſp. 187. cap. 4. & Ochagavia quæſt. 10.* dicunt, ſub ſpeciebus panis poni ex vi verborum quantitatem in cômuni; quantitatem verò in individuo poni tantùm concomitantèr, & per accidens. Et obi. ex vi verborum ponitur in hoſtia corpus organicum. Sed ad hanc organizationem, & partium etherogeneitatem, ſeu diſsimilitudinem neceſſaria eſt quantitas: ergo hæc debet poni ex vi verborum. Reſp. negãdo minorem: quia a forma mixti, ſeu corporeitatis provenit organizatio: vt ſatis explicuimus dubio 12. præſertim *n.* 50 & 53.

¶ Obi. 2. (pro probatione ſecundæ partis ſuæ ſententiæ) ex vi verborum ponitur corpus organicum, non determinatè vivu, neque determinatè mortuum, ſed vivum, vel mortuum ſub diſiunctione. Sed in corpore vivo, & mortuo non eſt eadem individua quantitas: ergo ex vi verborum non ponitur individua quantitas corporis vivi, aut corporis mortui, ſed quantitas utrique quantitati communis: & conſequenter individua quantitas, ſeu quantitas in individuo ſolùm per concomitantiam ponitur ſub ſpeciebus panis. Reſpond. negando minorem: eadem enim numero quantitas perſeverat in corpore mortuo, ac erat in vivo: hæc enim, quamvis non ponatur quoadulquè totum completum per formam ſpecificam reſultavit; immediatè tamen ſubiectatur in toto incompleto, quod componitur, ſeu reſultat ex materia prima, & forma corporeitatis; & quod perſeverat, adhùc corrupta forma ſpecifica. Tunc enim corrumpitur, quando ex cadavere generatur aliud totum: *vt num.* 21. libabamus.

DVB. XIII.

56 PEtes 13: An divinitas, & perſonalitates divinæ ſint in hoc ſacramento? Reſpondet affirmativè. Quia Tridentinum *ſeſ.* 13. *capit.* 3. diſinit, Verbum divinum eſſe in Euchariſtia. (Id enim intendit, dum dicit: *Divinitatem porro propter admirabilem illam eius cũ corpore, & anima hypoſtaticam vnionem*: etenim hypoſtaticæ vnionis terminus immediatus, non eſt divinitas, ſed Verbum) Sed Verbum, & aliæ duæ perſonæ ita neceſſariò connectuntur in eſſentia, vt una ſine alijs eſſe non poſsit: ergo ibi no ſolùm eſt Verbum, ſed etiam divinitas, & aliæ duæ perſonæ. *Ita Scotiſtæ num.* 47 *citati* (*excepto Rada ibi concluſ. vndecima*) *Itẽ D. Thom. opuſc. 63. c. 2. Suar. diſp. 51. ſect. 6. Vazq. Ægid. Bonac. Lugo, & Hurt. quos citat. & ſequitur Leandrus tract. 7. diſp. 10. q. 11.*

57 *Sed*

57 *Sed Granados tract.4.diſput.4.(qui citat Hugonem Cardinalem) & Nugnus quaſt. 76. art. 2.diff.3.* dicunt, Patrem, & Spiritum S. non eſſe in Euchariſtia per concomitantiam, nec aliquo peculiari modo; ſed tantummodo communi, quo ſunt in omnibus rebus per eſſentiã, præſentiam, & potentiam. Et obi. Pater, & Spiritus Sanctus non terminant, ſeu non perſonant humanitatem: ergo in Euchariſtia non ſunt per cocomitantiam. Reſp. negando conſequẽtiam quia ad hoc ut unum ſit per concomitantiam, ubi eſt aliud, ſufficit, quòd cum illo habeat coniunctionem, aut cõnexionem. Quam habent Pater, & Spiritus Sanctus cum Filio; qui perſonat humanitatem Chriſti D. & conſequentèr eſt in Euchariſta. ¶ Dices: Filius, aut Verbum non eſt in Euchariſtia ex vi verborum, ſed per concomitãtiam: (nempè, quia terminat humanitatẽ, ſeu, quia habet cõiunctionem cum corpore, quod ſub hoſtia ponitur ex vi verborum) ergo, ſi Pater, & Spiritus S. etiam ponuntur per concomitantiam, dabitur concomitantia concomitantiæ. Reſp. certum debere eſſe reperiri cõcomitantiam inter multas res, (quotquot illę ſint) quotiès inter eas eſt coniunctio, aut connexio, quamvis alias coniunctio ſit ſubordinata, ita ùt vna immediatè coniungatur, & alię mediatè cum ſubordinatione unius ad aliã. Non enim alia ratione attraho ad me totam catenã, v.g. niſi quia omnes illius partes coniunguntur artificialitèr cum illa parte, quã attingo, aut immediatè traho: & tamen eſt notum, quòd ſola vna pars coiungitur immediatè, aliæ verò mediatè cum ſubordinatione unius ad aliam. Igitur cùm Pater, & Spiritus S. conectantur in eſſentia divina cum Verbo, quod in Euchariſtia ponitur per cocomitantiam immediatam, debent etiam ibi poni etiam per concomitantiam, quamvis mediatam. Si autem hanc mediatam commitantiam quis velit concomitantiam concomitantiæ vocare, non multùm contendã: quia, etſi ſit modus loquendi inuſitatus; quæſtio tamen foret de nomine. Vndè in forma, cõceſſo antecedenti, parvipendẽda eſt conſequentia.

58 Obi.2. Pater, & Spiritus S. ſunt in Euchariſtia per concomitãtiam? ergo, quandò manducatur ſacramentum, dicentur mãducari Pater, & Spiritus S. Reſpon. diſcordare AA. circa conſequentiam: illam enim concedunt Vazquez *diſp. 185. cap 2. num 18. & G. Hurt. diſp 5. diffic. 4.* Negant tamen *Luyſius Turrianus* (dicens, nullo modo eſſe probabilem illum modum loquendi, & eſſe contra communem ſenſum Doctorum

rum in re graviſsima) *Lugo, & Enriquez* (addens, ita fateri omnes Theologos) *quos citat, & ſequitur Leandrus tract.7. diſp.10. quæſt.12. Quibus adde Bonac. apud G.H. ibi.* Ego tamen exiſtimo, concedendã eſſe dictam conſequentiam, ſeu propoſitionem in ſenſu, quo concedimus, ad manducationem ſpecierũ mãducari Chriſtum D. iuxta dicta *cap.7. num.88.* ¶ Dices: inter Patrẽ, (idem eſt de Spiritu Sancto) & corpus Chriſti D. nulla eſt communicatio idiomatum: ergo (etiam admiſſo, quod mãducatur corpus Chriſti D.) non poteſt verificari, quod manducetur Pater, aut Spiritus S. Reſpond. negando cõſequentiam: ſufficit enim connexio, ſeu coniunctio cum illo, quod manducatur, ut verè dicatur manducari.

59 Ex dictis *à num.56.* conſtat, Patrem, & Spiritum eſſe in Euchariſtia ſolùm per concomitantiam, ſeu per connexionem, ſeu identitatem, quã cum Verbo divino habent in eſſentia, aut divina natura. De ipſo autem Verbo divino poſſet alicui videri, ibi eſſe nõ per cõcomitantiam, ſed ex vi verborum: eo quòd Chriſtus D. nequit eſſe immò, nequè concipi ſine Filio, aut Verbo, quatenùs terminat, ſeu perſonat naturã humanam. Tamen certum debet eſſe, (dicunt communitèr Auctores) ſolùm per concomitantiam (immediatam; vt notabamus *num.57.*) Verbum poni in Euchariſtia. Quia ſic loquitur Tridentinum *num. 56.* citatum. Itèm verba conſecrationis nec ſignificãt Verbum, nequè unionem ad Verbũ, ſed corpus, & ſanguinem; quæ verè poſſunt eſſe ſine tali unione, & ſine ſubſiſtentia Verbi. ¶ Dices: ly *meum* in verbis conſecrationis denotat, eſſe corpus loquentis, ſeu perſonam loquentis: ergo Verbum divinum ponitur ex vi verborum. Reſpon. communitèr negando conſequentiam: nam, licèt illud corpus in triduo non eſſet unitum Verbo, diceretur, eſſe corpus Chriſti D. (ſicùt, mortuo Divo Petro, v.g. eius corpus dicebatur eſſe illius) ¶ Inſtabis, eſſe longè diverſum ſenſum huius propoſitionis, (*Hoc eſt corpus meum*) ac illius. (*Hoc eſt corpus Divi Petri*, illo mortuo) Etenim in priori ſenſus eſt abſolutè verus, ſumiturque ly *eſt* in ſignificatione propria, ſeu quatenùs coniungit, ſeu copulat de præſenti, aut pro tempore præſenti extrema propoſitionis, nimirũ *corpus* cum perſona Verbi. In poſteriori autem verbum *eſt* ſumitur pro tempore præterito, ſignificatque, corpus illud exanime nunc quidem non eſſe cõiunctum, aut copulatum cum perſona Divi Petri, ſed fuiſſe tempore præterito.

60 Quarè mihi videtur diſtin-

qualis ſit? Reſp. ad primum affirmativè. Et ad ſecundũ, quòd non eſt phyſica, ſed moralis; vt reſolvimus *cap. 7. à num. 83.*

Dubia incidentia.

64 CVm ferè omnia dicta in hoc capite, & in præcedenti ſupponãt, poſſe per divinam potentiã fieri, vt vnũ, & idem corpus ſit in pluribus locis: merito in calce huius capitis hoc ſuppoſitum per dicẽda in ſequentibus dubijs firmamus. Cumque ſit res ferè philoſophica, multa ex his, quæ in Phyſica *lib. 4. diſp. 2 quæſt. 5.* ex Illuſtriſsimo Merinero diximus, reſumam.

DVB. (*Incidens*) XVII.

65 PEtes 17. (Incidentèr) An vnum, & idem corpus poſsit aliquomodo de potentia Dei abſoluta eſſe ſimul in pluribus locis? Reſp. affirmativè. Conſpirant enim Catholici, vnum, & idẽ corpus Chriſti D. de facto eſſe ſimul ſacramẽtalitèr in pluribus locis diſcontinuis, nempè in omnibus illis, in quibus ſunt ſpecies cõſecratæ. Conſpirant itẽ in hoc, quod circumſcriptivè eſt in cœlo, fuitque in cœnaculo noctè cœnæ, & ſimul in quacumque parte Euchariſtiæ, fractione facta. Et meritò conſpirant Catholici in vtroque. Quia in nullo eorum eſt aliqua repugnantia. vt docet Tridentinũ *ſeſ. 13. cap. 1.*

66 Hæretici tamen, vt faciliùs negent, corpus Chriſti D. quod eſt in cœlo poſſe eſſe ſimul in Euchariſtia, docent, vnum, & idẽ corpus nullo modo poſſe de potentia abſoluta eſſe ſimul in pluribus locis. Et obijciunt D. Auguſtinũ *lib. 20. contra Fauſtum cap. 11.* dicentẽ, Chriſtum D. non poſſe ſimul eſſe in ſole, & in luna, & in Cruce. Reſp. loqui naturalitèr: non autem de potentia abſoluta. Quod vt bene percipiatur, notat G. Hurt. *diſp. 5. diff. 1.* Auguſtinum tunc loqui contra Manichæos dicẽtes, Chriſtum Dominum fuiſſe phantaſma abſque carne, & etiã fuiſſe crucifixum, & per ſolem, & lunam diſtentum. Contra quos D. Auguſtinus vtitur eo dilemmate. Si Chriſtus D. eſt ſpiritus, non potuit pati; ſi corporeus, non potuit ſimul eſſe in ſole, & luna, & cruce. Quod argumentum eſt efficax loquẽdo naturalitèr, ſeu de eo, quod naturæ viribus poteſt fieri; nõ autem ſupernaturalitèr, ſeu de potentia abſoluta. Quia ex ſententia ipſius *12. de civitate cap. 10.* ſpiritus pati poteſt. Ergo, ſicùt ſolùm de potentiâ ordinata, ſeu naturalitèr ſolùm loquitur; dum dicit quod ſpiritus non poteſt pati; ſic ſolùm naturalitèr docet, corpus Chriſti D. non potuiſſe ſimul eſſe in ſole, luna, & cruce.

67 Obi.

67 Obi.2.illud *Matth. vlt.* dùm mulieribus quærentibus Chriſtum D. in ſepulchro dixit Angelus *non eſt hic:* eſſet enim frigida hæc cauſalis, *ſurrexit enim*, ſi poſſet vnum, & idē corpus ſimul eſſe in pluribus locis. Reſp. cum G. Hurt. ibi, optimā eſſe illam illationem, cauſalē, ſeu conſequentiam: *non eſt hic, quia ſurrexit*, & non eſſe frigidā, etiam ſi idem corpus eſſe poſsit in multis locis; quia ſepulchrū nō eſt, niſi pro mortuis; & ideò optimè intulit: quia ſurrexit, & ad vitam redivit, nō eſt in ſepulchro. Reſp. 2. (& in idē recidit) cauſalem illā dediſſe Angelum conformando ſe cōmuni modo loquendi, & operādi, in quo non attendimus ad id, quod de potentia abſoluta fieri poteſt, ſed ad id, quod cotingit regulariter. Regulariter autem nec vnū corpus eſt ſimul in diverſis locis, neque corpus vivū iacet in ſepulchro.

68 Obi. 3. idem corpus nequit ſimul eſſe in duobus tēporibus: ergo neque in multis locis. Reſp. negando conſequentiam. Diſparitas autē eſt, quod duo tempora, immo neque duę partes eiuſdem, nequeūt ſimul reperiri: (eſt enim tempus de genere ſucceſsivorum: partes autē iſtorum neceſſario fluūt) atque adeò idē corpus eis coexiſtere nō poteſt. Loca autem, aut ſpatia ſunt de genere permanentium, & ideò, cùm ſimul eſſe poſsint, idem corpus poteſt ſimul in illis reperiri. ¶ Obi. 4. Si idem corpus eſſet in pluribus locis, in nullo illorum eſſet circumſcriptivè, aut diffinitivè, & cōſequentèr nullibi eſſet. Reſp. negādo. Si enim eſſet ſub modo naturali, eſſet circumſcriptivè. Sin verò eſſet ſub ſacramentali eſſet quaſi definitivè. (Recolantur dicta *cap. 7. n. 76.*) Quia eſſe in loco circumſcriptive, & eſſe definitive in loco non eſt ita eſſe in vno loco, vt ſimul nōn ſit in alio: Sed eſſe circumſcriptive in loco eſt ſic commenſurari cum illo, vt totum locatum correſpondeat toti loco, & partibus loci partes locati. Eſſe autem definitivè eſt verè, & realitèr eſſe in loco ſine tali correſpondentia.

DVB. XVIII. (*Incidens*)

69 **P**Etes 18. (incidentèr) An idem corpus quātū de potentia abſoluta poſsit eſſe ſimul in pluribus locis adæquatis circumſcriptivè? Reſp. affirmativè. Quia in hoc nō eſt aliqua repugnantia, vt ex ſolutione argumentorum oppoſitæ ſententiæ conſtabit. Vt enim piè, & ſolidè concludit Scotus *in Report. in 4. d. 10. quæſt. 3. immediatè ante §. Ad priorem*, nihil denegandum eſt Deo, licèt ei convenire nō probetur, ſi alias poſsimus ſolvere rationes in cōtrarium. Secundo, quia faciliùs

lius eſt ponere corpus pluribi cum ſuo modo naturali (qualis eſt circumſcriptivus) quam ſacramētali, ſed cum ſacramentali ponitur in pluribus locis: ergo & circumſcriptivè poteſt poni. Conſequentia eſt legitima: minor de fide, & maior videtur certa: modus enim naturalis inſitus eſt a natura, & in eū quælibet res propendet adeo, vt illo privari nequeat ſine aliquo violentiæ genere. Immò corpus quantum eſſe poſſe ſine extenſione locali (vt rē de propinquo explicemus,) putarunt aliqui, eſſe impoſſibile. Ideoq; negarunt, corpus Chriſti D. in Euchariſtia habere quantitem. (Recolātur dicta *n.* 48.) Quib⁹, etſi minimè ſubſcribamus, fatemur tamē, quod & nemo negabit, rem eſſe difficilē explicatu. Quare *num.* 52. fatebamur cum Ægidio, multa poſſe Deū facere, quæ nos concipere non poſſumus. Ita *Scotus in 4. d. 10. q. 2. & in Repart. quæſt. 3. & omnes Scotiſtæ, præſertim Rada 4. p. controv. 8. ſecūda cōcluſ. & Fab. diſp. 37. c. 2. citans Alenſ. Ricard. Maiorem, Occhā, Gab. Adam, Aureolum, Suar. & Bellarminum. Quorū aliquos etiam citant, & ſequuntur alij RR. Thomiſtæ, præſertim G. Hurt. diſp. 5. diff. 12. addens Marſilium, & Becanum, eſtque iam hac noſtra tempeſtate ferè cōmunis ſententia, quā noviſſimè ſequitur eminentiſſimus Lugo diſp. 5. ſect. 1. à n. 12. Quam tàm Scotus, quàm præcitati AA. multis alijs rationib⁹ confirmant.*

70 *D. Th. quodl. 3. art. 2. & alibi, D. Bonav. in 4. d. 49. 2. p. diſtinctin. artic. 2. principali q. 1. ad 2. Capreolus, Durand. Palud. Henr. Ægidius, Ferrara, Dominicus Soto,* (quamvis 4. *Phyſic.* oppoſitum docuerat) *Ledeſma. & Dionyſius Carthuſianus, quos citat, & ſequitur Vazq. diſp. 189. cap. 5. à n. 40. dicens, quòd etiam citantur Hærveus, & Gofredus* oppoſitum defendunt. Pro qua ſentētia obijcitur. Eſſe in loco circumſcriptivè eſt ita circumſcribi a loco, vt corpus dicat negationē exiſtendi ſimul extra illum: ergo nō poteſt ſimul eſſe circūſcriptivè in pluribus locis. Cōfirmatur: locus enim eſt extremitas: ſed non poteſt res eſſe extra ſuā extremitatem: ergo neque in vlteriori loco ab eo, quo circūſcribitur, & terminatur. Reſp. negando antecedens: nam de ratione formali modi eſſendi in loco circumſcriptivè ſolum eſt ita eſſe in loco, ut totum locatum ſit in toto loco, & pars in parte. Et per hoc differt à modo eſſendi in loco diffinitivè: per quē totum locatum eſt in toto loco, & totum in qualibet parte. Negatio autem exiſtendi ſimul in alio loco ab eo, in quo adæquatè continetur eſt quid conſequens naturaliter illum modum. Et ſic naturaliter poteſt ſuppleri, ſeu deficere: quia non eſt negatio repugnantiæ:

d by Google

tiæ: aliàs nec definitivè, aut ſacramentalitèr poſſet eſſe alibi. ¶ Ad conformationem reſpõdetur, locum ſolùm dici extremitatem locati, inquãtum terminat præſentiam localẽ, quã dicit ad ipſum. Vndè benè infertur, rem non poſſe eſſe alibi per præſentiam, qua eſt in iſto loco: alioqui præſentia eſſet ſine ſuo termino, ſeu extremitate. Non tamẽ infertur, nõ poſſe eſſe alibi per aliam præſentiam terminatam ad illum locum.

71 Obj.2. quantitas eſt ratio formalis eſſendi in loco circũſcriptiuè. Sed nõ poteſt aliquid plurificari, quin plurificetur eius ratio formalis: ergo, quãtitate alicuius corporis nõ plurificata, tale corpus nequit eſſe ſimul pluribi. Reſp. (ex Scoto *in Sententiarijs d.10. qu eſt. 2.§. Dico verſ. Ad aliud*) negãdo maiorem: quantitas enim, ſeu dimenſio non eſt ratio formalis proxima eſſendi in loco circũſcriptivè, ſed tantùm fundamentalis: formalis autem eſt *vbi*, ſeu præſentia localis. Et ideò benè infertur, nõ poſſe idẽ quantum poni in diverſis locis, niſi plurificentur præſentiæ; nõ autem eſt neceſſaria plurificatio quantitatis. Sicùt idemmet album v.g. ſine multiplicatione albedinis dicitur ſimile multis ſolùm per plurificationem ſimilitudinum in ipſa albedine fundatarum.

72 Obj.3. idem quantum poteſt eſſe in diverſis locis circũſcriptivè? Ergo vbique, ſeu in omni loco. Reſp. concedendo conſequentiam. (Cùm Scoto *ibi verſ. Et cum dicitur*: vbi inſtat de corpore Chriſti D. in Euchariſtia: quod ſecundum adverſarios poteſt eſſe vbiq; ſacramẽtalitèr) ¶ Contra: ergo illud corpus eſſet immenſum. Reſp. negando: quia immenſitas, quę eſt attributum Dei, tribuit ipſi, quòd neceſſariò ſit in omni loco, immò & per eſſentiam, pręſentiam, & potentiam. Et ſic impoſsibile eſt, aliud à Deo eſſe immenſum. Non autem eſt impoſsibile, aliud à Deo per divinam potentiam eſſe vbique. (concludit Scotus *ibi verſ. Et ad probationem*) Quod ſi hoc velis vocare immenſum, erit quæſtio de nomine: cùm conveniãmus in hoc, quòd illud corpus eſſet vbique, necnon & in hoc, quòd hoc nõ habet neceſſario, ſeu ex propria natura, & exigentia.

73 Obj.4. quòd illud quantum poſitũ in duobus locis eſſet vnum, & ſimul plura, ſeu diuiſum à ſe ipſo. Reſp. diſtinguendo: ſolùm enim localitèr eſſet diviſum à ſe ipſo; non autẽ entitatiuè. Sicùt ipſi adverſarij fatentur, quòd, ſi duo quãta eſſent in eodem loco; vtrumque eſſet idem localitèr; non verò entitativè. ¶ Obi.5. id, quod ponitur in alio loco, mutat locum: ergo deſerit priorem locum.

Digitized by Google

cum Patet conſequentia: quia mutatio loci eſt tranſitus de vno loco ad alium: ergo nullũ quãtum poteſt eſſe pluribi. Reſpo. diſtinguendo antecedens: eſt enim verum, ſi intẽdat, quod recipit nouam præſentiam: falſum autem, ſi intendat, quod neceſſario amittit priorem. Vndè patet, quod illa mutatio non eſſet à termino poſitiuo in terminum poſitivum; ſed à carentia ſecundi loci, aut pręſentię ad ipſum locum, ſeu pręſentiam. Sicut eſt mutatio aeris tenebroſi in lucidum.

74 Obi. 6. Si idem corpus eſſet in duobus locis, (Romæ, v. g. & Matriti) ſequeretur, quod ea, quæ eſſent ſimul cum illo in illis duobus locis, etiam eſſent ſimul inter ſe ſe. Sed conſequens eſt falſum: nam ea, quę eſſent Romæ, eſſent ſimul cum illis, quæ eſſent Matriti. Sequela autẽ probatur: nam, ſicùt ea, quę ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe; ita quæ ſunt ſimul vni tertio, debent eſſe ſimul inter ſe. Reſpond. negando ſequelam. Ad probationem dicimus; quòd, ſicùt, quando tertium eſt illimitatum in ſuo eſſe non ſequitur, quòd ea, quæ ſunt idem realitèr cum illo, ſint idem realitèr inter ſe. Vt patet in diuinis perſonis, (exemplificant multi) quæ, etiam ſi ſint idem realitèr cum eſſentia; nõ tamen ſunt idem realitèr inter ſe. Ita in præſenti: quia ſubiectum in ratione eſſendi in loco eſt illimitatum. Alias hæ eſſent bonæ conſequentiæ: ego ſum ſimul cum æternitate: Antichriſtus eſt ſimul cum æternitate. ergo ego, & Antichriſtus ſumus ſimul: caput eſt ſimul cum anima: pes eſt ſimul cum anima: ergo caput, & pes ſunt ſimul.

75 Obi. 7. quòd corpus quãtum poſitum in duobus locis fundaret relationes propinquitatis, & diſtantiæ ad ſe ipſum. Reſpond. ita eſſe. ❡ Contra, quod relationes illæ ſunt prædicamentales: ergo requirunt extrema realitèr diſtincta Reſpond. concedendo. Fundantur enim prædictæ relationes in eodem corpore, non nudè ſumpto, ſed pròut ſubeſt alij, & alij præſentiæ ſeu pròut exiſtit hic, & alibi. In quo nũlla eſt repugnantia: ſiquidem tam loca, quam ubiquationes, ſeu præſentiæ, quas diceret ad illa loca, quæ ſunt extrema, inter quę verſatur illæ relationes diſtantiæ, vel propinquitatis, ſunt realitèr diſtincta.

76 Obi. 8. quòd corpus quãtum poſitum in duobus locis, poſſet vitute ſua naturali moveri vtrobique. Reſpondetur, aliquos (*cum Hurtado Vaimaſedano in Phyſica diſput. 14. de loco ſect. 5. §. 47.*) id negare non ſine probabilitate: quia illud corpus, dùm habet *vbi* ſupernaturalitèr acquiſitum, eius poten-

Digitized by Google

tia paſsiva eſt incapax, ſeu impedita recipiendi aliud *vbi* naturaliter acquiſitum. Sicùt potentia paſsiva aquæ, dùm habet calorem, eſt incapax recipiendi frigiditatem, licèt habeat potentiam activā ad prædictam frigiditatē. Sic aliqui; nos autē, hac reſponſione omiſſa dicimus, ita eſſe. ¶ Cōtra: ergo virtute ſua naturali poſſet acquirere duas præſentias in loco diverſas ab illis, in quibus conſtitutum fuerat virtute divina: & conſequentèr virtute naturali poſſet eſſe in pluribus locis. Reſp. diſtinguēdo ly *virtute naturali*: id eſt, ſecluſo quocumq; miraculo, nego: perſeverante primo, & ex vi illius, concedo. Itaque, ſicùt fuit neceſſarium miraculum ad ponendum corpus in duobus locis; ita & ad conſervandum illud utrobique. Si tamen ſupponamus corpus iam poſitum, & conſervatum vtrobique, virtute propria poteſt ſe movere ſine diſtincto miraculo, ſed non ſine interventu prioris. Sicùt quantitas Euchariſtiæ naturalitèr expellit aliud quantum à ſuo loco; albedo mittit ſpecies, &c.

77 Contra 3. ergo illud corpus poſitum Romę, v. g. & Matriti poſſet utrobique moveri motu progreſsivo: & cōſequētèr ſibi ipſi eſſe obium ſeipſum expellere ab vno *vbi*: &, ſi in multis locis poneretur, idēmet vnicū formare choreas. Reſp. Scot. q. 2. §. *Dico ad argum. verſ. Dico quòd hæc ſunt puerilia*. Itaq; non ratione ſui, ſed ratione diverſarum ubiquationum, quas habet eſſet incompoſibile ſibi ipſi; choreas componeret, &c. Quæ, etſi ſequendo imaginationem ſenſuum videantur mira; ſecundum rationē ſunt conſentanea. Si enim anima ſecundum digitum, v. g. movetur per accidens, & ſimul quieſcit per accidens. ſeu nō movetur ſecundum pedem: quid mirum, quod idem corpus ſecundum diverſas præſētias, moueatur per accidens (hoc eſt per illas præſentias) & ſimul quieſcat; loquatur, & non loquatur, &c? Pro pleniori autem intelligētia dictorum in hoc dubio, ſubſequens reſtat examinare.

DVB. XIX. (*Incidens*)

78 PEtes 19. (incidētèr) An idem corpus exiſtens in duobus locis circumſcriptivè utrobique haberet eaſdem affectiones, ſeu accidentia? Reſp. ſub diſtinctione. Quarè dico primò: omnia accidentia, quæ ſunt ſimul natura, aut eſſentialitèr poſteriora ipſo *vbi*, variabuntur ad variationem *vbi*; id eſt, in iſto loco non habebit illa accidentia, quæ dependent ab alio loco, ſeu a prę ſentia, quam habet alibi. Quia id, quod eſt ſimul natura cum alio, vel poſterius

rius eſſentialitèr illo, neceſſariò variatur ad variationem illius: ergo, ſicùt corpus nō habet Romæ *vbi*, ſeu præſentiam, quam habet Matriti: (ſi vtrobiq; ponatur) ita neque, quę dependēt à tali *vbi*, ſeu præſentia: ſive illa ſint ſimul natura, ſivè poſteriora ipſa præſentia. ¶ Vndè fit, quòd ratione diverſarum vbiquationum poſſet illud corpus habere accidentia relativè oppoſita poſſet enim hìc eſſe surſùm, & alibi deorſùm. Itèm & cōtrariè oppoſita: etenim poſſet hic calefieri a calido ſibi applicato; & alibi frigefieri per applicationē frigidi. Inſupèr, & cōtradictoriè oppoſita: cùm poſſet in vno loco ambulare, & in alio nō. Et ratio omnium eſt, quòd nullum illorum convenit corpori nudè ſumpto, ſed prout ſubeſt alij, & alij præſentiæ, ſeu ſecundum diverſas rationes. Defendunt hanc concluſionem *Scotus, & omnes ferè AA. num. 69. citati.*

76 Dico ſecundò, illa, quę ſunt eſſentialitèr priora *vbi*, ſeu præsētia locali, (hoc eſt, ab illo omninò independentia) nullo modo variarentur ad variationem *vbi*, ſeu præſentiæ localis, ſed illa invariata haberet corpus, vbicumque poneretur. Quia illa accidentia conveniunt corpori omninò independētèr ab *vbi*, loco, aut præſentia locali: ergo non apparet, cur, aut quomodò variarē-tur propter variationem illius. Implicabit ergo, quod, ſi calor, v.g. corpori inhęreat hìc, ibi nō inhæreat: dabuntur enim duo contradictoria. Vndè apparet, hoc adhùc divinitùs, fieri non poſſe. Secundò probatur à paritate: quia hæ propoſitiones (*Petrus eſt rationalis*: *Petrus eſt irrationalis*) ſunt contradictoriæ, etiam ſi enuntientur de Petro pro diverſis temporibus, & locis, non alia ratione, niſi quia prædicatum *rationale* convenit Petro independentèr à tempore, & loco: ergo idem dicendum eſt de quocumque alio prædicato independentè à tempore, & loco. Hanc quoque concluſionem defendunt *Scotus, & ferè omnes AA. num. 69. citati.*

80 Multi autem ex Authoribus *num.* 70. citatis multa cōtra vtramque hanc concluſionem, & præcipuè contra vltimam obijciunt. In primis: ergo, ſi vnum corpus ſimul poneretur Romæ, v. g. & Matriti, eique Romæ applicaretur ignis, calefieret etiam Matriti. Reſpond. ita eſſe. ¶ Contra: ergo agens limitatum, hoc eſt, ignis ille exiſtens Romę poteſt agere Matriti. Reſp. negando: tantùm enim agit Romę: tamen, quia illud corpus miraculosè etiam eſt Matriti, calor per calefactionem productus Romæ habet ſimul præſentiam Matriti, non ſecùs, ac illam habet

corpus, in quo recipitur. Vndè patet, talem calorem habere duas præſentias; non tamen vi agentis naturalis, ſed ex ſuppoſitione primi miraculi, quo corpus ponitur, & conſervatur in duplici loco: ut *num.* 76. in ſimili dicebamus.

81 Pro plena autem dictorum, & dicendorum intelligētia Scotus *in* 4. *diſt.* 10. *quæſt.* 2. *§ Dico ergo à verſ. Et pro iſtis* duo obſervat. Primū eſt, illud corpus pluribi exiſtēs eodem modo ſe habere, quantum ad recipiēdum formas abſolutas; (hoc eſt, omnino independentèr ab *vbi* ſeu præſentia locali) ac, ſi ſolùm exiſteret in vno loco. Quia eamdem potentiam paſſivam habet vtrobique. Vndè fit, ut, ſi duo agentia contraria applicarentur ei in duobus locis, (v.g. calidum, & frigidum) eumdem imprimerent effectum, ac, ſi in vno, & eodem loco ei applicarentur: & conſequenter illud agens, quod in activitate eſſet fortius, tandem ſuum produceret effectum.

¶ Secundum a Scoto obſervatum eſt, quòd, ſicut corpus in vno loco exiſtens ſe haberet in ratione activi, ad diverſa ſibi approximata in illo loco; ſic exiſtēs in duobus locis ſe haberet ad eadem ſibi approximata in illis duobus locis. (Quod intelligēdum eſt de formis abſolutis, ſeu independentibus à præſentia locali, ſeu *vbi*.) Quia eadem eſt omninò potentia activa illius corporis utrobique exiſtentis.

82 Hinc reſpondendum eſt ad aliqua quæ in confirmationem præcedentis argumenti obijciuntur contra vtramque noſtram coclusionem. Obi. ergo, ſequi ex noſtra ſententia, quod, ſi vnum, & idem corpus quantitativè extenſum poneretur in pluribus locis, poſſet formare maximum exercitum, dato, quod debita exercit' diſpoſitione collocaretur. Itèm, quòd in vno loco poneretur ſurſùm, & in alio deorſùm. Inſupèr, quod in vno loco loqueretur, & in alio taceret. Reſpond. ita eſſe: vt in ſimili *num.* 77. concedebamus. Quia non eſt incommodum, quod in eodem fundamento multiplicentur reſpectus, ſeu præſentiæ ad diverſos terminos, ſeu ad multa loca. Sicut non eſt incómodum, quod in eodem albo, v.g. ſint multę ſimilitudines ad diverſos terminos; in eodem patre multæ paternitates ad multos filios, &c. Igitur cùm omnia obiecta (notato, quòd ſtatim dicam de loquutione) coveniant corpori dependentèr à præſentia locali, omnia variari debent, & multiplicari ad variationem, & multiplicationem præſentiarum.

¶ Circa illud de loquutione (confabulatione, & diſputatione ſecum) notat Scot⁹ *ibi verſ.*

verſ. Per hoc. ly *loqui* poſſe ſumi pro actu imaginationis, vel intellect⁹: (etenim voces formãtur ab imaginatione; & conſequentèr percipiuntur ab intellectu priuſquam ore proferantur) &, cùm hi act⁹ ſint priores, ſeu independentes ab *vbi*, conveniunt corpori vbique exiſtẽti. Quarè nõ poterit habere hos actus in vno loco, & nõ in alio. Si tamen ly *loqui* ſumatur pro formatione vocis per inſtrumẽta naturalia in aere percuſſo: cũ hæc aeris percuſsio ſit depẽdẽs ab *ubi*, ſeu a præſentia locali, quam habet hic; immò & cùm àer cõtiguus organis vocalibus in iſto loco ſit alius ab aere percuſſo in alio loco, & adhùc dato, quòd eſſet idem, cùm poſſet moueri localitèr hic, & ibi nõ: profectò *loqui* ſumptũ pro formatione vocum poterit cõvenire vni, & eidem corpori hic, & non ibi.

83 Obi. iterùm in confirmationem prædicti argumenti, poſſe illud corpus affici fame hic, & ibi ſaturitate. Reſpondetur *ex Scoto q.2. §. Dico ergo verſ. De fame*, quòd fames eſt appetitus calidi, & ſicci: ac per conſequens, ſi hic ſatiaretur, ceſſaret appetitus cibi in quocumque alio loco exiſtente corpore. ¶ Quòd, ſi dicas, (ſubdit Scotus *ibi verſic. Si autem*) ſaturitatem eſſe repletionem corporalem ſtomachi. Tunc dubitari poſſet, an, ſi cibum non recipiat homo hic, ſed alibi, hic eſſet ſtomachus repletus? Et reſpondet, quod non. Sicùt nec corpus Chriſti Domini in Euchariſtia eſſet vulneratum à Iudæis: quia iſta repletio ſolùm dicit præſentiam alimenti contenti a continenti, ſcilicèt ſtomacho, vel ventre. Et, ſicùt eſt poſsibile, quòd continens hoc corpus hic, & alibi ſit aliud, & aliud; ita poſſibile eſt, quòd continentia activa iſtius corporis hic ſit alia à continentia eius in alio *ubi*: quia hic nihil abſolutum dicit, ſed ſolùm reſpectum extrinſecum.

84 Inſupèr obijciunt pro confirmatione prædicti argumenti: quòd illud corpus poſſet hic occidi, & ibi non. Reſp. *ex Scoto quæſt. 2. §. Dico ergo verſ. Quartum quod* diſtinguendo. ſi enim ſumatur *occidi* pro vulneratione paſsiva, (quæ eſt diviſio continui, vt hic, ab aliquo hic dividente) concedendum eſt, quod corpus poteſt hic vulnerari, quin vulneretur alibi. Eſt enim vulneratio (ſicut, & quæcumque alia actio tranſiens) accidens eſſentialitèr poſterius *vbi*, ſeu præſentia locali: & ſic non eſt neceſſe, quòd conveniat ſubiecto, quod paſsivè ab ipſa denominatur, in omni loco. Si autẽ ly *occidi* ſumatur pro effectu vulnerationis, nẽpè pro morte (aùt ægritudine) ex vulneratione ſe-

Digitized by Google

ſequuta; negandum eſt, corpus poſſe in uno loco occidi, & nō in alio: quia mors, vita, ægritudo, &c. ſunt accidentia independentia ab *vbi*, ſeu præſentia locali. Et ideò, ſi corpus hìc habet diſcōtinuationem partiū, ſeu vulnus, vel ſeparationem animæ à corpore, illam habet vbique.

85 Itèm obi. in confirmationem prædicti argumenti, quòd illud corpus hìc haberet viſionem alicuius obiecti, & alibi non. Reſpond. diſtinguendo: eſt enim verum, ſi ly *viſionem* ſumatur pro motione requiſita ad viſionem intuitivā. Falſum autem, ſi ſumatur pro ipſamet formali viſione: cùm enim ſit actio immanēs, eſt independens ab *vbi*, ſeu præſentia locali: & ideò cōvenit ſubiecto vbicumquè exiſtenti.

¶ Itèm obi. pro confirmatione illius argumenti; quòd modicus ignis pluribi poſitus poſſed multa ligna comburere. Reſpond. tunc idem contingere, ac in caſu, quòd illi parvo igni in vno loco exiſtenti multa ligna inter ſe penetrata applicarentur. Vndè, dicendum eſt, quòd vel ſolùm ageret in vnum illorum: vel, ſi in omnia, (quia nō eſt maior ratio vnius, quàm alterius) actio illa eſſet remiſſiſsima propter multitudinem materiæ: remiſsiſsima (inquam) comparata ad actionem, qua ageret circa vnum illorum tantum: vt notat Scotus *§. Dico ergo verſic. Ad illud de modico.*

85 Demùm obi. in confirmationem illius argumenti, quod idem numero alimētum poſſet hìc manducari ab homine, & ibi a mure. Reſpond. ex Scoto *ibi verſ. Ad exemplum* cōcedendo, ſi ly *manducari* ſumatur pro eo, quòd eſt illud alimētum mitti in eorum ſtomachos. ¶ Contra: ergo illa materia informaretur forma hominis ſimul, & muris. Reſpon. negādo: fieret enim tunc, quod fatentur adverſarij fore in caſu, quo Deus poneret illam in duobus ſtomachis penetratis in eodem loco. Si enim eſſent æqualis activitatis, vel mutuò ſe impedirent; vel partem materiæ quilibet converteret. Si tamen unus in activitate omninò vinceret alium, ille ſolùm ſtomachus diſpoſitiones, & cōſequentèr formam ſuæ ſpeciei in illud alimentum induceret. Si demùm unus non omninò vinceret alterius activitatem, tunc fortior plus converteret; & alius minus ob debiliorem activitatem.

(.*.)

CA-

CAP. IX.

De his, quæ Chriſtus D. proût exiſtit in Euchariſtia, agere, & pati poteſt.

SVpponit hoc caput id, in quo conueniunt AA. & cõſtabit ex dicendis per totum illud, nempè Chriſtum D. proût exiſtit in Euchariſtia, (id eſt, ſub modo indiviſibilitèr exiſtendi) poſſe aliqua pati, & agere, ſivè immanentèr, ſivè tranſeuntèr.

DVB. I.

1 PEtes primò. An Chriſtus D. proût in Euchariſtia poſsit exercere actiones immanentes? Reſpond. ſub diſtinctione. Quarè dico primò. Chriſtus D. proût in Euchariſtia poteſt exercere primò, & per ſe omnem actionem immanẽtem intellectualẽ. Quia intellectus non eget aliqua dimenſione in aliquo organo, ad hoc, ùt intelligat. Quarè actiones immanẽtes intellect⁹ ſunt priores (id eſt, independentes) ipſo *vbi*, aut prẹſẽtia locali, ſeu modo exiſtendi in loco. ¶ Idem omninò propter eamdem rationẽ dicendum eſt de actionibus immanentibus memoriæ intellectivæ. & voluntatis. Ita *Scotus in 4. diſt. 10. q. 7. §. Reſpondeo verſ. Secunda concluſio, & in Report. q. 5. §. Ad quæſtionẽ verſ. Tertio dico, Fab. diſp. 42. & communitèr Scotiſtæ.* Quod tamquã certum ſupponit G. Hurt. *diſp. 6. diff. 4.* ſaltèm loquẽdo de actionibus immanentibus, quæ nõ dependent a miniſterio ſenſuũ: ut ſunt viſio Dei, & intellectiones, ſeu actus ſciẽtiæ per ſe infuſæ; necnon & actus volũtatis, qui ad hos actus intellectus ſequuntur.

2 Vndè infero, (cùm Scoto *q. illa 7. verſ. Hanc autem*) Chriſtum D. proût in Euchariſtia exiſtit, poſſe illuminare Angelum ſibi debitè ibi præſentem, aut illi loqui loquutione mentali. Quia iſta illuminatio, & loquutio ſolum requirit principium activum in illuminante, & loquente; & ſubiectum capax ex parte illuminati; necnon & quòd illuminatus, ſeu ille, cui fit loquutio ſit intra ſphæram activitatis loquentis. Sed anima Chriſti D. proût in Euchariſtia, habet potẽtiam activam ad loquendũ Angelis, (hoc eſt, ad imprimẽdum illis locutionem) & ad illos illuminandum: (id eſt, ad manifeſtandum illis aliquid ignotum) ergo, ſi aliàs aliquis Angel⁹ ſupponatur debitè approximatus Euchariſtiç, poterit Chriſtus D. illũ alloqui, & illuminare. Quia Angelus eſt capax recipiẽdi loquutionẽ. & illu-

illuminationẽ à Chriſto D. Recolãtur à nobis dicta *in tract. de Angelis c. 5. diſ. 1. à n. 15.* ubi latè explicuimus, vnum Angelum loqui alteri imprimendo illi ſpeciẽ, aut loquutionem rei, de qua illum alloquitur. Item recolantur ibidem dicta *diffic. 2. à num. 1.* vbi requiſita ad illuminationem declaravimus. Inſupèr recolantur dicta *in tract. Incarnat. capit. 7. diff. 7. à n. 20.* vbi ſtatuimus, Chriſtum D. in quantum eſt homo, eſſe caput Angelorum: & conſequentèr poſſe illos illuminare.

3 Nota, meritò nos, & Scotũ (ex eo quòd Chriſtus D. prout exiſtit in Euchariſtia, poteſt exercere actiones immanentes potentiarũ ſpiritualium) intulliſſe poſſe illuminare Angelum ſibi debitè ibi præſentem, quia illuminatio paſsiva, necnon & auditio Angeli præſupponit, quòd loquens, ſeu illuminans priùs ſaltèm natura formaverat in ſuo intellectu illuminationẽ, ſeu loquutionem rei, de qua alterũ alloqui, aut illuminare vult. Quarè, ſi Chriſtus D. proùt in Euchariſtia exiſtit, nõ poſſet exercere actionem immanentẽ intellectus, nõ poſſet Angelum illuminare. At, ſemel ſtatuto, ibi poſſe primò, & directè intelligere, (adiuncto, quòd habet potentiã illuminativam reſpectu Angelorũ: cùm illorũ ſit caput. Inſupèr, & quòd Angelus eſt capax recipiendi illuminationẽ ab illo: de quo non poteſt dubitari. Et demũ, quòd aliquis Angelus exiſtit intra ſphærã potentiæ illuminativæ Chriſti D.) planè infertur, Chriſtũ D proùt in Euchariſtia exiſtit poſſe Angelum illuminare.

4 Dico 2. Chriſtus D. proùt in Euchariſtia exiſtit, nequit exercere actiones immanentes ſenſuum exteriorum; & conſequentèr nequit videre, audire, &c. Quia non habet extenſionẽ localẽ, quæ eſt conditio requiſita, & naturalitèr inſupplebilis ad operãdum per ſenſus exteriores. Ita *Scotus d. 10. q. 7. §. Reſpondeo verſ. Et ſit prima, & in Report. ibi q. 5. §. Ad quæſtionem verſ. Et ſit D. Thom. & communitèr AA.*

5 Dico 3. Chriſtus D. proùt in Euchariſtia, poteſt exercere aliquas actiones immanentes ſenſuum interiorum. Quia ex vna parte, vt ſẽſus interior ſentiat, nõ requiritur, quod de novo patiatur ab obiecto externo corporeo, ſed ſufficit, quod vtatur ſpeciebus in ſenſu cõmuni, vel memoria retentis: (ut conſtat frequentiſsima experiẽtia) & ex alia parte ſine fundamento exigitur modus extẽſionis localis ad uſum harum ſpecierum, ſeu ad hoc, ut agens agat in ſe ipſum actione immanente. Quia iſte tantùm requiritur, ut agens contiguetur paſſo externo corporeo, ſeu ipſi debitè applicetur. Ita *G. Hurt. diſp.*

diſp.6.diff 4. Et à fortiori id defendere, debent *Gab. lect. 45. in can. lit. Q. Ochamus, & Maior,* quatenùs affirmāt, Chriſtum D. proût in Euchariſtia poſſe exercere actiones immanentes cuiuſvis potentiæ ſenſitivæ.

6 Sed oppoſitum huius tertię cōcluſionis defendunt Suar. *diſp. 53. ſect. 3. Vazq. Ægid. & Adamus apud prædictum Hurt.* additque, ſic cōmunitèr ſentire Theologos. Pro qua ſententia Cavellus *q. illa 7. in ſcholio* adducit D. Tho. Immò videtur ſic expreſsè ſentire Scotum *in 4. d. 10. q. 7. §. Reſpōdeo verſ. Et ſit prima cōcluſio,* (proſequitur Scot.) *quòd Chriſtus in Euchariſtia non poteſt vti aliqua potentia activa corporea, &c.* Quod & ibi probat: & repetit *in Report. ibi q. 5. verſ. Secundò dicò,* (proſequitur) *quod actio immanens partis ſenſitivæ ineſt Chriſto primò, vt in cœlo, non vt in altari.* Quarè hanc ſententiā tāquàm Scoti communitèr defendūt Scotiſtæ, & pro illa alij AA. communitèr citant Scotum.

7 Ego autem exiſtimo, Scotum ſolū intēdere, quod Chriſtus D. proût in Euchariſtia non poteſt vti aliqua potentia corporea activa ad acquirendum ſpecies, ſeu vt de novo patiatur ab obiecto corporeo extrinſeco; non autem docet, non poſſe uti ſpecieb⁹ iam ante receptis, & in memoria cōſervatis. Quod mihi perſuadet ratio, qua ad probandū, non poſſe Chriſtū D. proût in Euchariſtia, vti aliqua potētia activa corporea, vtitur Scotus. Sic enim probat: *quia omnis potentia activa corporea requirit paſſum, in quod agat approximatum ſibi localitèr: iſta potētia, vt eſt hic, non poteſt habere paſſum ſibi approximatū: ergo, ut eſt hic, nō poteſt habere paſſū ſibi approximatum, ſicùt requiritur ad actionē talis potentiæ.* Ratio autē iſta planè concludit, non poſſe Chriſtū D. proût in Euchariſtia vti aliqua potētia ſenſitiva ad acquirendum novas ſpecies, ſeu ut de novo patiatur ab aliquo obiecto extrinſeco corporeo: nō autem probat, non poſſe vti ſpeciebus iam anteà receptis, & in memoria ſenſitiva cōſervatis.

8 Dices, ſequi ex hoc poſſe Chriſtum D. uti ſenſu externo potentiæ viſivę, auditivæ, &c. ſi aliàs in præſentia obiecti moveret potentiam Deus ad intuitionem illius, aut infunderet in oculo ſpeciem impreſſam, aut ſaltèm expreſſam, ſeu viſionem obiecti. Reſp. ita eſſe: non enim apparet undè provenìret, quòd potentia ſpecialitèr mota à Deo ſupplente immediatam motionem obiecti; aut informata ſpecie impreſſa non prorrumperet in viſionē. Longè adhùc difficilius apparet, quomodò potentia informata ſpecie expreſſa, ſeu viſione formali nō rederet hominem vidētem. ¶ Sed noſter Yribarne *diſp. 36. §. Tertio dico*

exi-

exiſtimat, poſſe quidem Deum producere viſionẽ in ſubiecto: addit tamẽ, Chriſtum.D.in Euchariſtia non poſſe habere relationem attingentiæ ad obiectum, & cõſequentèr nõ poſſe ibi videre, audire, &c. Et obijcit: relatio attingẽtiæ ad obiectum nequit fundari in entitate abſoluta viſionis, niſi prædicta entitas ſit localitèr extenſa. Reſp. negando: extenſio enim ſolùm requiritur ad acquirendum noviter ſpecies, non autẽ ad operandum circa ſe ipſum actione immanente.

9 Contra: ergo potentia viſiva v.g. Chriſti D. produceret viſionem (in caſu, quòd Deus aut moveret potẽtiam immediatè, aut in ea produceret ſpeciem impreſſam obiecti) indiviſibiliter exiſtẽtem: quod planè excedit vires agentis naturalis. Reſp. explicando ly *indiviſibilitèr exiſtentem*. Eſt enim verum, potentiã viſivã Chriſti D. partialitèr ſimul producere cum ſpecie impreſſa, aut cum Deo immediatè ſupplente cõcurſum obiecti viſionem indiviſibilitèr exiſtẽtem in ordine ad locum. (cùm tota viſio correſpondeat toti loco, & tota cuilibet illius parti) Hoc tamẽ non provenit ex eo, quòd potentia viſiva (aut aliqua virtus naturalis) habeat efficaciã producendi aliquid extẽſum, quod Indiviſibiliter exiſtat in ordine ad locum: ſed ex eo quòd corpus quantum, in quo recipitur, virtute divina, ſeu miraculosè exiſtit indiviſibilitèr in ordine ad locum Et ideò virtute huius miraculi (nempè collocandi corpus quantum ſine *vbi* circũſcriptivo, ſeu indiviſibilitèr in ordine ad locum) omnes qualitates poſteriores quãtitate, ſeu ab illa depẽdentes exiſtunt etiã indiviſibilitèr in ordine ad locum. Sivè illæ qualitatès præextiterint in corpore illo quãto, antequàm collocaretur modo indiviſibili, ſivè poſteà ipſi advenerint. Quæ reſponſio explicatur, & confirmatur ex dictis *capit.8.num.76.* vbi ſtatuimus, corpus quantum poſitum in duobus locis poſſe moveri vtrobique, & conſequentèr virtute naturali acquirere novas præſentias ab illis, quas primò habuit, vi quidem, & efficacia primi miraculi, quo tale corpus quantum vtrobique fuit collocatum. Itèm confirmatur, & declaratur ex dictis *cap. 8. num. 80*, vbi ſtatuimus, quòd, ſi corpus quantum ſimul poneretur extẽſivè Romæ, & Matriti, eique Romæ applicaretur ignis, calefieret etiam Matriti, non quia ignis habeat virtutem, dùm eſt Romæ, calefaciendi Matriti, ſed quia ſuppoſito, quòd illud corpus miraculosè exiſtit etiã Matriti, calor in eo Romę productus etiam habet præſentiam Matriti, non vi agentis naturalis, ſed ex ſuppoſitione primi mira-

miraculi, quo corpus ponitur, & conſervatur in duplici illo loco.

10 Immeritò etiam dicit Yribarne citatus, neq; per concomitantiam Chriſtum D. in Euchariſtia habere relationem attingētiæ. Immeritò: (inquā) quia viſio completè ſumpta (id eſt, non ſolùm pro entitate abſoluta, ſed etiam pro relatione attingentiæ) eſt omninò prior præſentia locali, ſeu ab illa independens (ſicùt intelligere, & amare:) Et ideò Scotus *in 4. d. 10. quæſ. 5. §. Reſpondeo verſ. ſecūdum hoc* abſolutè dicit, quòd *Chriſto vt hic, concomitantèr ineſt omnis operatio, quæ primò ſibi ineſt vt in cœlo*. Quod & ex profeſſo improbat. Et *in Report. d. 10. quæſt. 5. §. Et verſ.* poſtquam diſtinxerat de actione immanente partis ſenſitivæ, & intellectivæ, dicit: *Et vniverſalitèr quātum ad omnem actionem immanentem, quā habet in cœlo, habet etiam in altari, & è contra. Quia actio abſoluta non deſinit eſſe in ſuppoſito propter reſpectum novum nec etiam deſinit eſſe in ipſo, vt eſt in illo reſpectu. Sed omnis actio immanens eſt perfectio abſoluta*, &c Et ne remaneret locus diſtinctioni, quam facit Yribarne de actione immanente, quantum ad entitatem abſolutam, & quantum ad reſpectum, ſtatim ſubiungit Scotus: *Dices, quòd illud eſt verum de merè abſolutis; ſed non de illis, quæ requirunt reſpectum: vt ſenſatio requirit certam diſtantiam, quæ aufertur per hoc, quòd ſit de novo in altari.* Quam ſolutionem efficacitèr reijcit. ¶ Et poſteà addit aliam aliorum ſolutionem *in verſ. Dicūt*, (proſequitur Scotus) *quòd ſenſatio interior eſt ibi eadem utrobique, non tamen exterior.* Quam ſolutionem impugnat, & concludit, *Patet igitur, quòd qualibet actio immanens eſt eadem vtrobique.* ¶ Si autem adhùc protervia tur dicendo, Scotum non meminiſſe relationis attingētię; atque adeò ſolū loqui de actione immanente quoàd entitatem abſolutam conſideratam. Mirabile quidem erit, Scotum non meminiſſe illius, ſi illam ſub voce actionis immanentis non comprehendiſſet; cum tàm exactè meminerit relationis diſtantię, in qua fundari poſſet ſolutio aliqua; necnon & meminerit alterius ſolutionis.

11 Sed objicit Yribarne: impoſsibilis eſt viſio intuitiva ſine præſentia obiecti. Sed Beata Virgo v.g. non eſt præſens Chriſto D. in Euchariſtia: ergo viſio communicata Chriſto D. in Euchariſtia nequit tangere B. Virginem, & conſequentèr, quamvis ibi ſit viſio ſenſitiva quoàd entitatem, non tamen quoàd reſpectum attingentiæ. Reſp ex Scoto *in 4. d. 10. quæſ. 5. §. Ex his*, & deinde, diſtinguendo maiorē: ſolùm enim requiritur *obiectum in debita proportio-*

ne

ne præſens ad actum ſentiendi, quãdo obiectum eſt aliquo modo cauſa ſenſationis: ſeu vbi viſio primò, & directè fit; non autem, vbi viſio eſt concomitantèr. Quarè, conceſſa minori, diſtinguo cõſequens: eſt enim verum, quod viſio, qua Chriſtus D. in cœlo intuetur B. Virginem v.g. vt eſt in Euchariſtia, non tangit illam primò, aut directè: falſum tamen eſt, quòd illam nõ attingit concomitantèr. Et ideò abſolutè nego, quod viſio corporea, qua Chriſtus D. in cœlo videt B. Virginem v.g. in Euchariſtia ſolùm eſt quoad entitatẽ abſolutam; non autem quoad reſpectum attingentiæ.

12 Vndè patet, defectum extenſionis localis, ſeu modum indiviſibilitèr exiſtendi in ordine ad locũ, quẽ habet Chriſtus D. in Euchariſtia, ſolùm eſſe obſtaculum ad primò, & directè eliciendum aliquam ſenſationem circa obiectum extrinſecum: (ſaltêm) non tamen eſſe obſtaculum, vt ibi ſit concomitantèr: ut notat Scotus *ibi verſ. Ad tertiam.* ¶ Adde, neque eſſe obſtaculum, vt intueretur Chriſtus D. in Euchariſtia obiectum ſibi præſens: ſi aliàs Deus infunderet viſionẽ illius. Quia *organum verè eſt quantum hic, ſicut in cœlo, ac per conſequens poteſt recipere ſenſationẽ*: inquit Scotus *ibi verſ. Ad ſecundam.* ¶ Immò exiſtimo, neq; eſſe obſtaculum videndi in Euchariſtia obiectũ præſens in caſu, quòd Deus per ſpeciẽ infuſam, aut immediatè moveret potentiam. illa quippè ſtatim prorumperet in viſionem; qua informata neceſſariò videret obiectum.

DVB. II.

13 PEtes 2. An Chriſtus D. in Euchariſtia poſsit moveri ad formam abſolutam? (Hæc difficultas ſolùm procedit, ſupponẽdo, corpus Chriſti D. non eſſe beatum; vt fuit in nocte cœnæ. Beatum enim corpus eſt incorruptibile, & conſequentèr pati nequit actione corruptiva; ſeu non poteſt recipere per ſe, aut per concomitãtiam qualitates incorruptioni oppoſitas.) Reſp ſub diſtinctione: nequit enim primò, & per ſe, aut directè moveri. Quia agens naturale nequit agere in ſubiectum carens extẽſione locali. Poteſt tamen moveri per concomitantiam. Quia ad ſic movendum non eſt obſtaculum carẽtia extẽſionis localis. Quarè, ſi corpus Chriſti D. eſſet calidum in exiſtẽtia naturali, eſſet etiam calidum in Euchariſtia. Item, ſi pars quantitatis adveniret, vel recederet à Chriſto D. in exiſtentia naturali; etiam adveniret, vel recederet in Euchariſtia. Inſupèr, ſi in exiſtẽtia naturali nutriretur, ſeu acquireret novam partem ſubſtãtiæ; ſimilitèr nutriretur in Euchariſtia,

ſtia. *Ita Scotus in 4. d. 10. quæſt 6. §. Ad intellectũ à verſ. Quinta cõcluſio, & communitèr Scotiſtæ, & alij.*

14 Idem omninò, & propter eamdem rationem dicendũ eſt de actione. Itaque Chriſtus D. vt in Euchariſtia, nequit agere actione corporea in paſsũ externum corporeum. Quia ad ſic agendum requiritur in agẽte extenſio quantitativa; vt ſic poſsit tãgere paſſum experiẽtia quippè conſtat, agens corporeum ſolùm agere in paſſum corporeum, ſibi corporaliter cõtiguum. Quarè cõſtat Chriſtum D. ut in Euchariſtia, nequè agere, nequè pati poſſe ab agẽte naturali, aut paſſo quanto. *Ita non ſolùm Scotus citatus: ſed etiam D. Th. quæſt. 76 art. 7. & q. 71. art. 4. Vazq. Suar. & communitèr Theologi quos citat, & ſequitur Hurt. ſtatim citandus.*

15. *Ochamus in 4. quæſt. 5. Maior, & Gabriel communitèr citati, præſertim à G. Hurt. diſp. 6. ſ. f. 3.* dicunt, Chriſtum D. prout exiſtentẽ in Euchariſtia, poſſe pati ab agenti naturali externo corporeo, & in paſſum externum corporeum agere actione, & paſsione corporea tranſeunte. (De facto tamen à Deo impediri, ne impediatur meritum fidei, qua credimus myſteriũ Euchariſtiæ) Quã opinionẽ quoad actionem, probabilem iudicat Ægid. *quæſt. 76. art. 6. dub 2.* & obijciunt. Chriſtus D. vt in Euchariſtia, quamvis careat extẽſione locali, habet potentiam activam ad agendum circa paſſum corporeum, & paſsivam ad patiendum ab illo: inſupèr & poteſt illis contiguari, ſeu phyſicè cõiungi cum illis: ergo poterit ab agente corporeo pati, & in paſſum corporeum agere. Reſp. negando conſequẽtiam: quia in agente, & paſſo corporeo quanto eſt cõditio naturalitèr inſupplebilis ad agendũ, & patiendum, quod exiſtat ſub modo quatitativo, ſeu ſub extenſione locali: vt conſtat experientia. Quarè inter agens corporeum quãtum, & paſſum itèm corporeum quantum nõ ſufficit ad agendum, & patiendũ contiguitas, aut phyſica cõiunctiõ; ſed requiritur coexiſtentia illorum ſub extenſione locali. Et quidẽ, cùm experiẽtia conſtet, nullum agens, aut paſſum corporeum quantum agere, aut pati ſine prævia extenſione locali: necnon & quòd Chriſtus D. in Euchariſtia ſine tali extenſione exiſtes nõ operatur circa aliquod corporeum quantum: (vndè nec pati, putamus) ſufficiens habemus fundamentum ad affirmandum, prædictam extenſionem localem eſſe conditionẽ naturalitèr inſupplebilem in agente, & paſſo corporeo quanto, vt circa aliud quantum agat aut ab illo patiatur. Dumque aliqua efficaci ratione oppoſitũ non probent

bent adverſarij, inanitèr dicũt, hunc modum extenſionis localis in agente, & paſſo corporeo ad agendum, & patiendum eſſe accidentarium.

16 Diſplicet tandèm G. Hurt. ibi, qui ſecutus Vazq. affirmat, neque de potentia abſoluta poſſe Chriſtum D. proùt in Euchariſtia, pati ab agente corporeo quanto, aut circa illud agere. Diſplicet: (inquam) quia, cùm hæc conditio ſolùm ſit naturaliter petita; ægrè probabitur, non poſſe ſuppleri ſupernaturaliter. Sicùt poteſt ſuppleri approximatio. Prẹter quã quod ad negãdum aliquid poſſe fieri à Deo de potentia abſoluta, repugnãtia eſt apertè demonſtranda.

DVB. III.

17 PEtes 3. An Chriſtus D. proùt exiſtens in Euchariſtia moveatur motu locali ſibi proprio, & intrinſeco? Reſp. affirmativè. Quia Chriſt⁹ D. proùt exiſtit in Euchariſtia, habet propriam, & intrinſecã præſentiam localem in ſe ipſo receptam, ſeu dicitur præſens ſpeciebus, (& cõſequentèr ſpatio, aut loco ſpecierũ.) non per denominationem extrinſecã, ſed per realem, & veram entitatem in ſe ipſo receptã: ergo, quoties ſpecies, quibus Chriſtus D. eſt vnitus, moventur localitèr, & acquirunt novã præſentiam, etiam Chriſtus D. movetur localitèr motu ſibi proprio, & in ſe ipſo recepto, & acquirit novam præſentiam. Cõſequẽtia eſt aperta. Sicùt enim propter vnionem, quam Chriſtus D. habet cum ſpeciebus, antequàm ſpecies moverentur ad iſtum locum, Chriſtus D. habebat realem præſentiã ad locũ, vbi anteà exiſtebant ſpecies: ſic propter eamdem vnionem debet habere realem præſentiam ad locum, in quo nunc ſpecies exiſtunt. Antecedens autẽ conſtat *ex cap. 7. à num. 74. Ita Scotus in 4. d. 10 quæſt. 6. §. Ad intellectum verſ. Tertia cõclusio, Suar. Ægidius, Adam, Gab. Occhamus, & Maior, quos citat, & ſequitur Hur. diſp. 6. diff. 1.*

18 *Vazq. diſp. 190. cap. 4. & Ochagavia q. 23.* dicunt, Chriſtũ D. proùt exiſtentem in Euchariſtia, non moveri motu locali ſibi intrinſeco, & recepto in ipſo; ſed tantùm ad motum ſpecierum motu tantùm in ipſis recepto, tamquàm forma extrinſeca. Et obijciunt: præſentia localis, & cõſequentèr motus localis, qui ad eam acquirẽdam tendit, non convenit, niſi corpori quantitativè extenſo in ordine ad locum: ſed Chriſt⁹ D. proùt in Euchariſtia, nõ habet hanc extenſionẽ: ergo neq; habet realem præſentiam localem; neque realem motum localẽ, qui tẽdat ad ipſam. Reſp. negando maiorem propter di-

cta *cap.7.à 74.* vndè cōſtat, preſertim à *num.76.* non ſolùm res quantitativè extenſas, ſed etiā indiviſibiles creatas, (vt ſunt Angelus, & anima rationalis) & quæ indiviſibilitèr exiſtunt, (vt Criſtus D. in Euchariſtia) habere realem, veram, & propriam præſentiam ad ſpatium, (non quidem circumſcriptivam; ſed diffinitivam, aut quaſi diffinitivam) quæ reductivè ſpectat ad prædicamentum *vbi*; & quæ acquiritur per verum, realem, & proprium motum localem.

DVB. IIII.

19 PEres 4: A quo Chriſtus D. exiſtēs in Euchariſtia moveatur localiter? Reſp. (certum eſt, eum, qui movet ſpecies, ſaltèm moralitèr movere Chriſtum D. Recolantur dicta *cap 7. num. 79. & à num. 83.* vbi ſtatuimus, vnionem, quam Chriſtus D. habet cum ſpeciebus, ſolùm eſſe moralem: & hāc moralem vnionē explicuimus. Quarè præſens dubium ſolùm procedit de motu phyſico. Nō moveri à movente ſpecies, ſed à ſolo Deo. Quia inter Chriſtū D. & ſpecies nulla vnio phyſica, (quæ ſolùm reperitur inter extrema, quæ aliqua naturali neceſsitate coniunguntur: vt ſunt illa, quæ ſe habēt, vt actus, & potentia; vt pars in toto; aut vt grave illi, cui innititur) ſed ſolùm moralis reperitur: ergo, qui phyſicè movet ſpecies, non phyſicè, ſed ſolū moralitèr movet Chriſtū D. ergo ſolùm phyſicè movetur à Deo, qui decrevit, Chriſtum D. futurum præſentem ſpeciebus, dùm nō corrumpantur. Vi enim huius decreti tenetur Deus, phyſicè movere Chriſti D. corpus, & ſanguinē, quotiès à Sacerdote, aut ab alio mouētur ſpecies. Quod exemplo Angeli, qui decrevit eſſe præſens lapidi per vnū diē, & movet ſe ad motum mouētis lapidem: necnon & exemplo famuli, qui movetur, & quieſcit ad motum, & quietem ſui Domini, confirmabamus *c. 7. num. 86.* Confirmatur & declaratur: quia ex vna parte, qui movet phyſicē ſpecies, non imprimit immediatè impetum, ſeu impulſum Chriſto D. vt eum immediatè moveat, quia eum non attingit immediatè: neque movet Chriſtum D. mediatè, & per accidens, quia, et ſi immediatè movet ſpecies; quia inter Chriſtum D. & ſpecies non eſt vnio, aut connexio aliqua phyſica: etenim Chriſtus D nulla naturali neceſsitate coniungitur cum ſpeciebus: ſed ſolùm morali proveniente ex efficaci decreto Dei, quo ſtatuit, Chriſtum D. infallibilem, & intimā præſentiam ſeu aſsiſtentiā habiturum ſub ſpeciebus, dum nō corrumpantur. Ita *Scotus 4. 10. q. 1. & 6. ad intellectum i verſ. Quarta concluſio, Gab. Maior, & apud*

pud G. Hurt. diſp. 6. diff. 2) *& cõmuniter Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp. 41. à num. 5.* Quod & defendere, tenentur, quotquot inter Chriſtum D. & ſpecies nullam phyſicam vnionem agnoſcunt. Recolantur dicta *cap. 7. n. 83.*

20 *Sed Suar. diſput. 53. ſect. 1. Vazq. & Ægid. quos citat, & ſequitur Hurt. diſp. 6. diff. 2.* docet, Chriſtum D. proùt in Euchariſtia phyſicè moveri à movente ſpecies. Pro qua ſententia Fab. *ibi num. 6. citat D. Tho. 3. p. quæſt. 76. art. 6. Caiet. Soth, Gab. & Richardum.* Pro quibus obijcitur modus loquendi conciliorum, & Patrum paſsim dicentium, Chriſtum D. in Euchariſtia deferri a Sacerdote ferente ſpecies. ergo movetur ab illo. Cõfirmatur: quia Chriſtus D. eſt vnitus cum ſpeciebus: ergo, qui movet ſpecies, movet etiã ipſum. Reſpon. diſtinguendo cõſequens: phyſicè, nego: moraliter, concedo. Quomodo etiam diſtinguenda eſt confirmatio: Chriſtus enim D. cum ſpecieb⁹ non habet vnionem phyſicam, ſed ſolùm moralem: ut *num. 19.* manet declaratũ. Et ideo Scotus *ibi verſ. Ad primũ* dicit, quòd *illa propoſitio (Qui movet aliquid per ſe, movet per accidens quidquid eſt in illo) falſa eſt, niſi intelligatur de illo, quod eſt in moto, vel ſicùt actus in potentia; vel ſicùt pars in toto; vel ſicùt aliquid neceſsitate naturali coniunctum; vt grave illi, cui innititur. Si enim tantùm per actum voluntatis coniungitur hoc illi, movens iſtud, non propter hoc movebit illud; ſed oportet, quòd illa voluntas, quæ eſt cauſa coniunctionis, ſit etiam cauſa motionis illius.* ¶ Dices: ergo quotiès Sacerdos, v. g. movet ſpecies, erit novum miraculum: cùm illa translatio fieri nequit ſine ſpeciali actione divina. Reſpodet Scotus *ibi verſ. Ad ſecundum* nõ eſſe ibi novum miraculũ: quia fit vi antiquæ, ſeu prioris voluntatis, qua Deus decrevit, Chriſtum D. futurum eſſe præſentem ſpeciebus, dùm nõ corrumpuntur.

21 Obi. 2. qui movet navim, movet phyſicè per accidens, quæ ſunt in navi: ergo, qui movet ſpecies, movet phyſicè per accidens Chriſtum D. qui eſt ſub illis. Reſpondetur negando conſequẽtiam: quia, quæ ſunt in navi habent phyſicam connexionem, ſeu coniunctionem ponderis, ſeu gravis cum ſuo vehiculo, ſeu cum illo, in quo ſuſtentantur. Chriſt. autem D. cum ſpecieb⁹ nullam phyſicam coniunctionem habet, ſed tantùm moralem.

¶ Contra: Angelus vnitus lapidi ſolùm moralem conjunctionẽ habet cum illo: ſed movetur phyſicè per accidens à movente lapidẽ: ergo & Chriſtus D. a movente ſpecies. Reſpond. negando minorem: phyſicè enim à ſe ipſo movetur ad menſurã motus lapidis. ¶ Inſtabis:

ſtabis: ſupponamus, Angelum dormire, quando movetur lapis: ſed tamē tunc moveretur: ergo à movente lapidem. Reſpond. negando minorem. (Niſi vellet quis dicere, quòd tunc Angelus moveretur à Deo ſupplente illum defectum) maneret enim in eodem ſpatio, ſed ſine vnione cum lapide. ¶ Dices: ante motum lapidis ſolùm mediatè erat Angelus præſens ſpatio: nunc autem, moto lapide, eſt immediatè præſens: ergo præſentia illa fuit acquiſita per motum localem: ſed hoc eſt falſum: ergo & quòd nō movetur, moto lapide. Reſpondetur negando primā conſequentiam: ſufficit enim tollere, aut movere lapidem: quippè tollens illum, tollit terminū præſentiæ Angeli ad illum: & conſequentèr præſentiam ad ſpatium fit immediata. Recolātur dicta *c.7.n.82 ſub finem.*

DVB. V.

22 PEtes 5. An corpus Chriſti D. proùt exiſtens in Euchariſtia poſsit videri ab intellectu creato? Reſp. diſtrahi AA. Quia *D.Th.3.p.q.75.art.7. Caiet. Capreolus, Sotus, Durandus, D. Bonav. & alij, quos citat, & ſequitur Suar. diſp.53. ſect.5.* negāt, aliquem intellectum creatum poſſe naturalitèr videre corpus Chriſti D. in Euchariſtia. Concedit tamen cognoſci à Beato. In vtroque concordat Richardus *in 4. diſt.10. art.5 q.1.*) cum D.Th. differunt tamen in hoc, quòd D.Th. exiſtimat, Beatum actu beatifico tātùm poſſe cognoſcere Chriſtum D. in Euchariſtia. Richardus autem putat, videri in proprio genere, ſicut & omnia alia, quæ ſunt fidei.

¶ *Scotus verò in 4. diſt.10. q.8. §. Reſpondeo* affirmat, quemcumque intellectū creatum in ſtatu ſeparationis, aut coniunctionis cum corpore Beato poſſe naturalitèr videre Chriſtum D. ut in Euchariſtia cōſiſtit. Scotum ſequuntur omnes Scotiſtæ, *præſertim Rubiō, Mayronis, Baſſolius, Lichetus, Tartaretus, & alij. Ex alijs verò Maior, Palacios, & Gabriel, quos citat, & ſequitur Cavell. in ſcholio §. Reſpōdeo.* Quibus adde Fabrum *diſp.43. c.1. & Rada controv.16. art.2. concl.2.* quatenùs affirmat, intellectus ſeparatos, tàm Angeli, quàm animæ poſſe intuitivè videre omnem intelligibilis rei eſſentiā creatam? ¶ Claritatis tamē gratia.

23 Dico primò: homo pro hoc ſtatu nequit naturalitèr cognoſcere per proprias ſpecies corpus Chriſti D. exiſtens in Euchariſtia. Quia noſter intellectus pro hoc ſtatu pendet a ſenſibus: ſed ſenſus ſolùm percipiunt accidentia panis, & vini, adhùc poſt conſecrationem: ergo intellectus nō poteſt cognoſcere per proprias ſpecies corpus Chriſti D. ibi exiſtens.

Dd Ita

pud G.Hurt.diſp.6.diff.2) *& cōmuniter Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp.41.à num.5.* Quod & defendere, tenentur, quotquot inter Chriſtum D. & ſpecies nullam phyſicam vnionem agnoſcunt. Recolantur dicta *cap.7.n.83.*

20 *Sed Suar.diſput.53.ſect.1. Vazq.& Ægid. quos citat, & ſequitur Hurt.diſp.6.diff.2.* docēt, Chriſtum D. proùt in Euchariſtia phyſicè moveri à movente ſpecies. Pro qua ſententia Fab. *ibi num.6 citat D.Tho.3.p.quæſt.76.art.6.Caiet., Sotū, Gab.& Richardum.* Pro quibus objicitur modus loquendi conciliorum, & Patrum paſsim dicentium, Chriſtum D. in Euchariſtia deferri a Sacerdote ferente ſpecies. ergo movetur ab illo. Cōfirmatur: quia Chriſtus D. eſt vnitus cum ſpeciebus: ergo, qui movet ſpecies, movet etiā ipſum. Reſpon. diſtinguendo cōſequens: phyſicè, nego: moraliter, concedo. Quomodo etiam diſtinguenda eſt confirmatio: Chriſtus enim D. cum ſpecieb⁹ non habet vnionem phyſicam, ſed ſolùm moralem: ut *num.19.* manet declaratū. Et ideo Scotus *ibi verſ. Ad primū* dicit, quòd *illa propoſitio* (*Qui movet aliquid per ſe, movet per accidens quidquid eſt in illo*) *falſa eſt, niſi intelligatur de illo, quod eſt in moto, vel ſicùt actus in potentia; vel ſicùt pars in toto; vel ſicùt aliquid neceſsitate naturali coniunctum; vt grave illi, cui innititur. Si enim tantùm per actum voluntatis coniungitur hoc illi, movens iſtud, non propter hoc movebit illud; ſed oportet, quòd illa voluntas, quæ eſt cauſa coniunctionis, ſit etiam cauſa motionis illius.* ¶ Dices: ergo quotiès Sacerdos, v.g. movet ſpecies, erit novum miraculum: cùm illa translatio fieri nequit ſine ſpeciali actione divina. Reſpodet Scotus *ibi verſ. Ad ſecundum* nō eſſe ibi novum miraculū: quia fit vi antiquæ, ſeu prioris voluntatis, qua Deus decrevit, Chriſtum D. futurum eſſe præſentem ſpeciebus, dùm nō corrumpuntur.

21 Obi.2. qui movet navim, movet phyſicè per accidens, quæ ſunt in navi: ergo, qui movet ſpecies, movet phyſicè per accidens Chriſtum D. qui eſt ſub illis. Reſpondetur negando conſequētiam: quia, quæ ſunt in navi habent phyſicam connexionem, ſeu coniunctionem ponderis, ſeu gravis cum ſuo vehiculo, ſeu cum illo, in quo ſuſtentantur. Chriſt⁹ autem D. cum ſpecieb⁹ nullam phyſicam coniunctionem habet, ſed tantùm moralem.

¶ Contra: Angelus vnitus lapidi ſolùm moralem coniunctionē habet cum illo: ſed movetur phyſicè per accidens à movente lapidē: ergo & Chriſtus D. a movente ſpecies. Reſpond. negando minorem: phyſicè enim à ſe ipſo movetur ad menſurā motus lapidis. ¶ Inſtabis:

ſtabis: ſupponamus, Angelum dormire, quando movetur lapis: ſed tamẽ tunc moveretur: ergo à movente lapidem. Reſpond.negando minorem.(Niſi vellet quis dicere, quòd tunc Angelus moveretur à Deo ſupplente illum defectum) maneret enim in eodem ſpatio, ſed ſine vnione cum lapide. ¶ Dices: ante motum lapidis ſolùm mediatè erat Angelus præſens ſpatio· nunc autem,moto lapide,eſt immediatè præſens: ergo præſentia iſta fuit acquiſita per motum localem: ſed hoc eſt falſum:ergo & quòd nõ movetur,moto lapide.Reſpondetur negando primã conſequentiam :ſufficit enim tollere, aut movere lapidem: quippè tollens illum, tollit terminũ præſentiæ Angeli ad illum: & conſequentèr præſentiam ad ſpatium fit immediata.Recolãtur dicta *c.7.n.82 ſub finem.*

DVB. V.

22 PEtes 5.An corpus Chriſti D. proùt exiſtens in Euchariſtia poſsit videri ab intellectu creato? Reſp. diſtrahi AA. Quia *D.Th.3.p.q.75.art.7. Caiet.Capreolus,Sotus,Durandus, D.Bonav.& alij,quos citat,& ſequitur Suar.diſp.53.ſect.5.*negãt, aliquem intellectum creatum poſſe naturalitèr videre corpus Chriſti D.in Euchariſtia. Concedit tamen cognoſci à Beato. In vtroque concordat Richardus*(in 4.diſt.10.art.5 q.1.)* cum D.Th. differunt tamen in hoc, quod D.Th.exiſtimat,Beatum actu beatifico tãtùm poſſe cognoſcere Chriſtum D.in Euchariſtia. Richardus autem putat,videri in proprio genere;ſicut & omnia alia, quæ ſunt fidei.

¶ *Scotus verò in 4.diſt.10.q.8.§. Reſpondeo* affirmat, quemcumque intellectũ creatum in ſtatu ſeparationis,aut coniunctionis cum corpore Beato poſſe naturalitèr videre Chriſtum D.ut in Euchariſtia cõſiſtit. Scotum ſequuntur omnes Scotiſtæ, *præſertim Rubiõ,Mayronis,Baſſolius, Lichetus,Tartaretus,& alij. Ex alijs verò Maior, Palacios,& Gabriel,quos citat,& ſequiturCavell. in ſcholio §.Reſpõdeo.* Quibus adde Fabrum *diſp.43.c.1.& Rada controv.16.art.4.concl.1.* quatenùs affirmat,intellectus ſeparatos, tàm Angeli, quàm animæ poſſe intuitivè videre omnem intelligibilis rei eſſentiã creatam? ¶ Claritatis tamẽ gratia.

23 Dico primò: homo pro hoc ſtatu nequit naturalitèr cognoſcere per proprias ſpecies corpus Chriſti D. exiſtens in Euchariſtia. Quia noſter intellectus pro hoc ſtatu pendet a ſenſibus: ſed ſenſus ſolùm percipiunt accidentia panis, & vini,adhùc poſt conſecrationem: ergo intellectus nõ poteſt cognoſcere per proprias ſpecies corpus Chriſti D. ibi exiſtens.

Dd Ita

Ita *Scotus ibi verſ. His autem, & omnes A.A.*

24 Dico 2. omnis intellectus non alligatus ſenſibus in intelligẽdo (ut eſt Angelicus, animę ſeparatæ, & hominis Beati) naturalitèr poteſt videre, ſeu intueri corp⁹ Chriſti D. in Euchariſtia. (etiã, ſi aliàs non videret modum ſacramẽtalẽ) Quia eſſe corporis Chriſti D. eſt ens naturale, prius præſẽtia ſacramẽtali, atque ex natura ſua diverſum ab illa: ſed quilibet intellectus nõ alligatus ſenſib⁹ cognoſcit naturalitèr omnia entia naturalia: ergo & prædictum corpus. Patet cõſequentia: quia modus accidentalis obiecti nõ impedit cognoſcibilitatẽ prçſciſivam illius. Sicùt humanitas Chriſti D. cognoſcitur ab Angelo, etiam ſi non cognoſcat vnionem cum Verbo. Maior autem eſt aperta. Minor verò videtur certa: ſemel enim ablata alligatione, quam pro hoc ſtatu intellectus habet in intelligendo cum ſenſibus, non apparet, vndè impediri poſsit, ne cognoſcat res naturales. Ita Scotus *ibi verſic. Secunda concl. & præter Scotiſtas Caiet. & Ægid. quos citat, & ſequitur Suar. ibi ſub finem.*

25 Dico 3. intellectus non alligatus ſenſibus in intelligẽdo (ut eſt Angelicus, animæ ſeparatę & hominis Beati) poteſt cognoſcere modum ſacramentalem ſeu, quẽ habet Chriſtus D. in Euchariſtia. Quia obiectũ intellectus creati eſt ens in tota ſua latitudine: (id eſt, quatenùs cõprehẽdit ens naturale, & ſupernaturale; creatũ, & increatum, ſeu finitum, & infinitum) ergo, quãvis ille modus ſit ſupernaturalis, cognoſcibilis eſt ab intellectu creato nõ alligato ſenſibus in intelligendo. Antecedens probatur: intellectus enim creat⁹ ſenſib⁹ in intelligẽdo nõ alligatus poteſt attingere per proprias ſpecies, immò, & intueri quodcumque ens in debita diſtantia, ſibi propoſitũ: ergo, quia continetur ſub eius obiecto. Patet conſequentia: ſi enim nõ cõtineretur ſub illius obiecto, quãtumvis elevaretur, non poſſet illud attingere: ſicùt potentia viſiva, quãtumvis elevetur, non poteſt percipere ſonum, ſaporẽ, odorem, aut aliquod aliud, quod extra ſuũ obiectum cõtinetur. Fuſius autem qui vellet videre probatũ illud antecedens, nempè obiectum adæquatum intellectus creati eſſe ens in tota ſua latidiune, legat Scotum *in 1. d. 3. q. 3. & in 4. d. 49. q. 11. & quodl. 14.. Ex Scotiſtis autem præcipuè legat* Fabrũ tùm *in Philophia naturali theoremate 85. Tùm in 4. diſp. 43. à n. 11.* Igitur hanc noſtram tertiã concluſionem defendunt *Scotus, & Scotiſtæ n. 22. citati, quibus ſubſcribunt aliqui RR. Thomiſtæ, præſertim Vazq.*

26 Concluſio iſta tertia ſupponit, intellectum humanum ex

ex natura ſua poſſe naturalitèr intelligere quidquid naturalitèr intelligere poteſt Angelus: ut ex Scoto *quodl. 14. notat Fabro diſput. 43. c. 2. n. 11.* vbi benè addit, quòd, licèt philoſophus in hoc diſcreparet; Theologus tamen hoc non debet negare. Quia concedit, hunc ſtatũ præſentis vitæ eſſe ſtatum pœnalẽ, non naturalem; & hanc impotentiam intelligendi reſpectu multorum intelligibilium non eſſe naturalem, ſed pœnalem, iuxta illud Auguſtini 15. *de Trinit. cap. 17.* (*Quæ igitur eſt cauſa, cur acie fixa lucem ipſam videre nõ poſsis; niſi vtiq; infirmitas? & quis tibi eam fecit, niſi iniquitas?*) Et multa alia dicit Auguſtin⁹, quæ idẽ oſtendunt. Et omnes Theologi fatentur, hanc ignorãtiam eſſe pœnam peccati originalis. Illud ergo, quod eſt obiectum adæquatum intellectus Angelici ex natura potentiæ, idem eſt obiectum adæquatum intellectus humani abſolutè conſiderati, & ut eſt abſtractus a reb⁹ iſtis ſenſibilibus.

27 Dico 4. Corpus Chriſti D. in Euchariſtia, aut eius modus ſacramentalitèr exiſtendi nullo modo ſpectat ad beatitudinem. Quia neque eſt obiectum beatificum, neque in illo includitur: etenim ſolus Deus (ſub ratione eſſentiali; aut etiã ſub attributali. A quo ſuperſedeo modò) eſt obiectum beatificũ: ut ſuppono ex tractatu Beatitudinis. Vndè fit, quòd beatus, neque in Verbo, (hoc eſt movente Deo ad actum beatificum) neque in proprio genere (hoc eſt per ſpeciem impreſſam) poteſt videre exiſtentiam corporis Chriſti Domini in Euchariſtia. (vtique tanquàm obiectum beatificum, aut tamquã aliquid incluſum in illo) In hoc ſenſu intelligo Scotum, & Scotiſtas *num. 22.* citatos. Nõ enim intendunt, Beatum non poſſe videre (ſivè actu Beatifico; ſivè diverſo actu) corpus Chriſti Domini in Euchariſtia, & eius modum indiviſibilitèr exiſtẽdi: ſed ſolùm volunt, Beatum per talem viſionem, (ſi ſit diſtincta à viſione beata; aut per beatam, ut terminatam ad corpus Chriſti Domini, ut exiſtẽtis in Euchariſtia) non reddi Beatum.

28 Quod exiſtimo etiam ſentire Divus Thomas; quamvis aliàs doceat, (*3. par. quæſt. 76. artic. 7.*) intellectum beatum per beatitudinem videre exiſtentiam corporis Chriſti Domini in Euchariſtia. Quia cum hoc cohærere poteſt, actum beatificum, quatenùs extenditur ad corpus Chriſti Domini in Euchariſtia, aut quatenùs illud attingit, no beare. Et fortè propter hoc Faber *diſput. 43. capit. 1. num. 5.* dixit, quòd Scotus, & D. Thomas in hoc non differunt. ¶ Idem etiam ſentire Ricardum, apertius adhùc

Digitized by Google

eſt mihi perſuaſum: quamvis enim doceat, (apud Marginiſtas Scoti *diſt.* 10. *quæſt.* 8.) exiſtentiam corporis Chriſti D. in ſacramēto videri à Beato in proprio genere; ſicùt & omnia alia, quæ ſunt fidei. Tamen cum hoc benè compatitur, quod nō exiſtimet Ricardus, cognitionem illam, quam Beatus habet de exientia corporis Chriſti D. in ſacramēto, ſpectare ad beatitudinem.

29. Sed contra ſecundam, & præſertim contra tertiam concluſionem multa objiciunt. Et in primis D. Th. obiectum non debet excedere potentiā cognoſcitivam in modo eſſendi: ſed exiſtentia corporis Chriſti D. in Euchariſtia eſt ſupernaturalis: ergo nequit cognoſci, niſi ab intellectu elevato per lumen gloriæ. Reſp. negando maiorē: ſi enim eſſet vera, ſequeretur, nullum intellectum creatū poſſe videre in Patria Deum: quia Deus excedit in infinitum, quācumque potentiam creatam: & cōſequentèr ſolùm poſſet cognoſci ab intellectu infinito, qui habet eumdem modum eſſendi, ac habet Deus. De quo videatur Fabro *diſp.* 43. *num.* 14.

¶ Obi. 2. cognoſcibilitas ſequitur entitatem: ergo entitas ſupernaturalis (qualis eſt modus exiſtendi Chriſti D. in Euchariſtia) ſolùm poteſt cognoſci ab intellectu ſupernaturalizato, ſeu elevato per lumen gloriæ. Reſpondetur negando conſequentiam. Sicùt omnes negant illam: cognoſcibilitas ſequitur entitatē. ergo ens infinitum ſolùm poteſt attingi ab intellectu infinito. Et ratio vtriuſque eſt, quòd ſenſus antecedentis eſt: ideò aliquid eſſe cognoſcibile, quia habet entitatem: cùm enim cognoſcibilitas (quæ idem eſt, ac verum) ſit paſsio entis, ſequitur entitatem.

30. Obi. 3. factibile ſupernaturalitèr non poteſt fieri naturalitèr: ergo neq; ens ſupernaturale poteſt cognoſci naturalitèr. Reſp. ex Scoto *in* 4. *d.* 10. *q.* 8. *§. & verſ. Ad argumenta, & in Report. q.* 9. *§. & verſ Ad primum* diſparitatem eſſe, quòd *fieri aliquid* neceſſariò requirit virtutem effectivam in ſua cauſa. Quarè, ſi id, quod fit, eſt ſupernaturale, neceſſariò prærequirit in cauſa virtutem ſupernaturalem. Cognoſcibile autē nihil recipit à cognoſcēte, quādo terminat eius viſionem, niſi denominationem extrinſecam *cogniti*. Et ideò ſemel poſitum in rerum natura, poteſt à quocumque intellectu non alligato ſenſibus in cognoſcēdo cognoſci. Sicùt, ſi poſſet creari color ſupernaturalis, videretur à quacumque potentia viſiva, ſi aliàs ſemel poneretur in rerum natura: quamvis nullo modo poſſet produci, niſi ab efficiente ſupernaturali.

31 Obi.

31 Obi. 4. Præſentia iſta, ſeu modus iſte exiſtendi Chriſti D. in Euchariſtia eſt ſupernaturalis: ergo & ſpecies illius ſunt ſupernaturales: ergo neque Angelus, neque anima ſeparata poteſt illas acquirere. Sicùt nequit naturaliter elicere actum ſupernaturalē. Reſp. (ommiſsis negantibus antecedens) negãdo ſecundam conſequentiam: quia ſpecies illæ non efficiuntur ab intellectu, ſed illas miſſas ab obiecto recipit. Ad recipiendum autem ens ſupernaturale ſufficit anima, aut eius intellectus, vel voluntas, aut natura humana, vel Angelica ſine aliquo ſuperaddito, vt patet in vnione hypoſtatica, prima gratia, fide, &c. Ad efficiendū autem viſionem ſupernaturalem, aut aliquid aliud ſupernaturale, concurrit potentia elevata in actu primo, aut ſaltèm in ſecundo.

32 Obi. 5. illud, quod intellect⁹ naturalitèr cognoſcit, quando exiſtit, cognoſcit, vt poſsibile ante exiſtentiam. ergo Angelus, & anima ſeparata cognovit poſsibilitatem myſteriorum gratiæ naturalitèr, & præcipu Euchariſtiæ, & Incarnationis. Reſp. negãdo antecedens: nam res exiſtens (quantumvis ſupernaturalis ſit in ſua entitate, dummodò non dicat ordinem ad aliquid increatum, ſeu quod voluntariè ſe oſtendit; vt dicit Incarnatio) mittit ſpeciem ſui cuicumque intellectui creato non alligato ſenſibus in intelligendo. (Vt eſt Angelicus, animæ ſeparatæ, & hominis beati) A poſsibilitate autem nequeunt abſtrahi ſpecies. Quarè, poſito hoc myſterio in rerum natura, naturalitèr eſt debita Angelo, & cuicumque intellectui creato non alligato ſenſibus in intelligendo cognitio illius intuitiva, immò & ſimul abſtractiva per proprias ſpecies, dūmodò Euchariſtia contineatur intra ſphæram illius potentiæ cognoſcitivæ. (Idem dico de habitibus, gratiæ, fidei, &c. necnon & de quacumque alia entitate ſupernaturali.) Hùc ſpectare poſſunt quæ diximus *in tract. de Angelis cap. 4. diff. 2. à num.* 19. vbi ſtatuimus, Angelum intuitivè, & ſimul abſtractivè cognoſcere obiectum ſibi præſens.

33 Dices, ſequi ex hac doctrina, Angelum, & animam ſeparatam ex naturalibus eſſe beatos. Patet ſequela: naturalitèr enim cognoſcunt, aut cognoſcere poſſunt actum beatificum alicuius beati, quem ſupponamus exiſtere intra ſphæram potentiæ cognoſcitivæ alicuius Angeli non beati, aùt animæ ſperatæ: ſed actus beatificus expreſsè repreſentat Deum, ſeu obiectum Beatificum: ergo naturalitèr erit beatus Angelus (aut anima) videns talem actum. Reſpo. negando ſeque-

ſequelam. Ad probationem diſtingo minorē: actus enim beatificus ſolùm reſpectu intellectus, cui ineſt, ſeu quem informat, eſt expreſſa repreſentatio obiecti beatifici: reſpectu autē alterius intellectus ſolùm eſt obiectum cognitū: cùm in præſentia illius illum moveat (immediatè per ſe ipſum, aut etiam ſimul per ſpeciem ſui) ad propriā ſui ipſius cognitionem; non autem ad intuitivam, immo nequè ad evidētem cognitionem ſui obiecti. Quarè ille, qui intuetur illum actum beatificum, intuetur quidem aliquem actū intellectus, qui verè eſt expreſſa repreſentatio alicuius obiecti reſpectu illius intellectus, quem informat: quodnam autem ſit illud obiectum non apparet ſibi, ſed ſolùm arguitivè, aut quoad an eſt? id eſt, evidentèr convincitur, quod ille actus verſatur circa aliquod obiectum. Si autem alitèr velis huic argumento reſpōdere, recolātur dicta *in tract. de Angelis cap. 5. diffic. 2. num. 16.*

34 Obi. 6. ſequi ex noſtra ſententia, dæmones poſſe naturalitèr cognoſcere Chriſtum D. in Euchariſtia. Reſpond. ex Scoto *diſt. 10. quæſt. 8. §. Ad argumenta verſ. Ad tertiū* cōcedēdo. Loquendo tamen de facto fortè non permittuntur videre illud corpus, aut alia myſteria gratiæ. Sicùt nequè permittuntur videre ſecreta cordium: quamvis aliàs poſſent illa cognoſcere. Recolantur, quæ diximus *in tract. de Angelis capit. 4. diffic. 4. à num. 30.* ¶ Obi. 7. de exiſtentia Chriſti Domini in Euchariſtia eſt fides ſupernaturalis: ergo, quia naturalitèr non eſt cognoſcibilis. Patet conſequentia: aliàs fruſtrà poneretur fides infuſa. Reſpond. diſtinguendo antecedēs: ſolùm enim eſt verū reſpectu hominis viatoris; non verò reſpectu intellectus non alligati ſenſibus in intelligendo. Quarè negatur conſequētia. Ad probationem dico, quod fruſtrà poneretur fides in ordine ad intellectū non alligatum ſenſibus: non autem in ordine ad intellectum hominis viatoris. Ita Scotus *d. 10. quæſt. 8. §. Ad argumenta verſ. Ad ſecundum.*

35 Ex dictis infero primò, intellectum nō alligatum ſenſibus in intelligendo (qualis eſt Angelicus, animæ ſeparatæ, & hominis Beati) naturalitèr cognoſcere abſentiam panis. Quia *per viſum non ſolùm cognoſcimus lucem, ſed etiam tenebras ex 2. de Anima capit. 10.* Sed prædictus intellectus cognoſcit panē ſub illis accidentibus, quando ibi eſt: ergo, & eius abſentiam, quando ibi non eſt: hoc eſt, actu poſitivo reflexo cognoſcit, ſe non videre panem; quia ibi nō eſt. ¶ Dices: Angelus cognoſcit, ſe poſſe à Deo impediri à cognitione rei præſentis: ergo po-

potiùs ſuſpicabitur, (relictus in naturalibus) ſe impediri, quàm panem abeſſe. Reſpond. negando conſequentiam: aliàs ſemper dubius maneret de quacumque abſentia. Certus ergo manet Angelus, quando ab aliquo obiecto non movetur, illud non adeſſe. Sicùt & nos certi ſumus de eius abſentia, quando ſenſui non obijcitur. ¶ Cōtra: ergo Angelus certò cognoſcebat (naturæ viribus relictus) naturam humanam Chriſti Domini non ſubſiſtere ſubſiſtentia creata: & conſequentèr naturalitèr poterat elicere has conſequentias: ergo illa natura ſubſiſtit ſubſiſtētia increata: ergo ſtat in rerum natura myſterium Incarnationis, ſeu natura divina, & humana vnitæ in aliqua perſonalitate increata. Reſpondetur negando ultimas conſequentias: quia, cùm non habeat medium cognoſcendi poſsibilitatem Incarnationis, ſeu quòd natura creata ſubſiſtat ſubſiſtentia divina, adhùc certificatus, (moralitèr tantùm) ibi non adeſſe perſonalitatem creatam, aut ſuſpenſus maneret; aut iudicaret, naturam illam exiſtere ſine propria, & aliena ſubſiſtentia. In noſtro autem caſu cognoſcit, eſſe poſsibilem abſentiam panis: & ideò format iudicium certum, (moralitèr) panem ibi non eſſe: quamvis alias ſimul cognoſcat, poſsibile eſſe, adeſſe, & ſibi occultari.

36 Infero ſecundò, prædictum intellectum naturalitèr cognoſcere, accidentia Eucharistiæ exiſtere ſine ſubiecto. Nam, ſicùt, quando eſt ſubiectum, ſeu panis, & cognoſcit naturalitèr ſubiectum, necnon & inhærentiam accidentis ad illud. Ita, quandò abeſt ſubiectum, non ſolùm cognoſcit eius abſentiam, ſed etiam carentiā inhæſionis accidentis ad ſubiectum.

37 Infero tertiò, prædictum intellectum naturalitèr cognoſcere tranſubſtantiationem ab effectu, nempè panem deſiviſſe eſſe ex poſitione corporis Chriſti Domini. Cùm enim naturalitèr cognoſcat, ibi eſſe corpus Chriſti Domini, necnon & quod panis, quem ſub illis accidentibus præexiſtentem cognoſcebat, iam ibi non apparet, omnimoda certitudine (morali tantùm: metaphyſicè enim dubitare poteſt, an panis ibi maneat; & ſibi occultetur?) ſibi perſuadet, diſpoſuiſſe Deum, ſubſtantiam panis eſſe incompatibilem cum corpore Chriſti Domini in Euchariſtia. (Idem eſt de ſubſtantia vini cum eius ſanguine.)

(.*.)

DVB. VI.

38 PEtes 6. An corpus Chriſti D. in Euchariſtia poſſit videri oculo corporeo? Reſpond. diſtrahi AA. *Ocham enim in 4. q. 5. art. 3. Maior, & Gab.* dicunt, Chriſtum D. proùt in Euchariſtia poſſe naturalitèr videri oculo corporeo. (De facto tamen impediri à Deo, ut myſteriũ Euchariſtiæ occultetur.) *Suar. autem diſp. 53. ſect. 4. Ricardus, Palud. & Capreolus, quos citat, & ſequitur G. Hart. diſput. 6. diff. 5* id negant, adhùc de potentia abſoluta. Quod etiã ſecundum multos defendit Scot. *diſt. 10. q. 9. §. Ad quæſtionẽ verſ. Secundò dico, & in Report. ibidem §. Ad ſecundam quæſtionem, Rada controv. 9. art. 4. Fabro diſp. 44. c. vnic. n. 5. & communitèr Scotiſtæ.* ¶ *Noſter D. Bonav. & Alenſis, & ex alijs Vazq. diſp. 191. cap. 2. Sotus, & Ægid.* negant id de facto fieri poſſe, benè tamen de potentia abſoluta. Pro qua ſententia G. Har. ibi, & alij citãt Scotum *diſt. 10. q. 9.* Eſt tamẽ D. Th. *in 4. diſt. 10. quæſt. 1. artic. 4. quæſtiunc. 1.* quatenùs affirmat, ſine miraculo fieri non poſſe, quod ab oculo corporali videatur corpus Chriſti D. in Euchariſtia; benè tamen miràculosè. Idem docet *diſt. 11. quæſt. 3. art. 1. ad 4.* Idemque colligitur *ex 3. p. quæſt. 75. art. 7. in ſolutione ad 2.* vbi dicit, oculum Chriſti D. videre ſe ſub ſacramento exiſtentem. Pro ſententia autem Ochâm, & Nominalium addit Leandrus *diſput. 10. quæſt. 14. Vvaldenſem, Canum, & Alanum.* Claritatis tamen gratia.

39 Dico primo: de lege ordinaria corpus Chriſti D. exiſtens in Euchariſtia nequit videri oculo corporeo, ſivè glorioſo, ſivè non glorioſo per viſionem à ſe cauſatam. Quia oculus ſolùm ibi intuetur accidentia, ſeu ſpecies panis, & vini: quæ eodem modo movẽt ante, & poſt conſecrationem tantùm ad viſionem ſui.

40 Dico 2. tàm oculus glorificatus, quàm non glorificatus poteſt divinitùs, aut miraculosè videre corpus Chriſti D. exiſtẽs in Euchariſtia. Quia poteſt Deus infundere illi ſpeciem expreſſam, aut viſionem prædicti corporis, quamvis non alibi exiſteret extenſivè in ordine ad locum: (poſſe infundi actum immanentem in quacumque potentia vitali, ipſa merè paſsivè ſe habente, eſt vulgaris doctrina Scotiſtarum cum Scoto pluribi. De quo præſertim videatur Felix *2. p. Tentativæ in tract. de Viſione cap. 5. diffic. 3.*) ergo informatus illa illud neceſſariò videbit: eſt enim effectus formalis primari᷑ viſionis, reddere oculum, aut ſubiectum videns. Id mihi ſuadeo intẽdere Scotum *diſt. 10. q. 9. §. & verſ. Ad quæſtionem*, dùm affirmat,

(reſol-

(reſolvendo præſentem diffi-cultatē) poſſe divinitùs infundi viſionem in oculo. ¶ Addo ego, idem dicēdum fore in caſu, quo Deus ſolùm infunderet in oculo ſpeciem impreſſam corporis Chriſti D. (cuius infuſionis poſsibilitatem, negabit nemo) Etenim oculus illa informatus prorrumperet in ſpeciem expreſſam, aut viſionem prędicti corporis. ¶ Ex hac cōcluſione infero, B. Virginem vidiſſe oculis corporeis Chriſtū D. in Euchariſtia. Quia, ſuppoſita poſsibilitate, pium eſt, & ſatis rationabile, credere, hoc privilegium ſibi fuiſſe conceſſum. Ita Leandrus *tract 7. deſput. 10. q. 16. ſequutus noſtros Alenſem, Amadeum, & alios.*

41 Dico 3. præſentia ſacramentalis, ſeu modus, quo Chriſtus eſt in Euchariſtia nequit (adhuc divinitus) videri oculo corporeo glorioſo, aut nō glorioſo Quia iſte modus neq; habet colorem, neque quantitatem. Secundò, quia neque eſt ſenſibile proprium, neque cōmune: cùm ſit mera relatio: *ex cap. 7. à num. 74.* ergo eſt extra ſphæram potentiæ viſivæ. Quarè nulla potentia videri poteſt. Hoc expreſsimo intendere Scotū *dist 10. quæſt. 9 §. Ad quæſtionem verſic. Secundò dico*, & AA. negantes, poſſe Chriſtum Dominum, ut eſt in Euchariſtia, videri oculo corporeo. ¶ Vndè patet, quod, ſi corpus Chriſti D. exiſtentis ſub Euchariſtia oculo corporeo videretur, non videretur, aut nō terminaret viſionem ſub prædicto modo; ſed vt abſtrahit ab hoc, & alio modo, ſeu occultato modo illo.

42 Sed contra primam concluſionem obijcit Ocham &c. Corpus Chriſti D. in Euchariſtia eſt quantum, coloratum, & præſens ſpeciebus, ſeu in loco illarum: ergo poterit ſpeciem ſui in oculū immittere: & conſequētèr poterit videri ab oculo corporeo. Reſpond. negando conſequentiam: quia, ut objectum mittat ſpeciem ſui, etiā requiritur modus extenſionis localis, abſq; quo nequit oculo contiguari, & proportionari. ¶ Obi. 2. quòd ſaltèm oculus Beati videt ibi corpus Chriſti D. aliàs, aut deciperetur, aut ſaltèm dubitaret, an ibi eſſet corpus Chriſti Domini? Reſpondetur ex Scoto *quæſt. 9. §. & verſ. Ad argumenta, quod ſenſus Beati perciperet hoc, quod ſenſus noſter, ſcilicèt accidentia. Nec iſte aliquo modo deciperetur, ſicùt nec noſter. Quod enim percipit per ſe, hoc eſt ibi, ſcilicèt quantitas, figura, color, & huiuſmodi. Quarè Beatus dimiſſus naturali cognitioni non ſciret per actum ſenſus, hoc eſſe corpus Chriſti Domini, ſed tantùm per intellectum, intuitivè videns illud corpus.*

43 Contra ſecundā concluſionem obijcies: ſenſus interior ſolū intuitivè percipit obiecta: ergo

ergo viſio illa cauſata à Deo eſſet intuitiva. Sed intuitiva eſſe non poteſt: ergo nequit oculus corporeus videre corpus Chriſti D. in Euchariſtia, adhùc per viſionem cauſatam à Deo. Probatur minor: quia ad viſionem intuitivā requiritur, quòd viſio terminetur ad obiectū præſens præſentia extenſa quantitativè. Reſp. negando minorē, & eius probationem: ad intuitionem enim ſolùm requiritur realis præſentia obiecti; nō verò hic, vel ille modus preſentię realis. Et ideò, quāvis viſio illa terminaretur ad realem præſentiam obiecti, abſtraheret à modo extenſionis, vel inextenſionis. ¶ Obi. 2. in potentia viſiva nō eſt virtus innata ad hoc, vt feratur in obiectum inextēſum. Sed corpus Chriſti D. in Euchariſtia eſt inextenſum: ergo potentia viſiva nequit à Deo elevari, vt attingat illud. Reſp. negando maiorem: habet enim Inclinationē vidēdi quodcūq; corpus quantum coloratum: prærequirit tamen tamquàm conditionem extenſionē quātitativam in obiecto, ſicùt etiā requirit, tamquam conditionē præſentialitatem obiecti, ſeu quòd obiectum contineatur intra ſphæram potentiæ. Et ideò, ſicùt, quando obiectum eſt abſens, non attingitur à potentia, non quia in ea ſit defectus virtutis innatæ ad illud videndū; ſed quia deficit aliqua cōditio ad exercitium prædictæ virtutis: ita, quando obiectum eſt inextenſum, non attingit illud; non quidem defectu virtutis attingēdi illud, ſed defectu cuiuſdam conditionis ad exercitium prędictæ virtutis omninò requiſitæ. Igitur, cùm potentia viſiva habeat virtutem innatā ad videndum corpus coloratū, poterit Deus elevare prædictā virtutem ad hoc, vt attingat illud, etiam ſi aliàs prædictum corpus careat extenſione quantitativa in ordine ad locum. Eò præſertim, quod illa extenſio potiùs eſt conditio neceſſaria, vt corpus coloratum moueat potentiam viſivā, quam vt terminet viſionem. Et ideò, ſi ſemel ſupponatur viſio illius corporis, (vel immediate producta à Deo, potentia mere paſſivè ſe habente; vel ab ipſa potētia mota à Deo ſupplente concurſum ſpeciei impreſſę; aut à ſpecie impreſſa, quam Deus infunderet) potentia media illa attinget corpus ſine miraculo.

44 Obijcies 3. corpus abſtrahens à modo quantitativo poteſt videri? Ergo ad viſionē non requiritur eſſentialitèr in obiecto modus quantitativus: ergo ſine ſenſibili communi poteſt videri aliquod ſenſibile proprium. Reſp. diſtinguendo primum conſequens: eſt enim verum, ſi intendat, videri poſſe obiectum carens modo quantitativo, qui eſt extenſio in ordine

ne ad locum. Eſt autem falſum, ſi velit, quòd obiectum nō quā-tum poſsit videri. Vndè conſtat falſitas ultimæ conſequentiæ: etenim corpus Chriſti D. in Euchariſtia eſt verè quātum, & conſequentèr habet ſenſibilitatem communem.

45 Contra tertiam concluſionem objicitur: realis præſentia coloris non eſt quātitas, ſed relatio, ſed iſta præſentia videtur: ergo malè dicim⁹, modum ſacramentalem non videri, quia non eſt quantus. Reſpō. negādo minorem: ſolùm enim videtur magnitudo quæ eſt fundamentum præſentiæ. ¶ Obi. ſecundò, tenebræ videntur: dicitur enim 2. *de Anima cap.* 10. quòd viſus eſt lucis, & tenebrarum: ſed tenebræ non habent quantitatem: ergo quātitas nō requiritur neceſſario ad viſionem. Reſpond. negando maiorem. Ariſtoteles autem intendit, non quòd viſus percipiat tenebras; ſed quòd ex eo, quòd non videt lucem, per potentiā ſuperiorem colligat, eſſe tenebras.

46 Obi. 3. punctum lucis ſeparatū videretur: ergo, & modus indiviſibilitèr exiſtendi. Probatur antecedens primò: quia ſphæricè ſe diffunderet: & ita ſphæricè moveretur, & videretur. Secūdò: quia, ſi illa lux punctualis tangeret corpus reflectens, (nempè ſpeculum) per reflexionem videretur. Reſp. ex Scoto *diſt.* 10. *quæſt.* 9. *§. Ad argumenta à verſ. Ad ſecundum* negando antecedens. Ad primam probationem dicit, quod indiviſibile ſeparatū nequit ſe movere ſecundum communiorem ſententiam: & ideò non diffunderetur. ¶ Ad ſecundam reſpondetur eodem modo, nempè, quòd, cùm indiviſibile nōn poſſit moveri, non poſſet tangere corpus reflectens. (ſpeculum, v.g.) ¶ Sed demus, quod moveretur, & tangeret corpus reflectens: (ſpeculum, v.g.) nego, quòd videretur lumen illud punctuale, ſed videretur corpus luminoſum. Quia illud, & non lux punctualis, eſt agens reſpectu illius reflexionis: cùm enim agat ad vltimum de potentia, non deſiſtit agere, quando impeditur ab actione recta, & ſic agit reflexè: *Et hæc eſt ratio,* (ſubdit Scotus) *quarè non videtur in ſpeculo imago ipſa corporis multiplicata vſque ad ſpeculum; ſed ipſum corpus cuius eſt imago.*

¶ Sed admittamus cum alia ſententia minùs communi, indiviſibile ſeparatum poſſe moveri: adhùc tamen dico, lucem punctualem non poſſe videri oculo corporeo: quia *quidquid videtur,* (inquit Scotus *quæſt.* 9. *in principio verſ. Contra*) *videtur ſub pyramide, cuius vaſis eſt in re viſa, & conus in oculo:* Indiviſibile autem nequit formare pyramidem: ergo neque videri.

¶ Contra: de facto videntur indi-

indiviſibilia: ergo formant pyramidem. Antecedens patet: quia hoſtia v.g. eſt quid continuum, & ut tale videtur: ergo etiam ſimul videntur indiviſibilia, quibus partes continuantur. Reſp. ita eſſe, ſed non contra nos: ſolùm enim loquimur de viſione diſtincta, ſeu diſtinctè terminata ad indiviſibile; non autem de confuſa, qua videndo quantum continuum, ſimul videmus infinitas eius partes, infinitaque indiviſibilia, quibus illæ partes continuantur.

DVB. VII.

47 PEtes 7. quodnam iudicium ferendum ſit de apparitionibus, quæ aliquãdo fiunt circa Euchariſtia? (Suppono enim ex probatiſsimis hiſtorijs, aliquando ibi apparuiſſe puerum Ieſum, aliquãdo carnem humanam, aliquando manum hominis, digitum, &c. aliquando ſanguinem.) Reſp. non poſſe ſemper idem formari iudicium; immò neque vnquàm omninò firmum. Quia duplicitèr poteſt fieri illa (& quæcumque alia) apparitio. Primò mutatione ſolius viſus, vel medij abſque mutatione ſpecierum ſacramẽtaliũ. Quod fit per productionem ſpeciei repræſentãtis puerum, aut carnẽ, &c. Inſup. r fieri poteſt per realem præſentiam illius obiecti, quod apparet, ſeu ſenſibilitèr videtur. Et ideò, quonã ex his modis hic, & nunc fiat apparitio, nulla generali regula poteſt diffiniri; ſed relinquendum eſt regulis prudentiæ, pẽſatis diverſis circumſtãtijs occurrentibus in ſingulis apparitionibus.

48 Scotus *in Report. in 4. d. 10. quæſt. 9. ſub. finem* aliquas regulas ponit ad formandum iudicium de his apparitionib⁹. Prima eſt; ſi talis apparitio ſit vni tantùm ex aſsiſtentibus, nõ eſt ibi realitèr præſens Chriſtus D. Altera eſt, ſi fit omnib⁹ aſsiſtentibus realitèr, eſt ibi Chriſtus D. realitèr præſens. Tertia eſt: ſi apparet eodem modo, non tranſeuntèr, ſed permanẽter, ibi eſt realitèr præſens Chriſtus D. Et ratio eſſe poteſt: quod, quando ſoli vni, aut alteri fit apparitio, & hoſtia immutata apparet alijs aſsiſtentibus, non ſuppetit ratio, quarè exiſtimetur, mutationem aliquam factam fuiſſe in Euchariſtia; ſed ſolùm in potentia viſiva. E contra autẽ contingere, exiſtimãdum eſt, quãdo omnibus aſsiſtentibus, aut permanentèr apparet. Maioris tamen claritatis gratia, & ad defendendum prædictas Scoti regulas hanc elicio concluſionem.

49 Quotiès apparitiones fiũt per immutationem ſpecierum ſacramentalium, (quod colligitur ex eo, quod omnibus aſsiſtenti-

ſtenti-

ſtentibus ſic repreſentãtur; aut etiam ex eo, quòd non tranſeũtèr, ſed permanantèr ſic apparent) ibi eſt realitèr præſens obiectum repreſentatum, nẽpè puer Ieſus, caro, ſanguis, &c. Quia hoc eſt poſsibile, & valdè congruũ, vt fideles firmiùs conſolentur. Si enim ſcirent, puerũ illum, carnem, vel ſanguinem non verè, ſed ſolùm apparentèr exiſtere, minus conſolarentur: necnon & minùs confirmarentur in fide myſterij Euchariſtiæ, & illius veneratione: ob quas regularitèr fieri huiuſmodi apparitiones notat Scotus ibi, & communitèr AA. Ita *Scotus ibi, noſter Alenſis 4. p. quæſt. 11. num. 2. art. 4. Gab. & Palacios apud G. Hurt. diſp. 6. diff. 8.*

50 *D. Th. quæſt. 76. art. 8. Vazq. & Adamus, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 6. diff. 8. dicens, quòd ſic communitèr ſentiunt Theologi*, oppoſitum defendunt, nempè in his apparitionibus non videri carnẽ, & ſanguinẽ Chriſti D in propria ſpecie, & figura, aut in ſe ipſis. Et obi. Caro Chriſti D. aut ſanguis eius non eſt in Euchariſtia eo modo, quo tunc apparet: (idẽ dico de puero Ieſu, &c.) ergo illa apparitio non fit per realem præſentiam illius obiecti ibi apparentis. Antecedẽs eſt certum: cùm in Euchariſtia caro, & ſanguis Chriſti D. ſint indiviſibilitèr; in apparitionibus autẽ videantur diviſibilitèr, & extensè. Reſp. negando conſequẽtiam. Benè enim poteſt componi, & quòd Chriſt⁹ D. maneat indiviſibilitèr in Euchariſtia, & quòd ſimul Deus verè, & realitèr adducat aliquam partẽ illius carnis, & ſanguinis ea extenſione, qua exiſtit in cœlo, vel totum ChriſtũD. (relicto, aut non relicto loco cœli) & oſtendat ſolam illam partẽ carnis, aut ſanguinis. Immò fortè faciliùs, cùm Chriſtus D. ſit in hoſtia per tot replicationes, quot ſunt partes hoſtiæ, poteſt per vnam replicationem extendi in ordine ad locum, & apparere in forma, pueri, &c.

51 Dices: de facto Chriſtus D. non habet ſtatum pueri, nec habet carnem conciſam, nec ſanguinem extra venas, aut aſpectum horribilem? (qualitèr aliquando oſtenditur in Euchariſtia) ergo illæ apparitiones non terminantur ad Chriſtum D. realitèr præſentem, aut ad eius carnẽ, vel ſanguinẽ. Reſp. negando conſequentiam: ex eo enim, quòd ſenſibus repreſentetur ſine eo modo, quem obiectum habet in re, immò & cum diverſò, nõ poteſt inferri, obiectum non eſſe realitèr præſens. Vt patet in Magdalena, cui Chriſtus D. ſub forma hortulani apparuit *Ioan. 20. num. 15.* & duobus Diſcipulis euntibus in caſtellum Emmaus ſub forma peregrini apparuit, & collocutus eſt itinerando: *Marci 16. n.* 12. Et

12. Et quamvis in hoc interveniat miraculum, nempè nō cōcurrendi cum illo modo reali ad immutandum potentiam; necnon & producendi aliam ſpeciē (impreſſam, vel expreſſam) in oculo repreſentantem (virtualiter, vel formalitèr) illum modum diſtinctum. Nulla tamen eſt indecētia, aut deceptio ex parte Dei: ſolum enim intendit, oſtēdere, rem illā realitèr eſſe præſentem, non autē quòd talē modum habet. Permittit verò, quòd potentia decipiatur: (viſiva videndo modū, qui realitèr non eſt in obiecto; & iudicativa idem iudicādo) quia alitêr repreſentari nequit obiectum realitèr præſens cum diverſo modo: quando talis repreſentatio ad fines à providentia divina intētos eſt neceſſaria. Propter quam rationē à Deo permitti peccatum, dictitant *in trct. Prædeſtinationis*.

DVBIVM VIII.

52 PEtes 8. An, quando apparet caro, vel ſanguis in ſpeciebus, maneat ſimul Chriſtus D. ſacramentalitèr ſub illis? Reſp. ſub diſtinctione. Manet enim, ſi mutatio talis ſit, vt ibi maneret ſubſtantia panis ante conſecrationem. Non verò manet, ſi talis ſit mutatio, vt ſubſtantia panis deſineret, ſi ibi eſſet. Quia Chriſtus D. ſubſtituitur, ſeu ſuccedit in illis accidētibus ſubſtantiæ panis: (& in calice ſubſtantiæ vini) ergo à perſeverātia, ſeu cōſervatione ſubſtātiæ panis, aut ab eius nō cōſervatione ſumēda eſt regula deſitionis, aut nō deſitionis Chriſti D. ſub ſpeciebus. Sicùt etiā ſumitur in alijs caſibus. Ita *Suar. diſp. 55. ſect. 3. Henr. Adamus, Palacios, (apud G. Hurt. diſp. 6. diff. 9.)* Ægidius, & *alij*. ¶ Vndè non eſt audiendus Durandus *in 4. d. 10. quæſt. 4.* abſolutè docens, ibi non manere Chriſtum D. ¶ Nequè audiēdi ſunt *D. Th. q. 76. art. 8. Vazq. ibidem, Sotus, & communitèr Thomiſtæ* docentes, tunc manere Chriſtum D. quando manet eadem quātitas. Falluntur tamē: quia Chriſtus D. non ſubſtituitur loco quantitatis, ſed ſubſtantiæ: ergo regula permanentiæ aut nō permanentię Chriſti D. ſub ſpeciebus, non eſt ſumenda à permanentia, vel non permanentia quantitatis, ſed ſubſtantiæ.

53 In caſibus autem particularibus (cum haud facile ſit, iudicare, quòd ſubſtātia panis, ſi ibi fuiſſet, perſeveraret, vel non,) notant communitèr, prędictas ſpecies non eſſe ſumendas, ſed potiùs ſeruandas, (vt Eccleſia conſuevit) ob reverētiam miraculi. ¶ Benè tamen addit Hurt. ibi, quod, ſi quis nō horreat ſumptionem taliū ſpecierum, nō apparet, vndè prohibeatur. ¶ Dices, quòd Scotus

tus *d.10.queſt.9. Reportatorum in fine* docet, quòd *quandiù apparet in ſpecie carnis, non debet ſumi ab illo, cui ſic apparet, ſed ab alio, cui non ſic apparet.* Reſp. ſolùm velle, non eſſe obligationẽ ſumendi ſpecies ſub illa forma: nõ verò docet, eſſe prohibitam dictã ſumptionem.

54 Inſupèr benè docet prædictus Hurtado, ſpecies illas eſſe adorandas, & venerãdas. (Sivè credatur, ſivè non credatur, ibi perſeverare Chriſtũ D. aut quod ſubſtantia panis maneret, vel nõ maneret) Quia. ſi credatur ſub illis perſeverare Chriſtum D. adorandæ ſunt, tamquã re ipſa continentes ipſum, aut illum occultantes. Si vero credatur, ſub illis nõ perſeverare, adorandæ, & venerandæ ſunt, tamquam ſignum, & veſtigium Chriſti D.

DVB. IX.

54 PEtes 9. An Sacerdos debeat apponere novam materiam, quãdo propter aliquã apparitionem in Euchariſtia factã oportet ſervare primam materiã? Reſp. negativè. Quia eò ipſo, quòd Deus mutat ſpecies ita, ut non ſint in ſtatu ſumptionis, videtur diſpenſare in lege, qua præcipitur ſumptiò. Ita *Ægidius quæſt. 76. art. 8. dub. 2. n. 138. citans D. Th. Caiet. Sotum, & Silveſtrum.* Sed *D. Antoninus ex Alberto apud Suarez diſp. 55. ſect. 4. in fine* oppoſitum defendit: & obijcit: extat præceptum non relinquendi ſacrificium imperfectum: ergo apponenda eſt nova materia, vt prius ſacrificium perficiatur. Reſp. negando ſuppoſitum cõſequentis, nempè prius ſacrificium perfici per appoſitionem novæ materiæ. Cum ergo per appoſitionem novæ materiæ non perficiatur prius, ſed aliud de novo fiat, non apparet, quarè debeat nova materia apponi. ¶ Contra: ergo nequè neceſſarium erit apponere novã materiam, quando poſt conſecrationem ſpecies apparẽt veneno infectę. Patet: quia hoc nõ poſtulatur ex eo, quod prius ſacrificium maneat perfectum. Reſp. negãdo: ad probationem fateor, tunc non poni novam materiam propter perfectionẽ prioris ſacrificij, ſed ad implẽdum præceptum ſumptionis: quod in noſtro caſu excuſat celebrantem; non autem in caſu, quo aliqua ex ſpeciebus venenata appareat. Debet enim celebrans ſumere vtramque ſpeciem. Quarè, ſi altera venenata appareat poſt conſecrationem, debet celebrans, novam materiam panis, aut vini apponere, ut impleat præceptum, quo celebrãs tenetur, ſub utraque ſpecie communicare. Si tamẽ hoc fieri non poſſet abſque gravi ſui nota, aut perturbatione adſtantium, nõ teneretur: ut notabamus *cap. 3. num. 60.*

De

De Chriſto D. deſerente ſpecies.

PRo complemento huius capitis nonnulla circa perſeverantiam Chriſti D. ſub ſpeciebus examinare placuit: etenim Chriſtum D. deſerere ſpecies côſecratas, quoddam mutationis genus videtur. Ideoq; in hoc capite, in quo de his, quę Chriſtus D. in Euchariſtia agere, & pati poteſt, venit examinandum.

DVB. X.

55 PEtes 10. Quandiù Chriſtus D. perſeveret ſub ſpeciebus conſecratis? Et quãdo ſub illis eſſe deſerat? Reſp. firmam, & vnicam regulã perſeverantiæ Chriſti D. ſub ſpeciebus conſecratis eſſe, quòd illę non ſint corruptæ: & è contra regulam illius non perſeverantiæ eſſe, quod ſint corruptę. Et ratio eſt, quòd Chriſtus D. ſuccedit, ſeu ponitur ſub accidentibus illis loco ſubſtantiæ illorum nempè panis, & vini: ergo quoadusq; perſeveraſſent ſubſtãtiæ panis, & vini, ibi perſeverat: & quando corrumpuntur, deſinit, ibi perſeverare Chriſtus D. Ita communiſsimè AA.

De ſpeciebus panis.

56 VNdè infero 1. Chriſtũ D. nõ deſinere eſſe ſub ſpeciebꝰ panis ſtatim, ac in ore recipitur Euchariſtia, aut ſtatim, ac in ſtomachum deſcendit. Quia nondùm ſunt corruptæ ſpecies. Ita Leandrus *tract. 7. diſp. 10. quæſt. 21. & communiſſimè Theologi.* ¶ Sed pro oppoſita ſentẽtia citatur *Gloſſa in capit. Tribus gradibus de conſecratione diſt. 2. & in cap. Non iſte, & innuunt Innoc. lib. 4. de Myſterio Miſſæ cap. 15. necnon & Hugo Victorinus lib. 2. de Sacram. parte 8. cap. 13.* Quamvis Suar. *diſp. 46. ſect. 8. ſub finem* hos AA. in bonum ſenſum poſſe explicari, affirmet. Vbi hanc Gloſſæ ſententiam dicit, eſſe nimis falſam, & pias aures offendentem.

57 Infero 2. non deſinere Chriſtum D. eſſe ſub ſpeciebus, quando ſacramentum proijcitur in lutum, aut locum immũdum, vel corroditur à mure, vel comeditur a bruto. Quia adhùc tunc perſeveraſſent ibi ſubſtãtiæ panis, & vini, ſeu ſpecies nõ ſtatim tunc corrumpuntur. Ita *Leandrus ibi quæſt. 20. citans Scotum, (in 4. diſt. 12. quæſt. 6. §. Dico ergo verſ. Quæ autem* fortè quatenùs docet, & ſtatuit regulam à nobis *num. 55.* poſitam. Quod repetit *in Report. ibidem) D. Th. Vazq. Suar. & multos alios.* Immò addit, quòd ex mandato Gregorij XI. prohibitũ eſt ſub excommunione, ne quis contrariam ſententiam audeat docere Pro qua citaverat *D. Bonav. in 4. d. 13. art. 2. quæſt. 2. &*

Alge-

Algerum lib. 2. capit. 1. Qui addit, etiam deſinere eſſe in ebrio, adhùc manentibus ſpeciebus.

58 Sed tam pro iſta, quàm pro ſententia Gloſſæ obijcies: Chriſtus Dominus inſtituit Euchariſtiam, vt conveniens nutrimẽtum corporale: ergo, deſinentibus ſpeciebus habere rationem nutrimenti convenientis ad nutritionẽ, (vtporè quãdo, ſi eſſent in ſubſtantia panis, & vini, eſſent inconvenientes ad nutrimentum corporale) tunc rationabiliter deſinit, ibi eſſe Chriſtus Dominus. Reſpõdetur diſtinguendo ly *vt conveniens* antecedentis: *per ſe* concedo: *per accidens*, nego. Et ideò negatur conſequentia. Itaque ſubſtantiæ panis, & vini, quomodocumque conſervẽtur, habent *de ſe*, & *per ſe* eſſe alimentum corporale conveniens ad nutritionẽ: & ideò in hac materia Chriſtus Dominus inſtituit Euchariſtiam, decernens, eſſe ſub illis accidentibus, quãdiù ſub illis conſervarẽtur ſubſtantiæ panis, & vini, ſi ſub eis perſeveraſſent. Quarè, ſi aliquando illa accidentia tranſeant in nutrimentum diſconveniens, (vt, ſi veneno inficerentur, &c.) hoc eſſet per accidens, ſeu per accidens non eſſent nutrimentum conveniens ad corporalem nutritionem. Quarè, ſicut non ob hoc ſubſtantiæ panis, & vini deſinerent eſſe ſub illis ſpeciebus ante conſecrationem: ſic neque Chriſtus Dominus, qui ſuccedit loco ſubſtantiæ panis, & vini, recedit ab illis.

De ſpeciebus vini.

59 INfero tertio, Chriſtum Dominum non deſinere eſſe ſub ſpeciebus vini, quando illis infunditur vinum non cõſecratum eiuſdẽ ſpeciei. Quia, cùm ſimile non agat in ſimile, vinum non conſecratum non corrumpit conſecratum; nequè è contra: ergo ſpecies manent incorruptæ: & conſequenter ibi conſervatur Chriſti Domini ſanguis. Ita *Scotus num. 57. citatus, Suarez diſput. 57. ſect. 4. Vazquez, Lugo, & alij quos citat, & ſequitur Leandrus diſput. 10. quæſt. 24.* Vbi pro oppoſita ſententia citat *Alexan. 4 par. q. 10. memb. 7. art. 7. & Mairem diſt. 12. q. 4. dub. 3.*

60 Adde, idem dicendum eſſe, etiam quandò ſpecies cõſecratæ miſcẽtur cum vino alterius coloris. (v.g. ſi conſecratio facta fuiſſet in vino albo, & poſtea infunderetur nigrum) Quia probabilius eſt, omnia vina eſſe eiuſdem ſpeciei. Præterea (quidquid ſit de differentia ſpecifica vtriuſque vini) conſtat experientia, ex mixtione horum vinorum nullã corruptionem ſequi; & æquè conſervari vtrumq; vinum, ac ſi vnũ

ab alio maneret ſeparatum. Ita AA. num. 59. *citati*, præſertim Lugo *diſp.* 10. *num.* 44. qui hoc defendit, etiam, ſi admittamus, vinum album, & nigrum differre ſpecificè: vt notat Leandrus *ibi. quæſt.* 25. Vbi pro oppoſita ſententia (*præter Alenſem, & Maior. in num.* 59. *citatos*) adducit *Sotum d.* 10. *quæſt.* 2. *art.* 8. *& Henriq.* additque, id aliqualiter ſentire Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *punct.* 6. §. 3. ꝟ. 7.

61 Inſuper adde, non corrumpi ſpecies vini conſecratas, & conſequenter ſub illis manere Chriſti D. ſanguinem, etiam ſi vnica gutta illarum miſceretur cum magna quantitate vini nō conſecrati. (Cum amphora, aut dolio v.g.) Quia non apparet, vnde illa gutta vini conſecrati corrumperetur: cùm verè ſit ſimilis alijs partibus vini: & ſimile non agat in ſimile. (Sivè in magna, ſivè in parva quantitate) Item docet experientia, in commixtione duorum vinorū, nullam intervenire corruptionem, etiam ſi vnum in magna, & aliud in minima quantitate miſceantur. Ita *Leandrus diſp.* 10. *quæſt.* 27. *citans Sotum, Gravados, Suar. & Bonacinam.* ¶ Pro oppoſita tamen ſententia adducit Paludanū *in* 4. *d.* 42. *quæſt.* 2. (qui dicit, cōtrarium eſſe ridiculum) *& Henriq. lib.* 8. *capit.* 28. *num.* 1. dicentem, eſſe inauditum.

62 Notat autem Leandrus *ibi quæſt.* 28. prædictā vini magnam quantitatem, cui parva vini conſecrati (etiam ſi vnica gutta fuiſſet) eſſet permixta, nō poſſe ſumi à laicis, ſed ſeruandā eſſe ad pios vſus, aut ſumendam à Sacerdotibus poſt ſumptionē ſanguinis antè ſumptionē ablutionis. Quia, cùm non conſtet, in qua parte illius amphoræ, aut dolei ſit illa gutta conſecrata, poſſet contingere, ſumi ab iſto, vel illo laico; aut ab iſto, vel illo Sacerdote non ieiuno, ſi tale vinum ſumeret poſt ablutionem. Pro qua ſententia prędictus Leandrus adducit *Suar. Gran. Ægid. & Archangelum.* Pro oppoſito autem *Lugo diſput.* 10. *num.* 52. *Henr. Soto, Sa, & Bonacinam*, (ex parte) qui dicunt, ſine ſcrupulo poſſe prædictum vinum ſumí à ſæcularibus. ¶ Ego autem exiſtimo priorem ſententiam eſſe veram ſolùm, quando poſſet eſſe periculum ſumendi vini cōſecrati guttam prædictam, aut aliquam minimam illius partem. Secùs autem, periculo ceſſante: vt ceſſare videtur, ſi illa parva quantitas vini conſecrati in ſuperiori parte dolei vino pleni infunderetur; & poſteà vinum in inferiori parte dolei exiſtens artificioſe hauriretur: vt frequentiſsimè fit, artificioſe perforata inferiori parte dolei: quod Hiſpani vocamus *eſpitar o ſacar por eſpita.*

63 Infero 4. Chriſtum Domi-

minimum deſinere eſſe ſub ſpeciebus vini, quando iſtæ miſceãtur cum aqua, aut alio liquore in tanta quantitate, ut deſtrueretur ſubſtantia vini, ſi ibi exiſteret. Quia, corruptis ſpeciebus, non manet Chriſtus D. ſub illis. Sic communiſsimè AA.

64 Infero 5. (obitèr quidem) quòd, ſi gutta aquæ admiſceretur ſpeciebus vini conſecrati, ſub illa nõ erit ſanguis Chriſti Domini. Quia ſpecies cõſecratæ non habent vim cõſecrandi alias ſibi admixtas: ergò, quamvis illa gutta aquę cõvertatur in vinum; (vt probabilis fert opinio. Recolantur dicta *capit.* 5 *num.* 69.) inconſecrata tamen manebit. Ita *Leandrus diſp.* 10. *q.* 30. *& omnes.*

DVB. XI.

65 PEtes 11. An Chriſtus D. aliquo modo mutetur, quando deſinit ſub ſpeciebus? Reſp. affirmativè. Quia perdit præſentiã ſacramentalem: ergo habet aliquam mutationẽ. Confirmatur, quia aliquo modo mutatur, quãdo ponitur ſub ſpeciebus; (Recolantur dicta *cap.* 7. *à num.* 74.) nempè acquirendo præſentiam ergo etiam aliquo modo mutatur illã deperdendo. Ita debemus philoſophari Scotiſtæ, qui affirmamus, Chriſtum D. per verã mutationem acquirere præſentiã ſacramẽtalem, quæ non eſt denominatio extrinſeca; ſed vera entitas realis. (Quarè ita mutatio non ſit localis, dixi *cap.* 7. *num.* 76.) Et ita Leandrus *diſp.* 10. *quæſt.* 32. *ſecutus Vazq. Gaſp. Hurt. & Baſacinan.* Vbi pro oppoſita ſententia citat Alexandrum 4. *p. quæſt.* 11. *memb.* 2. *art.* 2. *& Ledeſmam* 1. *p.* 4. *quæſt.* 17. *art.* 6. *dub.* 2 *&* 6. ¶ Notant communitèr, falso dixiſſe aliquos, (præſertim Gloſſa *ver. Miſerere in cap. Tribus, & in caput Non iſte panis de conſecrat. diſt.* 2.) quod, quando Chriſtus Dominus deſinit eſſe ſub ſpeciebus, movetur motu locali; eo quod per Angelos levatur in cœlum.

DVB. XII.

66 PEtes 12. intra quod tẽporis ſpatium ſpecies ſacramentales ſumptæ corrũpãtur, ita vt ſub illis deſinat eſſe Chriſtus D? (regularitèr vtique, ſeu loquendo de ſtomacho aptè, aut mediocritèr attemperato) Reſp. rem eſſe medici inſtituti. Quare Lugo *diſput.* 10. *in fine* dicit, ſe conſuluiſſe peritiſsimos medicos Romanos, & quòd ex illorum ſententia formula, quæ laicis communicantibus porrigitur, in minuto (hoc eſt in ſexageſima parte vnius horæ) corrumpitur, ita vt ſub illa Chriſtus Dominus iam non contineatur. Si verò ſermo ſit de Sacerdote, qui maiorem hoſtiã, & ſpecies vini

ni ſimul accipit, putat, ſpecies corrumpi in ſemiquadranti, ita vt iam ibi non ſit Chriſtus Dominus. Quòd ſi extendatur ad vnum quadrantem, nullum remanebit dubiũ, deſiviſſe Chriſtum D. affirmant prædicti medici Romani.

67 Leandrus verò *tract.7. diſp.10.quæſt.23.* exiſtimat, (cõſultis etiam medicis Complutenſibus) quatuor ferè minuta, ſeu quartam partem quadrantis admin' elabi debere, ut particula, quæ laicis pro communione porrigitur, alteretur, & corrumpatur, ita ut ſub illa Chriſtus D. deſinat eſſe. Loquẽdo verò de maiori hoſtia, & ſpeciebus vini, quas Sacerdos recipit, affirmat, neceſſarium eſſe pro corruptione illarum, ut vnius quadrãtis ſpatium paulo plus, minusvè prætereat.

68 Vtriuſque autem ſententiæ præcipuum fundamentum Theologus ſumere debet ab auctoritate extrinſeca medicorum. Eſtque, quòd hoc tẽporis intervallum, nec maius, minusvè requiri, videtur adprę dictarum ſpecierum corruptionem à ſtomacho attemperato inducendam, iuxta peritiorum medicorum iudicium, qui rem hanc tàm Romæ, quàm Compluti acutè examinarunt. Quarè vtraque ſententia eſt mihi probabilis: quãvis tàm in vna, quàm in altera tãtillum diſplicentiæ mihi ſubintret.

69 In ſententia Leandri nõn multũ arridet proportio, quam ſtatuit inter communiones laici, & Sacerdotis. Si enim ad alterandum ſpecies laici requirit duo minuta, ſeu quartam partem quadrantis horæ: cùm ſpecies panis, & vini, quas recipit Sacerdos, in põdere, & quãtitate excedant pluſquam ſeptiès ſpecies, quas recipit laicus, (vt ſuppono) debebat, duplicis quadrãtis ſpatium pro corruptione ſpecierum Sacerdotis aſſignare, vt proportione æquali de Sacerdote, & laico philoſopharemur.

7 In ſententia verò Lugonis non multum nobis placer, quod expendit de calore naturali in ordine ad nutritionẽm. Itaque eo quòd calor naturalis ſtomachi ſingulis horis duas uncias ſolidi cibi conſumit, (ex communi ſenſu antiquorum, qui ideò quadraginta, & octo uncias alimenti quotidie eſſe comedendas, affirmabant) propoſitionem trahit Lugo ad affirmandum, in vno minuto, aut (quod idem eſt) in ſexageſima parte vnius horæ formulam cõmunionis laici corrumpi debere: cùm ſexageſimam partem duplicis vnciæ in pondere, & quantitate habere videatur prædicta formula. Hæc (inquam) Lugonis proportio non nimis placet, & Leandro & nobis: eo quòd

quòd nòn æquali vigore, intenſione, & efficacia calor ſtomachi agat in duas (*v. g.*) vncias cibi ſeparatas; ac ſi cum alijs eſſent coniunctæ. Et ratio eſt, quia, cùm maior quantitas alimenti plures occupet partes ſtomachi; & hic in quavis parte habeat calorem naturalem, commodiùs, & breviùs duas vncias, v. g. ex tota illa quantitate conſumet, quam ſi ipſæmet duæ vnciæ tantùm in ſtomachum intraſſent. Tunc enim paucioribus partibus ſtomachi applicatæ a minori quoque calore impetitæ tardiùs corrumperentur; vt ſic tranſirent in ſubſtantiam aliti.

CAP. X.

De accidentibus panis, & vini, quæ manent in Euchariſtia.

DVB. I.

1 PEtes 1. Quæ accidentia panis, & vini maneant in Euchariſtia poſt conſecrationem? Reſp. manere omnia ſenſibilia. (id eſt, quæ ſenſibus percipiuntur) nempè quãtitatem, colorem, frigiditatem, calorẽ, humiditatem, ſiccitatem, odorem, & ſaporem. Quod conſtat experientia: eſtque diffinitum in diverſis concilijs. Sufficiat Tridentinum *ſeſ.* 13. *can.* 2. vbi definitur, in Euchariſtia nõ manere ſubſtantiam panis, & vini, ſed ſolum accidentia, ſeu ſpecies illorũ. Verba canonis ſunt: *manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini*. Et eſt certũ apud omnes, nomine ſpecierum intelligi accidentia ſaltèm ſenſibilia. ¶ Adde, præter accidentia illa ſenſibilia, in Euchariſtia etiam reperiri omnia alia accidentia, (quamvis ſenſibus occulta) quæ independentèr ab influxu aliquo ſubſtantiæ in ipſa accidentia, conſervantur in quantitate, aut in aliquo alio accidente ſenſibili. Quia ſine fundamento diceremus tolli, aliquod ex his accidentibus ad deſtructionem ſubſtantiæ, ſuppoſito, quòd ab influxu illius non dependent; & alias conſervantur illa accidentia ſenſibilia, in quibus fundantur, (relationes v. g. æqualitatis, aut inæqualitatis; ſimilitudinis, aut diſſimilitudinis, &c.) In quo cõvenire Theologos, notat G. Hurtado *diſput.* 7. *diffic.* 1.

(.?.)

DVB. II.

2 PEtes 2. An ſit de fide certum, manere in Euchariſtia accidentia illa, quę nõ pendent à ſubſtantia? Reſpond. diſtrahi AA. affirmant enim *Vazq. diſp. 194. cap. 1. & Sotus d. 9. q. 2. n 5. quib' ſubſcribere videtur Lugo diſp. 10 ſect. 1. à num. 3.* ¶ Negant tamen *Suar. diſput. 56. ſect. 1. Ægid. quæſt. 75. art. 5. & Gaſp. Hur. diſput. 7. diffic. 1.* Quarè dico primò, de fide eſt, omnia accidentia, quæ ſenſu percipiuntur, manere in Euchariſtia. Quia ſaltèm de iſtis debent intelligi verba illa Tridẽtini *ſeſſ. 13. can. 2. manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini.* Idemque prædocuerant Concilium Florentinum in decreto Eugenij IV. & *Lateranenſe relatum in capit. Firmitèr §. Vna verò de ſumma Trinit. & Conſtantienſe ſeſſ.* 8. dùm damnat propoſitionem hanc Ioannis V viclef: *Accidentia panis nõ manẽt ſine ſubiecto in hoc ſacramento.* Et ideò in hanc cõcluſionem conſpirant AA.

3 Dico ſecundò, non eſt de fide, manere in Euchariſtia alia accidentia, quæ ſenſu non percipiuntur. Quia tantùm eſt definitum, ſpecies, aut accidentia panis, & vini manere in Euchariſtia: ſed ad occultandum myſterium fidei, ſeu corpus, & ſanguinem Chriſti Domini (propter quod id definit Eccleſia) ſufficit, manere accidẽtia ſenſibilia, & ſpecies ſacramentales; (ut locuntur PP. & Concilia) ergo nihil cogit, ut dicamus, de fide eſſe, manere omnia accidentia ¶ Adde, Concilia ſolùm definiſſe, non manere ſubſtantiam panis, aut vini: de quo tantùm cum hæreticis erat controverſia. Quarè, ſi aliàs experientia non doceret, ibi manere accidentia, concilia de illis non meminiſſet: meminerunt autem: ne viderentur opponi experientiæ, & vt ſatisfacerent hæreticis docentibus, ibi eſſe ſubſtantiam panis, & vini, ſuppoſito, quòd harũ ſubſtantiarum accidentia perſeverabant, ſed ad hanc experientiam ſalvandam ſufficit Eccleſiæ, definire, ibi eſſe accidentia ſenſibilia: ergo iſta tantùm manere, eſt de fide. ¶ Dices: Eccleſia decernit, ſolùm ſubſtantiam panis, & vini converti in corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. ergo ſola ſubſtantia deſinit eſſe: ergo manent omnia accidẽtia, quæ non fundantur in ſubſtantia. Reſpond. ita eſſe: non tamen decernitur à Concilio. Immò poterat quis dicere, (etſi ſine fundamento) quòd, ſicùt ad poſitionẽ corporis Chriſti Domini ponuntur eius accidentia; ita ad deſitionem ſubſtantiæ panis, & vini deſinebant aliqua iſtarum ſubſtãtiarum accidentia; & ſolùm conſervantur illa, quę ad occultandũ corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. erãt neceſſaria.

DV-

DVB. III.

4 PEtes tertiò. An omnia accidentia panis, & vini, quæ manent in Euchariſtia, ſint ſine ſubiecto? Reſpond. ſub diſtinctione. Quare dico primò: quantitas ibi manet ſine ſubiecto. Quia non eſt, in quo inhærere poſſit. Itèm, quia oppoſitum eſt damnatum in Concilio Conſtantienſi contra Vvicleſ; vt *num.* 2. notabamus.

¶ Dico ſecundò, quodcumque aliud accidens panis, & vini repertum in Euchariſtia ſubiectatur in quātitate tamquam in ſubiecto propinquo. Quia ſic erant ante conſecrationem: ſed poſt conſecrationem non deſtruitur quātitas: ergo ſine fundamento diceremus, alitèr ſe habere. Confirmatur, quia ſi non eſſent in quantitate, non moverentur ad motum quantitatis; aut moveretur vnum, non moto alio. (Contra experientiam) Ita Scotus *in* 4. *diſtinct.* 12. *quæſt.* 2. §. *Ad quæſtionem verſic. Sed de facto, & in Reportat. ibidem.* §. *& verſ. Ideò dico, & alibi. Idem tenet D. Thom. Suarez, Vazquez, Adamus, Becanus, & communitèr ſcholaſtici, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſput. 7. diff.* 4.

5 Dices, quòd Scotus in priori loco dicit, qualitatē ſubiectari in quantitate, non quidem in omni ſententia, ſed ſolùm in ſententia, quæ affirmat, quantitatem diſtingui realitèr a re tanta. Sed oppoſitum non reputat improbabile: ergo nec reputabit improbabile, quantitatem Euchariſtiæ non ſubiectari in quantitate. Reſpond. explicando minorem: fateor enim, Scotum ſentire, eſſe probabile, quātitatem non diſtingui à re quanta: non quidem, quia ipſe hoc defendat, tamquàm probabile; ſed quia ſecūdum alios eſt probabile. Et ideò ibi *verſic. Qui autem* ſic proſequitur *dicerent, quantitatem ſubſtantiæ corporeæ non eſſe aliud ab eſſentia talis ſubſtantiæ, & quantitatem coloris non eſſe aliud à colore, dicerent, qualitatem hic non eſſe in quantitate; immò magis quātitatem, quæ apparet, eſſe quantitatem qualitatis. Sed de iſta alteratione habetur lib.* 2. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. Itaquè verum eſt, Scotum (dum dicit, qualitatem Euchariſtiæ ſubiectari in quantitate) ſolùm loqui ſecundum ſententiam, quæ affirmat, quantitatē diſtingui realitèr à re quanta. Tamen, cùm iſta ſit ipſius ſententia: (vt obſervat Cavellus *ibi in ſcholi* §. *Ad quæſtionem*) dicimus abſolutè, quod Scotus defendit noſtram concluſionē: quamvis aliàs fateamur, ſenſiſſe Scotum, alitèr eſſe reſpondendum in ſententia Nominalium, quā ipſe cognoſcit, & fatetur, eſſe probabilem; non tamen illā, vt probilē propugnat.

6 Sed *Ochamus lib. de Sacramento Altaris capit. 62. & 63. Gab. Maior, & Aliacenſis* dicunt, omnia accidentia Euchariſtiæ eſſe ſine ſubiecto; & conſequẽtèr qualitates non ſubiectari in quantitate. Exiſtimant enim, quantitatem non diſtingui à re quanta: ſed tam ſubſtantiam corpoream, quàm quodlibet accidens habere ſuam quantitatem ab eis indiſtinctam. Et cùm quantitas ſit ſine ſubiecto in Euchariſtia; ita & reliqua accidentia. ¶ Idem docent *Marſilius in 4. quæſt. 9. artic. 2. & Gotfredus in 4. p. ſumm. in materia de Euchariſtia*, licèt ex diverſo fundamẽto: putãt enim, omnia accidentia immediatè eſſe in ſubſtantia: & cùm in Euchariſtia non ſit ſubſtãtia, omnia accidẽtia manent ſine ſubiecto. Igitur pro his ſententijs contra noſtras cõcluſiones obijcitur: quantitati repugnat eſſe per ſe; ſicùt ſubſtantiæ eſſe in alio: ergo non poteſt eſſe ſubiectum aliorum accidentium. Reſpondetur diſtinguendo cõſequens: quantitas enim non ſuſtentat alia accidentia, ſicùt illa ſuſtentat ſubſtantia: etenim hæc illa ſuſtentat vltimatè, ſeu tamquàm ſubiectum vltimum, ſeu remotum: quantitas autem non vltimatè. Sicùt, licèt creatura efficientèr dependeat à Deo vltimatè; poteſt tamen non vltimatè pendere ab alia creatura. Quarè in forma diſtinguo conſequẽs: vltimatè, cõcedo: nõ vltimatè, nego. Sic enim non ſolũ quãtitas, ſed etiam qualitas Euchariſtiæ eſt ſubiectum relationis ſimilitudinis, diſſimilitudinis, &c. Vndè conſtat, Ariſtotelem non loqui de ſubiecto non vltimo accidentium, ſed de vltimo, quando 7. *Metaphyſ.* dicit, quòd ſubſtantia eſt primum ſubiectũ accidentium.

7 Obijcies ſecundò, qualitas, & quodlibet accidens habet propriam quantitatem, aut extenſionem indiſtinctam à ſua entitate: ergo quodlibet eſt ſine ſubiecto. Reſpondetur negando antecedens: quantitas enim eſt peculiaris entitas diſtincta à quolibet accidente, & vi cuius vna ſubſtantia corporea (quæ ex ſe habebat extenſionem) redditur impenetrabilis cum alia ſubſtantia affecta quantitate: & ideò mutuo ſe expellunt ab eodem loco. Si autem quodlibet accidens haberet propriam quantitatem, non poſſent ſimul eſſe in eodem loco. (contra notiſſimam experientiam.)

(.*.)

Digitized by Google

DVB. IV.

8 PEtes 4. Annon ſolùm quantitas, ſed etiam qualitas (albedo, v. g.) poſſet eſſe ſine ſubiecto? Reſpond. affirmativè. Quia eſt quid abſolutum; (ſicùt quantitas) ergo, ſicùt quantitas conſervatur ſine ſubiecto, poteſt & qualitas cõſervari. Secundò, quia qualitas eſt perfectior quantitate: ergo, ſicùt conſervatur quantitas extra ſubiectum: ita poſſet & qualitas. Antecedẽs probatur: quãtitas enim ſequitur materiam; qualitas vero formam. Ita *Scotus in 4. diſt. 12, q. 2. §. Hic ſunt duæ verſic. Contra opinionem*: vbi Cavellus citat *Durand. Capreol. Sotum, Occam, Gab. & Ferra.*

9. *Sed Ægid. Romanus theoram. 36. 37. 38. & 39.* (vt citant Marginiſtæ Scoti *in illo §. Hic ſunt*) affirmat, ſolam quantitatẽ poſſe eſſe ſine ſubiecto. Et obi. ſola quantitas individuatur per ſe; reliqua vero accidentia individuãtur per quãtitatẽ: ergo, ſi aliquod accidens eſſet ſine quantitate, eſſet hoc, & non eſſet hoc. Reſpondetur negando antecedens: quia nullum ens eſt ſingulare formalitèr per aliquid alterius generis. Sicùt enim in quolibet genere eſt invenire ſupremum in coordinatione illius generis, & omnia alia media genera, & ſpecies: ita eſt invenire aliquod infimum per ſe in illa coordinatione, de quo omnia prædicantur, & ipſum nõ de alio. ¶ Obi. 2. ſi qualitas ſepararetur à ſubiecto, eſſet ſenſibilis; (cum eſſet de tertia ſpecie qualitatis) & non eſſet ſenſibilis: (quia nõ quantũ non poteſt ſentiri) ergo nequit dari ſeparata a quantitate. Reſp. negando antecedẽs: color enim, v. g. ſeparatus à quãtitate eſſet ſenſibilis remotè: (tale dicitur, quod habet formam ſufficientem ad cauſandũ ſenſationem) non tamen proximè defectu alicuius conditionis, nempè extenſionis.

10 Obi. 3. albedo ſeparata à quãtitate eſſet ſpiritualis; (quia indiviſibilis, ſeu ſine extenſione) & non ſpiritualis, ſed corporea: (quia de tertia ſpecie qualitatis) ergo nequit dari ſeparata à quantitate. Reſp. negando antecedens: ſimplicitèr enim eſſet corporea, quia eſſet apta nata perficere corpus: & ſolùm ſecundum quid eſſet incorporea: nempè quatenùs non eſſet in corpore. ¶ Contra: ſi albedo aliquo modo eſſet incorporea poſſet ineſſe ſpiritui: & conſequẽtèr ſpiritus eſſet albus. Reſpõ. negando: quia, ſicut lapis nequit recipere ſapiẽtiã: ita neque Angelus, aut anima ſeparata poteſt recipere albedinem. (*ſivè iſta forma ponatur diviſibilis, ſivè non*: ſubdit Scotus *ibi verſ. Ad quartum*) Et hoc provenit ex eo, quod Angelus eſt Angelus, & albedo eſt albedo.

DV-

DVB. V.

11 PEtes 5. An, ut quantitas Euchariſtiæ ſit ſine ſubiecto, ſuperaddendus ſit illi aliquis modus poſsitiuus? Reſpō. negatiuè. Quia ſine tali modo poteſt Deus conſeruare quantitatem extra ſubiectum: ergo talis modus ſuperfluit. Ita *Scotus in 4. d. 12. quæſ. 1. §. Ad argumenta verſ. Ad ſecundū, & Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp. 47. cap. 1. num. 3. Rada controv. 10. art. 2. cōcluſ. 7. & 8. & Tribarne diſp. 47. ſect. 1. concluſ. 2. Ex alijs autē Bellarm. lib. 3. de Euchariſtia, Valētia, & Ledeſma, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 7. diff. 2. Immò Fabro ibi num. 4. citat pro hac ſententia Sotum in 4. d. 10. quæſt. 2. art. 2. Palud. d. 12. q. 1. art. 3. & Marſ. q. 9. qui explicant D. Th. in hoc ſenſu.*

12 Sed oppoſitum defendūt *D. Th. 3. p. quæſt. 77. art. 1. ad 4. Varron, & aliqui antiquiores apud Fabro ibi num. 2. Itém Vazq. Suar. Valentia, & Ægid. apud G. Hurt. diſp. 7. diff. 2.* Diſcordant tamen inter ſe ſe. Quia, etſi conſpirent in hoc, quòd accidens extra ſubiectum habet nouū eſſe, quod priùs nō habebat, & eſt eſſe per modum ſubſtantiæ: antiqui dicebant, accidēs ſeparatum habere nouum eſſe à Deo. Exiſtimabant enim, accidēs vnitum ſubiecto non habere proprium eſſe, ſed exiſtere exiſtentia ſubſtantiæ. Et ideò, dùm exiſtit extra ſubiectum, putabāt, recipere nouum eſſe, & exiſtentiam à Deo. Quem modū philoſophādi refert, & impugnat Scotus *in 4. d. 12. quæſt. 1. §. Hic dicitur, & Hugo, Cavellus, & Marginiſtæ, Scoti* tribuūt D. Thomę, & alijs antiquioribus; ¶ Alij autem dicebant, accidens etiam vnitum ſubſtātiæ habere eſſe proprium, & exiſtentiam: ſed addunt, illud eſſe mutari à Deo, dùm accidēs ſeparatur à ſubiecto, ſecundum modum eſſendi. Prius enim eſſe accidentis erat eſſe per modum inexiſtēdi; ſeu incſſendi in alio; poſt ſeparationem autem à ſubiecto eſt eſſe per modum ſubſtantiæ: quia per ſe ſubſiſtit. Qui modus philoſophandi eſt Caiet. *3 p. q. 77. art. 1. & communis inter RR.* Igitur hi omnes conſpirant cōtra noſtram, concluſionem.

13 Et obijciunt: vt ſubſtantia exiſtat per ſe indiget modo poſitivo ſibi ſuperaddito. ergo, & accidens. Reſp. negando antecedens: modus enim perſeitatis eſt modus intrinſecus cōſtituens ſubſtantiam in ſuo eſſe eſſentiali, & per quem diſtinguitur à quocumque non tali. Itaquê, ſicùt rationale cōtrahit animal ad eſſe hominis: ita perſeitas contrahit ens ad eſſe ſubſtantiæ. (Hac obſeruata differentia, quòd rationale eſt differentia, & contrahit genus; perſeitas verò eſt modus intrinſecus; contrahitque ens, quod eſt quid

quid tranſcendēs omnia) Quarè, ſicùt rationalitas non advenit homini iam cōſtituto in ſuo eſſe eſſentiali, ſed ipſum conſtituit: ita perſeitas non advenit ſubſtantiæ in ſuo eſſe eſſentiali conſtitutæ, ſed ipſam cōſtituit. Et conſequentèr, ſicùt nequit concipi homo ſine rationalitate, nequit concipi ſubſtantia ſine perſeitate. Et ideò falſum eſt, quòd modus perſeitatis additur ſubſtantiæ: licèt verū ſit, quòd perſeitas additur enti, vt conſtituatur ſubſtantia. Modus verò perſeitatis, quem adverſarij volunt addere accidenti, non eſt, vt conſtituatur; (conſtituitur enim per alium modū oppoſitum, qui dicitur aptitudo inexiſtendi alteri per quem contrahitur ens ad eſſe accidētis) etenim ſine illo accidens exiſtit extra cauſas: vt ſuppono, nemine negante, & patet in ipſa quantitate panis ante conſecrationem. Vndè fit, quòd, ſicùt in ſubſtantia perſeitas non eſt aliquid ſuperadditum ſibi; ita quando accidens eſt extra ſubiectum, nihil ſibi ſuperadditur; ſed ſolū ſibi aufertur inhærentia ad ſubiectum: inhęrētia (inquam) actualis: aptitudinalis enim eſt inſeparabilis ab accidenti: cùm ſaltem identificetur cum illius eſſentiâ.

14 Obi. 2. quantitas Euchariſtiæ ſine modo poſitivo ſuperaddito erit violenta, & cum illo non: ergo eſt admittendus. Reſp. eſſe quidem violentam: ſed non, quia caret illo modo, (ad quem nullam inclinationē dicit) ſed, quia caret actuali inhærentia: ad quam naturalitèr inclinatur. ¶ Contra: humanitas Chriſti D. eſſet violenta ſimplicitèr, ſi maneret ſine propria, & aliena perſonalitate: modò autem nullo modo eſt violenta, eo quòd, etſi careat propria, tamen loco illius adeſt perſonalitas Verbi: (vt diximus in tractatu Incarnationis *cap. 3. diff. 2. à num. 6.*) ergo, ſi in accidēti ſeparato ponamus aliquem modum poſitivum, quo exiſtat extra ſubiectum, carentiâ actualis inhærentiæ nō erit illi violenta; quamvis aliàs ſine illo modo eſſet ſimplicitèr violenta. Reſp. diſparitatem eſſe, quòd non apparet, quomodò conducere poſſit ad non inhærendum actualitèr aliquis modus, aut entitas poſitiva. Benè tamen apparet, quomodò perſonalitas divina terminet naturam humanam carentē propria perſonalitate.

15 Obi. 3. in omnibus rebus, deſtructo vno modo, ſtatim reſultat alter: (v. g. in quantitate, deſtructa vna figura, reſultat alia) ergo in accidenti deſtructa actuali inhęrentia, ſtatim reſultabit modus eſſendi per ſe. Reſp. diſtinguendo antecedēs: eſt enim verum, quòd ſtatim reſultat alter, ſeu (propriùs loquēdo) res manet ſub alio modo.

Digitized by Google

do. Falſum tamen eſt, eſſe neceſſarium, quòd modus reſultās ſit poſitivus. Si enim Deus ab aliquo quanto auferret omnem colorem v. g. alitèr quidem ſe haberet, ac anteà: (& ob hoc diceretur, ibi reſultaſſe alium modum, ſeu, propriùs loquendo, quod tale quantum ſub alio modo exiſtebat) non tamen, quia haberet novum aliquem modum poſitivum.

16 Obj. 4. quantitas Euchariſtiæ diverſa actione cōſervatur a Deo, ac quando erat in pane: ergo habet diverſum modū poſitivum. Patet conſequentia: quia actio, qua modò cōſervatur, eſt poſitiva. Reſp. negando antecedens: cùm enim quantitas illa non fuerit deſtructa, nō apparet, quomodo poſsit conſervari poſt ſeparationē diſtincta actione, ac fuit producta, & conſervata ante ſeparationē. Et, cùm ſola actualis inhęrentia quantitatis ad ſubſtantiam panis fuerit deſtructa, caret quidē reſpectu ad illam; nullam tamē aliam mutationē habet: vt docet Scotus *in 4. d. 12. q. 1. §. Ad argumenta verſ. Ad ſecundū* verbis illis: *idem modus eſſēdi variatur: quia eſſe illud in pane fuit ſubiectum cuiuſdam reſpectus realis ad panem: quando autem eſt per ſe, privatur illo reſpectu. Et per hoc patet, quòd dicunt diverſum modū circa eſſe, ponēdo reſpectū ad aliud, & privando*. Vndè conſtat, immeritò dixiſſe aliquos Scotiſtas, Scotum docere, Aliam eſſe actionem, qua Deus conſerva quantitatem poſt conſecrationem ab illa, qua ipſam in pane conſervabat.

17 Inſtabis: nunc actione ſupernaturali conſervatur quantitas: antea autem actione naturali: ergo eſt diverſa. Reſp. explicando antecedēs: eſt enim falſum, actionem illam eſſe ſupernaturalem ſtrictè: alias quātitas præcedens amiſiſſet ſuum eſſe entitativum naturale; & aliud eſſe entitativè ſupernaturale accepiſſet: & conſequentèr non eſſet eadem quantitas numero; immo ſaltèm modalitèr eſſet diverſa: cùm naturale, & ſupernaturale differant ſaltèm modalitèr. Dicitur autem, quātitatem ſupernaturalitèr conſervari à Deo: quia conſervatur eo modo, quo nullū agēs creatum poſſet illam conſervare, nempè ſine concurſu materiali ſubiecti. Tamen Deus ad hanc conſervationem non applicat diverſum concurſum, ac adhibuit ad educendum illam quātitatem ex potentia ſubiecti: (qui concurſus fuit in genere cauſæ efficiētis) ſed per illummet illam cōſeruat. Immo addo, quòd, etſi etiam ſubiectum tunc concurriſſet efficientèr, ceſſante eius concurſu, conſervaret Deus prædictam quantitatem eodemmet cōcurſu, quo antea illam conſervabat in pane. Sicùt modò me conſervat, quam-

quamvis ceſſaverit concurſus, quo pater meus efficientèr totalitèr me generavit. ¶ Plus adde, nempè, quòd, etſi quantitas Euchariſtiæ in genere cauſæ efficiētèr cōſervaretur à pane; iſto deſtructo; conſervaretur à Deo eodēmet invariato cōcurſu, quo ſimul cum pane ante eius deſtructionem illam cōſervabat. Quia, cùm cōcurſus cauſæ particularis, & vniverſalis ſint totales; (etſi ſubordinetur concurſus cauſæ particularis, aut ſecundæ concurſui cauſæ vniverſalis, aut primæ) in ſuppoſitione, quòd vnus ſeparetur ab alio, quilibet illorum totum conſervabit effectum.

DVB. VI.

18 PEtes 6. An accidentia Euchariſtiæ, ſeu ſpecies ſacramentales idem poſsint agere, ac ante ſeparationē? Reſpond. affirmativè. Quia experimur, quantitatem illam expellere à loco aliam quantitatem, & quemcumque alium eius effectum Itèm & quemcumque effectum cuiuſcumque qualitatis Euchariſtiæ. (albedinis, v. g.) Et rationem aſsignat Scotus *in 4. d. 12. q. 3. §. & verſ. Tertia concluſio* nempè, quòd qualitas (v. g. calor) eſt totale principiū ſuæ actionis: & aliàs eſt modo convenienti ad agendum, nempè in quātitate. Itèm quātitas etſi non ſit in ſubiecto, eſt tamen cum ſua extenſione naturali: ergo idem agere poteſt quodlibet accidēs Euchariſtiæ, ac poterat ante ſeparationem. Patet conſequentia: quia ſubiectum, ſeu ſubſtantia accidentibus ad agendum nullam communicat virtutem; ſed eſt quaſi vehiculum, (immediatū reſpectu quantitatis, & mediatum reſpectu aliorum accidentium) aut ſuſtentaculum. Quarè, cùm aliàs à Deo ſuſtētentur cum ſuo modo naturali, idem, & eodem modo poterunt agere tàm realitèr, quàm intentionalitèr, ac ante ſeparationem. Vndè fit, quòd, ſuppoſito miraculo ſuſtentandi quantitatem ſine ſubſtantia, ſine alio novo miraculo; tam ipſa quantitas, quàm quodlibet aliud accidens in ea exiſtēs agat, quidquid ageret in ſubiecto. Ita Scotus nupèr citatus, & Scotiſtæ: eſtque communitèr receptum; quamvis aliàs diſcordēt AA. in aſsignando actiones, quas ibi exercere poſsint prædicta accidentia. Hoc tamē alii idem affirmant, nempè, quia diſcordant in declarando quid poſsit agere accidens in ſubiecto: Semel tamē ſtatuto, hoc, vel illud poſſe agere, inferunt AA. (vnuſquiſq; in ſua ſententia) accidens ſeparatum à ſubſtantia, vel accidens Euchariſtiæ idem poſſe agere, ac poterat ante ſeparationem.

19 Quarè Thomiſtæ, qui cum D. Thoma *in 4. diſt. 12. art. 1. quæſt. 1.* affirmant, formam ſub-

ſubſtantialem non eſſe immediatè activam, ſed accidens in virtute ſuſtãtiæ attingere productionem ſubſtantiæ. Idem affirmant de accidentibus ſeparatis. Nos autem, qui Scoto *in 4. diſt. 12. quæſt. 3.* affirmamus, accidens non poſſe eſſe inſtrumentum generationis ſubſtantiæ, dùm eſt in ſubiecto; idem dicimus de accidente, dùm eſt extra ſubiectum. ¶ Sed age pro ampliori horum intelligentia libemus omnia, quæ Scotus in quæſtione illa tertia fuſiori ſermone tractat.

20 Igitur ibi quærit idem, quod nos in præſenti, nempè vtrùm accidens in Euchariſtia poſſit habere quamcumq; actionem, quam poterat habere in ſubiecto? Et, propoſitis rationibus dubitandi, refert ſententiam quæ affirmat, quòd in actionibus naturalibus formæ ſubſtantiales nõ ſunt immediatum principiũ agẽdi, vel principium proximũ activum; ſed agunt mediantibus qualitatibus activis, & paſſivis, tamquã proprijs inſtrumentis. Quam ſententiam Marginiſtæ Scoti tribuunt D. Th. *in 4. diſt. 12. art. 1. quæſt. 1.* & Scotus illam refutat. Et poſteà tria dicit reſolvẽdo quæſtionem propoſitam *à § & verſ. Dico ergo.* Primum eſt: accidens ſeparatum non poteſt eſſe inſtrumentum generationis, ſeu non poteſt habere aliquam actionem reſpectu ſubſtantiæ generandæ. Quia nihil poteſt eſſe inſtrumentũ non entis. (nempè panis non exiſtentis) ¶ Dicit ſecundo, quòd accidens Euchariſtiæ non poteſt eſſe cauſa principalis productionis ſubſtantiæ. Quia agens univocum eſt æquè perfectum; & æquivocũ perfectius ſuo effectu. Sed accidens Euchariſtiæ (& univerſalitèr quodcumq;) eſt imperfectius ſubſtantia: ergo illam generare nequit tamquam cauſa principalis. ¶ Dicit tertio: accidens Euchariſtiæ poteſt agere quamcumque actionem tam realem, (ut eſt expellere aliam quãtitatem à loco: frigefacere, &c.) quam intentionalẽ (vt eſt movere ſenſum tactus, viſus, olfatus, &c.) quam exercere poterat in ſubiecto. Quia eſt totale principiũ ſuæ actionis; & alias exiſtit ſub modo extenſionis ſibi ad agendum neceſſario. Hæc tria Scotus ibi lato calamo proſequitur, ſolvitque, quæ contra illa poſſunt opponi. Vnde conſtat, ipſum exiſtimaſſe, ſolam illam actionem eſſe negandam accidentibus Euchariſtiæ, quam illi negamus, dùm in ſubiecto exiſtit: (nempe poſſe principalitèr, aut inſtrumentalitèr attingere productionem ſubſtantiæ) Inſupèr, & illi concedendam eſſe quamcumque, tàm realem, quàm intentionalem, quam exiſtens in ſubiecto poſſet efficere. Quod & in quacum-

cumque ſententia eſſe affirmā-dūm, eſt mihi certum: aliàs ſumeretur experimentum realis præſentiæ Chriſti D. ſub illis accidentibus occultati.

21 Sed contra hanc Scoti, noſtram, & communem ſentētiam (accidens Euchariſtiæ idē poteſt agere, tàm actione reali, quàm intentionali, ac poterat in ſubiecto.) obijcit ſibi Scotus: agere ſolùm convenit ſuppoſito: ergo accidens Euchariſtiæ agere non poteſt. Confirmatur ex Boetio *de Hebdomadibus* dicente. *In omnib⁹ citra Deū differunt, quo eſt, & quod eſt*: ſed accidens natū eſt eſſe, quō ſubſtantia agit: ergo nequit eſſe, quod agit. Maior probatur exemplo animæ: etenim, quia anima eſt id, quō homo eſt homo: ideò anima non poteſt eſſe homō. Reſpond. ex Scoto *d.* 12. *quæſt.* 3. *§. Ad principales à verſ. Ad ſecundum*, quod iſta propoſitio (*actio tantùm eſt ſuppoſiti*) nō habetur à Philoſopho 1. *Metaph.* (undè dicunt adverſarij deſumi) ſed tantùm iſta, quòd actio eſt circa ſingularia. Ex qua nihil concluditur ad rem: cùm quodlibet accidens Euchariſtiç operetur circa ſingulare. ¶ Sed, admiſſo, quòd iſta propoſitio (*actio ſolius eſt ſuppoſiti*) ſit Philoſophi, reſpōdetur diſtinguēdo: denominativè, concedo: effectivè, nego. Sic enim dicimus ignem calefacere; quamvis aliàs totale principium calefactionis ſit calor exiſtens in igne. ¶ Alitèr adhùc diſtinguit Scotus: ſolius ſuppoſiti eſt agere, vel alicuius habentis modū ſuppoſiti: quem modum habet accidens in Euchariſtia. Et ratio eſt, quòd ſuppoſitum, necnō & ſubiectum ad hoc, vt ſubſtantialis, aut accidentalis forma operetur, ſolùm eſt vehiculum, aut ſubſtantivum formæ, in qua reſidet tota virtus efficiendi. Ad confirmationem ex Boetio dico, eſſe intelligēdum non de realitèr, ſed de formalitèr diſtincto. Quæcumque enim potētia differt formalitèr à ſuo ſubiecto. ¶ Exemplum de anima, & homine non eſt ad rem: quia eſt de *quo*, & *quod* in eſſendo. Nos autem loquimur de *quo*, & *quod* in ordine ad operādum.

22 Obj. 2. *In Mathematicis non eſt finis, nec motus, nec bonum*: *ex* 3. *Metaph.* ſed quantitas ſeparata nōn eſt forma naturalis, ſed purè mathematica: ergo nihil poteſt agere. quantitas Euchariſtiæ. Reſpond. ex Scoto *d.* 12. *quæſt.* 3. *§. Ad principales à verſ. Ad illud* negando minorē: quantitas enim in Euchariſtia non abſtrahit à qualitatibus: *purè autem mathematicum, ita abſtrahit à qualitatibus naturalibus, ſicut à forma ſubſtantiali*. Immutat ergo ſenſum qualitates, quç ſunt in quantitate Euchariſtiç; necnon & ipſa quantitas; illæ quidem, quia ſunt ſenſibi-

le

le per ſe primò ; quantitas autem quia eſt ſenſibile per ſe non primo.

23 Sed quæres obitèr: ſi quātitas eſſet ſine aliqua qualitate, eſſet activa in ſenſum? Reſpondet Scotus ibi negativè. Quia vel non imprimit ſpeciem: (ſecundum aliquos) ſolùm enim ſenſibile propriū imprimit ſpeciem: ſenſibilia verò communia ſolùm conducunt ad modū immutandi ſenſum. Vel, ſi ſenſibile commune imprimit ſpeciem propriam ſui; (*alioquin quomodo propriè ſentiretur*: inquit Scotus *ibi verſ. Poteſt*) non tamē poteſt, illam cauſare ſine concauſatione ſenſibilis proprij: quamvis enim quantitas (quæ eſt ſenſibile commune) ſit prior in eſſendo, quàm qualitas: (albedo v.g. quæ eſt ſenſibile proprium) non tamen in agendo in ſenſum. *Et fortè ratio eſt,* (ſubdit Scotus) *quia ſenſus eſt primò potentia receptiva ſui proprij obiecti. Et ideò à nullo alio poteſt recipere alium actum, niſi prius naturalitèr ſit in iſto actu.*

¶ Nota, illam quantitatē poſſe movere intellectum ſeparatum à ſenſibus in intelligendo: quia eſt per ſe intelligibilis.

24 Obi. 3. *Agens, & patiēs oportet cōmunicare in materia, ex 1. de Generat. tex. 87.* ſed accidētia Euchariſtiæ non ſunt in materia: ergo agere non poſſunt. Reſpond. ex Scoto *ibi verſ. Tertium*, ſufficere, quòd aptitudinalitèr communicent. Reſp. 2. *Ariſtotelem* loqui de Generationibus naturalibꝰ, ſeu in quibus nullum intervenit miraculum: non autē de illis, quę fiunt præcedenti miraculo, quo accidens agens conſervatur ſine materia, aut ſubiecto. ¶ Obi. 4. quod 7. *Metaph.* arguitur cōtra ideas Platonis, quod idea non poteſt eſſe principium agendi cōpoſitum, quia eſt forma ſeparata. Sed accidentia Euchariſtię ſunt formę ſeparatę: ergo nō poſſunt agere. Reſp. ex Scoto *ibi à verſ. Ad quartum*, ſolùm concludere, illa accidentia non poſſe eſſe principium alicuius compoſiti ſubſtantialis, adhùc inſtrumentalitèr: vt conſtat *ex num. 19. & 20.*

25 Obi. 5. Accidens extra ſubiectū poteſt agere omne id, quod poteſt, dū eſt in ſubiecto? Ergo, ſi ſpecies intelligibilis ſeparata exiſteret præſens intellectui poſſet ſimul cum illo producere intellectionem. Et, ſi habitus charitatis ſeparatus eſſet præſens voluntati, poſſet ſimul cum illa producere actum charitatis. Reſp. ex Scoto ibi *verſ. Reſpondeo, & verſ. Illud* concedo vtrūque: quia cauſæ efficiēti accidit, quòd inhæreat ad cauſandū. Quarè, ſi ſpecies aut habitus eſſet præſens potentiæ nō per inhærentiam, ſed per ſimplicem præſentiam, æquè concauſarent; ſicùt nunc inhærendo: exigunt enim inhærere non vt cauſent; ſed quia accidentia ſunt.

26 Obi.

26 Obi. 6. Accidentia Euchariſtiæ ſeparata poſſunt agere, quidquid poſſent ante ſeparationem? ergo poſſunt corrumpere formam ſubſtantialem paſsi, in quod agunt; ſed hoc eſt falſum: ex eo enim ſequeretur, vel, quòd illa accidētia deſtruerent totum paſſum: & conſequentèr, quòd haberēt virtutem annihilandi, quod nō conceditur creaturæ. Vel quod maneret materia illius paſsi ſine forma: quia accidentia non habent virtutem introducendi formam ſubſtantialem: ex dictis *à num.* 19. Reſpond. ex Scoto *diſt.* 12. *quæſt.* 3. *§. Dico ergo à verſ. Ad aliud dubium* negando ſuppoſitum conſequētis; nempè, quòd accidentia, dùm ſunt in ſubiecto, poſſunt corrumpere formam ſubſtantialem paſſi, in quod agunt. (Sicùt enim nō poſſunt producere aliquam ſubſtātiam: ut diximus *num.* 19. & 20. ita neque corrumpere.) Quia *nulla ſubſtātia* (inquit Scotus *ibi verſ. Dico ergo*) *corrūpi poteſt, niſi à ſubſtātia. Sicùt neque oppoſitum ſubſtantiæ corrūpendæ poteſt induci, niſi à ſubſtantia. A quali autem contrario non corrumpitur ſubſtantia, niſi diſpoſitivè: quia ad illam alterationem ſequitur generatio, niſi aliquod impediat.* Quæ generatio, (in Euchariſtia) ſeu inductio ſubſtantiæ (& conſequentèr corruptio præexiſtentis) fit à cauſa vniverſali; immò & ſine miraculo: *quia regulari-tèr omnem impotentiam totius naturæ creatæ Deus ſupplet: vt patet in animatione corporis organici: vbi non ponitur miraculum.* (concludit Scotus *ibi verſic. Nec hoc eſt*) ¶ Vndè patet, accidentia Euchariſtiæ, quando agunt in paſſum, neque annihilare ſubſtātiam; neque relinquere materiā ſine forma. Solùm enim diſpoſitivè corrumpunt formā præexiſtētem: & inducunt novam. Effectivè autem tàm corruptio unius, quàm generatio alterius fit à Deo, qui ad præſentiam ſpecierum Euchariſtiæ facit, quidquid facerēt ſubſtantiæ panis, & vini, ſi ſub illis continerentur.

27 In calce huius dubij nota, actionem realem, & intentionalem accidentium (ſivè exiſtant in ſubiecto, ſivè extra illud) non eſſe eādem, ſed diverſam. (vt docet Scot⁹ *ibi verſ. Ad primum*) Quia non eſt idem paſſum, ſed diverſum: ergo & actio non eſt eadem, ſed diuerſa. Patet conſequentia: etſi enim actio maneat in agente, ipſum denominans; eſt tamē quidem reſpectus ad paſſum, vel ſaltêm talem reſpectum involvit; qui diverſificatur ad diverſificationem paſsi. Et ideò paſſum diverſum arguit in agente diverſam actionem, per quam agens reſpicit ipſum paſſum diuersū. Quarè, ſi paſſa ſint numero tantùm diverſa, actiones in agente ſolùm numero differunt. Si au-

Ff tem

Digitized by Google

tem paſſa ſpecificè, aut genericè differant, ſic etiam differunt actiones in agente. In præſenti vero paſſum recipiens actionē realem à paſſo recipiente actionem intentionalem pluſquā numero differt. (ut ex diverſitate organi convincitur) Propter quod ſequitur, quòd agens non agat in hoc paſſum, & in illud actione eiuſdem rationis. ¶ Dices: accidentia (albedo, v.g. aut calor) non agunt per electionem, aut liberè, ſed naturalitèr, immò & ad vltimum de potentia: ergo, quantum eſt de ſe, ſemper agunt uniformitèr: ergo idem mittūt in quodcumque paſſum; ergo non eſt alia, & alia actio ex parte agentis. Reſpond. ex Scoto *ibi verſic. Et tunc* diſtinguendo primum, & ſecundum coſequens: (& negando vltimam conſequentiā) circa idem paſſum, concedo: circa diverſum, nego. Quarè, ſicùt ſol propter diverſas diſpoſitiones ſubiectorum, circa quę agit, producit in eis diverſos effectus per diverſas actiones: ita idemmet accidens propter diverſas diſpoſitiones paſſorū, in vno agit actione reali, in alio intentionaliter. ¶ Dices ſecūdò, vnicum principium activū naturale habet vnicam actionem: ergo accidens ſolùm poteſt agere realitèr, aut intētionalitèr. Antecedens probatur ex Cōmentatore *3. de Cœlo cōment.* 72. dicente: *Si vna natura, & actio erit vna.* Reſp. ex Scoto *ibi verſ. Ad ſecundum*, diſtinguēdo antecedens. ſi eſt limitatum in ſua virtūte ad vnicam actionem, (vt homo ad generādum hominem: & quæcumque forma, aut cauſa univoca) concedo: ſi eſt illimitatum, nego. Vndè patet ad illud Cōmentatōris: loquitur enim de forma limitata, ſeu vnica in virtute ad agendum.

DVB. VII.

28 PEtes 7. An ſpecies ſacramentales, aut accidētia ſeparata poſſint pati idem, ac in ſubiecto? Reſp. affirmativè. Quia illa quantitas ab alia expellitur; frangitur, calefit, frigefit, &c. Ita *Scotus d.* 12. *q.* 3. *& omnes*: quamvis aliqui differant in declarando, qualitèr ſe habeat quantitas in condenſatione, necnon in rarefactione. Quod, cùm habeat difficultatē etiam, dùm quantitas eſt in ſubiecto, ferè nulla Auctorum diſconvenientia in præſenti reperitur.

29 Sed contra concluſionē obijcies: ſpecies illę franguntur à Sacerdote: ſed tunc ſolvitur cōtinuitas: ergo & vnitas quātitatis: ergo nō manet eadem quantitas, ac priùs: ergo quantitas Euchariſtiæ non patitur. Reſp. non eſſe contra coclusionem, nam idē dicendum eſt de quantitate exiſtēte in ſubiecto.

Igitur verum eſt, quòd per fractionē quantitas Euchariſtiæ amittit unitatē, & fit tot individua quātitatis, quot ſūt partes, in quas dividitur: (ſicùt cōtingit ante conſecrationē) quælibet tamen pars remanet apta pati, quidquid poſſet pati, ſi eſſet in ſubiecto.

30 Obi. 2. Circa ſpecies ſacramētales poteſt fieri cōdenſatio, & rarefactio ab agente creato: ſed in cōdenſatione amittitur quātitas; & in rarefactione acquiritur: ergo nō manet eadē quantitas, ſed maior in rarefactione, & minor in cōdenſatione: ergo non patiuntur ſpecies ſacramentales. Reſp. nō eſſe contra cōcluſionē: nam idē dicendum eſt de quātitate exiſtente in ſubiecto. Igitur verum eſt, per condenſationē amitti aliquā partē quātitatis præexiſtentis; (nō totā ut voluit Gotfredus *quodl. 11. q. 3.* qui exiſtimavit, totam deperdi, & aliam omnino novam fieri: quod impugnat Scotus *ibi §. & verſ. Hic eſt*) & in rarefactione novā partem quantitatis acquiri. (ſine deſtructione totius quantitatis præexiſtētis: vt opinabatur prędictus Gotfr. *ibi.*) Hoc tamē eodem modo cōtingeret, ſi quātitas exiſteret in ſubiecto. Quarè negatur illa ultima cōſequētia: (*ergo non patiuntur ſpecies ſacramentales*) quia in quacumque ſentētia admittēte mutationē quantitatis per cōdenſationē, aut rarefactionem, idem dicēdum eſt de illa exiſtente in ſubiecto, aut extra ſubiectum.

DVB. VIII.

31 PEtes 8. A quo producatur illa nova pars quantitatis, quæ in Euchariſtia acquiritur per rarefactionem? Et quomodo? Itē, à quo, & quomodo deſtruatur illa pars quātitatis, quæ per condēſationē ſpecierum ſacramentalium deperditur? Reſ. à Deo poni per creationem illā, & iſtam per annihilationē deſtrui. Quia, quod à Deo immediatè conſervatur, nequit à creatura corrumpi. Itē non eſt ſubiectum in Euchariſtia, à quo ab aliqua creatura educatur illa nova pars quātitatis: ergo una creatur; & altera annihilatur. Ita Scotus *d. 12. q. 4. §. Quantū ad iſtam à verſ. Sed quid. & Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp. 50. c. 2. à n. 10* Scotiſtę, (inquam) qui admittunt, per rarefactionem novam partē quantitatis acquiri. Hoc enim non habet expreſsè Scot. & eius diſcipuli variāt: ut notat Cavell. *in ſcholio ad verſic. Sed quid?*

32 Ex noſtra cōcluſione reijicitur ſententia aſſerens, quātitatem, quæ in condenſatione ſpecierum ſacramentalium deperditur, deſtrui ab agēte creato; necnō & quę acquiritur per rarefactionem non creari. Ita Gotfr. *num. 30.* citatus, & alij.

Pro qua ſententia objicitur. ſi ſub quantitate Euchariſtiæ eſſet ſubſtantia, (ſicùt erat ante conſecrationem) agens creatū produceret quantitatem, & nō per creationem: ergo & modò Deus agēdo vices agentis creati, & non per creationē ponit illam novam quantitatē in rarefactione; necnon & deſtruit partem quantitatis præexiſtētis in condenſatione. Patet cōſequentia: quia ex vi primi miraculi ſuſtentandi accidentia, ſeu ſpecies ſine ſubiecto tenetur ſupplere, quidquid ageret ſubiectū, vt ſic occultetur myſterium fidei. Reſp. negādo cōſequentiam quoàd illam partē: (*& non per creationem in refractione; & non per annihilationem in cōdenſatione*) quia entitas de novo producta ſine ſubiecto eductionis neceſſariò habet eſſe per creationē: & entitas, quæ exiſtens extra ſubiectum eductionis, deſtruitur, neceſſariò annihilatur. Vt patet in anima rationali, quæ creatur; & annihilaretur, ſi Deus illā deſtrueret.

33 Patet etiam in habitibus infuſsis fidei, ſpei, & charitatis, ſeu gratiæ ſanctificātis: qui accipiunt eſſe per creationem; & illud amittunt per annihilationem. Vndè conſtat, non obſtare creationi illius novæ quātitatis, quòd præceſſerit quantitas: (totalis ſecundū Gotfredum: aut partialis ſecundū Scotum) ſicùt neq; obſtat creationi animæ rationalis, quòd (in naturæ prioritate ſaltèm) præceſſerit corpus organicum exigens introductionē animæ: neque obſtat creationi gratię ſanctificantis, quòd præcedat anima, in qua introducitur. Immò & in adulto pręcedit exigentia moralis: cùm de cōgruo ſe diſpoſuerit ad eius infuſionē. Itèm non obſtat annihilationi quantitatis in cōdenſatione ſpecierum vini deperditę, (totalitèr, aut partialitèr) quòd quantitas ibi remaneat. Sicùti neque obſtat annihilationi animæ rationalis, (ſi daretur) quòd remaneret corpus: & ſicùt neque obſtat annihilationi gratię ſanctificātis, quòd perſeveret anima, in qua anteà exiſtebat. Immò poſſet annihilari vnus gradus gratiæ (vt octo, v.g.) ſanctificātis, alijs permanentibus.

34 Contra ſuppoſitum autem illud noſtræ concluſionis (nempè quòd, quando ſpecies ſacramentales, aut accidentia rarefiunt, acquiritur nova pars quantitatis) objicitur: ergo ſub illa nova quantitate non erit Chriſtus Dominus. Patet conſequentia: quia ponitur poſt conſecrationem. Reſpond. negando. Ad probationem dico, Chriſtū D. quaſi extendi ad illam: ſicùt, ſi ibi eſſet ſubſtantia panis, extenderetur ad illā partem quantitatis. Et ſicùt extenditur Chriſtus D. ad eſſendum ſub frigore, vel calore de novo

ad-

aduenienti ſpeciebus conſecratis. ¶ Dices: ergo, ſi daretur quantitas ſeparata, & miſceretur cum quantitate vini conſecrati, ſub illa poneretur Chriſtus D. Reſp. negãdo: quia Chriſtus D. ſolum ſubſtituitur loco ſubſtantiæ, quæ naturalitèr eſſet ſub illa quantitate ſpecierum: ſubſtantia autem huius quantitatis non ſe extẽderet ad illam, quæ illi adiungeretur nõ virtute actionis naturalis, ſed omninò ab extrinſeco.

DVB. IX.

35 PEtes 9. Quomodò ex accidentibus, ſeu ſpeciebus ſacramentalibus poſsit ſubſtantia aliqua produci? (Experientia enim conſtat, accidẽtia panis, & vini Euchariſtiæ nõ ſolum corrumpi ab agente naturali; ſed etiã, quod, ipſis corruptis, alia ſubſtantia diſtincta ſuccedit, vermis v. g. aut ignis.) Reſp. quòd poſt immutationem accidentium Euchariſtiæ, quæ ſufficeret ad corruptionẽ propriæ ſubſtantiæ, ſi ibi eſſet, & ad introducendam nouam formã ſubſtantialem, producitur à Deo per creationẽ materia prima, in qua introducitur illa noua forma ſubſtantialis. Quia nõ apparet alius modus, quo id fieri poſsit. Cùm enim ibi non ſit materia prima, nullum agens creatum poteſt ibi formam ſubſtantialem ponere: ergo ad Deũ eſt neceſſariò recurrendum. Inſupèr, cùm materia prima ſit primum ſubiectum nihil aliud ſupponens, neceſſario habet eſſe per creationem, demùm, cùm naturaliſsimum ſit, formam ſubſtantialem educi de potentiã materiæ, dicimus, prædictã formam educi ex materia prima in priori naturæ creata; non autem aſſerimus, totum illud compoſitum creari. Ita *Scotus d. 12. quæſt. 6. §. Dico ergo à verſ. Quarta concluſio, & Scotiſtæ, præſertim Fabro diſp. 52. cap. 3. à num. 22. & Rada controv. 11. artic. 5. concluſ. 7. Item Durandus Maior, Gabriel, Vazq. Suar. & Coninch, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 7. diff. 6.*

36 Vndè reijciũtur diverſæ ſententiæ adductæ, & reiectæ a Scoto ibi, & à Recentioribus. Prima eſt Innocentij III. *lib. 4. de Myſter. Miſſæ cap. 11. pro qua etiam citantur noſtri D. Bonav. & Alenſis.* Quę ſententia affirmat, alteratis ſpeciebus Euchariſtię, eamdem numero ſubſtantiã panis, aut vini, quę fuerat ante cõſecrationẽ, reproduci miraculosè; atque ex materia prima illius nouam illam ſubſtãtiã produci. Reijcitur tamẽ à Scoto *ibi §. Hic eſt à verſ. Contra hoc:* quia, ſi ſubſtãtia panis redit ante corruptionẽ accidẽtium, erit ſimul cum corpore Chriſti D. (quod fides non admittit) hoc enim tandiù perſeverat ſub accidentibus, quandiù iſta non corrumpuntur. Si autem panis redit in vltimo inſtanti, quando

Digitized by Google

do generatur ibi nova ſubſtantia, ſimul erit ibi panis, qui tũc redit; & non panis: quando enim generatur aliud, panis corrumpitur. Si demùm redit panis, corruptis iam ſpeciebus, erit ſine ſuis accidentibus. Immò ex illo pane non poſſet generari ſubſtantia de novo ſuccedens: quia hæc fit in eadem duratione, in qua accidẽtia cõſecrata corrumpũtur: ac proindè in eadem, in qua ſubſtantia panis redit, & eſt: ex ſubſtantia autem, quæ eſt, dùm eſt, nequit alia fieri.

37 Reijcitur etiam ſententia aſſerens, corruptis ſpeciebus, redire materiam primam, non quæ præfuit in pane, ſed novam. Pro hac ſententia Marginiſtæ Scoti citant D. Th. *in 4. diſt. 12. artic. 1. & in 3. par. quæſt. 77. art. 5. in corpore. Ita etiã Cavellus, & Rada controv. 11. artic. 5.* Verùm D. Thom. in vltimo loco ſolùm dicit, quod poteſt ſuſtineri prædicta ſentẽtia. Sed, hoc ommiſſo, prędicta opinio reijcitur a Scoto *ibi à verſic. Sed eſt alia*, non quidem abſolutè; (eſt enim hæc opinio Scoti, & noſtra: vt cõſtat *ex num. 35*) ſed tamquàm falſa in principijs aſſerentium, agens naturale educere formam (vermis v.g.) ex illa materia. Vt enim arguit Scotus *ibi verſ. Contra hanc*, agẽs naturale *non generat niſi ex materia quanta, ſecundum iſtum maximè. Similitèr non poteſt generare niſi cum illa generatione concomitetur corruptio: & ſpecialitèr ſecundum iſtum:* (hoc eſt Divum Thom.) *ſed tunc non corrumperet aliquam ſubſtantiam, quia illa materia non redit ſub forma ſubſtantiali corrumpenda. quia tunc ſimul haberet eam, & non haberet:* ergo nequit dici, creari à Deo novã materiam, ex qua agẽns naturale educat formã (ignis, v.g. quando cremarentur ſpecies Euchariſtiæ) Vndè conſtat hanc ſententiam coincidere cum noſtra *num. 35* explicata, ſi aliàs affirmet, prædictam formam (vermis, ignis, arenæ, &c.) à Deo educi ex materia in eodẽ inſtanti temporis, in priori tamen naturæ creata.

38 Reijcitur quoque ſentẽtia *Ferarienſis 4. contra gentes capit. 66. Henric. & Ægid. Romani* aſſerentium, ex quantitate panis, & vini quaſi ex materia prima produci formam ſubſtantię ſuccedentis: quia quantitas Euchariſtiæ gerit vicẽ primi ſubiecti, & in ea recipiuntur diſpoſitiones, ad quas conſequitur illa nova forma ſubſtantialis. Hanc tamen opinionem reijcit Scotus *ibi à verſic. Contra iſtam*, & communitèr: quia, cùm forma ſubſtantialis non contineatur in quantitate, tamquam in ſuo potentiali, nequit ab ea educi. Itèm ſubſtantia ſuccedens (vermis, v. g.) coaleſcit ex materia prima, & forma, non autem ex hac, & quãtita-

titate: ergo ab iſta nequit educi.

39 Inſupèr reijcitur ſentētia Caietani *quæſt. 77. artic. 5.* aſſerentis, Deū convertere quantitatem Euchariſtiæ in materiam primam: ex qua, & in quā agens naturale formam illam introducit. ¶ Sed contra hanc ſententiam (quatenùs aſſerit, ex illa materia agens naturale educere formam ſubſtantiæ illius, quæ ex accidentibus Euchariſtiæ generatur) militat, quòd agens naturale non generat, niſi ex materia quātā. Itèm non generat, niſi cum illa generatione concomitetur corruptio: vt cum Scoto notabamus *num. 37.*

40 Denique reijcitur ſentētia (à Marginiſtis Scoti, & à Cavello tributa Ricardo) aſſerens quod in tranſubſtantiatione ipſis accidentibus communicatur per creationem poſſibilitas tranſmutabilis nō tantū in formam, ſed etiam in infimum gradum actualitatis, quæ eſt in materia. Vndè fit, quod accidentia, ſeu quantitas Euchariſtiæ poſteà tranſmutetur in illum infimum gradum materiæ, ex qua agens naturale educat formam illius ſubſtātiæ. (vermis, ignis, arenæ, aut ſubſtantiæ aptæ nutritioni, quando ſpecies corrumpūtur in ſtomacho) ¶ Sed contra hoc eſt, ſine fundamento aſtrui in accidentibus illam poſsibilitatem tranſmutabilitatis. Hoc tamen gratis admiſſo, quæro, à quo quantitas Euchariſtiç poſtea cōvertatur in illum infimum gradum materiæ? Non enim ab agente creato: hoc enim non habet vim producendi materiam primam: cùm hæc habeat eſſe per creationem. Si tamen dicatur, quantitatem illam converti à Deo in illum infimum gradum materiæ; vndè poſtea agens creatum educit formam illius compoſiti, aut ſubſtantiæ, quæ ſuccedit accidentibus: contra hoc militat, quod agens naturale ſolùm generat ex materia quanta: necnon & quando generationi comitatur corruptio: vt *num. 37. & 39.* notabamus.

41 Nota, ad defendendum noſtram ſententiā non eſſe neceſſarium, affirmare, illam materiam à Deo creatā eſſe eamdem met numero, quæ fuit in pane per conſecrationem deſtructa. Sivè enim ſit eadē, ſivè diverſa numero, ſalvatur noſtra concluſio *num. 35.* poſita. Neq; Scotus id determinat: vt conſtat ex verſiculo *Modus autem:* vbi probat contra D. Thomā, poſsibile eſſe, Deum creare illā numero materiā, quæ fuit ſub pane. Tamē, quòd de facto creetur eademmet numero, Scotus non affirmat. Placet tamen nobis G. Hurt. *diſp. 7. diff. 6* qui ſecutus Suar. & Ægidium affirmat, (contra non paucos) eam-

dem numero materiam primã reproduci. Sic enim minor mutatio admittitur in rerum natura, quàm creando novam numero materiã: quia in recreando illam fit ipſa recreatio, & introductio quantitatis ſacramentalis in materiam antiquã recreatam: in creando verò novam materiã ſunt ipſum creare materiam novam, & annihilare quantitatem ſacramentalem, ne tranſeat ad novum ſubiectum, & producere novam quantitatem in materia creata.

DVB. X.

42 PEtes 10. Quomodò nutriamur ex ſpecieb' ſacramẽtalibus? (Eſt enim Theologorũ convenientia, nos poſſe nutriri accidentibus, ſeu ſpeciebus ſacramentalibus in proportionata quantitate ſumptis.) Reſpond. nos non nutriri prædictis ſpeciebus; quia nutriamur corpore, & ſanguine Chriſti D. non enim convertũtur in ſubſtãtiam noſtram: cùm ſint incorruptibili modo ſub ſpeciebus. Nequè nutrimur ipſis ſpeciebus: quia hæ non poſſunt habere vicem materiæ primæ; vt in ipſis forma hominis introducatur. Sed nutrimur, quia ſpeciebus ſacramentalibus in ſtomacho alteratis ſuccedit talis ſubſtantia, qualis ex digeſtione ſubſtantiæ panis, ſi adeſſet, ex vi caloris naturalis ſuccederet pro alimento hominis. (ſubſtantia enim panis non eſt immediatum alimentum viuentis, ſed ſubſtantia ipſa poſt digeſtionem ſuccedens) Nutrimur ergo ex ſpeciebus ſacramentalibus, quia, his in ſtomacho per digeſtionem corruptis, ſubſtantia pro alimento ſuccedens convertitur in ſubſtantiam hominis vi caloris naturalis. Quod conſtat ex dictis toto dubio præcedenti.

43 Vndè infertur, ſpecies ſacramentales non eſſe alimẽtum immediatum, nec mediatum. Et ideò illis nutrimur occaſionalitèr tantùm: (vt obſervat G. Hurt. *diſp.7. diffic.7.*) eo ſcilicèt, quòd corruptione illarum fit, vt Deus ponat alimentum, quod nutrit ſumẽtem ſpecies. ¶ Infertur ſecundo, eodemmodo nutriri poſſe brutũ ſumens accidentia Euchariſtiç, ſeu ſpecies ſacramẽtales. Quãvis enim illas non ſumeret ſacramentalitèr; verè tamen illas manducaret, & biberet; & actione caloris naturalis illas corrumperet non alitèr quàm homo. Quarè Chriſtus Dominus conſervaretur ſub illis etiã in ſtomacho bruti, quamdiù ſubſtantiç panis, & vini permanerẽt ſub illis, non ſecùs, ac cõſervatur, ſeu perſervat in hominis ſtomacho.

DV-

DVB. XI.

44 PEtes 11. An deſitio Chriſti Domini ſub ſpeciebus ſit converſio ipſius in ſubſtantiam ſibi ſuccedentem? (in noſtram, v.g. quando in ſtomacho corrumpuntur ſpecies) Reſpondetur affirmativè. Quia converſio *eſt tranſitus vnius rei in aliam*: (vt conſtat *ex capit. 7. à n. 1.*) ſed tunc eſt trãſitus Chriſti Domini in noſtram ſubſtantiam v.g. ergo in illam convertitur. Ita *aliqui RR. apud Gaſp. Hurt. diſput. 7. diffic. 10.*

¶ *Ipſe tamen ſecutus* Suarez *diſput. 54. ſect. 2.* oppoſitum defendit; & objicit: ſubſtantia ſuccedens Chriſto Domino, non eſt incõpoſsibilis cũ illo ex natura rei, ſed ex pacto, & voluntate Dei: ergo non convertitur Chriſtus Dominus in illam. Reſpondetur negando conſequentiam: quæ, ſi aliquid valeret, probaret, panem non converti in corpus Chriſti Domini, non enim eſt incompatibilis cum illo ex natura rei, ſed ex pacto: *ex capit. 7. à num 60.*

¶ Obi. ſecundò, Chriſtus Dominus non corrumpitur, aut non deſinit eſſe ad productionem illius ſubſtantiæ, quæ, corruptis ſpeciebus, ipſi Chriſto Domino ſuccedit: ergo non cõvertitur in illam. Reſpondetur negando conſequentiam: quia ad veram cõverſionem requiritur quidem, quòd deſinat terminus totalis *à quo*, non tamen terminus formalis. Et ideò homo convertitur in cineres, aut vermes, quamvis aliàs eius anima rationalis non amittat eſſe ſubſtantiale; ſed ſolùm deſinat componere hominem, qui corrumpitur: *ex cap. 7. num. 3.* Quarè, ut Chriſtus Dominus dicatur converti (immo & tranſubſtantiari) in ſubſtantiam ſibi ſuccedentem, ſufficit, quòd amittat vnionem, quam habebat cum ſpeciebus, quæ corrumpuntur: ex quibus, atque ex corpore Chriſti D. fiebat quoddam totum, aut compoſitum, quod ex vi converſionis deſinit eſſe, ſeu deſtruitur.

DVB. XII.

45 PEtes 12. An aliquo modo mutetur Chriſtus D. quando deſinit eſſe ſub ſpeciebus. Reſpond. affirmativè: *ex capit. 9. à num. 65.*

DVBIVM XIII.

46 PEtes 13. An per mixtionem liquorũ cum ſpeciebus vini Chriſtus Dominus deſinat eſſe ſub ſpeciebus conſecratis? Reſpond. ſub diſtinctione: *ex cap. 9. à num. 59.*

(.?.)

CAP.

CAP. XI.

De effectibus Euchariſtiæ.

DVB. I.

1 PEtes 1. An Euchariſtiæ ſacramentum habeat aliquem effectū circa recipientem? Reſp. affirmativè. Itaque in communicante digne cauſat gratiam ſanctificantem. Definit enim Tridentinum *ſeſ. 7. de ſacramētis in genere can.* 1. Euchariſtiam eſſe verè, & propriè ſacramentu novæ legis. (Vti vnū ex ſeptem ibi enumeratis) Et *can* 6. quod gratiam continet, & confert nō ponentibus obicem. Et *can* 8. quòd gratiam confert ex opere operato. Vndè apertè conſtat, Euchariſtiæ ſacramentum dignè ſuſcipienti ſaltèm conferre gratiam. (Vtique ſanctificantem; vt ſuppono: atque ex dicendis conſtabit. Recolantur dicta *cap. 2. à num. 143.* ¶ Sed audiamus ipſummet Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 2.* plures effectus huius ſacramenti ſic indigitās. (Poſtquàm expenderat, quod ſalvator noſter in hoc ſacramēto *divitias divini ſui erga homines amoris velut effudit) Sumi præterea voluit ſacramentum hoc, tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viventes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe vivet propter me. Et tamquàm anthidotum, quo liberemur à culpis quotidianis; & à peccatis mortalibus præſervemur. Pignus præterea eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis: adeoque ſymbolū vnius illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit &c.*

2 Hinc conſtant principaliores effectus Euchariſtiæ erga dignè recipientem. Eſt enim cibus animæ, quo alitur, & ſubſtētatur. Necnon & anthidotus liberans à culpis venialibus; (id eſt, illa remittens) & præſervās a mortalibus. (Vtique per collationem gratiæ ſacramētalis. Quæ diſtinguitur a gratia ſanctificante penès hoc, quod includit divinam acceptationem habentem ſe per modum legis, & pacti, quo Deus acceptat ſubiectum, cui propter receptionem Euchariſtiæ confert gratiā ſanctificātem, & dat illi ius ad collationem ſpecialium auxiliorū, ne in mortalia prolabatur. Recolantur dicta *in tract. de ſacramentis cap. 4 à n. 43.*) Præter hos autem Euchariſtiā habere alios effectus fatentur AA. & nos *cap. 2 num. 143.* notabamus, etiam ſanitatem corporis aliquando operari in recipiente digné. Indignè enim recipiens peccat mortalitèr. De cuius peccati gravitate latè egimus *capit. 2. à n. 90.*

(§.)

DV-

DVB. II.

3 PEtes 2. An gratia ſanctificans collata vi Euchariſtiæ ſit prima, an ſecũda? (Primam vocant, quæ in ſubiecto non ſupponit aliam. Secundam autem, vel augmentum gratiæ, quę aliam ſupponit in ſubiecto, cui infunditur. De quo *in tract. de Sacramentis cap. 4. à num. 2.*) Reſp. eſſe ſecundam: Quia Euchariſtia eſt ſacramentum viuorum: (Sic vocant ſacramenta, quæ ſunt inſtituta pro habentibus gratiam ſanctificãtem quæ eſt vita ſpiritualis animæ. Sicùt ſacramenta mortuorum vocãt illa, quę per ſe ſunt inſtituta pro exiſtentibus ſub culpa mortali, quando illa recipiunt: vt ſunt baptiſmus, & ſacramentum Pœnitentiæ. Reliqua autem quinque dicuntur ſacramenta viuorum.) Vndè reijciuntur *Lutherus, Kemnitius, & Caluinus* (quos paſſim referunt RR.) docẽtes, Euchariſtiam per ſe remittere peccata mortalia; & ad eorum remiſſionem per ſe eſſe inſtitutam: & ideò nõ accedere indignè ad hoc ſacramentum, qui accedit cum conſcientia peccati mortalis. Turpitèr tamen falluntur: & eorum argumenta, quia facilia, omitto videnda apud RR. præcipuè apud Becanũ *cap 22. quæſt. 1.*

(*)

DVB. III.

4 PEtes 3. An, ut vi receptionis Euchariſtiæ conferatur gratiæ augmentum, requiratur aliqua actualis deuotio in recipiente? Reſp. negatiuè. Quia Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 7.* agens *de præparatione, quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat*: (Formalia verba ſunt, quibus illud caput inſcribitur) ſolùm requirit ſtatum gratiæ in communicante, ſeu quod non habeat conſcientiam peccati mortalis: (verba concilij tranſcripſimus *cap. 2. n. 160*) ſed, poſita digna receptione Euchariſtiæ, cõfertur gratia; (ex Trident *ſeſ. 7. can. 6.*) immò ex opere operato: (ex *canone 8.*) ergo neque actualis deuotio, neq; aliquid aliud requiritur; vt Euchariſtia conferat augmentum gratiæ. *Ita D. Th. q. 79. art 8. in corpore, & ad 1. Suar. diſp. 63 ſect. 3. Vazq. diſp. 206 Bonac. 4. quæſt. 4. puncto 1. num. 3. & multi alij, quos citat; & ſequitur Leandrus diſp. 11. quæſt. 2.*

5 Sed *D. Th. in 4. d. 12. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 3. Dur. Caiet. Palud. Silveſter, Petrus de Soto, atque noſtri D. Bonau. & Alenſis citati à Leandro ibi* oppoſitum defendunt, & obijciunt D. Bal. *lib. 1. de Baptiſmo c. ult. & alibi, necnõ & alios PP.* exigentes magnam deuotionem ad receptionem Euchariſtiæ. Reſp. cum C. Hurt. *diſp. 7. diff. 3.* loqui conſiliatiuè, & vt

Digitized by Google

in aliquibus Eccleſijs Euchariſtiam infantibus ante vſum rationis adminiſtrari. (Quẽ vſum non eſſe dãnandum, docet Tridentinum ſeſ.21.cap.4. Recolantur dicta cap.2. à num.72.) Neque in noſtra adhùc tempeſtate toleraret, adminiſtrari amentibus, qui aliquãdo vſi ſunt ratione. (Recolantur dicta cap.2. à n. 83.) Cùm neque in iſtis, neque in illis actualis devotio, aut aliquis motus humanus reperiatur.

7 Obi.4. Euchariſtia confert gratiam per modum alimenti, ſeu nutrimenti ſpiritualis, quo magis cum Chriſto D. vnimur. Sed nutrimentum non nutrit, niſi ad hoc cõcurramus actu vitali: ergo nec Euchariſtia cõfert augmentum gratiæ, niſi cum actuali devotione recipiatur. Reſp. cum Ægidio quæſ.79. dub. 1. num. 7. minorem ſolùm eſſe veram de cibo, aut nutrimento corporali, quod debemus, in noſtram ſubſtantiam convertere, vt eo nutriamur; atque ipſum non ſe habet per modum agentis, ſed per modum paſsi, in quo agit calor naturalis. Secùs autem eſt in cibo ſpirituali, qui convertit nos in ſuam naturam, & habet ſe per modũ agẽtis, ſeu vnientis nos Deo.

DVB. IIII.

8 PEtes 4. An peccatũ veniale impediat augmentum gratiæ, quod confert Euchariſtia? Reſpon. negativè. Quia nullum veniale eſt incõpatibile cum gratia, & charitate: ergo nequit impedire eius augmentum. Ita *Bonacina diſp. 4. q. 4. pun. 1. num. 3. citans D. Th. quæſ.79. art.8. ad 1. Valentiã, Bartolomæum ab Angelo, Petrum Ledeſmam, Victoriam, Cordubam, & Henriq. Idem defendit Becanus cap.22. de ſacramentis in ſpecie q. 2. & G. Hurt. diſp.7. diff.3. §. Qui ergo citans D. Th. Vazq. Suar. Reginaldum, & Bonacinam.*

9 Sed *Marſilius in 4. quæſt.6. art.4.* oppoſitum defẽdit. Quod a fortiori defendere, tenentur, quotquot exiſtimant, præter ſtatum ſanctitatis Euchariſtiam requirere, vt præſtet augmentum gratiæ, actualem devotionem. Hi enim (quos *num.5.* retulimus) potiori ratione negabunt, Euchariſtiã cõferre augmentum ſanctitatis illi ſaltèm, qui in ipſa communione committit aliquod veniale. (Communicando ob vanam gloriam v.g.) De quo etiam intelligitur noſtra concluſio. Itaque aſſerimus, nullum veniale (ſivè præexiſtat in communicante, ſivè in illamet communione committatur) impedire augmentum gratiæ ſanctificantis, quod eſt effectus Euchariſtiæ. Quia nullum veniale opponitur cum gratia. ¶ Sed obi. pro *Marſilio*: licèt peccatũ veniale nõ pugnet cum gratia habituali in

manducationi, aut potationi Euchariſtiæ: iuxta illud *Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitã æternam &c.* ergo gratia debet conferri, quando durat manducatio: ſed in vltimo inſtãti terminativo illius iam nõ eſt mãducatio, ſed immediatè fuit: ergo tunc gratia ab Euchariſtia nequit dari. Reſp. diſtinguendo ſecundum conſequens eſt enim verum, dandam eſſe gratiam, quando durat manducatio ſecundum aliquid ſui, nempè in vltimo inſtanti terminativo manducationis: non autẽ quãdo durat aliqua ſui pars: cum enim mãducatio (aut potatio) ſit de genere ſucceſſivorum, in vltimo inſtanti ſui eſſe omnes eius partes tranſierunt, vel nulla eius pars exiſtit: etenim inſtans, quod eſt indiviſibile, partem diviſibilem continere non poteſt. Igitur ad cauſandũ (præſertim moralitèr: quomodo in noſtra ſententia cauſant ſacramenta. Recolãtur dicta *in tract. de ſacram. c. 5. à num. 1.*) ſufficit, quod aliquid mãducationis exiſtat, nẽpè ultimum indiviſibile.

12 Inſtabis: cauſa moralis non eget exiſtentia ad cauſandum. cum enim ſolùm cauſet movendo cauſam principalẽ, poteſt cauſare, vt futura præviſa; (quomodo Deus ex meritis futuris Chriſti D. contulit gratiam antiquis Patribus) necnõ & in quacumque parte temporis ſuæ exiſtentiæ: (ſi eſt quid ſucceſsivum) immò & vt præterita: qualitèr frequentèr confertur præmium propter merita præterita. Sed manducationi eſt promiſſum augmentum gratiæ: ergo ſine fundamento reſtringimus eius collationem ad vltimum inſtans manducationis: cùm poſsit dari poſt cõpletam, & perfectam manducationem: & hoc videtur conformius: cùm gratia illa detur in præmium communionis; & merita præmientur regularitèr poſtquam extiterunt, ſeu præterierunt. Ex alio autem capite conformius videtur liberalitati divinæ, conferre gratiam in principio ſumptionis Euchariſtiæ, ſuppoſito, quòd ſumptioni, aut manducationi facta eſt promiſsio collationis gratiæ. Reſp. negando conſequẽtiam. Etſi enim potuerit Deus conferre augmentũ gratiæ collatæ vi communionis tam in principio manducationis, quàm ipſa tranſacta: vt enim benè probat argumentum, cauſa moralis ad cauſandum non eget exiſtentia reali. (Sicùt eget cauſa efficiẽs phyſica) Et ideo verum eſſe poterat, dari gratiã propter manducationẽ; ſivè ſolũ inciperet, ſivè eſſet futura; ſivè præterita. Tamẽ ducti ſimili aliorũ ſacramentorũ, quorum effectus non ponuntur vſque ad vltimũ inſtans ſui eſſe, nos philoſophamur de augmento gratiæ colla-

tæ

Infertur, neceſſariò præceſſurã eſſe manducationem: (Quarè, ſi Angelus poneret ſpecies in alicuius ſtomacho, non reciperet homo ille gratiã, ex vi præſentis diſpoſitionis) hac tamẽ ſuppoſita, ſpecies, dùm non corrũpuntur, conferunt novam gratiam: quia habent virtutem, & aliàs ſunt applicatæ ſubiecto capaci. Sicut ignis, v. g. (aut quævis cauſa naturalis) etſi ad cauſandum cremationẽ prærequirat tanquam conditionẽ, & approximationem, & ſubiectũ capax, approximatione tamen ſuppoſita, & perſeverante, cõtinuò cremat, dùm ipſe nõ cõſumitur, aut ſubiectum nõ redditur incapax. Et fortè propter hoc dictitant Theologi; *ſacramenta eſſe, ſicùt agentia naturalia*, nempè, quia, dùm exiſtunt, neceſſariò conferunt gratiam. (vtique ad menſuram diſpoſitionis: vt notabamus *in tract. de Sacram. c.4 n.23.*)

15 Obi.2. ſequi ex noſtra ſententia, eum, qui indignè communicaſſet, & antequã ſpecies corrumperetur, contereretur, aut confiteretur, recepturum gratiam vi Euchariſtiæ. Reſp. ita eſſe. Immò, ſi hoc eſſet inconveniens, militaret contra AA. oppoſitæ ſentẽtiæ in caſu, quo indignè cõmunicans conteratur ante conſumationem manducationis. ¶ Obi.3. ſequi ex noſtra ſententia, quòd dignè cõmunicans cõmittat ſacrilegium, ſi cõmittat mortale (furti, v. g. antequã ſpecies corrũpantur. Patet ſequela ponit enim obicẽ, aut impedimentum effectui principali ſacramenti. Reſp. negando ſequelã: ad probationem dicimus, nos ſolùm teneri non impedire effectum neceſſarium; (hoceſt, primã infuſionẽ gratiæ) non autem omnem effectum poſsibilẽ. Aliàs quotiès peccamus, multis peccatis peccaremus, quia impedimus multiplicem gratiam, quã Deus eſt paratus nobis cõferre pro inſtãte, aut tempore, quo peccamus.

16 Obi.4. ſequi ex noſtra ſententia, quòd dignè cõmunicãs recipit infinitam gratiam. Patet ſequela: quia continuò recipit novam & novam gratiã: ergo, ſicùt in vltimo inſtãti mãducationis recipit augmẽtum gratiæ, ſic proportionabilitèr recipiet pro quocumque inſtãti durationis ſpecierum, ſed inſtantia ſunt infinita: ergo recipiet infinitã gratiam. Reſp. negando ſequelam ad probationẽ dicimus; quòd, ſicùt in manducatione non recepit gratiam pro ſingulis inſtantibus, quibus duravit tota actio manducandi, ſed in vltimo totius manducationis: ita proportionabilitèr novum, & continuum augmentum non datur pro ſingulis inſtantibus durationis, intra quam ſpecies in ſtomacho manent incòrruptæ; ſed pro vltimo

mo inſtanti cuiuſcumque partis aliquotæ illius durationis. Quod & in actibus meritorijs, & demeritorijs reperimus. Quãdo enim perſeverat iuſtus in actu dilectionis Dei, v.g. per aliquod tẽpus, (per vnam horam, v.g.) etſi per vltimum inſtans durationis, quã in elicientia illius conſumpſit, vel ſi factus fuit in inſtãti, in primo inſtanti elicientiæ talis actus meruit gloriã, & augmentum gratiæ: tamen pro ſingulis inſtantiis illius horæ non meruit: (aliàs mereretur infinitum præmium: cum inſtãtia cuiuſcumque temporis ſint infinita) benè tamen pro quocumque inſtanti terminativo cuiuſcumq; partis aliquotæ illius horæ. Simile argumẽtũ fit de demerito.

17 Dices, ſequi ex hac ſolutione, communicantẽ in ſingulis partibus aliquotis illius durationis, non ſolùm recipere novum augmentum gratiæ ex opere operato, verùm etiam in poſterioribus uberius augmentum recipere, quàm in prioribus, ita vt in ultima parte maius recipiat, quàm in quacumque alia parte aliquota præcedente. Patet ſequela: quia per novam receptionem præcedẽtem redditur magis diſpoſitus: cùm habeat intenſiorem gratiam, quàm habuit in vltimo inſtanti manducationis, in quo recepit primum augmentum gratię vi dignæ receptionis Euchariſtię. Reſpõdetur, ita eſſe. Exiſtimo enim, meritum non ſolùm creſcere ex bonitate obiecti actionis, quæ fit, (qua ratione act' charitatis magis meritorius eſt, cæteris paribus, quàm actus alterius virtutis) necnon ex fine operantis, atque ex quacumque circumſtantia operis; ſed etiam ex circumſtantia perſonæ operantis. Et ideò ex hoc capite præcisè, & cæteris paribus, opus virtuoſum (eleemoſynæ, v.g.) factum ab homine iuſto, ut octo, v.g. magis meritorium evadit, quàm factum à iuſto, ut ſeptem, ſeu, qui habet gratiam, ut ſeptem. Quia, ſicùt ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter; ita magis ad magis. Sed ad meritum condignum eſt ſimpliciter neceſſarius ſtatus gratiæ ſanctificantis: ergo ad magis merendum (eo capite præcisè attento) maior gratia erit neceſſaria. Et conſequentèr, ſicùt ſtatus gratiæ infert, opus aliàs virtuoſum, & cum debitis circumſtantijs elicitum, eſſe meritorium de cõdigno: ita ſtatus perfectioris gratiæ inferet, prædictum opus eſſe magis meritorium. Quod multum confirmat inſtantia Chriſti Domini, cuius opera ex circumſtantia ſuppoſiti infiniti præcisè conſiderata hauſerũt valorem infinitum. (ut probavimus *in tract. Incarnationis cap. 9. diffic. 2 à num. 23.*) Atque in pollitia humana æſtima-

mabilior evadit eadēmet actio (diſcoperire caput, v.g.) elicita ab homine fulgentioris dignitatis, quam facta ab alio homine inferioris excellentiæ.

¶ Ex quibus ad noſtrum intentum dico, quòd, cùm ſacramenta conferant gratiam ex opere operato ad menſuram diſpoſitionis ſubiecti, & aliàs cōmunicans in poſteriori parte aliquota durationis neceſſariæ pro corruptione ſpecierum ſit magis diſpoſitus per præcedentia augmenta gratiæ collata in ſingulis partibus aliquotis illius durationis; in vltima parte prædictæ durationis uberius augmentum gratiæ recipit, quam in quacumq; alia ex præcedentibus.

DVB. VII.

18 PEtes 7. An Euchariſtia aliquando remittat peccata mortalia, aut conferat primam gratiam? (illi, ſcilicet, qui accedit ſub mortali, aliàs exiſtimans bona fide, ſe diſpoſitum accedere) Reſpondetur affirmativè. Quia baptiſmus, & Pœnitentiæ ſacramentum conferunt ſecundam gratiam, quando reperiunt primā in recipiēte, quamvis aliàs per ſe ſint inſtituta ad dandam primam: ergo à ſimili, quamvis Euchariſtia ſit inſtituta per ſe ad dandam ſecundam gratiam, aut augmentum præexiſtentis, ſi illam non inveniat, eam præſtabit. Secundò, quia decet bonitatem, & liberalitatem divinam, ne privetur gratia, aut fructu Euchariſtiæ ille, qui bona fide exiſtimans, eſſe diſpoſitum, communicavit. Ita *Scotus diſtinct. 9. §. Dicendū verſic. Tertiò probatur, & Scotiſtæ, præſertim Yrlbarne diſput. 31. ſect. 2. idem defendunt D. Thom. quæſt. 79. art. 3. & quæſt. 80. arti. 4. ad 3. Gabriel, D. Antoninus, Silveſter, Ægidius, Granados, Bonacina, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leandrus tract. 7. diſput. 11. quæſt. 4.*

19 *Noſtri D. Bonaven. in 4. diſtinct. 12. par. 2. artic. 1. quæſt. 2. Alenſis, & Villalobos: ex alijs autem Gabr. Lugo, Vazquez, & G. Hurtado, quos citat Leandrus ibi* oppoſitum defendunt: & obijciunt, quòd ſine fundamento ponitur aliquis effectus, qui nō conſtat ex Scriptura, vel Patribus. Reſpond. implicitè haberi in Patribus, & Concilijs dicentibus omnia ſacramēta cōferre gratiam non ponentibus obicem. Præſertim legatur Tridentinum *ſeſſ. 7. can. 6. de ſacramentis in genere.* Immò ſufficeret ratio Theologica: ſicùt ſuffecit Patribus, qui nos multa docuerunt potiùs ratione, quàm auctoritate ducti. ¶ Obijcies 2. cibus nō poteſt reſuſcitare mortuū: ergo Euchariſtia nequit peccatorē revocare ad gratiā iuſtificantē: quæ eſt vita ani-

animę. Reſp. antecedens ſolùm eſſe verum de cibo corporali; non autem de ſpirituali. Ratio autē differentiæ eſt, quòd cibus corporalis nō habet in ſe vim, ſeu efficaciā efficiendi vitā; ſed illam ſupponit in ſuſcipiente. Non enim vivificat, niſi cōvertatur in ſubſtātiā aliti. Nec poteſt *in illā* converti, niſi per actionem vitalē elicitam ab ipſo ſuſcipiente. Cibus autem ſpiritualis, ſeu Euchariſtia habet in ſe vim producēdi gratiam. (ſicùt reliqua ſacramēta) Et ideò poteſt homini mortuo vitā cōferre. ¶ Obi. 3. Ignorantia non facit hominem magis diſpoſitum ad effectū gratię. Sed, qui cognoſcit, eſſe in peccato mortali, eſt omninò indiſpoſitus ad cōmunicādum: ergo & qùi ignorat ſuum peccatū: ergo, quāvis propter ignorantiam excuſetur à novo peccato; gratiam tamen ei non conferet Euchariſtia. Reſpō. diſtinguendo maiorem: poſitivè, cōcedo: negativè, nego. Eodemmodo diſtinguendum eſt primum conſequens; & neganda eſt ſecunda conſequentia. Itaque ignorantia non eſt aliqua poſitiva diſpoſitio, vi cui⁹ homo cum peccato cōmunicaturus reddatur aliquo modo poſitivè diſpoſitus ad dignam communionē: eſt tamē quædam negatiua diſpoſitio; vi cuius inculpabilitèr (hoc eſt ſine novo peccato) accedit ad ſacramētū Euchariſtię, quod debitè applicatum cōfert gratiam. (ſicùt reliqua omnia ſacramēta) Dicitur autē, Euchariſtiā, & quodcumq; ſacramentum debitè applicari, quotiès ſine culpa aut irreverētia in ipſa receptione cōmiſſa recipitur.

DVB. VIII.

20 PEtes 8. An, ut Euchariſtia conferat primā gratiam, ſufficiat bona, & inculpabilis fides? Reſpon. affirmativè. Quia ſic accedēdo quis nō irrogat iniuria ſacramento: ergo non apparet, quare non præſtet ſuum effectum. Probatur conſequentia à ſimili de Pœnitentiæ ſacramento, quod pręſtat ſuum effectum ei, qui inculpabiliter omittit aliqua peccata, nō alia ratione, niſi quia, etſi Pœnitētia ſacramentum ex ſua inſtitutione petat confeſsionem omnium peccatorum mortalium; tamē ommiſsio aliquorum (in illo caſu, in quo nō currit obligatio integrè confitendi propter inculpabilem oblivionem, aut aliquā ex cauſis, quas enumeravimus) non eſt culpabilis: & conſequentèr non infert irreverentiam ſacramento. *Ita Durand. in* 4. *diſtinct.* 9. *& D. Antoninus* 3. *p. tit.* 13. *c.* 6. *§.* 7. Quod & mihi ſatis innuit Scot. *n.* 18. citatus, dùm nihil aliud petit, ut Euchariſtia remittat mortalia, niſi quòd poſsibilem diligentiam adhibeat cōmu-

municaturus ad præcognoſcẽdum peccata.

21 Sed non ſufficere prædictam bonam fidẽ, vt Euchariſtia tunc conferat gratiã, ſeu remittat mortale, requirique aliquid aliud, defendunt communitèr AA. qui dicũt, Euchariſtiam aliquando cõferre primam gratiam. Diſcordant tamen: nam alij dicũt, ad hoc debere præcedere in communicante attritionem ſupernaturalẽ de illo peccato ignorato. Alij verò addunt, non ſufficere prædictam attritionẽ, niſi prudentèr exiſtimetur contritio. Alij autem dicunt, omninò eſſe neceſſariam contritionẽ peccati ignorati. De quibus præſertim videantur *G. Hurt. diſp. 6. diff 8. & Leãdr⁹ ibi.* Sed quidquid ſit de horum Auctorũ diſcrimine, conſpirant contra nos in hoc, quod, vt Euchariſtia aliquando præſtet primam gratiã, ſeu remittat mortale inculpabilitèr ignoratum, non ſufficit, communicare cum bona fide. Et obijciunt: nullum peccatum mortale deletur (ſivè in ſacramento, ſivè extra ſacramentũ) ſine diſplicentia, quæ ſit contritio, aut ſaltèm attritio illius; & ſine infuſsione gratiæ ſanctificantis: ſed in noſtro caſu nulla eſt diſplicentia de peccato illo invincibilitèr ignorato: (vt ſupponimus) ergo vi Euchariſtiæ non remittitur, aut non infunditur gratia. Reſp. negando maiorem: contrariũ enim convincit inſtantia peccati inculpabilitèr obliti, de quo nulla diſplicentia præceſſit: & tamen per accidens remittitur vi ſacramenti Pœnitentiæ; ſolùm per hoc, quòd, cùm in communione pœnitens non irrogavit irreverentiam ſacramento, illud præſtat ſuum effectum, & licèt indirectè, etiã remittit peccatum inculpabilitèr oblitum, & de quo nulla præceſſerat diſplicentia. ¶ Si autem quis dicat, ſufficere tunc diſplicentiam, aut dolorem in præparatione animi, hoc eſt, quod pœnitens eſt in tali ſtatu, ſeu diſpoſitione, vt confiteretur peccatum, ſi memoriæ occurreret. Idèm & nos dicimus in noſtro caſu: communicans enim confiteretur peccatum inculpabilitèr ignoratũ, ſi ſibi occurret ante communionem.

22 Nota, illũ dici bona fide accedere ad cõmunionem, qui omninò invincibilitèr, aut probabilitèr, ſeu prudẽtèr credit, ſibi nihil deficere ad dignè cõmunicãdũ: vel quia nullius peccati mortalis eſt ſibi cõſci⁹. (Et tunc nõ tenetur, elicere aliquã diſplicentiã peccatorũ. In quo caſu loquuti ſumus *à n. 20.*) Vel quia cõmunicaturus eſt ſine prævia cõfeſsione: eo quod vrget neceſsitas. & nõ eſt copia cõfeſſoris; & alias ſibi perſuader, de peccato mortali eſſe cotritus, cũ tamẽ cõtritus nõ ſit. ¶ Nota

inſupèr, AA. noſtræ ſententiæ communitèr dicere, tunc Euchariſtiam peraccidens remittere peccatum. Nos autem cõſultò ab hoc abſtinuimus. Quia, etſi in noſtra ſententia *num.* 18. propugnata ſit omninò certũ, Euchariſtiam aliquando conferre primam gratiam, & remittere peccatũ mortale: imò, & ſine aliqua diſplicentia peccati inculpabiliter ignoti: vt *à num* 20. defendimus. Tamen non eſt ſtatutum inter AA. concedentes, ſacramẽta viuorum aliquando poſſe conferre primam gratiam, quomodò id præſtent prædicta ſacramenta. Etſi enim aliqui dicãt, tunc ſacramẽta viuorum cõferre gratiam peraccidens. Alij tamen dicunt, illam præſtare per ſe ſecundum rationem genericã, ſeu communem ſacramenti. Et nos vtrumque modum philoſophandi, tamquàm probabilẽ defendimus *in tract. de Sacramẽtis in genere cap.* 4. *à n.* 11.

DVB. IX.

23 PEtes 9. An vtraque ſpecies Euchariſtiæ conferat maiorem gratiam, quã ſingulæ ſeorſim? Reſp. affirmatiuè. (Quamuis dubium hoc ſolverimus *cap.* 2. *à num.* 134. tamẽ propter nonnulla, quæ fuſiori calamo ſunt tradẽda, illud iterum reſolvendum, duxi) Quia tam vnaquæque ab alia ſeparata habet virtutem, & efficaciã præſtandi gratiam: ergo, etſi ſimul ſumantur, vnaquæque præſtat ſuum effectum. Secundò, quia vtraque ſimul ſignificant plenitudinem conviuij ſpiritualis, & ſatietatem perfectam animæ, quam ſingulæ ſpecies ſeorſim non ſignificãt: ergo ex parte rei ſignificatæ, ſeu gratiæ aliquid reſpondet diverſum, (nempè vberior gratia) quod non correſpõdet ſingulis ſeorſim. Patet cõſequentia: quia ſacramenta cauſant, quod ſignificãt. Itèm patet à ſimili de cõvivio corporali, in quo potius diſtinctum effectum præſtat ac cibus. Demùm probatur auctoritate Clementis VI. qui anno milleſimo quingenteſimo primo per ſpecialem Bullam conceſsit Reginæ Galliæ (non Angliæ: ut notat Leandrus *tract.* 7. *diſp.* 11. *quæſt.* 23. contra Hurt.) communionem ſub vtraq; ſpecie: & addidit Põtifex, hoc cõcedere illi *ad maius gratiæ augmentum. Ita noſtri Alenſis. & Ricardus cum alijs, quos citat, & ſequitur Vazquez diſp.* 215. *cap.* 2. *Itèm Cornejo, G. Hurt. & Lugo, quos citat, & ſequitur Leãdrus ibi*, addens, hanc noſtram ſententiã eſſe probabilẽ, affirmare *Suarez, Becanum, Fagundez, & Luyſium.*

24 Sed prædictus Leandrus pro oppoſita ſentẽtia citat *Bellarm. Suar. Henriq. Ægid. Machado, Becanum, & noſtrum Villal.* *cum*

cum multis alijs. Pro qua ſentẽtia obijcitur Concilium Baſsilienſe concedens Bohẽmijs cõmunicare ſub vtraque ſpecie cum aliquibus conditionibus: quarum tertia erat, quòd crederent, *non plus ſumi ſub duabus, quàm ſub vna tãtùm.* Quarta verò, quòd crederent, *ſub qualibet ſpecie eſſe Chriſtum D.* ergo Concilium per tertiam conditionẽ intellexit, non plus fructus cõtineri ſub vtraq; ſpecie, quàm ſub vna tantùm. Patet conſequentia: aliàs enim tertia conditio nõ differret à quarta. Reſpond. prædictum Conciliũ nullius eſſe authoritatis: etenim *ſeſſ.* 30. vbi hoc refertur, iam erat chiſmaticum, & ab Eugenio IV. diſſolutum. Reſpon. 2. (hoc ommiſſo: ommiſſoq; cõcilium hoc conceſſiſſe Bohæmijs) tertiam conditionem eſſe eãdem, ac quartam: illa enim eſt explicatio illius. Reſpon. 3. eſſe diſtinctas: fuerũt enim, qui errarunt dicentes, Chriſtum D. ſumi quidem in Euchariſtia: nõ tamẽ eſſe in illa antè, vel poſt ſumptionẽ: vt conſtat ex Trid. *ſeſſ.* 13. *can.* 4. anathematizante eos, qui dixerint, Chriſtum D. in Euchariſtia eſſe *tantùm in vſu, dum ſumitur, non autem antè, vel poſt, & in hoſtijs, ſeu particulis cõſecratis, &c.* Contra hos ergo meritò PP. Baſsilienſes poſtquã ſtatuerant, ſumi quidem totum Chriſtum D. in Euchariſtia; immo & *non plus ſumi ſub duabus ſpeciebus, quàm ſub vna tantùm.* (*nõ plus*, inquam, Chriſti D. de cuius reali continentia erat diſputatio cum illis hæreticis, non autem de maiori, vel minori collatione gratiæ) debuerunt definire, *ſub qualibet ſpecie eſſe totũ Chriſtum D.* utique antè, vel poſt ſumptionem, & uſum.

25 Obi. 2. finis huius ſacramenti ſub vtraque ſpecie eſt idem, nempè nutrire, augere, præſervare; neque corpus tollit famem, & ſanguis ſitim: nam in ſpiritualibus idem eſt famis, & ſitis; & vtrũque tollitur per gratiam ſanctificantem, & auxilia in ipſa fundata: ergo non confertur maior gratia per vtramque ſpeciem, quàm per vnam illarum tantùm. Reſpon. negando conſequentiam: ad ſummum enim infertur, gratiã ab vtraque ſpecie collatam nõ differre ſpecificè. (quod ommitto) Igitur, ſicùt quævis ſpecies ſeorſim ſumpta habet virtutem conferendi gratiam, & illam de facto confert non ponentibus obicem, quotiès de novo applicatur; per quam alitur ſpiritus, tolluntur venialia, & præſervatur homo à mortalibus. Ita eamdem virtutẽ habet conferendi ſimilem gratiam, & de facto illam præſtat quotiès ſimul cum alia ſpecie applicatur. Sicùt duę cauſæ naturales, (calores, v. g.) producunt maiorẽ calorem, ſi ſimul applicentur paſſo capaci: eò

nempè, quod vnaquæque ſeorſim habet virtutem producendi calorem; & vna per aliā non impeditur, quando ſubiectum eſt capax maioris caloris, quam quælibet cauſa ſeorſim ſumpta poteſt producere.

26 Obi. 3. In paſsione Chriſti D. idem fuit effectus corporis, & ſanguinis, nēpè redemptio noſtra: ergo idem etiā erit effectus corporis, & ſanguinis in Euchariſtia ſub vtraque ſpecie. Reſp. negando conſequentiam; quia in ſua paſsione operabatur Chriſtus D. merendo per bona opera. Quarè ſi actio corporis, & effuſio ſanguinis in unum meritum cōiungebātur. In Euchariſtia autem Chriſtus D. non meretur, ſed vniverſum meritum applicat per modum ſacramenti, & ſignificationis: &, cùm ſit diſtincta ſignificatio ſanguinis à ſignificatione corporis; ita erit diſtinctus eius effectus, ſeu ſignificatū. Reſp. 2. negando conſequentiā: quia in his, quæ pendent ex libera voluntate, ſeu diſpoſitione alicuius, non valet argumētum a paritate. Potuit enim velle in vna materia alitèr diſponere, quàm in alia. Itaque, etſi fractio corporis Chriſti D. (immò & minimum eius opus meritorium) habuerit valorem ſuperabundantem ad merendum noſtram redemptionē, diſpoſuit tamen Deus, quòd omnia, & ſingula eius merita ordinarētur ad redemptionē noſtrā, ſeu illā promererentur: quàvis minimum eius opus virtuoſum erat dignum, ſeu proportionatū ad merendum omne præmium poſsibile. In inſtitutione autem ſacramētorū voluit, quòd quodlibet illorum diſtinctam gratiā conferret, quotiès noviter applicaretur non ponentibus obicem, Idemque voluit cotingere in applicatione cuiuſcumq; ſpeciei Euchariſtiæ.

DVB. X.

27 Petes 10. An Euchariſtia circa animam habeat aliquos alios effectꝰ prçter augmentum gratiæ ſanctificantis? Reſp. affirmativè. Qui ſic ſtatuit Tridentinum *ſeſ. 13. cap. 2.* Quarè in hoc conſpirant AA. claritatis tamen gratia ſingillatim ſunt declarandi.

De præſervatione à mortalibus.

28 Tridentinum citatum (cuius verba trāſcripſimus *num.* 1.) dixit, Euchariſtiā ſumi, tamquā *anthidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur.* Et meritò; quia inſtituta eſt tāquam cibus, & potus ſpiritualis: ſed cibus, & potus eſt ad cōſervandum vitam: ergo, ſicùt prçſervat a morte corporali cibus corporalis: ita Euchariſtia præ-

præſervat à mortalibus, quibus gratia, ſeu vita ſpiritualis deſtruitur. Quarè AA. conſpirant in hoc, quod Euchariſtia habet hunc effectum præſervandi à mortalibus. Quomodò autem ſit intelligendum, haud facilè declaratur, præſertim cùm videamus, communicantes aliquando in mortalia prolabi. Dico ergo, Euchariſtiã ex opere operato præſervare à mortalibus efficacitèr, ſeu infallibilitèr ex parte ſua. Sicùt 1. *ad Timoth.2.num.4.* dicitur, quòd *Deus vult, omnes homines ſalvos fieri*. Quam voluntatem dicunt multi in tract. de voluntate, eſſe efficacem, non abſolutè, ſed ex parte Dei. Itaque dignè cõmunicanti cõfertur gratia ſanctificans, & ſimul ius (fundatum in prædicta gratia) recipiendi auxilia efficacia oportuno tẽpore conferanda ad perſeverandum in gratia, ſeu ad reſiſtendum tentationibus inducẽtibus ad peccandum mortalitèr. Eſt autem illud ius quædam obligatio, qua Deus tenetur vi ſuæ promiſſionis, (quæ colligitur ex eo quòd Eccleſia declaravit, eſſe effectum Euchariſtiæ præſervare à mortalibus. Verba Tridentini retulimus *num.1.*) cõferre prædicta auxilia; (ſi aliàs homo non reſiſtat, aut per ipſum non ſteterit) eſtque ſemper paratus, illa conferre. Sicuti vi ordinationis, qua Deus ordinavit, ſeu eleuavit homines ad finem ſupernaturalem, tenetur omnibus, & ſingulis conferre auxilia abſolutè ſufficientia ad conſequendum ſalutem, ſeu vitam æternam. Quæ auxilia ſunt efficacia, non abſolutè, ſed ex parte Dei, ſeu conditionatè, *ſi per hominem non ſteterit*.

29 Ex hoc, quòd perſeuerantiæ ius eſt alligatum augmento gratiæ collatæ in receptione Euchariſtiæ, conſtat, Euchariſtiam non præſtare hunc effectum immediatè per ſe ipſam, ſed mediante prædictæ gratiæ augmento. Vnde provenit, quod anima ſpirituali dulcedine inebrietur, iuxta illud: *comedite amici, & inebriamini chariſsimi: Cant. 5. num.1.* Et ideò fit minùs ſenſibilis ad tentationes. Itèm ex illa gratia provenit fugatio dæmonum, qui concupiſcentias inordinatas ſolent excitare, iuxta illud *Pſalm.22. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos, qui tribulant me*. Inſupèr media prædicta gratia hoc ſacramentum diminuit fomitem, impedit, & debilitat motus carnis, & excitat contrarios: vt probat Gerſon ex D. Bernando. De quo videantur *Lugo diſp.12 ſect.4. & Leãdrus tract.7. diſp.10. quæſt.12.*

(※)

De

De remiſsione venialium.

30 EX verbis Trident *num.* 1. tranſcriptis conſtat, Euchariſtiã habere hunc effectum remittẽdi peccata venialia. Quarê in hoc conſpirant ſcholaſtici.

Euchariſtia ex opere operato delet venialia.

31 DIſcordant tamẽ in explicando. An deletio iſta ſit ex opere operato? Reſp. affirmativè. Quia ſic remittit mortalia: ergo & venialia; non quidem, quia gratia ſanctificãs collata vi Euchariſtiæ non poſſit ſtare cum venialibus: ſed, quia, ſicùt gratiæ baptiſmali voluit Deus adiungere hoc privilegium remittendi peccata, non ſolùm quoàd culpam, ſed etiam quoàd pœnam. Ita gratiæ collatæ virtute Euchariſtię alligavit hoc privilegium remittendi venialia. Ita *D. Thom. quæſt. 79. art. 4. Vazquez, Ægid. Bonacina, G. Hurt, Granados, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſ. 11. quæſt. 8.* ¶ Pro oppoſita autem ſententia citat *noſtros D. Bonav. & Alenſem: itẽ Durandum, Argentinam, & alios:* qui dicunt, Euchariſtiã ſolùm delere venialia, quia excitat fervorem charitatis, quo homo diſponit ſe per propriam operationem ad remiſsionem venialium. Tamen iſti non videntur ſtare Thridentino docenti, Euchariſtiam eſſe anthidotum contra venialia. Si enim iſta delentur per actus, ad quos excitatur homo ſumendo Euchariſtiam; ipſimet actus erunt anthidotus potiùs, quàm Euchariſtia.

De diſpoſitione ad deletionem venialium petita.

31 DIſcordant etiam AA. circa diſpoſitionem requiſitã pro deletione venialium. Nobis autem dicendum eſt, nullam aliam requiri, quàm ipſammet Euchariſtiæ receptionem ſine aliqua complacentia venialium. Quia Tridentinum (cuius verba cedimus *num.* 1.) hoc ſatis innuit; dùm æqualitèr, ſeu ſine aliqua diſtinctione loquitur de alijs effectibus Euchariſtiæ, ac de iſto: ſed vt præſervet à mortalibus; necnon vt ſpiritualitêr alat animam, ſolùm requiritur ipſamet Euchariſtiæ receptio ab homine iuſto facta: ergo & ad deletionem venialium, de quibus non extet complacentia. Ita *D. Thom. 3. p. quæſt. 79. artic. 4. Vazquez, Ægidius, Hurtad. & alij, quos citat, & ſequitur præcitatus Leandrus.*

Cuncta venialia delentur vi Euchariſtiæ.

33 DIſcordãt itèm AA. circa numerum peccatorum venialium, quæ vi receptionis

tionis Euchariſtiæ remittuntur: nam ſolùm remitti aliqua, & non omnia dixerunt aliqui. Qui diſs: de ut: etenim noſter Alenſis 4. p. q. 45. 10. memb. 3. art. 1. §. 1 affirmat, deleri plura, vel pauciora venialia iuxta voluntatē, & beneplacitum Dei, & iuxta devotionem ſumentis. ¶ Argentina verò *quæſt. 3. art. 1. concluſ. 1.* docet, ea venialia ſolùm remitti, quæ magis contraria, ſunt fervori charitatis, quem excitat hoc Sacramentum.

¶ Nobis tamen dicendum eſt, omnia venialia, de quibus non adeſt actualis, vel virtualis cōplacentia in communicante, Euchariſtiæ receptione remitti. Quia Tridētinum *num. 1.* citatum hoc ſatis innuit, dum indeterminatè docet, Euchariſtiā eſſe *anthidotum, quo liberamur à culpis quotidianis*; (hoc eſt, à venialibus) *& à mortalibus præſervamur*: ſed præſervamur ab omnibus mortalibus: ergo etiam ab omnibus venialibus liberamur. Confirmatur à ſimili de digna receptione baptiſmi, vi cuius omnia venialia, de quib⁹ non extat complacentia, delētur: ergo & vi dignæ communionis. Non enim apparet, cur Euchariſtiæ (quæ aliàs eſt excellentius ſacramentū) hoc ſit denegandum. Et ideò concilium Colonienſe *fol. 78.* loquens de Euchariſtia dicit *Minora peccata omnia diluit*. Ita Leād. *tract. 7. q. 9. citās D. Th. Granad. & alios.*

Euchariſtia delet pœnam temporalem.

34 INſupèr diſcordant AA. circa remiſsionem pœnæ temporalis, quæ, remiſſo veniali quoad culpam vi Euchariſtiæ, luenda relinquitur vel in hac vita, vel in purgatorio. Nam hanc pœnam nō remitti per hoc ſacramentum, (non vt ſacrificium, ſed vt ſacramentum) affirmat D. Th. *q. 79. art. 5.* & communitèr Theologi: teſte Lugo *diſput. 12. num. 98.* Ipſe tamen exiſtimat, hoc eſſe intelligēdum de remiſsione primò, & per ſe: non autem de indirecta, & ſecundaria remiſsione pœnæ tēporalis. (Vocant remiſsionem directā; quā Euchariſtia præſtat ex opere operato ſeu vi ſuæ receptionis. Indirectam vero, quam præſtat excitando actum charitatis, vel alterius virtutis, vi cui⁹ remittitur pœna temporalis debita pro peccato veniali iam remiſſo quoad culpam.) Quod & docent multi alij; præſertim Bonacina *diſp. 4. quæſt. 4. puncto 1. num. 9.*

35 Ego autem duo exiſtimo. Primum eſt, hoc dubium ſolùm habere locum in ſententia, quæ affirmat, maculam peccati venialis habitualis ſitam eſſe in aliquo alio diſtincto à depatatione paſsiva ad pœnam temporalem; ſeu in reatu, aut in liga-

gatione ſolvendi prædictam pœnam. Qui enim defenderet, venialem maculam conſiſtere in prædicta deputatione, reatu, ſeu obligatione: (quod probabile eſt Scoto *in 4. d. 21. quæſt. 1. §. Dico ergo verſ. De ſecundo*) diceret conſequenter, quod, remiſſo veniali quoad culpam, nulla pœna temporalis pro ipſo luenda reſtat: cùm tota macula peccati venialis habitualis in deputatione, reatu, ſeu obligatione ſolvendi pœnam temporalem conſiſtat. Quia, ceſſante deputatione, reatu, ſeu obligatione ſolvendi aliquid, non apparet, quomodò illud *aliquid* poſsit non ceſſare.

36 Alterum, quod exiſtimo eſt, quod Euchariſtia ex opere operato tollit aliquam partem pœnæ temporalis debitæ pro veniali vi ſuæ receptionis remiſſo quoad culpam, ſeu maculam. (Suppoſito, maculam venialem habitualem eſſe quid diſtinctum a deputatione paſſiva ad pœnam temporalem, ſeu a reatu, aut obligatione ſolvendi prædictam pœnam temporalem. Quod Scoto eſt etiam probabile *ibidem à verſ. Si iſte modus.*) Quia ſacramento Pœnitentiæ hoc concedunt communitèr: ergo etiam debet cõcedi Euchariſtiæ: non enim apparet, quare excellentiori, & venerabiliori ſacramento negetur id, quod alijs conceditur; & alias eius inſtitutioni nõ repugnat. Præſertim, quia ſi eius virtute remittũtur aliqua peccata quoad culpam ex opere operato, & immediate, atque directe; conſequens videtur, vt ſimul remittatur aliqua pars pœnæ temporalis pro illo peccato debitæ: vt benè expendit Lugo *diſp. 12. num. 98.* etſi minùs ſibi conſtans: ſolùm enim, indirectam remiſsionem pœnæ tẽporalis debitæ peccato veniali remiſſo quoad culpam, vult concedere, ratio tamen prædicta directã remiſsionem concludit eſſe concedendam.

37 Sed, quidquid ſit de hac Lugonis inconſequentia, contra hanc de remiſsione pœnæ temporalis pro peccato veniali debitæ doctrinam objicies, quod nuſquam reperitur promiſſio iſtius effectus: ergo non eſt Euchariſtiæ adſcribẽdus. Reſp. negando antecedens: etenim eo ipſo ac Tridentinum (cuius verba *num. 1.* tranſcripſimus) docet, vi Euchariſtiæ remitti venialia, ſatis innuit, etiã pœnas pro eis debitas, ſaltẽ quoàd aliquam partem vi illius eſſe remittẽdas Sicuti ex eo, quod vi ſacramenti Pœnitentiæ remittitur mortale, dicunt communitèr, non ſolùm pœnã ęternam pro mortali debitam cõmutari in tẽporalem, ſed etiã, quòd aliquid ipſius pœnæ temporalis remittitur vi ſacramẽti Pœnitentiæ. De quo legatur Scotus *in 4. d. 19. §. Ad argumẽ-*

tũ.

Digitized by Google

14. *Ad primum concedo.* (Poſita erant hæc argumenta *in diſtinct.* 18.) Vbi potius ſupponit, quàm diſputat, quòd vi clavium, ſeu ſacramenti Pœnitētię (quādo primò peccator cōfitetur mortale) remittitur aliqua pars pęnæ temporalis debita pro peccato mortali remiſſo quoàd culpam: quamvis loquendo de iterata cōfeſsione eorumdem peccatorū problematicè ſentiat, vi ſecundæ confeſsionis nullam partem pœnæ temporalis pro peccato mortali debitæ remitti: vt patet à *verſ. Et cùm dicitur.*

DVB. XI.

38 PEtes 11. An Euchariſtia operetur aliquos effectus in corpore communicantis? Reſp. affirmativè. Quia in hoc conſpirant PP. & Scholaſtici aſsignando varios effectus huius ſacramenti: vt ex dicendis conſtabit. In primis ergo ſpeciebus ſacramentalibus nutriri poſſumus, ſi in proportionata quantitate ſumantur: & conſequentèr aliqua partialis nutritio fit ſemper. Recolantur dicta *cap. 10. à num.* 42. Inſupèr, & aliquando cōfert ſanitatem corporis: vt notabamus *cap. 2. num.* 134. Itèm ſanctificat corpus dignè communicantis, (ſicùt ſanctificantur vaſa, in quibus conſervatur) iuxta illud D. Chryſoſtomi *hom. 30. in epiſtolā 2. ad Corinth. non vulgarem honorem conſecutum eſt os noſtrum accipiens corpus Dominicum.* Præterea Euchariſtia operatur gloriā corporis dignè cōmunicantis, iuxta illud *Ioan. 6. Ego reſuſcitabo eum in noviſsimo die.* Quarè PP. vocant Euchariſtiam germen gloriæ; eò ſcilicèt quòd gloria corporis dignè communicantis debetur non ſolùm ratione gratiæ ſanctificantis, ſed etiam novo alio titulo, nempè ratione receptionis Euchariſtiæ. In quo ſenſu ſunt intelligendi PP. dùm extollentes excellentiam Euchariſtiæ dicunt, corpus noſtrum non poſſe conſequi immortalitatem, niſi per vnionē ad corpus Chriſti D. immortale, quę fit in Euchariſtia: hoc eſt non poſſe illam conſequi novo illo titulo: abſolutè enim ſine Euchariſtia poteſt conſequi: vt de ſe patet. De quo legantur RR. præſertim *Suar. diſp. 64. ſec. 2. Ægid. quæſt. 79. num. 64. & Lugo diſp. 12. ſect. 5. num.* 105.

Euchariſtia extinguit concupiſcentiam.

39 INſupèr Euchariſtiæ digna ſuſceptio extinguit ardorem concupiſcentiæ, iuxta illud *Zachariæ 9.* vbi Euchariſtia vocatur *frumentum electorum, & vinū germinans virgines.* Et quidem ratio ipſa cibi hoc ſecum videtur afferre: etenim corporalis, cibus ſalubris,

&

& bonus operari ſolet, vt bonos, & temperatos humores generet, & noxios expellat: cum ergo Euchariſtia, ſeu cib⁹ ſpiritualis circa vitã ſpiritualẽ prçſtet omnia illa, quç circa vitã corporalẽ præſtat corporalis cibus; (vt ex cõcilio Florẽtino notat Lugo *diſp.* 12. *n.* 87. debẽt non ſolùm bonos, & honeſtos mores generare; ſed etiam noxias paſsiones (& conſequẽtèr concupiſcentiam) minuere; temporando ſcilicèt fervorem ſanguinis. Sivè hoc faciat immediatè, & per ſe; vel mediatè tantùm. Quæ mediata cauſatio multiplicitèr poteſt contingere; nempè, aut per cauſam ſecũdam; aut removendo aliò imaginationem, ne ſpiritus vitales cõcitet; aut dãdo animæ affluẽtiam ſuavitatis, vt in corpus redundet; ſicq; cor, & caro exultent in Deum vivum.

De vnione reperta inter Chriſtũ D. & corpus communicantis.

40 Ennumerant etiã PP. non pãci inter effect⁹ Euchariſtiæ, quòd inter Chriſtum Dominum, & corpus dignè communicantis datur vnio aliqua. (Moralis vtique, & perſeverans, dùm non amittitur gratia ſanctificans collata vi Euchariſtiæ vt multi ex RR. interpretantur) Sufficiat nobis D. Ioannes Chryſoſtomus *hom.* 45. *in Ioannem* ſic fatus: *Vt autem nõ ſolùm per dilectionem, ſed re ipſa in illam carnem cõuertamur, per cibum id efficitur; quem nobis largitus eſt.* Quam vnionem declarant nõ pauci exemplo matrimonij ſpiritualis; in quo tria reperiũtur, nempè ſponſalia, matrimoniũ ratum, & matrimonium conſumatum. Quarè inter Chriſtum D. & dignè communicantem tria ſimilitèr reperiuntur: fides enim eſt ſponſalia: gratia ſanctificãs, ſeu charitas, qua uniuntur Chriſtus D. & communicans, eſt matrimonium ratum, per quod cõiuges ſolùm affectivè coniunguntur. Prædicta autem unio moralis reperta inter Chriſtum D. & dignè communicãtem eſt matrimonium cõſumatum. Nam, ſicùt coniuges in conſumatione matrimonij fiunt vna caro; (moralitèr utique, quatenùs ex mutuo conſenſu provenit, vt vnus carnem alteriùs reſpiciat, vt propriã) ita Chriſtus D. cum corpore dignè communicantis fit vna caro; moralitèr utique, nempè quatenùs ex mutuo cõſenſu provenit, quòd Chriſtus D velit ſuſcipi, aut mãducari à cõmunicante; & hic velit ſuſcipere Chriſti D. corpus. Itẽ quòd Chriſtus D. velit ſuſcipere, ſeu acceptare corpus dignè communicantis, nõ ſolùm vt ipſum aliqualitèr, ſeu partialitèr nutriat phyſicè; (hoc enim etiam indignè communicanti cõtingit) ſed etiã, vt ipſum ſãctificet per contactũ; vt illi præſtet gloriam

riam, vt in illo extinguat cōcupiſcētiā; præterque alios effectus corporales, quos omnibus, & ſingulis cōmunicātibus dignè, concedunt PP. (quorū aliquot numeravimus *à num.* 38.) necnō & aliquos, quos quibuſdā ſpecialibus perſonis Euchariſtiā præſtare, (vt eſt ſuaviſsimus guſtus, aut dulcedo in ore cōmunicantis genita) indubitabili multorū experientia cōſtat. Et demùm dignè cōmunicans velit, ſeu acceptet, ſuſcipi à Chriſtiſto D. ſuum corpus, vt illi enumeratos præſtet effectus.

41 Ex quibus conſtat, quomodo intelligēdi ſunt PP. Aliqui enim maiorē vnionē, quàm prædictam videntur aſtruere: vtuntur enim exēplo ceræ, quæ liquefit, & alteri miſcetur. Tamen hoc, & ſimilibus exemplis ſolùm intendunt explicare veram, & realē præſentiā corporis Chriſti D. in Euchariſtia, & cōſequentèr, quòd verè, & realitèr corpus Chriſti D. manducatur à communicante, & quòd ex hac phyſica ſumptione, vnione, aut manducatione provenit, ſeu in ipſa fundatur vnio moralis iam explicata.

POSTERIOR PARS HVIVS tractatus, in qua de ipſa Euchariſtia, quatenùs eſt ſacrificium, diſputatur.

CAP. XII.

De Natura, & eſſentia ſacrificij Miſſæ.

VT rem hanc aptè explicent AA. non pauca de ſacrificio in communi tradunt. Quos imitantes nonnulla præmittemus.

DVB. I.

1 PEtes 1. Quid ſit ſacrificiū? Reſp. diſtrahi RR. Cumquè Scotus rem hāc, necdùm per trāſennam attigerit, quē omnes ferè noſtri ſunt imitati, ex alijs, quod veriſsimilius appareat, noſtriſque principijs conformius ſeligemus. Igitur ab etymologia nominis incipiēdo. certum eſt, quòd hoc nomen ſubſtantivum. *ſacri-*

cri-

crificium ſumitur à verbo activo *ſacrifico ſacrificas*, quod à grammaticis, præſertim ab Ambroſio Calepino, declaratur *per ſacra facio*. Quarè *ſacrificium* erit ſacrę effectio, ſeu factio. Theologi autẽ, ommiſſa hac latiſsima ſignificatione vocis *ſacrificij*, (quæ comprehendit quãcumque actionem ſacram) prædictam vocem reſtringunt, ſeu accipiunt ad ſignificandum quãdam practicam proteſtationem ſupremi dominij Dei erga vitam, & mortem.

2 Ommiſsis ergo diverſis definitionibus, ſic definio ſacrificium: *eſt ſignum exiſtens in re Deo oblata, quo Deum ipſum auctorem, noſtræ vitæ, & mortis profitemur.* Aut (quod in idem recidit) *eſt immutatio rei Deo oblatæ, qua Deũ ipſum auctorẽ noſtræ vitæ, & mortis profitemur.* Quæ definitio eſt optima: quia nõ ſolùm aptè explicat ſuum definitum: ſed etiã conſtat genere, & differentia: vt iam iam declaro. ¶ Ly ergo *ſignum* (quod idem eſt, ac ly *immutatio* poſitum in ſecunda definitione) ponitur pro genere: in quo ſacrificium convenit cũ ſacramentis (quorum quodlibet eſt ſignum ſignificans ex inſtitutione divina) necnon & cũ alijs ſignis tam naturalibus, (vt eſt fumus v.g.) quàm artificialibus, ſeu ſignificantibus ex hominis inſtitutione; vt ſunt voces, ramus pendens ante tabernam, &c. Reliqua ponuntur pro differentia. Et per ly *Deo oblata* denotatur, ſoli Deo poſſe licitè offerri ſacrificium. Quia, etſi veré, & validè poſsit fieri alij, qui iudicetur, non eſſe Deum, (ſi enim res aliqua illi offeratur immutando illam animo, & intentione profitendi, illum eſſe auctorem vitæ, & mortis, abſque dubio illi fiet verum, & validum ſacrificium: quia ratio cultus non tam pendet ex perſona, cui fit, quam ex ſigno, & ex intentione, qua fit: inquit G. Hurt. *tract. de Sacrificio Miſſæ diſp. 1. diff. 1. in fine.*) illicitè tamen, & ſacrilegè hoc fiet.

3 Ly *quo Deum profitemur auctore vitæ, & mortis* ponitur ad denotandum, quod, etſi ſacrificium ſit actus virtutis religionis; differt tamen ab adoratione, oblatione, & laudatione divina. (Quæ tria etiam ſunt actus virtutis religionis) Etenim adoratio eſt *nota ſubmiſsionis, & inferioritatis*; (vt dixi *in tract. de adoratione cap. 1. num. 1.* cum D. Damaſceno *orat. 1. de Imaginibus*) hoc eſt, ſignum, quo practicè recognoſcimus, & profitemur Deum, vt ſupremũ quoàd excellentiam, & dignitatem, & ideò illi nos ſubmittimus, vt ſuperiori in excellentia, & dignitate. Oblatio autem ſimplex (quę cõtra diſtinguitur à ſacrificio) eſt ſignum, quo practicè recognoſcimus, & profitemur Deum, nõ vt ſuperiorem in excellentia, & dignitate; ſed vt in-

ſupremum Dominum omnium rerum, cui omnes ſervire debent. Ideo enim Deo offerimus res aliquas, (aurum, v. g. triticum, aut panẽ) ut denotemus, earum, & reliquarum, quas poſſidemus, ipſum magis, quã nos eſſe Dominum. Laus verò divina eſt ſignum verbale, quo extollimus, perfectiones divinas; & verſatur aut circa omnes ſimul, ſeu coniunctim ſumptas, aut circa ſingulas illarũ. Sacrificium demũ eſt ſignũ, quo practicè recognoſcim⁹, & profitemur Deum, ut omnipotentẽ ad cõſervandum, & deſtruendum omnes res creatas, præſertim viventes: ſeu (quod idẽ eſt) eſt ſignum, quo recognoſcimus, & profitemur, Deũ vt auctorẽ ipſius eſſe, & non eſſe rerum, præſertim ipſius vitæ, & mortis viventium.

4 Benè autẽ notat G. Hurt. *trac. de ſacrificio Miſſæ diſp. 1. diſt. 1. §. Pro exacta*, quod, cùm nihil ſit, quod merè naturalitèr ſit ſignum, aut practica recognitio authoritatis divinæ circa eſſe, & nõ eſſe rerum aut circa vitã, & mortẽ: ideò requiſita eſt aliqua poſitiva inſtitutio, aut Dei, aut hominum, qua per aliquam rem id in Deo denotemus, ſeu ſignificemus; necnon & affectum, aut intentionẽ id efficiẽdi exprimamus. Et, quãvis ad id poſſit pro libito quæcumq; res inſtitui, etiã ſi ad hoc nulla habeat naturalẽ proportionẽ; (ſicùt voces abſq; proportione aliqua naturali ad res fuerũt inſtitutæ ad eas ſignificãdas) aptiùs tamẽ, & coveniẽtius ad id inſtituuntur res, quę aliquã habent proportionẽ naturalẽ ad id. Inter res autem, quæ ad hoc ſignificãdum habent naturalẽ proportionẽ, præcipua eſt immutatio rei, quæ ſacrificatur, quę ſit cõſumptio illi⁹, aut quæ ſaltẽ ad cõſumptionẽ rei ordinetur. Quia talis immutatio maximè apta, & cõveniens eſt ad denotandum, nos, & omnẽ rem, ita à Deo pro nutu voluntatis ipſius deſtrui poſſe; ſicùt res illa in ſacrificiũ Deo ablata modo dicto immutatur à nobis.

5 Dices: oblatio panis, & vini facta à Melchiſedech *Gen. 14.* fuit verum ſacrificium, & abſq; dubio ſatis aptè, & coveniẽtèr. Sed in illo panc, & vino nulla fuit facta immutatio ergo abſquè hac aptè, & convenientèr fieri poteſt ſacrificium. Reſp. cum G. Hurt. ibi, (omniſsis alijs ſolutionibus) quod, etſi in ſcriptura nõ fiat mẽtio alicuius immutationis factæ in pane, & vino à Melchiſedech oblatis; credendum tamẽ eſt, factã fuiſſe. Quomodo autẽ facta fuerit, non cõſtat. Potuit tamen panis adustione in clibano immutari, & vinũ effuſione illius ſuper panem aduſtũ, aut expreſsione illius ex uvis. ¶ Reſp. 2. cũ Lugo *diſp. 19. n. 9. Azor & Maldero*, nõ fuiſſe propriũ ſacrificiũ,

 ſed

ſed ſolùm oblationem ſacram.

6 Ex dictis reijciuntur *Gab. lect. 85. in canonem Miſſæ, & noſter Caſtro lib. 10. adverſus hæreſes verbo Miſſa hæreſi 2*, docẽtes, ſacrificiũ propriè, & ſtrictè ſumptum eſſe quodcumque bonum opus, quod fit, vt ſancta ſocietate Deo adhæreamus. Falluntur tamen, quia ſacrificiũ propriè, aut directè ſumptum eſt opus determinatæ virtutis Religionis, qua Deum peculiaritèr colimus. Et ideo ſcriptura ſæpè condiſtinguit aliqua bona opera à ſacrificio: ut conſtat ex *Oſeæ 6. Miſericordiam volo, non ſacrificium, & 1. Reg. capit. 15. Melior eſt obedientia, quàm victima.*

¶ Sed obijciunt Auguſtinum 10. *de Civit. cap.* 6 dicentem: *verum ſacrificium eſt omne opus bonum, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreatur Deo; relatum ſcilicèt ad illum finem boni, quo veracitèr beati eſſe poſſumus.* Reſp. cũ RR. præſertim cum Ægidio *q. 83. num.* 4. Auguſtinũ loqui metaphoricè, & attendendo ad aliquam proprietatem, ſeu ſimilitudinem repertam inter alia opera virtutum, & ſacrificium propriè ſumptum. Sicùt, cùm in ſcriptura Chriſtus D. vocatur Leo, lapis, vitis vera, &c. ſolùm intenditur, aliquam proprietatem Leonis, lapidis, vitis, &c. in Chriſto D. reperiri. Quarè D. Auguſt. ibi tantũ intẽdit, bona opera cuiuſcũmq; virtutis dici verum ſacrificium, quantùm ad effectum honorãdi Deum, & reconciliandi peccatorem cum illo. Itaq; quia per opus cuiuſcumque virtutis in honorẽ Dei factum verè honoratur Deus, nec minus nobis reconciliatur, quàm per ſacrificium propriè ſumptum: ideò ab Auguſtino ibi dicitur ſacrificiũ verum: non tamen, quia exiſtimet, omnia opera virtutum eſſe ſtrictè, & proprium ſacrificium. Quod apertè conſtat ex eodem Auguſt. *ibi cap.* 4. dicẽte: *Multa deniquè de cultu divino vſurpata ſunt, quæ honoribus deferuntur humanis, ſivè humilitate nimia, ſivè adulatione peſtifera: ita tamen, vt quibus ea deferuntur, homines habeantur, qui dicuntur colendi, & venerandi: ſi autẽ & multum additur, & adorandi. Quis verò ſacrificium cenſuit, niſi ei, quẽ Deum, aut ſcivit, aut putavit, aut finxit.* ¶ Ex hac ergo Auguſtini ſolutione cõſtat, quomodò ſint intelligẽda loca Scripturę, quibus aliqua diſtincta à ſacrificio ſtrictè ſumpto, ſacrificia nuncupantur: vt *Pſal. 4. ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ*: & *Pſal.* 50. *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Itaque metaphoricè tantũ ſunt intelligenda, & per aliquã ſimilitudinẽ, aut effectum cõmunem ſacrificio, & alijs operibus virtuoſis.

7 Reijcitur etiam Malancton ſic definiens ſacrificium: *eſt cæremonia ſacra, vel opus, quod nos Deo reddimus, vt eum honore affici-*

clamus. Itaque, ſi per *honorem* intelligat eum, quem quocumque opere bono exhibemus Deo; ex dictis manet refutatus. At, ſi intelligat quemcumque peculiarē, quem ex virtute religionis Deo exhibem⁹; reijcitur ex eo, quòd ex virtute religionis etiam exhibemus Deo honorem peculiarem oblationibus, votis, iuramētis, adoratione, &c. & tamē actus iſti nō ſunt ſacrificia propriè. Secundo, quia in lege Evāgelica poſt mortē Chriſti D. eſt vnum tantùm propriè, & peculiare ſacrificium ſecundum ſpeciem: & tamen ſunt plures actus virtutis religionis ſpecie diſtincti, quibus diverſo modo ſpecifico colimus Deum.

8 Inſuper reijciuntur *idem Gab. ibi. & Suar. disp. 73. ſect. 6.* definientes ſacrificium ſic: *eſt actus externus religionis continens ſupremum latriæ cultum.* Hi tamen non explicant peculiarem rationem ſacrificij, ſed tantùm communem omnibus actibus virtutis religionis: quia quicumque actus religionis continet ſupremum cultum latriæ, & ſoli Deo debitum: etenim quocumque opere virtutis religionis practicè profitemur, aut recognoſcimus, vel Deitatem, vel aliquod Deitatis attributum. Quare debebant hi AA. declarare, quid ſit illud ſpeciale Dei, quod per ſacrificium practicè profitemur, & recognoſcimus: & quod nos dicimus, eſſe omnipotētiam circa eſſe, & nō eſſe rerū, præſertim vivētiū: ut explicuim⁹ *n. 3.*

9 Igitur hinc generalitèr reijciendæ ſunt aliæ multæ definitiones a ferè ſingulis Recētioribus adductæ; eo ſcilicet, quod non explicant, quid ſit illud ſpeciale Dei, quod per ſacrificium practicè profitemur, & recognoſcimus; & per quod differt ab alijs actibus virtutis religionis, cùm quibus convenit ſacrificium in hoc, quod eſt cōtinere ſupremum cultum latriæ, & ſoli Deo debitum.

10 Immò maximè mihi arridet id, quod notat Lugo *disput. 19. ſect. 1 num. 5.* nempè peculiare, per quod ſacrificium differt ab alijs actibus virtutis religionis eſſe ordinem ad omnipotentiam circa eſſe, & non eſſe rerum, præſertim viventium, ut *num. 3.* explicuimus: hunc tamen ordinem non ſe extendere ad quodcumque eſſe, & non eſſe rerum, præſertim viventium, ſed præciſè ad eſſe, & non eſſe noſtrum. Quarè dicebat Euſebius *lib. .. de Demoſtratione cap. vlt. homines debere vitam ſuam Deo in ſacrificio. Quia tamen hoc non expedit; idcò lege naturæ introductū fuiſſe, vt in ſacrificiū animalis, vel aliquid einſmodi commutaretur.* Quaſi dicat, (ſubdit Lugo) ſacrificium eſſe proteſtationē, qua homo profitetur, ſe habere totū ſuū eſſe à

Hh 2 Deo:

Google

Deo: & ideò dignũ eſſe Deũ, ut in eius honorẽ, & cultum idem eſſe, & eadẽ vita cõſumatur, & deſtruatur. Quod, quia regulariter nõ liceat, offertur pro vita propria vita, ſeu entitas alteri⁹ rei proteſtando, eodem modo noſtram vitam oblaturos ſi liceret & oporteret. Quæ proteſtatio, & ſignificatio dignisſima eſt, & valdè conformis lumini naturæ: & ideo ab omnibus vbique gentibus accepta, vt Deum verum, vel putatiuum ſupremo cultu venerẽtur. Huc uſque Lugo citatus. Vndè conſtat, quarè *n.* 2. in definitione ſacrificij addim⁹ ly *noſtræ*, nempè ut ſciatur, quòd per ſacrificium proteſtamur, aut ſignificamus affectũ noſtrum offerendi, aut deſtruendi in honorẽ, & obſequiũ Dei (quod & exequeremur, ſi oporteret) potiùs noſtrum eſſe, & vitam, quàm aliarum rerum entitates, aut vitas.

11 Noſter Antonius Hiqueus *ſup.* 4. *Scoti d.* 13. *q.* 2. *à n.* 18. affirmat, ſacrificium non diſtingui ab alijs actibus religionis, quibus proteſtamur divinã excellentiã ratione primi dominij, & vltimi finis. (quales ſunt adoratio, & ſimplex oblatio) Et probat: quamvis Deus nõ eſſet author vitæ, & mortis, deberetur ei latria ob propriã excellẽtiam, & nõ ſolùm, quia creator eſt: ergo & ſacrificium. Patet cõſequentia: quia in illo caſu maneret excellentia potens terminare ſacrificiũ, ſeu actionem, qua practicè proteſtamur, Deum eſſe authorem vitæ, & mortis: etenim adhùc in illo caſu cõciperemus, Deum eſſe fontẽ omnium bonorum. Reſp. negando cõſequentiã. Ad probationem dico, ſacrificium nõ exhiberi Deo ratione ſupremę ſuæ excellentiæ, dominij, veracitatis, &c. ſed præcisè ratione omnipotẽtię, vi cuius creat, conſervat, & deſtruit vitã offerẽtis ſacrificium. Quarè, ſi ſupponamus, nõ eſſe omnipotentem ad dandum nobis eſſe, aut vitam, & ad illã deſtruendum; nequibit terminare ſacrificiũ, ſeu practicã proteſtationẽ, qua profitemur, eſſe authorem noſtræ vitæ. Sicùt, ſi ſupponamus, Deum non eſſe ſummæ authoritatis (quę authoritas integratur ex ſumma ſapientia, ex qua provenit, quòd nequeat falli; atq; ex ſumma bonitate, ex qua provenit, quòd nequeat, velle fallere) nequibit terminare actum fidei divinæ.

12 Quod ſic verum exiſtimamus, ut dicamus, quòd, ſi ſupponatur, Deum eſſe omnipotentem, dareque eſſe, & vitã cunctis alijs rebus; non tamen eſſe omnipotentẽ erga nos, ſeu nobis nõ dediſſe vitam, aut illam à nobis nõ poſſe tollere, illi nõ poſſemus propriè ſacrificiũ offerre. Quia ordo, quẽ ſacrificiũ dicit ad omnipotentiam, non ſe extendit ad eſſe, & nõ eſſe rerum

rum quarumcumque ſed præciſè ad eſſe, & nō eſſe noſtrum: vt *num.* 10. notabamus. Quod & modò confirmo inſtantia actus fidei divinæ, quem elicere non poſſem, ſi ſupponam, Deum nō eſſe ſummæ authoritatis erga me, etiam ſi aliàs ſimul ſupponā, erga omnes alios homines, & Angelos Deum eſſe infinitæ ſapiētiæ, & bonitatis, ſeu ſummæ authoritatis. Immò fortè de facto id in eo, qui deſperat, reperitur: ideò enim nequit actum ſpei elicere, quia, etſi beatitudinis conſequutio poſsibilis reſpectu aliorum ſibi repręſentetur; tamen reſpectu ſui omnino inconſequibilis apparet. Et ideò eius animus in ſpē propriæ ſuę beatitudinis inſurgere non poteſt.

DVB. II.

13 PEtes 2. quotuplex ſit diviſio ſacrificij? Reſp. multipliciter dividi, cōſueviſſe. Omiſſis autem aliquibus diviſionibus ſacrificium dividitur ex parte materiæ, ſeu rei oblatæ. Et quādo offerebantur animalia, viventia, ſacrificium vocabatur hoſtia, necnon & victimæ. Hoſtia: (inquam) quia offerri conſuevit pro victoria ab hoſtibus reportata, vel reportanda: atque adeò vox *hoſtia* derivatur à voce *hoſtis*, ſecundum aliquos: ſecundum alios autem a voce *oſtium*; eoquòd in oſtio templi animalia offerebantur. Victimæ autem dicebantur, vel à victoria; aut à verbo *vincio*: quia prædicta animalia non ſoluta, ſed ligata offerebantur. Quando vero offerebātur fructus terræ, ſacrificium dicebatur immolationes, à voce *mola*: eo quòd ſale in mola molito ſacrificium ſolebat aſpergi. Si demùm liquores offerebantur, ſacrificium dicebatur libamen, à verbo *libo*: eoquod à ſacrificāte vinum, & huiuſmodi loquores libabantur. Hæc tamen paſsim confundunt, & pro eodem ſumunt AA. vt notat noſter Hiquæus *in 4. ſent. d. 13. quæſt. 2. num. 43.*

14 Item ſacrificium dividitur ex parte formæ offerendi. Si enim res oblata conſumebatur igne, ſacrificium vocabatur holocauſtum. Quæ vox iuxta proprietatem Hebraicam (inquit Hiquæus ibi) idem ſignificat, quod aſcendens, quaſi in odorem, & fumum penitùs reſolutum: ſeu quaſi totum incenſum. Si autem pars rei oblatæ conſumebatur, & pars cedebat in vſum, & cibum Sacerdotum, (qui in templo, vel in atrio comedebāt) ſacrificium dicebatur hoſtia pro peccato. Si demū pars rei oblatæ igne cōburebatur, & pars Sacerdotibus, necnō & Ipſis offerētib⁹ cedebat, ſacrificiū dicebatur hoſtia pacifica.

15 Inſuper ſacrificium dividitur ex parte finis. Si enim finis

finis ſacrificantis erat proteſtari, totum eſſe, & vitam ſacrificantis, necnō & mortem, aut deſtructionē dependere à Deo, (ut ſupra prçſertim *num.* 10. explicuimus) ſacrificium dicebatur holocauſtum: ideoque tota materia oblata igne comburebatur, ut ſignificaretur, ſacrificantem in ea animi præparatione eſſe, ut totum ſuum eſſe, & vitam profunderet in honorem, & cultum Dei, ſi liceret, & oporteret: vt ibidem notabamus. Si autem ſacrificans intēdebat ſatisfacere pro peccatis, ſacrificium dicebatur *hoſtia pro peccatis*. Si ſacrificans intendebat, gratias agere pro beneficijs acceptis, ſacrificium dicebatur gratiarum actio. Et, ſi intēdebat, impetrare aliquod beneficium, dicebatur impetratorium. Ab his autem ſuperſedemus: quia parùm controverſa ſunt. Duximus tamen neceſſarium, ea ſaltèm prælibare.

DVB. III.

16 PEtes 3. An in Miſſa (vox quidem Latina ducta à verbo *mitto*. De qua non pauca notant RR. Prçſertim legantur *Bellarm. lib. 1. de Miſſa cap. 1. & noſter Hyqueus in 4. diſt. 13. quæſ. 3. à num. 45.*) verum, & propriū ſacrificium reperiatur? Reſpōdetur affirmativè. Quia ſic definitur in multis concilijs. Sufficiat nobis Tridentinum *ſeſſ. 22. can. 1.* dicens: *Si quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium ſacrificium. Aut quòd offerri non ſit aliud, quā nobis Chriſtum ad manducandum dari; anathema ſit.* Idem habetur *ibi cap. 1. & 2.* Legatur etiam *can. 3. & 4.* necnon & Cōcilium Nicœnum primum *can. 13.* atque Cōcilium Lateranenſe ſub Innocentio III. Eſtque antiquiſsima Eccleſiæ traditio. Et ita tradūt innumeri PP. vidēdi apud RR. præſertim apud eruditiſsimum Bellarminum *lib. 1. de Miſſa cap. 10.* & ratio eſt, quòd in Eccleſia ſunt Sacerdotes: ergo & ſacrificium: quia Sacerdotium in ordine ad ſacrificium fuit inſtitutum. Sed Sacerdotum Eccleſiæ Catholicæ præcipuum miniſteriū eſt celebrare Miſſam: ergo in hac verum, & propriū ſacrificium continetur. Fuſiores probationes addunt communitèr RR. expēduntq; hanc noſtram concluſionem probari teſtimonijs Scripturæ. Præcipuè legantur Lugo *diſp. 19. à n. 19, & noſter Hyqueus in 4. Scoti d. 13. q. 2. à n. 48.*

17 Hanc veritatem definivit Eccleſia contra RR. hæreticos contendentes, in Miſſa non offerri verum, & proprium ſacrificium: ſed vocari ſacrificiū impropriè, & lato modo. Sicùt omnia opera bona vocari poſſunt ſacrificia, & holocauſta Deo gratiſsima. Videamus tamē, quæ objiciunt prædicti hæreti-

reti-

retici. Igitur obijciunt 1. quòd Chriſtus D. dicitur Sacerdos in æternum *ad Hebræos* 7. ergo ipſi nullus in terris ſucceſsit Sacerdos: ergo ſacrificio à Chriſto D. facto nullum in terris ſucceſsit ſacrificiũ, in quo ipſe, aut aliud immolari poſsit. Reſp. diſtinguendo primum conſequens: eſt enim verum, nullum Sacerdotem ſuccedere Chriſto D. relinquenti Sacerdotium. (Sicùt vnus Sacerdos ſuccedit in aliquo beneficio alteri propter mortem, aut renuntiationem, aut amotionẽ ab illo) Falſum tamen eſt, nullum poſſe ſuccedere Chriſto D. in ſacerdotio, tamquã Vicarium illius (Sicùt Epiſcopus coadiutor ſuccedit Principali Epiſcopo viventi, & non renuntianti Epiſcopatum; Cæſar Imperatori, &c.) Et ideò negatur ultima cõſequẽtia. ¶ Reſp. 2. cum Lugo *diſp.* 19. *num.* 30 Paulum ibi non negare repetitionẽ omnis ſacrificij, ſed repetitionem talem, qualis fiebat in lege veteri: in qua propter inſufficientiã ſacrificij præcedentis oportebat repetere aliud, & aliud, quod adderet novum meritũ, & novam ſatisfactionem ad merendum, & ſatisfaciendum de novo. Quo ſanè modo nõ offertur ſacrificium Miſſæ: ſed à Chriſto D. iam non merente applicatur fructus, meritũ, aut ſatisfactio prioris ſacrificij per obligationem quotidianam ſacrificij incruẽti. Quæ repetitio oſtendit maximè virtutẽ infinitã præcedẽtis ſacrificij: cuius virt⁹ exhauriri nequit per tot alias applicationes eiuſdẽ virtutis, meriti, aut ſatisfactionis. ¶ Dices: ſunt alia media, preter ſacrificiũ Miſſę, per quę poteſt applicari, & de facto applicatur fructus ſacrificij cruẽti crucis: (nẽpè ſacramentorũ uſus, & exercitia virtutũ) ergo ſacrificium Miſſæ nõ eſt mediũ neceſſariũ ad applicandũ fructũ paſsionis, aut ſacrificij, quod in cruce obtulit Chriſt⁹ D. Reſp. diſtinguẽdo cõſequẽs: eſt enim verũ non eſſe vnicè neceſſarium, aut ſimpliciter. Falſum tamen, non eſſe medium vtile, aut ſecundum quid neceſſarium.

18 Obi. 2. Euchariſtia eſt ſacramẽtũ, & teſtamẽtũ: ergo nequit eſſe propriè ſacrificiũ. Probatur cõſequẽtia: quia ratio ſacrificij cõſiſtit in eo, quòd nos aliquid offerim⁹ Deo: ratio verò ſacramẽti in eo, quòd ſit id, quo Deus aliquid nobis conferat: & ratio teſtamenti in eo, quòd ſit id, quo nobis aliquid promittat, ſeu relinquat. Impoſsibile autẽ videtur, quòd aliquid ſit id, quo Deus aliquid nobis promittat, & donet; & quo aliquid a nobis Deo offeratur. Reſp. negando conſeq. Ad probationẽ nego minorẽ: quãvis enim eſſet impoſsibile, quòd Euchariſtiæ ſecundũ eandem rationẽ cõvenirent ratio-

nes ſacramẽti, ſacrificij, & teſtamenti. Poſsibile tamen eſt, & de facto ei cõveniunt ſecundũ diverſas rationes. (ſicuti homo eſt corporeus, & ſpiritualis ſecundum diverſas rationes) Itaque Euchariſtia eſt ſacramentum; quatenùs eſt ſignũ efficax gratię: eſt ſacrificium; quaten' vi conſecrationis humanitas Chriſti D. incruentè mactatur: (cùm vi conſecrationis panis, ſeu ex vi verborum corpus ſeparetur a ſanguine: atque ex vi verborũ cõſecrationis vini ſanguis ſeparetur à corpore) & demũ eſt teſtamentũ ratione ſanguinis effuſi, hoc eſt, quatenùs ſanguis contentus in Euchariſtia, ſeu effuſio illius (non proùt in Euchariſtia, ſed proùt in cruce) eſt cõditio, ſub qua Deus nobis promiſit gratiã, & gloriam, deditque gratiã Patribus antiquis: atque ob effuſionem illius iam impletam, tam gratiam, quàm gloriam nobis confert.

19 Obi. 3. Chriſtus D. in vltima cœna cõſecravit: ſed tunc nõ legimus, obtuliſſe ſacrificiũ Patri: ergo neq; Sacerdotes illud offerunt, dùm conſecrant. Reſp. diſtinguẽdo minorẽ. Verum enim eſt, id expreſsè nõ legi. Falſum tamẽ eſt, nõ legi implicitè: nam eo ipſo, quòd legimus, Chriſt D. cõſecraſſe ſuum corpus, & ſanguinẽ, implicitè legimus ſacrificaſſe: nam cõſecratio illa, ſeu poſitio Chriſti D. corporis, & ſanguinis ſub ſpecieb' eſt vera mactatio incruẽta: cùm ex vi verborum corpus ſeparetur à ſanguine, & ſanguis à corpore. ¶ Obi. 4. Miſſa eſt ſacrificium; quia eſt cõmemoratio ſacrificij cruenti: ergo feſtũ nativitatis erit nativitas: quia eſt cõmemoratio nativitatis. Reſp. negando cauſalẽ antecedentis: non enim Miſſa dicitur, & eſt ſacrificium, quia eſt commemoratio ſacrificij cruenti, ſed quia ſimul eſt oblatio nova, ſeu myſtica mactatio: cùm vi verborum corpus Chriſti D. ſeparetur à ſanguine, & ſanguis à corpore.

20 Ex quib' cõſtat, Chriſtum D. eſſe victimã, ſeu hoſtiã in ſacrificio Miſſę. Quia ipſe immolatur in illo. Immò ipſe ſolus eſt tota res oblata. (ut tenẽt communitèr Theologi, cõtra Bellarm. & Adamum putantes, ad victimã, & hoſtiã, quæ in *Miſſa* offertur, pertinere ſubſtantias panis, & vini) Quia ipſe ſolus myſticè immutatur per conſecrationem. ¶ Dices, quòd aliquando panis, & vinum Miſſæ appellãtur hoſtia, & ſacrificiũ: ergo, quia pertinet ad ſacrificium. Reſp. diſtinguendo cõſequens: eſt enim verum, pertinere ad ſacrificium, tamquã materiã ſuppoſitam, quæ tranſit in corpus, & ſanguinẽ Chriſti D. Falſum tamen eſt, panẽ, aut vinum pertinere ad ſacrificium, tamquã aliquid, quod myſticè mactatur, aut eſt pars intrinſeca

ca materiæ, aut hoſtiæ, quæ vi conſecrationis incruentè mactatur, ſeu ſacrificatur.

21 Conſtat inſupèr ex dictis, immeritò dixiſſe Gaſparē Caſſalium *lib. 1. de ſacrificio Miſſæ c. 25.* in Miſſa eſſe duo ſacrificia; unum, in quo ſolus Chriſtus D. eſt victima: & alterum, in quo panis, & vinum ſunt victima. Fallitur tamen: quia ex nullo fundamēto poteſt deduci, Chriſtum D. aliā rem, preter ſe ipſum in victimā pro ſacrificio cōmendaſſe; nec ad aliud immolādum, quā ſe ipſum Sacerdotes inſtituiſſe. Cōfirmatur ex Tridentin. *ſeſſ. 22. cap. 2.* dicēte, in ſacrificio Miſſę eſſe vnā hoſtiam, & hanc eſſe eamdem cum hoſtia in ſacrificio crucis immolata.

DVB. IIII.

22 PEtes 4. in quo eſſentialitèr, & totalitèr ſacrificium Miſſæ cōſiſtat? Reſp. cōſiſtere in ipſa conſecratione. Quia ipſa ſola eſt iugulatio Chriſti D. myſtica, & incruēta: cùm per ipſam ex vi ſignificationis verborum ponatur corpus ſine ſanguine; & ſanguis ſine corpore: quamvis alias per cōcomitantiā cum ſanguine ſit corp⁹, & cùm corpore ſanguis. Ita D. *Tho. q. 83. art. 4. Suar. diſp. 75. ſect. 4. & 5. Vazq. diſp. 222. c. 5. & multi alij, quos citant, & ſequuntur G. Hur. diſp. 1. de ſacrific. Miſſæ diſſ. 2. & Leandrus tract. 8. de ſacrificio Miſſæ q. 16.* Vndè reijcio multorum opiniones nobis contrarias. Claritatis tamē gratia ipſas ſingillatim refero.

Reijcitur ſententia affirmans, eſſentiam ſacrificij Miſſæ ſalvari in qualibet ex ſex actionibus vagè ſumpta.

23 SIc ſenſit Nugnus *3. p. q. 83. art. 1. concl. 3.* (Actiones ſunt: prima oblatio panis, & vini, quæ fit ante conſecrationem verbis illis: *Suſcipe ſancte Pater, &c. hanc immaculatam hoſtiam, &c.* Secunda, ipſa conſecratio ſub vtraque ſpecie. Tertia, oblatio, quę ſtatim poſt conſecrationem fit his verbis: *Offerimus preclaræ Maieſtati tuæ.* Quarta, fractio hoſtiæ conſecratæ, & immiſsio cuiuſdam particulæ in calicem. Quinta, ſumptio utriuſque ſpeciei, quæ fit à Sacerdote. Sexta, diſtributio eiuſdem ſacramenti inter circumſtantes, ſeu circumſtantium communio.) Immeritò tamen: vt conſtat ex noſtra cōcluſione: necnon ex eo, quòd Chriſtus Domin⁹ in vltima cœna obtulit ſacrificium aliqua actione determinata: ergo & nos. *Ita Leandrus ibi cum Monteſ. & communi ſententia.*

(.*.)

Re-

Reijcitur ſententia ponens rationē Sacrificij Miſſæ in oblatione præcedente conſecrationem.

24 **H**Anc ſentētiam docuiſſe Scotum *in 4. d.13. q. eſt. 2. §. Ad quæſtionem verſ. Si obijcis*, dictitant exteri; noſtri autem negant vniformitèr, etſi non vniformitèr illum ibi explicent, aut intelligant. Sed videamus, quid, & quorſùs ibi dexerit Scotus. Igitur verſ. *Secunda pars* docuerat, & probaverat Scotus, *quòd omnis Sacerdos potens proferre verba cum intentione poſsit conficere*. Contra quod *in verſ. Si obijcis* arguit ſic. Sacerdos hæreticus, vel ſchiſmaticus non offert in perſona propria, ſed in perſona Eccleſiæ, cuius eſt miniſter: (ideò enim dicit: *offerimus tibi*, & non dicit, offero) ſed, cùm ſit præciſus ab ea, nequit offerre in nomine eius: ergo neque cōſecrare, aut conficere. Huic argumento duplicitèr reſpondet Scotus: nunc autem omitto ſecundam ſolutionem; quia ex priori tantùm ſumpta fuit occaſio citandi Scotum pro prædicta ſententia. Sic ergo Scotus primò reſpōdet prædicto argumēto (Cui ſuccumbit Magiſter ſententiarum: vt obitèr hoc ſciatur) *Reſpondeo, quòd oblatio non pertinet ad rationem conſecrationis; nec neceſſariò requiritur, quòd offeratur: offertur enim hoſtia non conſecrata, & tunc eſt ſacrificium, non ſacramentum. Sicùt Euchariſtia conſecrata conſervata in pixide eſt ſacramentum; licèt non, vt ibi, ſit Sacrificium, niſi aptitudinalitèr.* Quæ verba adeò aperta ſunt, (præſertim illa, *& tunc eſt ſacrificium, non ſacramentum*) vt affirment communiſſimè AA. exteri, ſenſiſſe Scotum, ſacrificiū Miſſę eſſentialitèr conſiſtere in oblatione, quæ præcedit conſecrationem. Id præſertim affirmant *Vazq. diſp. 222. cap. 1. n. 2. Suar. diſp. 75. ſect. 3. §. Secundò dicendum, Coninch quæſt. 83. dub. 5. num. 82. G. Hurtado diſp. 1. dif. 4. & Leandrus tract. 8. quæſt. 11.*

25 Quamvìs ergo exteri cōmuniſsimè affirment, Scotum ſenſiſſe, ſacrificiū Miſſæ eſſentialitèr (partialitèr ſaltē ſecundum Suar. aut totalitèr ſecundū alios) conſiſtere in illa oblatione, quæ præcedit conſecrationē: AA. tamen noſtri ſic ſenſiſſe, communiſsimè negāt, etſi mentem illius in eo loco diverſimodè interpretentur. Yrībarne *diſput. 54. ſect. 4. in fine* dicit, Scotum ibi ſolùm velle, illam hoſtiam (hoc eſt, illius oblationem) virtualitèr tūc eſſe ſacrificium, & in potētia quaſi proxima dicatam, & deſtinatam futuræ conſecrationi. Formalitèr autem non eſſe ſacrificiū. Ad quod expēdit, Scotum *quolib. 20.* ſępè inſinuare, Chriſtum D. eſſe rem oblatam in Miſſa; nec

nec meminiſſe panẽ, & vinum (& cõſequentèr neque illorum oblationes) ante conſecratiõnem. Legatur *in* §. *Hic præmittendum* verbis illis: *Quandocumque enim Chriſtus, vt ſummus Sacerdos offert, panis, quem dat, id eſt, caro eius, eſt mundi vita.* En quomodò nomen *panis* (expendit Yrib.) accipit Scotus, proùt ſupponit pro ſpeciebus carnẽ eius cõtinentibus, vel pro carne ſubtus ipſas cõtẽta. Et *art.* 2. §. *De tertio*, dùm dicit: *ſi Iudæus obtuliſſet Patri Chriſtum, &c. Ex his patet, quòd, ſicùt Euchariſtia nõ præcisè ratione rei contentæ acceptatur, ſed oportet, quòd ſit oblata.* Inſinuat ergo, rem ſacrificatam eſſe Euchariſtiã, nimirum ſpecies, quatenùs continent Chriſtum D. (infert Yrib.) Et §. *Ad argumentum principale* idem inſinuat dicens: *Virtus ſacrificij non adæquatur valori eius, qui continetur in ſacrificio.* Hæc omnia expendit Yrib. ex quolib. 20 vt indè deducat, quòd quãdo Scotus *d.*13. *q.*2. dicit, quòd, quando offertur hoſtia non cõſecrata, tunc eſt ſacrificium; ſumit ſacrificiũm non formalitèr, ſed pro re, quæ virtualitèr, aut in potentia proxima eſt ſacrificiũ, nimirùm quatenùs eſt dicata, & deſtinata proximæ cõſecrationi; in qua conſiſtit ſacrificatio.

26 Hugo Cavellus *in Scholio ad verſ. Si etiam* dicit, quòd Scotus loquitur de materia ex qua. Quo ſenſu (ſubdit) PP. dicunt, offerri panem, & vinum: quia *quodl.* 20. expreſsè docet, Chriſtum eſſe rem oblatã. Nec ponit duo ſacrificia: (proſequitur Cavellus) vt *Ricardus art.* 18. *& Gaſpar Caſalius* 2. *de ſacrificio Miſſæ* 22. *Quibus favet Bellarm.* 1. *de Miſſa* 27. Huculque Cavellus: ſecũdum quem ſacrificium dicitur illud, quod præſupponitur neceſſariò ad ſacrificium. Sicùt actus intellectus neceſſariò præſuppoſitus ad beatitudinem formalem (in ſententia affirmante, cõſiſtere in actu voluntatis) ſæpè dicitur beatitudo: actus intellectus prærequiſitus ad imperium dicitur imperiũ. Sol dicitur generare hominem, etſi ad illius generationẽ concurrat ſolùm diſponendo materiam, & Tridentinum *ſeſ.* 14. *cap.* 4. dicit, eſſe quaſi materiam, & partes ſacramenti Pœnitentiæ confeſsionẽ, contritionem, & ſatisfactionẽ: & tamen ſolùm ſunt quid prærequiſitum, præſertim in noſtra ſententia, & aliorum, qui totã eſſentiam ſacramenti Pœnitentiæ ponimus in abſolutione. Recolãtur, quæ diximus *in trac. de Pœnit. cap.* 12.4 *num.* 7.

27 Noſter Fr. Antonius Hyquæus *d.*13. *quæſt.*4. *num.*67. dicit, Scotum ibi ſumere *ſacrificium* latè, nempè pro oblatione cæremoniali, quæ diſponit ad eſſentialem oblationẽ, ſeu ſacrificium proprium, & ſtrictè. Aut quòd illa oblatio poteſt dici

ci pars integralis ſacrificij: eo-quòd ordinariè requiritur ad ſacrificium.

28 Ex quibus conſtat, quàm conſtantèr,& vniformitèr Scotiſtæ affirmẽt, Scotum minimè ſenſiſſe, ſacrificiũ Miſſæ eſſentialitèr(totalitèr, aut partialitèr)conſiſtere in oblatione panis,& vini,quæ fit ante conſecrationẽ.Quarè, cum fides potiùs contubernalibus,quàm exteris ſit adhibenda, parùm refert,quòd RR. Thomiſtæ *num.* 24.citati oppoſitũ ſenſiſſe Scotum,afirment.¶ Minùs adhùc refert,(vt obitèr hoc advertatur)aliquos dixiſſe, Scotũ propendere in ſententiam Magiſtri ſententiarum:(qui propter argumentum *num.*24.factũ exiſtimat,Sacerdotem hęreticum, aut ſchiſmaticum nõ poſſe cõſecrare) cùm hanc ſententiam Scotus ex profeſſo impugnet,& prædicto argumento, cui Magiſter innitebatur, duplicẽ adhibeat ſolutionẽ.Propter quod noſter Philippus Faber *ſup.* 4. *diſp.*54.*cap.*1.*num.*8. ſic concludit. Ex his patet, quòd Scotus non ſolùm nõ propendit in ſentiam Magiſtri;ſed eam confutat,& rationes eius ſolvit.Vndè conſtat, Suarez non vidiſſe Scotum.

29 Igitur Scotus non ſentit, oblationem præcedentem ad conſecrationem eſſe de eſſentia ſacrificij Miſſæ. Pro hac tamen ſententia Vazq. *diſp. illa* 222.*cap.*1. *num.*2. citat preter Scotum Gab.*in* 4.*d.*13.*quæſt.*1. *art.*3.*dub.*2.*in fine.*Et alij ſolent citari.Sed fortaſsè in alio ſenſu loquuntur.(Ait Lugo *diſp.*19.*n.* 37.)Sed,quidquid ſit de patronibus huius ſententiæ, ipſam communitèr reijciunt Theologi,manetque reiecta ex noſtra concluſione *num.*22. poſita, atque ex eius ratione, nẽpè quia illa oblatio non eſt iugulatio myſtica,& incruenta ChriſtiD. qui in Miſſa eſt res ſacrificata. Adde,quod in primitiva Eccleſia non fiebat prædicta oblatio panis,& vini in Miſſa: & tamẽ in Miſſa ſemper fuit ſacrificiũ. ¶ Sed pro prædicta ſententia obijcies multos PP.qui Miſſam vocant ſacrificium panis,& vini. Sufficiat nobis expendere, quòd in ordinatione,qua ordinatur Sacerdos ſolius oblationis panis,& vini fit mẽtio.Hęc ſunt verba contenta in decreto Eugenij IIII.(quod eſt poſt vltimam ſeſſionem concilij Florentini §.*Sextum ſacramentum*) *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia Dei pro vivis, & mortuis in nomine Patris,& Filij, Spiritus Sancti*,&c. Et tunc traditur ordinando calix cum vino,& patena cum pane: ergo ſentiunt PP.& Eccleſia, in prædicta oblatione cõſiſtere ſacrificium Miſſæ. Reſp. negando conſequentiã: quia ſacrificium Miſſæ dicitur à Patribus ſacrificium panis,& vini; quia panis,

&

& vinum tranſeunt in victimā huius ſacrificij; & quia Chriſtus D. ut contentus ſub ſpeciebus panis, & vini inſtar ſubſtantiæ panis, & vini, immolatur. Et ob eamdem rationem dicitur, Chriſtum D. obtuliſſe panē, & vinum in ſacrificium. ¶ Obi. 2. oblatio illa facta ante conſecrationem eſt vera oblatio, & Deo facta; ergo eſt vera panis, & vini immolatio, & ſacrificium. Reſp. negando cōſequētiam: quia non quęcumq; oblatio eſt ſacrificium; ſed illa tantùm, qua res oblata ita immutatur, vt ipſius immutatione denotetur, Deum eſſe authorē mortis, & vitæ noſtræ, vt ſæpè inculcavimus, præſertim *num.* 10.

Reijcitur ſententia affirmans, ſacrificium Miſſæ conſiſtere in oblatione ſubſequente conſecrationem?

30 PRædicta oblatiō continetur toto illo §. *Vndè & memores Domine nos ſervi tui* à primis verbis vſque ad vltima illa *calicem ſalutis æternæ*. Quam oblatiōnem habere rationem ſacrificij, docēt *Echius lib. 3. de ſacrificio Miſſæ c. 9. Gab. Ricardus, Clitovæus, & Ludovic⁹ de S. Iuan, apud Leandrum tract. 7. diſp. 1. quæſt.* 12. vbi notat, malè Philibertum citare Azorium, & Henriquez. Ego autem exiſtimo; prædictum Leandrum Hurt. & alios haud benè citare Scotum. Quia *in 4. d. 13. q. Ad quæſtionem verſ. Si obijcis*, (vbi citatur) ſolùm loquitur de oblatione precedente conſecrationem; & quid intendat, diximus *à num.* 25. Nec vrget id, quod expendit Ægid. *quæſt.* 83 *n.* 82. nempè, quòd Scotus abſolutè diſtinguit conſecrationē, qua fit ſacramentum, ab oblatione, in qua conſtituit rationem ſacrificij. Hoc (inquam) non vrget: quia oblationem panis, & vini factam ante conſecrationē (de qua tantùm ibi agebat: vt ſuppōno *ex num* 24.) vocat ſacrificium, non formaliter, ſed diſpoſitivè, hoc eſt, quia per illam oblationem materia illa manet dicata, aut deſtinata futuræ conſecrationi. (Vt dixit Yribarne *num.* 25. citatus) Aut quia ex illa materia fit ſacrificium: vt dixit Cavellus *num.* 26. citatus. Aut ſumit ſacrificium latè, nēpè pro oblatione cæremoniali, quæ diſponit ad proprium, & ſtrictum ſacrificium: & ſic poteſt dici ſacrificium inchoativè. Aut denique Scotus illam oblationem vocat ſacrificium; quia eſt pars integralis illius vt dixit Hyquæus *num.* 27 citatus.

31 Statuto ergo, nō eſſe ſententiam Scoti, quòd ſacrificium Miſſæ eſſentialitèr conſiſtat in oblatione, quę fit poſt conſecrationem, illam reijciunt *Becanus cap. 25. quæſt. 6. num. 3 Bellarm.*

Digitized by Google

la. cit. Vazq. Suar. & alij, quos citant, & ſequuntur G. Hurt. diſp. 1. diff. 5. & prædictus Leandrus. Maneatque reiecta ex noſtra cõcluſione poſita *num.* 22. atque ex eius ratione, nẽpè quia hæc oblatio non eſt Chriſti D. iugulatio myſtica, & incruenta; cum per ipſam nulla fiat immutatio, aut aliud, quo proteſtetur, Deum eſſe authorem vitæ; & mortis ſacrificantis. Adde, non conſtare, Chriſtum D. in cœna poſt conſecrationem panis, & vini ſe Patri obtuliſſe. ¶ Sed obijcitur pro oppoſita ſententia, quòd per illam oblationem ſufficiẽter offertur Deo Chriſtus D. ſeu corpus, & ſanguis illius: ergo eſt verum ſacrificiũ. Reſp. negando conſequentiã: quia non quævis oblatio eſt ſacrificium, ſed illa tantùm, quæ per mactationem (ſaltèm myſticam, aut incruentã) denotat, Deum eſſe authorem vitæ, & mortis noſtræ.

Reijcitur ſententia affirmans, fractionem hoſtiæ conſecratæ ſpectare ad eſſentiam ſacrificij Miſſæ.

32 HAnc ſententiam defendunt, *Canus lib.* 12. *de locis cap.* 13. *ad* 4. *argum. & Valentia diſp.* 6. *quæſt.* 9. *puncto* 1. §. 2. Illam tamẽ reijciunt *Suar. Vazq. Ægidius, & Lugo, quos citant, & ſequuntur G. Hurt. diſp.* 1. *diff.* 6. *& Leandrus diſput.* 1. *quæſt.* 13. Maneatque reiecta ex noſtra concluſione *num.* 22. poſita, atque ex eius fundamento, nempè, quia per fractionem non iugulatur myſticè, aut incruentèr Chriſtus D. per illam enim fractionem frangitur quidem hoſtia conſecrata, non tamẽ corpus Chriſti D. neque eius ſanguis ſignificativè, aut ex vi verborũ ſeparatur à corpore. Adde, quod Chriſtus D. in cœna non fregit panẽ conſecratum, ſed ante fractionem. Inſupèr adde, quod in liturgia Baſilij non fit mentio illius fractionis.

33 Sed obijcit oppoſita ſententia, quod Chriſtus D. fregit panem: immo & ita nos facere, præcepit: ergo ad eſſentiam ſacrificij Miſſæ non ſufficit conſecratio, ſed etiam requiritur fractio. Reſp. diſtinguendo antecedens. Eſt enim verũ, Chriſtum D. fregiſſe panem nõ cõſecratum. Falſum autẽ, fregiſſe conſecratum. Quarè Sacerdotibus ſolùm præcepit conſecrationem; & ad ſummum etiam ſumptionem. Et ideo negatur conſequentia. ¶ Obi. 2 quòd fractio hoſtiæ conſecratæ fit, vt ſignificetur fractio, ſeu paſſio cruenta Chriſti D. ergo fractio habet rationem ſacrificij, non minùs, quàm conſecratio. Antecedens autẽ docent D. Proſper *relatus de conſecratione diſt.* 2. *can. Cùm frangitur, & Algerus lib.* 1. *de ſacramentis corporis, & ſanguinis Chriſti capit.* 19. Reſp. ne-

negando antecedẽs ſit enim vt diviſione hoſtiæ in tres partes ſignificentur tres ſtatus hominum beatorum, nẽpè eorũ, qui iam ſunt in cœlo, & eorum, qui ſunt in purgatorio; necnon & eorũ, qui adhùc ſunt in mundo. Ad probationem antecedentis reſpõdent Vazq. *diſp. 222. num. 76. & G. Hurt. diſp. 1. diff. 6.* fractionem (nõ quæ fit à Sacerdote communiter, ſed ea, quæ fit ad communicandum alios: de qua tantùm loquuntur) ſumere pro aliquo prævio, vel præſuppoſito ad fractionẽ, nẽpe pro conſecratione; per quã immediatè ſignificatur fractio, ſeu paſsio cruenta Chriſti D. ¶ Reſp. 2. negando conſequẽtiã: quia non eſt proteſtatio ſupremi dominij Dei erga vitã, & mortem noſtram.

Reijcitur ſententia affirmãs, ſacrificium Miſſæ cõſiſtere in ſumptione ſpecierum.

34 IN hac ſumptione totalitèr conſiſtere, dixerunt *Albertus in 4. d. 13. Ledeſma, & Cruz.* ¶ In eadẽ partialitèr conſiſtere, ita ut ex conſecratione, necnõ & ex ſumptione ſacrificium Miſſæ integretur, dixerunt *Henriq. lib. 9. de Miſſa cap. 9. n. 1. Bellarmin. Bonacina, Lugo, & multi alij apud ſeãdrũ diſp. 1. q. 15. & G. Hurt. diſp. 1. diff. 7.* Ipſi tamen oppoſitum defendũt *cum Suar. diſp. 75. ſect. 5. Vazq. Ægid, & Becano.* Quod & infertur ex noſtra cõcluſione *num. 22.* poſita; atque ex fundamẽto illius, nẽpè, quia ſola cõſecratio eſt mactatio, aut iugulatio myſtica, aut incruenta: cùm ſolùm per illã ſignificetur ex vi verborum, corpus Chriſti D. manere exangue, & inanimatum. ¶ Sed pro Alberto obijcitur, quod in ſumptione repræſentatur mors Chriſti D. iuxta illud *1. Corinth. 11. Quotieſcumq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*: ergo in ſumptione ratio ſacrificij conſiſtit. Reſp. negando conſequentiam: quia deeſt illi ſumptioni, quod ſimul ſit myſtica iugulatio Chriſti D. Itaque ratio ſacrificij petit, nõ ſolũ, quod actio fiat in memoriã, aut cultu paſsionis Chriſti D (aliàs quævis actio hoc fine facta eſſet ſacrificium) ſed etiã, quòd ipſamet ſit proteſtatio (ſaltẽ myſtica) ſupremi dominij Dei erga vitam, & mortem noſtram. Quod ſolùm in conſecratione reperitur: cùm in illa vi verborum corpus, & ſanguis mutuo ſeparentur: & cõſequẽtèr per ipſã actionẽ; & nõ ſolũ ex fine, aut intentione, ſiuè ex attentiõne, & memoria cõmunicantis, recolitur paſsio, ſeu mors Chriſti D. ¶ Dices, quod ipſamet ſumptio eſt fractio ſpecierũ: ergo per ſe ipſam repræſentat paſsionẽ. Reſp. negando conſequentiam: eſt enim ſolùm fractio ſpecierũ; nõ autẽ Chriſti D. qui eſt res ſacrificata: &

ideo ex ſe nō repreſentat mortem Chriſti D. etiā ſi aliàs memoria communicantis ex cōmunione excitetur ad recolendum beneficium paſsionis.

35 Vnde etiam ſoluta maneat aliquot ex his, quæ adducuntur pro ſententia Henriq. & aliorum. Obijciunt tamen adhùc, quod in tota Miſſa non detur alia realis deſtructio victimæ niſi ſola ſumptio ſpecierū: ergo hæc neceſſariò requiritur ad ſacrificium Miſſæ. Reſp. negando ſuppoſitum antecedentis, nempè, quod ad rationem ſacrificij incruenti (quale eſt ſacrificium Miſſæ) requiratur immutatio phyſica rei oblatæ: ſufficit enim myſtica; qualis ſolum reperitur in cōſecratione: cum per illam ex vi verborum corpus maneat exāgue, & inanimatum. Adde, quòd, ſi eſſet requiſita realis deſtructio, aut phyſica immutatio victimę ad rationē ſacrificij myſtici, & incruēti, non ſufficeret ſumptio ſpecierum: cùm per ſumptionem ſolùm immutētur ſpecies; non verò Chriſtus D. In Miſſa autem nō intenditur immolatio, ſeu ſacrificatio ſpecierum, ſed Chriſti D.

36 Hic nota, quòd Lugo *diſp. 19. à num 65.* alitèr, ac nos explicuimus, quomodo conſecratio ſit iugulatio myſtica Chriſti D. illam explicat. Dicit ergo, quòd, quando ad rationē ſacrificij requiritur deſtructio; nomine *deſtructionis* non ſemper intelligitur phyſica, vel metaphyſica corruptio victimæ; ſed ſufficit vel phyſica, vel humana, itaut ex vi ſacrificationis hoſtia, prout eſt in termino illius actionis, habeat ſtatum aliquē decliviorem, & ſaltē humano modo deſierit. Qua ratione Chriſti D corpus per cōſecrationem quodāmodo deſtruitur: nam licèt, ipſa cōſecratione non deſtruatur ſubſtātialitèr, tamen deſtruitur humano modo; quatenùs accipit ſtatum decliviorem, & realē, quo redditur inutile ad vſus humanos corporis humani, & aptum ad alios diverſos vſus per modum cibi. Quarè humano modo idē eſt, ac ſi fieret vers panis, & aptaretur, & cōdiretur in cibum. Quæ mutatio (inquit Lugo n. 67.) ſufficiens eſt ad verum ſacrificium. Fieri enim comeſtibile illud, quod nō erat comeſtibile, & ita fieri comeſtibile, vt iam nō ſit vtile ad alios vſus, niſi per modū cibi, maior mutatio eſt, quàm aliæ, quæ ex cōmuni hominum mēte ſufficiebant ad verum ſacrificium Huſcuſq Lugo. Et ſubdit *num* 68. Cū hoc tamē ſtat, ipſam ſumptionem pertinere ad ſubſtātiā, & integritatem huius ſacrificij: nam per ipſam adhùc magis conſumitur, & deſtruitur victima.

37 Per ſe autem cōſtat, quātùm hæc Lugonis dicta diſtent

à mo-

Digitized by Google

à modo, quo ſępiſsimè explicuerimus modum, quo per cōſecrationem myſticè, & incruētèr iugulatur Chriſti D. corpus. Tamen ipſum impugnare, aut propugnare nō curo: vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Ea verò, quæ contra noſtrā cōcluſionem *num.* 22. poſitā (qua defendimus, in ſola cōſecratione ſitam eſſe totalem rationem ſacrificij Miſſæ) obijcit præcitatus Lugo pro ſua ſententia (qua *diſp.* 19. *à n.* 64 exiſtimat, non ſolùm conſecrationē, ſed etiam ſpecierū ſumptionem ad ſubſtantiā ſacrificij Miſſæ ſpectare) ſolvere, eſt neceſſarium. Opponit ergo nobis D. Auguſt. *lib.* 17. *de Civit. c.* 5. dicētē: *Manducare panem, qui eſt in novo teſtamento, eſſe ſacrificiū Chriſtianorū*: ergo ſumptio ſpectat ad ſubſtātiam ſacrificij Miſſæ. Reſp. ibi ſumi ſacrificiū nōn formalitèr, ſed pro aliquo prævio, nempè pro conſecratione, in qua tota ratio ſacrificij conſiſtit. Hac ratione Theologi fruitionē, aut actum volūtatis ſecutū ad actū intellectus (in quo formalem beatitudinem ipſi conſtituunt) vocant beatitudinē. Sæpèque contingit, ut ſumamus poſterius pro priori, vt riſibile pro rationali, &c. ¶ Obi. 2. quod officium feriæ ſextæ in Paraſceve dicitur ſacrificium; & tamen eo die non fit cōſecratio, ſed ſolùm ſumptio ſpecierum pridiè cōſecratarū: ergo ſumptio eſt ſacrificiū. Reſp. hoc eſſe contra ipſum Lugo: hac enim inſtantia probaretur, quòd ſacrificium Miſſæ adequatè conſiſteret in ſumptione, & nō inadæquatè, aut partialitèr. (ut defendit ipſe Lugo) Igitur ibi ſumitur ſacrificiū latè, ſeu pro illo, quod fuit ſacrificiū: (nempè pro conſecratione, qua illæ ſpecies fuerunt conſecratæ) ut nupèr dicebamus.

38 Obi. 3. quòd ſacrificium Miſſæ ſępè vocatur holocauſtū: (nempè eo, quòd holocauſto debet aſsimilari) ſed in holocauſto & eſt iugulatio victimæ, & etiam conſumptio, aut crematio illius: & vtraque iſta actio pertinet ad ſubſtantiam ſacrificij: ergo in ſacrificio Miſſę eſſe debet ſpectās ad illius ſubſtantiam, & cōſecratio, quæ eſt iugulatio myſtica, necnon & ſumptio ſpecierū; quæ eſt quaſi conſumptio, vel crematio victimæ. Reſp. negādo conſequētiam: quia ideo in holocauſto erat illa duplex actio, ſeu poſt iugulationē victimę, adhùc deſiderabatur crematio, aut conſumptio illius: quia per occiſionem, aut iugulationē victimæ, illa non conſumebatur: at per conſecrationē fit, quidquid erga Chriſtum D. (qui eſt victima) exercetur; nihilq; per ſpecierum ſumptionē fit. In Miſſa enim non intenditur immolatio ſpecierū, ſed Chriſti D. hoc eſt, ſolus Chriſtus D. & nō ſpe-

cies conſecratæ ſacrificatur: ut *num.35* notabamus, & tamquã certum ſuppono. Quarè ſumptio ſpecierũ omnino extrinſeca, & accidentaria eſt Miſſæ ſacrificio; etſi aliàs media illa ſpecies cõſecratæ deſtruantur, aut conſumantur.

39 Vndè à fortiori conſtat, (eſtque res extra controverſiã) ſumptionẽ ſpecierum, quę fit à circumſtantibus cõmunicantibus, ad ſubſtantiã ſacrificij Miſſæ non pertinere, ſeu eſſe illi omninò accidentariam.

DVB. V.

40 Peres 5. An ad eſſentiam ſacrificij Miſſæ requiratur vtriuſque ſpeciei conſecratio? Reſp. diſtrahi AA. Quia *Bonac. q. vlt. puncto 2. Caſſalius, Ruard. Henriq.* negant, eſſe neceſſariam cõſecrationẽ vtriuſque ſpeciei; ſed addunt ſufficere cuiuslibet. ¶ *Alanus verò, Epiſcopus Oxomienſis, Vazq. Bellar. Azor, Ægidius, Adamus, & alij, quos citant, & ſecuntur G. Hurt. diſp. 1. diff. 9. & Leand. diſp. 1. q. 17.* affirmant, requiri cõſecrationem vtriuſque. ¶ Ego autem exiſtimo, nec ſufficere cõſecrationem cuiuslibet; nec vtriuſque eſſe neceſſariam. Claritatis tamen gratia.

41 Dico 1. Ad eſſentiam ſacrificij Miſſę non eſt neceſſaria conſecratio vtriuſque ſpeciei. Quia in ſola conſecratione panis ſalvatur myſtica, & incruenta immolatio, aut mactatio Chriſti D. cùm tunc vi verborum, ſeu vi ſignificationis illorum ponatur corpus Chriſti D. exãgue, & inanime. Adde, quòd ſi Sacerdos ſolùm corpus conſecraret verè diceretur ſacrificare. In hac concluſione conveniunt nobiſcũ AA. primæ ſententiæ contra AA. ſecundæ.

¶ Dico 2. ad eſſentiam ſacrificij Miſſæ non ſufficit conſecratio vini. Quia tunc non daretur myſtica mactatio Chriſti D. etenim effuſio ſanguinis alicuius viventis non eſt mactatio illius. In hac conveniunt nobiſcum AA. ſecundæ ſententiæ.

¶ Dico 3. ad conſiſtentiam ſacrificij Miſſæ ſufficit, & omninò neceſſaria eſt cõſecratio panis. Quia illa ſola eſt immolatio, aut mactatio Chriſti D. cùm vi ſignificationis illius ponatur corpus exangue, inanime, & quaſi mortuum. Priorem partẽ huius cõcluſionis (nempè quod conſecratio panis ſufficiat) nobiſcum fatebuntur AA. primæ ſententię. Secundam autẽ concedunt AA. ſecundæ.

41 Sed AA. primæ ſententiæ obijcere poſſent contra ſecundam concluſionem: per conſecrationẽ vini ſeorſim ſic cõſecratur Chriſtus D. ut ſit modo ſacramentali ſub illius ſpecie: ſed talis conſecratio eſt oblatio Chriſti D. facta Deo in honorẽ ipſius: ergo nihil ei deficit, ut ſit ſa-

ſacrificium. Reſp. negando cõſequentiam: quia deficit, quòd ſit mactatio, aut iugulatio: & conſequentèr, quòd ſit practica proteſtatio ſupremi dominij erga vitã, & mortẽ noſtrã: vbi enim nõ datur phyſica, aut ſaltèm myſtica profuſio vitæ, talis proteſtatio nequit reperiri. Quarè, ſi Sacerdos vinum ſolũ conſecraret, teneret quidem conſecratio; nullatenùs autem ſacrificaret. Sicùt nequè ſacrificare diceretur, qui ab aliquo animali (ariete, v.g.) ſanguinẽ extraheret, non tamen vitam auferret.

43 AA. ſecundæ ſententiæ poſſent obijcere contra primã partem tertiæ concluſionis, & directè contra primam concluſionem. Sola cõſecratio vtriuſque ſpeciei eſt myſtica iugulatio Chriſti D ergo conſecratio panis ſola non ſufficit, ſed conſecratio vtriuſque eſt neceſſaria. Probatur antecedens: quia ex vi verborum conſecrationis panis ſolũ ponitur corpus, quin ſignificetur ſanguis effuſus, & ex vi verborum cõſecrationis vini ſolũ ponitur ſanguis, quin ſignificetur corpus mortuum: ergo ut ſignificetur corpus iugulatum; necnon & ſanguis effuſus è corpore iugulato, neceſſaria eſt conſecratio vtriuſque ſpeciei Reſp. negando antecedens: ad probationẽ nego priorem partem antecedentis: licèt enim ex vi verborũ (*Hoc eſt corpus meum*) expreſsè nõ ſignificetur ſanguis effuſus; implicitè tamen, ſignificatur: quia corpus (humanum, v.g.) nõ involvit ſanguinẽ primò, & per ſe: alias corpus Petri, v.g. mortui nõ eſſet humanum. Et ideò eò ipſo, ac verba iſta (*Hoc eſt corpus meum*) ex vi ſuæ ſignificationis ſignificant corpus, quod non includit ſanguinẽ, ſeu abſtrahit ab illo, implicitè ſignificant, ex vi ſuę ſignificationis, ſanguinem eſſe effuſum, ſeu nõ eſſe intra prædictum corpus: & conſequentèr eſſe exangue, & inanime.

DVB. VI.

44 PEtes 6. An conſecratio vtriuſque ſpeciei ſimul ſit iure divino præcepta? Reſp: affirmativè. Quia ſic ſatis inſinuat Tridentinum *ſeſſ. 22. cap. 1.* dũm, poſtquàm dixit Chriſtum D. Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech corpus, & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis, & vini obtuliſſe, ſubdit: *Vt ſub eorumdem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc novi teſtamẽti Sacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit, & eiſdem, eorũque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerent, præcepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem; vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit, & docuit.* Expendatur, docere Concilium, extare Chriſti Domini præceptum de offerendo ſub ea-

no nequit diſpenſare. Antecedens autem cõſtat ex Volaterrano *lib. 7. Geographiæ cap. 4.* vbi refert, Innocentium VIII. id conceſsiſſe Noruergis, eo quòd ibi vinum difficultèr inueniebatur. Reſp. negando antecedens, & eius probationem. Eſt enim falſum, Innocentiũ VIII. cum Noruergis diſpenſaſſe: vt notant RR præſertim *G. Hurt. ibi, Ægidius quæſt. 83. num. 103. & Lugo diſp. 19. num. 119.* Immò ipſa hiſtoria falſitatem ſuã prodit: (inquit Lugo) dicit enim, conceſſum illis fuiſſe, *vt calicem ſine vino ſacrificarent.* Quod abſque manifeſto errore concedi non poteſt. Cùm cõcilium Florentinum definiat, vinum de vite eſſe materiam conſecrationis calicis. vt diximus *cap. 5. num. 40.* Minùs adhùc fidendum eſt Claudio Sainctes dicenti, Innocentium IIII. cum Noruegis diſpenſaſſe in hoc. Quia cõſtat fuiſſe errorem, dùm pro Innocentio VIII. quem Volaterranus refert, dicit Innocẽtium IIII. De quo nullus vmquam hiſtoricus talem diſpenſationem retulit. (Concludit prædictus Lugo)

DVB. VII.

45 PEtes 7. An in Miſſa ſit vnum tantùm ſacrificium? Reſp. affirmativè. (ſumitur hic ſacrificiũ pro actione: quia hæc ſola eſt, & dicitur abſolutè, & ſtrictè ſacrificium) Quia id ſatis inſinuat Tridentinum *ſeſſ. 22. in initio*, dùm Miſſam vocat verum, & ſingulare ſacrificium. Quod præcipuè intelligendum eſt de ſacrificio ſumpto pro actione ſacrificandi: quia iſta ſola eſt, quæ ſtrictè appellatur ſacrificium. Secundo, quia in Miſſa ſola eſt vna cõſecratio corporis Chriſti D. in qua tantùm conſiſtit ſacrificatio: iuxta dicta *à num. 22.* undè conſtat, totalẽ, & eſſentialẽ rationem ſacrificij Miſſæ conſiſtere in conſecratione: necnõ & iuxta dicta *num. 41.* undè cõſtat, conſecrationẽ calicis non requiri eſſentialitèr, ſed ſolam conſecrationẽ panis ſufficere, & eſſe neceſſariã ad conſiſtẽtiã ſacrificij Miſſæ. *Ita Suar. diſput. 64 ſect. 4. Vazq. Bellarm. Azor, & cõmunitèr DD. quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 1. diff. 11.*

47 Vndè reijcitur Caſſalius *lib. 1. de ſacrificio cap. 20.* docens, in Miſſa eſſe duo ſacrificia; vnũ panis, & vini; & alterum corporis, & ſanguinis Chriſti D. Fallitur tamen: vt dicebamus *num. 21.* Sicùt & fallũtur aliqui RR. (præſertim Hurt. ibi) affirmantes Scotũ *diſt. 13. q. 2. verſ. Si obijcis* inſinuare hanc Caſſalij ſententiã. Quid autẽ Scotus ibi intẽdat, diximus *à n. 25.* ¶ Sed obijcit Caſſaliꝰ: in Miſſa fit deſtructio panis, & vini, necnõ & mactatio incruenta Chriſti D. ergo in Miſſa ſunt duo ſacrificia ſumpta nõ ſolũ pro victima,

ſed etiam pro actione, ſeu immolatione. Reſp. negando cōſequentiam: quia eademmet actione, (ex parte miniſtri) qua ponitur corpus Chriſti D. exangue, & inanime ex vi verborū ſub ſpeciebus panis, panis deſtruitur. (Idem dico de ſanguine.) Dices, quòd ſaltèm oblatio panis, & vini erit diſtinctum ſacrificium. Reſpon. negando. Quia ſolus Chriſtus D. eſt res oblata: ut conſtat ex dictis *num.* 20. *&* 21.

48. Reijciuntur etiam alij, qui (apud Azor *lib.* 10. *cap.* 19. *quæſt.* 6.) docent, in Miſſa eſſe duo ſacrificia, unum corporis, & aliud ſanguinis Chriſti D. Falluntur tamen; quia ſacrificatio Miſſæ ſolùm conſiſtit in cōſecratione panis: vt diximus *num.* 41. ¶ Sed obijciunt, quòd in quadam oratione pro defunctis dicitur de anima: *His ſacrificijs purgata.* Reſp. etiam Tridentinum *num.* 46. citatū Miſſam appellare *ſingulare ſacrificium*. Quarè, cùm utrimque ſint authoritates, cōſenſui Authorum eſt ſtandum; & præſertim eorum rationi. In Miſſa autem vnicum ſacrificium celebrari, communitèr tenent DD. ut dicebamus *num.* 46. Quod & ratio ibi a nobis adducta convincit. ¶ In illa autem oratione, Miſſæ ſacrificium plura dicitur, ſumpto plurali pro ſingulari ad denotandū excellentiā, & dignitatē huius ſacrificij. Sicut cùm Epiſcopus, aut alia notabilis perſona ſic loquitur: *Nos Dominus, &c. præcipimus.* Aut plura dicitur ſacrificiū Miſſæ propter pluralitatem materiæ præſuppoſitæ, nempè panis, & vini. Recolantur dicta *cap.* 1. *n.* 20. *&* 21. de unitate Euchariſtiæ in eſſe ſacramenti ſpectatæ.

DVB. VIII.

49 PEtes 8. An in feria ſexta Paraſceves ſacrificium Miſſæ celebretur? Reſp. negativè. Quia tunc nō fit conſecratio: in qua tantùm ſacrificium Miſſæ conſiſtit ex dictis à *n.* 22. Ita cōmunitèr DD. ¶ Sed *Nugnus, & Ludovicus de S. Iuan apud Leandrum diſp.* 1. *q.* 20. oppoſitū defendunt. Pro quibus objici poteſt, quòd conſecratio non ſpectat ad eſſentiām ſacrificij Miſſæ. Hoc tamen eſſe falſum, conſtat ex dictis, præſertim à *num.* 22.

50. Nota obitèr, quòd, ſi Sacerdos eo die Miſſam celebraret, etſi gravitèr peccaret: quia id prohibetur ab Innoc. 1. (qui ſedit *ad annum D.* 402. *aut* 408.) *in epiſt.* 2. *ad Decentium*, & refertur *in can. Sabbati S. de conſecrat. diſt.* 3. Quod præceptum gravitèr obligare indubiè dictitant AA. Teneret tamē cōſecratio. Quia extant materia, & forma cum intētione miniſtri; qui ab iſto miniſterio validè exercēdo inimpedibilis eſt; ut, nemine dubi

dubitante, ſuppono. ¶ Dices: iſtum non peccare: quia textus ille æquè prohibet celebrare die veneris, ac Sabbati ſancti. Sed extat probabilis opinio, (ut ſuppono) licere celebrare privatim (de ſolemni celebratione nõ eſt dubiũ) in Sabbato ſancto: ergo in Venere Sãcto. Reſpond. negando conſequentiã: quia ex cõveniẽtia DD. lex illa viget reſpectu diei Paraſceves; nõ autem reſpectu Sabbati ſancti: vt notat noſter Villalobos *1.p.tract.8.diff.20.n.2.*

DVB. IX.

51 PEtes 9. Quomodò ſacrificium Miſſę cõpareretur cum ſacrificio, tam cruẽto, quã incruento, quod Chriſtus D. obtulit? Necnon & vna Miſſa cum altera? Reſp. hæc tria numero ſaltèm eſſe diſtincta. Vt patet. ¶ Prętereà nõ differunt (adhùc numericè) quoàd victimã. Quia in omnibus, & ſingulis eſt vna, & eadem, nempè Chriſtus D. ut conſtat ex ſe ſe, necnõ & ex dictis toto hoc capite; atque ex Tridentino *ſeſſ.22.cap.2.* dicente: *In omni ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruẽtè immolatur, qui in ara Crucis ſe ipſum cruentè obtulit*. Et paulò inferiùs: *vna enim, eademque eſt hoſtia, idem offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diverſa*. Et quamvis ſolùm loquatur concilium de ſacrificio incruẽto, quod nos Sacerdotes in Miſſa offerimus; idem quoque eſſe dicẽdum de ſacrificio incruẽto à Chriſto D. in vltima cœna celebrato, cõſtat ex eo, quòd tunc inſtituit Euchariſtiam, fuitque primum ſacrificium incruentè celebratum: undè nos poteſtatẽ haurimus incruẽte offerẽdi ſeu, Miſſas celebrandi.

Conferuntur ſacrificium incruentũ Chriſti D. & Miſſa.

52 COmparãdo autẽ ſacrificium incruentũ Chriſti D. cum ſacrificio Miſſæ, cõveniunt nõ ſolũ in victima, ſeu re contenta: cùm vtrũque contineat idem, nempè Chriſtũ D. Sed etiam in modo: utrumque enim incruẽtè immolatur. Differunt tamen quoàd ſtatũ victimæ: cùm enim Chriſtus D. ſe incruẽtè immolavit, erat mortalis, ſeu in ſtatu mortali. Modò autẽ cum in Miſſa à Sacerdotibus poſt eius Reſurrectionẽ offertur, eſt in ſtatu immortali. Secundò differunt quoàd offerentes: quia in ſacrificio illo à Chriſto D. in cœna facto, ipſemet Chriſtus D. fuit proximẽ, & ratione ſui offerens. In ſacrificio autem Miſſæ Sacerdotes ſunt, qui proximè offerunt; Chriſtus autẽ remotè tantùm. Tertiò differunt in hoc, quòd ſacrificiũ in cœna à Chriſto D.

Digitized by Google

oblatũ fuit figura mortis cruẽtæ in cruce futurę: Miſſę autem ſacrificium eſt figura eiuſdem mortis præteritæ.

Conferuntur ſacrificium cruentum Chriſti D. & Miſſa.

53 Comparãdo verò ſacrificiũ Miſſæ cum ſacrificio cruento quod Chriſtus D. in cruce celebravit; differunt quoad offerẽtes. In cruce enim Chriſtus D. ipſemet fuit proximè offerẽs: in Miſſæ autẽ ſacrificio remotè tãtũ offert: Sacerdos enim eſt, qui proximè offert; quãvis nomine Chriſti D.

Conferuntur duæ Miſſæ diverſorum Sacerdotum.

54 Comparãdo demùm ſacrificium Miſſę ab vno Sacerdote cum ſacrificio alterius advertatur, dicẽdũ eſſe numero diſtincta, & in ratione ſacramenti, & in ratione ſacrificij. Quia tunc ſunt plures actiones immolandi, ſeu cõſecrãdi; & circa diverſas numero materias; necnon & a diverſis miniſtris: non ergo apparet, quomodò numero ſaltem non differant.

55 Immò addo, plures formulas ab eodem Sacerdote eadem conſecratione cõſecratas eſſe plura, & ſacramenta, (*ex c. 1. à num. 24.*) & ſacrificia. Quia, etſi conſecratio phyſicè ſit vnica, activè, ſeu ex parte conſecrantis; paſsivè tamen plurificatur ad plurificationẽ formularum; geritque ſe ad modum, quo apud Logicos dictitatur, quod propoſitio univerſalis (v. g. hæc *omnis homo currit*) diſtributivè ſupponit, aut ſignificat, Petrum, Ioannem, & quemcũque alium hominem currere. Et, quidquid ſit de exemplo logicali, apertè convincitur in inſtantia baptiſmi: quando enim miniſter circa plures formam ſic profert: *Ego vos baptizo, in nomine Patris, &c.* etſi forma ſit vnica activè, ſeu ex parte miniſtri; paſsivè tamen plurificatur ad plurificationem baptizãdorum: manentque omnes prædicti baptizati, ſeu fiunt plures numero baptiſmi. Sic ergo in præſenti, etſi conſecratio ſuper plures formulas prolata phyſicè, & activè ſit vnica, paſsivè tamen plurificatur ad plurificationem formularum; fiuntque plura, & ſacramenta: (vt probatũ reliquimus *cap. 1. à n. 24.*) & plura numero ſacrificia: cùm ſint plures immolationes, ſeu practicæ proteſtationes ſupremi dominij Dei erga vitam, & mortem noſtram.

56 Dices: ergo maiorẽ fructum percipiet, qui ſimul cõſecrat plures formulas: quia offert plura ſacrificia. Reſp. negando cõſequentiã. Quia Chriſtus D. noluit, quòd plura ſacrificia ab eodẽ ſimul moralitèr facta, plus fructus ei afferrent, quàm

quàm ſi vnà tantùm fieret. Sicùt & noluit, quòd plures formulæ ſimul ab eodē ſumptæ plus gratiæ præſtarent, quàm ſi vnica ſumeretur. Itaquè hoc pendet ex inſtitutione Chriſti D. qui, ſicùt alligavit perceptionē fructus ſacramenti Euchariſtiæ receptioni, itaut unitas, aut pluralitas receptionis (non autem effectionis: aut pluralitas ſacramentorum, quæ ſimul ab eodē recipiuntur) attēdatur pro vnitate, aut plurificatione fructus ſacramenti. Ita voluit, quod vnitas, vel pluralitas ſacrificationis attendatur pro perceptione fruct⁹; nō autē pluralitas ſacrificiorum; quæ ad eodem ſimul eadem oblatione peragūtur: vt benè vidit G. Hurt. *diſp.* 1. *diff.* 13. *ſub finem.*

57 Dices 2. Vita Chriſti D. eſt vna numero: ergo privatio illius, ſivè mors, in qua ratio ſacrificij conſiſtit. ergo ſacrificia, quibus Chriſtus D. immolatur, nequeunt eſſe plura adhùc ſecundum numerum. Reſp. hoc argumento, ſi aliquid valeret, probari, prima Miſſa ab inſtitutione huius ſacrificij celebrata, nullam aliam poſſe celebrari: & conſequentèr, quòd Chriſtus D. fruſtra Sacerdotium pro nobis inſtituerit. Igitur reſp. negando conſequentiā: quia, etſi mors phyſicè nequeat multiplicari, benè tamen myſticè, ſeu repreſentativè. Non autem mihi arridet, quod G. Hurt. citatus dicit, nempè ſacrificium conſiſtere in morte in fieri, & non in facto eſſe. Quarè idem animal mortuum, ſi alias ad vitam rediret miraculoſè, poſſet iterùm ſacrificari. Quamvis enim hoc verum ſit; & conſequentèr, quòd, ſi Chriſtus D. reſurrexiſſet in ſtatu mortali, potuiſſet iterùm cruētèr ſacrificari: tamen in Euchariſtia nō datur occiſio, aut interit⁹ Chriſti D. in fieri phyſico: cùm Chriſtus D. ſemel tantùm mortuus fuerit phyſicè: atque adeò, mors iſta, ſeu ſacrificatio ſolùm eſt myſtica, ſeu repreſentativa.

DVB. X.

58 Petes 10. An ſacrificium Miſſæ ſit propitiatorium? Reſp. affirmativè. Quia ſic definitur in Tridentino *ſeſſ.* 22. *capit.* 2. *can.* 3. Et ratio eſt, quòd eſt aptum, vt fiat, aut offeratur Deo fine placandi eum offenſum noſtris culpis, ut illas remittat. Si enim quodcumque aliud opus virtuoſum poteſt hoc fine fieri, cur non poterit hoc Miſſæ ſacrificium hoc fine offerri? Immo Divus Paulus *ad Hebræos* 5. docet, quod hoc fine Pontifex (hoc eſt, Dei miniſter) eligitur: *Omnis Pontifex* (inquit) *ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.*

59 Conſ-

59 Conſpirant autem hæretici in hoc, quòd Miſſæ ſacrificium non ſit propitiatorium: (adhùc ex ſuppoſitione quòd ſit propriè ſacrificium: quod & negant ipſi) & obijciũt: Chriſtus D. ſuo ſacrificio cruẽto abũdantiſsimè ſatisfecit pro peccatis noſtris: ergo ſacrificium Miſſæ fruſtrà ponitur propitiatorium, aut expiatoriũ. Reſp. negando conſequentiam: quia ſacrificium Miſſæ perfectè dicitur propitiatorium: quia applicat illud pretiũ, quod in ſacrificio crucis oblatum eſt. Pro ampliori autem notitia notat benè Becanus *cap. 25. quæſt.* 10. *num.* 6. quòd ſacrificium Miſſę, & ſacrificium crucis, & ſacrificia vetera dicuntur verè propitiatoria, licèt nõ eodem modo, & æquè perfectè. Nã vetera erant propitiatoria non ſolùm quia repræſentabant ſacrificiũ crucis, quod eſt verè propitiatorium, ſed etiam quia vim habebant ad expiandum maculas legales, & placãdi Deum quoàd pœnas tẽporales. Sacrificium autem crucis fuit perfectè propitiatorum: quia exhibuit ſufficiẽtiſsimum pretium ad placandum Deum, & redimenda omnia peccata. Sacrificiũ demùm Miſſæ dicitur etiam perfectè propitiatorium, quia applicat illud pretium quòd, in ſacrificio crucis oblatum eſt.

(.:.)

DVB. XI.

60 PEtes 11. An ſacrificiũ Miſſæ habeat etiam alias qualitates? Reſp. affirmativè. Claritatis tamẽ gratia noto, ſacrificium (quo Deum profitemur auctorem vitę, & mortis) ex fine, quo poteſt aptè fieri, quadrupliciter dividi, & denominari. Primo dicitur latreuticum, ſeu honoratoriũ, ſi fiat ex fine, ſeu animo colendi Deum. Secundo dicitur Euchariſticum, ſeu ſacrificium laudis, & actionis gratiarum, ſi fiat ad agendum gratias Deo pro aliquo beneficio accepto. Tertiò dicitur propitiatoriũ, ſeu expiatorium, ſi fiat animo placãdi Deum pro peccatis noſtris, itaut ea remittat. Quarto dicitur impetratorium, ſi fiat ad impetrandum a Deo aliquod beneficium diſtinctum à remiſſione peccatorum. Cùm ergo dubio præcedenti probaverimus, ſacrificium Miſſæ eſſe propriè propitiatoriũ, ſeu expiatorium, quærimus, an ſimul ſit, aut eſſe poſsit honoratorium, laudatorium, & impetratoriũ? Reſp. affirmativè. Quia poteſt ex quocumque ex prædictis finibus offerri.

61 Vndè cõſtat, ſacrificium Miſſæ eſſe opus virtuoſum aptum ex natura ſua ad hoc, quod fiat ex quocumque ex quatuor motivis præenumeratis. Quarè

in

in actu primo eſt ſacrificiũ latreuticum, aut honoratorium; necnon & Euchariſticum, aut ſacrificium laudis, ſeu gratiarũ actionis; itèm propitiatorium, ſeu expiatorium; & demũ impetratorium. Quamvis autem in actu primo omnes quatuor prædictas denominationes ſimul afficiāt ſacrificium Miſſæ; in actu tamen ſecundo vnam, aut alteram ſumit ab affectu, fine, aut animo, quo ſacrificans prædictum ſacrificium offert. Sin verò ſacrificans ex omnibus quatuor prædictis motivis, aut ex aliquibus illorum ſacrificium Miſſæ offerret, omnes illas denominationes, aut aliquas illarum ad menſuram voluntatis ſacrificantis, hauriet ſacrificiũ in actu ſecũdo. Quod & in quocumque actu exteriori poteſt contingere.

62 Sed age, hæc ſpecialitèr declaremus. Dico ergo primò: ſacrificium Miſſæ poteſt eſſe latreuticum, ſeu honoratorium in actu ſecũdo. Quia poteſt offerri ad honorẽ Dei, ſeu ad eius cultum. ¶ Dico ſecundò: poteſt etiã eſſe Euchariſticum, ſeu laudis, & gratiarũ actionis. Quia poteſt offerri in gratiarũ actionem pro accepto beneficio paſsionis Chriſti D. ¶ Dico 3. poteſt etiã eſſe impetratorium in actu ſecundo. Quia poteſt offerri ad aliquod beneficium impetrandum. Quod autem, & quod cum effectu impetret, conſtat diverſis hiſtorijs, & frequentiſsimis exemplis. Sufficiat nobis D. Aug. *lib. 22. de civit. cap. 8.* dicens: *Vnus ex Presbyteris obtulit ibi* (in domo infeſtata à dæmone) *ſacrificium corporis Chriſti orans, quantũ potuit, vt ceſſaret illa vexatio; &, Deo protinùs miſerante, ceſſavit.* Plura hùc ſpectantia videãtur apud Becanum *cap. 25. quæſt. 10.*

DVBIVM XII.

63 PEtes 12. An in Eccleſia de facto ſit aliud ſacrificium, præter ſacrificium Miſſæ? Reſp. negativè. Quia ad hoc ſacrificium ſolùm celebrãdũ Eccleſia inſtituit miniſtros, nempè Sacerdotes: nec illis in ſua ordinatione poteſtatẽ tribuit ad aliud ſacrificium offerendum: vt conſtat ex illis verbis: *Accipe poteſtatem Miſſas celebrandi.* ¶ Dices, quòd *in can. 3. & 4. Apoſtolorum* permittitur oblatio thymiamatis, olei, ſpicarum, & ſimilium in altari. Reſp. cum *Lugo diſp. 19. num. 34. & Leandro diſp. 1. quæſt. 5.* ibi nõ eſſe ſermonẽ de proprio ſacrificio, ſed de ſimplici oblatione; qualis fieri poteſt B. Virgini, aut alijs ſanctis; quibus tamẽ verùm ſacrificiũ nequit offerri. Hanc concluſionem defendunt cõmuniſsimè, præſertim *Suar. diſp. 74. ſec. 4. Vaz diſp 222 cap. 6. & Lugo citatus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi*: contra non-

nonnullos, quos ſuppreſſo nomine refert prædictus Lugo.

DVB. XIII.

64 PEtes 13. An Eccleſia poſsit inſtituere novum ſacrificium, prçter Euchariſticum? Reſp. negativè. Quia, etſi quævis reſpublica habeat poteſtatem gubernativam; ex qua habet, poſſe aſſumere in ſacrificium materiam aptam, & inſtituere in miniſtrum perſonam cõvenientem: hanc tamẽ poteſtatem videtur Chriſtus D. Eccleſiç aut abſtuliſſe, aut coarctaſſe: eo ipſo, ac inſtituit, ſeu voluit, eſſe in Eccleſia ſolos Sacerdotes, aut miniſtros ſacrificij Miſſæ. ¶ Dices: Eccleſia poterit Sacerdotes inſtituere miniſtros alterius ſacrificij. Reſp. negãdo: quia Chriſtus D. de facto ſic inſtituit Sacerdotes miniſtros ſacrificij Miſſæ, vt ad hoc ſacrificium ſolùm offerẽdum dederit illis poteſtatem: vt colligitur ex verbis illis, quæ dicuntur Sacerdoti in ſua ordinatione; *Accipe poteſtatem, Miſſas celebrandi*, quibus verbis reſtringuitur ei poteſtas ſacrificãdi aliam materiam: itèmque reſtringitur Eccleſiæ poteſtas, quam iure naturæ habebat inſtituẽdi publica auctoritate Sacerdotes ad ſacrificandũ quãcumque materiam conveniẽtem. Quarè nec Sacerdos aliquis poteſt aliud ſacrificiũ offerre: cùm adhoc nõ habeat poteſtatem: pendet enim hoc ex voluntaria, aut libera inſtitutione reipublicæ, vel ſuperioris reipublicæ. (Sacerdos enim inſtituitur quaſi publicus legatus populi ad Deum) Nec Eccleſia poteſt adſcribere Sacerdoti munus offerendi aliud ſacrificium: cùm poteſtas illi iure naturæ conveniens a Chriſto D. ſuperiori illius fuerit aut ablata, aut ad ſacrificium Miſſę coarctata. Alia hùc ſpectantia videantur apud Suar. *diſput. 74. ſect. 4. & apud Lugo diſput. 19. à num. 35.*

CAP. XIII.

De offerentibus ſacrificium Miſſæ.

DVB. I.

1 PEtes 1. An ſoli Sacerdotes poſsint hoc Miſſæ ſacrificium offerre, tanquam miniſtri illius? Reſp. concluſionem affirmativam eſſe de fide definitam in Tridentino *ſeſ 22. cap. 1. & can. 2.* vbi planè habetur, Apoſtolos fuiſſe inſtitutos Sacerdotes, ut ipſi, atque eius ſucceſſores offerrent Miſſæ ſacrificium. Et ratio eſt, quòd, ſicùt ipſi ſolùm poſſunt cõſecrare, ſic ipſi ſoli poſſunt offerre

hoc

Digitized by Google

hoc ſacrificium: cùm eius eſsẽtia in conſecratione conſiſtat; *ex cap.12.à num.22.* Vndè reijciuntur hęretici noſtri temporis exiſtimantes, omnes Chriſtianos poſſe eſſe miniſtros huius ſacramenti.

DVB. II.

2 PEtes 2. An Chriſtus D. ſimul cum Sacerdote offerat ſacrificiũ Miſſæ? Reſp. affirmativè. Quia ſic docet Tridentinum *ſeſ.22. cap.2.* verbis illis: *Vna enim, eademque eſt hoſtia* (cum illa, quæ oblata eſt in ara crucis) *idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diverſa.* Vndè etiam conſtat, Chriſtum D. eſſe principalem offerentem: cùm offerat miniſterio Sacerdotum.

DVB. III.

3 PEtes 3. Quomodò Chriſtus D. offerat ſacrificium Miſſæ? Reſp. nõ offerre immediatè, & proximè; (qua ratione Sacerdos tantùm offert) ſed remotè, & mediatè. (Hoc eſt, quatenùs *inſtituit oblationẽ*, (vt loquitur Scotus *quodl.20. §. De tertio verſ. Ex iſtis*) aut quia offert, medijs Sacerdotibus; vt loquuntur alij.) Quia actio ipſa exterior ſacrificandi, aut conſecrandi in Miſſa non fit ab ipſomet Chriſto D. per ſe ipſum, & immediatè, ſed tantùm à Sacerdote: ergo ſacrificium Miſſę non fit, aut nõ offertur a Chriſto D. per ſe ipſum, & immediatè, ſed tantùm à Sacerdotibus. Conſequentia eſt aperta: in nullo enim differunt ſacrificatio Miſſæ, & actio exterior ſacrificãdi in Miſſa. Antecedẽs autem probatur ex Tridentino *ſeſ.22 cap.1.* docente, Chriſtum D. in ſacrificio Miſſæ immolari per Sacerdotes; ac ſi diceret, *non per alios. Et cap.2.* docente, Chriſtum D. eſſe nunc offerentem miniſterio Sacerdotum: ac ſi diceret, *non aliter offerre.* Qui autem aliquid facit per alium, aut miniſterio alterius, non facit illud immediatè, & per ſe ipſum; ſed tantùm remotè, & per alterum. Vt patet in multis exemplis. Sufficiat autem nobis inſtãtia Domini datis eleemoſynas per famulum, aut medio famulo: eſt enim apertum, tunc Dominum non immediatè, & per ſe ipſum eleemoſynã diſtribuere. Ita Scotus *quodl.20. §. De tertio verſ. Ex iſtis* verbis illis. *Sic ergo patet, quod Euchariſtia oblata acceptatur non ratione voluntatis Chriſti, vt immediatè offerentis.* Necnõ & verbis illis: *Chriſtus, etſi hic offerat, vt contentus in ſacrificio, nõ tamen hic offert immediatè ſacrificium.* Immeritò ergo dicunt aliqui RR. Scotum hanc ſententiam tantùm inſinuare: cùm illa apertiſsimè doceat. Igitur noſtrã concluſionẽ de

defendit *Scotus citatus, noſter Corduba lib. 1. quæſt. 3. opin. 2. Vazq. Becanus; eamque inſinuat Gab. ſect. 26. lit. G. & Hurt. quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 2. diff. 1.*

4 *Suar. diſp. 77. ſect. 1. Adamus, quæſt. 9. dub. 3. & Ægid. q. 83 art. 1. dub. 6.* docent, Chriſtum D. in ſacrificio Miſſę immediatè, proximè, & per ſe ipſum offerre. Et obijciunt illud *Pſal. 109. Tu es Sacerdos in æternũ.* (Idẽ habetur *ad Hebræos 7.*) ergo ſic dicitur, quia perpetuo offert, & ſacrificat, quando Sacerdotes ſacrificant. Reſp. negando conſequentiam: quia Sacerdotium non conſiſtit in miniſterio, & vſu miniſtrandi, ſed in dignitate, & poteſtate ad id, quam Chriſtus D. habet, & habebit, quandiù humanitas illius fuerit vnita perſonalitati Verbi. Sicùt Sacerdotium hominis conſiſtit in dignitate, & poteſtate, quam homo habet ad conſecrandum, ſeu ſacrificãdum: quæ poteſtas, ſeu dignitas cõſiſtit in charactere, qui, cùm ſit indelebilis, ſemper durabit, etiam ſi poſt mortẽ ceſſet vſus miniſtrãdi. Meritò ergo Sacerdotium tàm Chriſti D. quàm noſtrum dicitur æternum: cùm vnio humanitatis ad Verbum in æternum ſit duratura; necnõ & ordinis Sacerdotalis noſter character.

5 Obi. 2. Chriſtus D. eſt verè (immo & principalitèr) offerens: vt diximus *num. 2.* Sed ad hoc non ſufficit, ab illo fuiſſe inſtitutũ ſacrificium Miſſæ: ergo offert immediatè. Probatur minor ex eo, quod Deus inſtituit ſacrificia antiqua, & tamẽ Deus non dicebatur offerens. Reſp. negando conſequẽtiam: admiſſo enim, quòd non ſufficiat, vt Chriſtus D. dicatur offerre, ipſum inſtituiſſe ſacrificium Miſſæ; ſufficit tamen, vt verè, & propriè dicatur offerre, quòd Sacerdotibus, tamquã ſuis miniſtris, & Vicarijs commiſerit munus ſacrificãdi. (Sicùt Dominus dicitur verè, & propriè dare eleemoſynam, quam nomine, & auctoritate illius largitur ſeruus)

6 Obi. 3. ſacrificium Miſſæ eſt infiniti valoris, aut ſaltèm ſummi; & tale, vt nequeat iniquitate miniſtri inquinari: (ut dicitur in Tridẽtino *ſeſ. 22. cap. 1.*) ergo Chriſtus D. eſt actu, & proximè offerẽs. Probatur cõſequentia ex eo, quòd ſacrificia ab offerẽte, & non ab inſtituẽte habent valorem, & bonitatem. Reſp. negando conſequẽtiam, & eius probationem: quia valor ſacrificij Miſſæ (& eius bonitas) non eſt in genere meriti, ſeu ex opere operãtis; ſed inſtar ſacramẽti ex opere operato. Ad quod non requiritur bonitas aliqua in proximè offerente; ſed ſufficit inſtitutio Chriſti D. communicantis illũ valorem ipſi actioni ſacrificij, quam-

quamvis factæ à malo miniſtro: à quo nequit coinquinari.

7 Obi. 4. Chriſtus D. ut homo concurrit phyſicè ad actionem Miſſæ: ergo proximè, & immediatè, immo, & principalitèr comparatus cum Sacerdote. Reſp. negãdo antecedẽs. ſolùm enim concurrit, quia inſtituit Sacerdotium; necnon & quia aſſumit Sacerdotes, tamquàm miniſtros, & Vicarios ſui admunus ſacrificandi. Inſupèr, & moralitèr, ſeu meritoriè, nempè, quia ſua paſsione meruit impetrare à Deo poſitionẽ ſui corporis, & ſanguinis ſub ſpeciebus factam ex vi verborum Sacerdotis. (Et hoc etiam vltimo modo concurrit ad effectum ſacramentorum, nempè tamquàm inſtrumentũ morale impetrando à Deo illorum effectum.) Nullus autem illorũ modorum concurrendi arguit concurſum phyſicum Chriſti Domini in ſacrificatione: ſicùt nequè in cõſecratione à Sacerdote facta.

8 Obi. 5. Sacerdotes offerũt in perſona Chriſti D. tamquàm Vice Chriſti, & legati ipſum repræſentantes: ergo ipſemet actu, & proximè offert. Sicùt Dominus, qui per famulũ elargiritur eleemoſynã, dicitur actu, & proximè illam elargiri. Reſpond. negando conſequentiã: ſolùm enim infertur, quòd actualitèr offerat, quando Sacerdos offert; non autem quòd proximè offerat. Et hoc convincit exemplum eleemoſynæ factæ à Domino miniſterio famuli.

DVBIVM IIII.

9 PEtes 4. An omnes Sacerdotes poſsint validè efficere, & offerre verum ſacrificium Miſſæ? Reſp. affirmative. Quia character (quem in ſua ordinatione quilibet Sacerdos accipit, & in quo conſiſtit poteſtas conſecrandi, & cõſequẽtèr ſacrificandi, ſeu offerendi ſacrificium Miſſæ) eſt indelebilis ab Eccleſia. Vndè fit, quòd Eccleſia poſsit prohibere Sacerdotibus conſecrationem, aut oblationem ſacrificij Miſſæ: quo caſu Sacerdos illicitè conſecrabit: nequit tamen invalidare conſecrationem, aut oblationem Miſſæ à Sacerdote factam. *Ita Scotus in 4. d. 13. q. 2. §. Ad quæſtionẽ à verſ. Loquendo*, vbi ita apertè hoc defendit, & probat, & oppoſitum impugnat, vt padere poſſet G. Hurt. *diſput. 1. diffic. 2.* & aliquos alios RR. citare Scotum pro ſententia, quam efficacitèr impugnavit. Recolantur dicta *à num. 24.* Igitur ſtatuto, quòd Scotus citatus defendat hanc noſtram ſentẽtiam, ipſam quoque propugnant *Angelicus Doctor 3. p. q. 82 art. 7. Vazq. & communitèr Theologi, quos citant, & ſecuntur G. Hurt. ibi & Leandrus tract. 8. diſp. 2. quæſt. 2.*

10 Vter-

Digitized by Google

10 Vterque autẽ cum multis alijs citant *Magiſtrum ſententiarum in 4.d.13. Scotum ibi quaſt. 2. & Gab. quæſt. 2. artic. 3. dub. 2.* pro ſententia illa, quæ affirmavit, Sacerdotes hæreticos, excommunicatos, & quomodolibet ab Eccleſia præciſos non poſſe validè offerre ſacrificium Miſſæ. Tamen, ſi quo iure AA. iſti citant Scotũ, citant & alios, ſine aliquo defenſore manebit ſententia iſta. Sed, hoc ommiſſo, pro hac ſententia obijcitur: etſi Sacerdos ab Eccleſia præciſus poſsit validè conſecrare; (de quo inter Catholicos videtur, non poſſe eſſe controverſiam) nequit tamen verùm ſacrificiũ efficere: ergò nõ omnis Sacerdos poteſt ſacrificiũ Miſſæ peragere. Antecedens probatur; quia ſacrificium Miſſæ cõſiſtit, non in cõſecratione, ſed in oblatione ante cõſecrationẽ facta verbis illis. (*offerimus, &c.*) Reſp. negando antecedens; & eius probationem: ſacrificium enim Miſſæ in conſecratione conſiſtit, & non in oblatione prędicta. De mente autem Scoti diximus *à num. 24.* vndè conſtat, ipſum non conſtituiſſe eſſentiam ſacrificij Miſſæ in oblatione prædicta; ſed in conſecratione: vt diximus *à num. 22.*

(.§.)

DVB. V.

11 PEtes 5. An alij fideles, præter Sacerdotẽ, ſacrificium Miſſæ offerãt? Reſp. affirmativè. Quia id exprimitur in canone Miſſæ, dùm dicitur: *Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ*: quo ſignificatur, totũ populum Chriſtianum, ſeu totam familiam Chriſti D. offerre ſacrificium Miſſæ. Idem inſinuatur verbis illis: *Vndè & memores Domine nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta, &c. offerimus præclaræ maieſtati tuæ.* In ſupèr id inſinuatur, dùm Sacerdos dicit: *Et omnium circumſtantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis.* Quarè benè notat G. Hurt. *diſp. 1. quæſt. 3.* eſſe Catholicorum convenientiam hanc concluſionem, ſeu quod omnes alij fideles, etiam abſentes, dicuntur ſacrificium Miſſæ offerre. Non quidẽ proximè, & immediatè; (ſic enim Sacerdos tãtùm offert: cùm ipſe tantùm proferat verba conſecrationis, quibus, ſeu ex quorum vi quaſi gladio mactatur, & offertur victima in ſacrificio Miſſæ) ſed remotè, & mediatè, nempè quatenùs medio Sacerdote, illam victimam offerunt Deo: etenim Chriſtus D. omnibus, & ſingulis fidelibus ſic ſe ipſum, tamquàm victimã reliquit, ut unuſquiſque tamquàm

quam propriam illum tribuat offerandam Deo, medio Sacerdote: qui eſt vice Chriſtus, ſeu eius vicarius: & conſequenter ſtat medius inter Deum, & populum.

12 Cum ergo omnes fideles hoc modo offerre Miſſæ ſacrificium dicantur: alio ſpecialori modo, aut titulo offerent, qui ad ſacrificium Miſſæ aliquo modo aliter operantur, nempe aut Sacerdoti ſacrificanti miniſtrando, aut ei ſtipendiũ tribuendo, aut ſua aſsiſtentia ſacrificiu approbãdo, aut authorizando. Qui modus ſacrificandi eſt ſpecialiter bonus, & meritorius.

CAP. XIIII.

De his, pro quibus Miſſæ ſacrificium poteſt offerri.

AD duas claſſes reducuntur omnes, pro quibus Miſſæ ſacrificium poteſt oferri, hoc eſt, eis aliquo modo poteſt prodeſſe, ſeu in vtilitatem illorum fieri. In prima ponuntur vivi, ſeu qui in hoc mundo degunt. In ſecunda mortui, ſeu qui non ſunt in via, ſed in termino. Et ideo in duo dubia caput illud ſecabimus.

(.✱.)

DVB. I.

8 PEtes 1. An ſacrificium Miſſæ poſsit pro omnibus vivis offerri? Reſp. multa ſub hoc titulo comprehẽdi. Claritatis gratia ſingula examinabimus.

De ipſo Sacerdote, necnon & de tota Eccleſia Militante, ac de ſingulis eius membris.

2 DIco 1. certũ eſt apud AA. pro his omnibus poſſe validè, & licitè offerri. Quia omnibus, & ſingulis iſtis poteſt eſſe vtile hoc ſacrificiũ. Et ideo in Canone Miſſæ dicitur: *In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta, &c.* Et Tridentinum *ſeſ. 22. cap. 2. & can. 3.* definit, poſſe offerri *pro fideliũ vivorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſsitatibus.*

¶ Nomine autem Eccleſiæ Militantis intelliguntur fideles omnes viventes, non ſolùm iuſti, ſed etiam peccatores, non ſolùm adulti, ſed etiam infantes baptizati: nam his etiam prodeſſe poteſt Miſſæ ſacrificium ad impetrandum ſanitatem corporalem, rectam educationem, & vt ad debitam ætatis menſuram perveniant.

(.?.)

Digitized by Google

De paganis, Iudæis, & cathecumenis.

3 DIco 2. pro his non poteſt offerri licitè ſacrificium Miſſæ. Quia Eccleſia denegat publicas orationes nō baptizatis, etiam cathecumenis, (excepto die paraſceves: tunc enim ex peculiari privilegio, aut diſpenſatione in ſignum generalis redemptionis eo die à Chriſto D. pro omnibus exhibitæ) immò petit, vt infideles converantur: ergo Eccleſia hac conſuetudine ſatis denotat, ſe nolle, & prohibere, quòd fiant orationes publicæ pro non baptizatis: ergo à fortiori non vult, & prohibet, ſacrificium Miſſæ pro illis offerri: quia illud maius eſt orationibus publicis; nec minùs publicum, quàm illæ.

4 Dico 3. Invalidè offerretur ſacrificium Miſſæ pro prædictis non baptizatis. Quia Euchariſtia, vt ſacramentum, non prodeſt illis, cùm tantùm ſit inſtituta pro baptizatis: ergo neque vt ſacrificium. Probatur conſequentia: quia nullo firmo fundamento affirmari poteſt, Euchariſtiam in ſacramentum pro baptizatis tãtum fuiſſe inſtitutam: in ſacrificiũ verò etiã pro non baptizatis. Vtramque hanc concluſionem defendunt *Vazq. diſp. 227. cap. 3. Sotus Gab. Azor, Bartholomeus ab Angelo, Chamerota, Granados, Philibertus, G. Hur. ... blinus, & Machado, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 2. qũ eſt. 6.*

5 *Sed Suar. diſp. 78. ſect. 2. Bellarminus, Henriq. Ægidius, Bonac. Layman, Sa, Lugo, Filliucius, Scortia, Fagund. Villal. & Ludovicus de S. Iuan citati à prædicto Leandro* affirmant, ſacrificium Miſſæ offerri poſſe pro prædictis non baptizatis, non ſolùm validè, ſed etiam licitè, teſte G. Hurt. *diſp. 2. diff. 4.* qui multos ex prædictis Auctoribus etiam citat. Pro hac ergo ſententia obijcitur, quòd Paulus 1. *ad Timoth. 2.* commendat obſecrationes, & orationes fieri pro Regibus, qui tunc non erant baptizati: ergo & pro illis poteſt offerri ſacrificium Miſſæ. Reſp. negando conſequentiã: quia, etſi tempore Apoſtolorũ, & multo tempore poſt illos orationes fieri conſueverint ab Eccleſia pro non baptizatis; immò & in ipſa Miſſa: (vt ſignificant *Clemens Romanus lib. 8. Conſtitut. Apoſtol & D. Chryſoſt. in ſua Liturgia*) & quidem ſatis convenientèr: quia tunc temporis baptizati commorabantur inter non baptizatos: ſicque pro illis orando ſigna amoris oſtendebant, vt pacificè viverent. Numquàm tamen Eccleſia obtulit ſacrificium

cium Miſſæ pro nõ baptizatis. Immò à multis iam ſæculis prę cepto conſuetudine introducto prohibuit, prò prædictis non baptizatis, aut in Miſſa, aut in aliquo publico ritu publicas effundere preces.

6 Contra, quòd Tertul. *in lib. ad Scapulam cap. 2. n. 11.* dicit, quòd ſacrificium pro ſalute Imperatoris offerebatur tūc: tuncque Imperatores non erāt baptizati. Reſp. cum G. Hurt. *diſp. 2. diff. 4.* Tertullianum ibi ſumere ſacrificium latè, nempè pro orationibus publicis in ſacrificio Miſſæ factis. Reſp. 2. cum prædicto Hurt. quod ſi loquitur de ipſomet ſacrificio Miſſæ, intelligendus eſt quoad valorem, & meritum operantis. Quod ſacrificium, vt ſic, offerri poteſt pro non baptizatis. Sicut & quodcūque aliud opus bonum. ¶ In quo ſenſu loquitur libellus qui dicitur ordo Romanus *in 3. ſcrutinio, quod feria 4. hebdomadæ 4. quadrageſimæ* fiebat: vbi habetur, quòd ſacrificium poteſt offerri pro chatecumenis. Sic etiam intelligendus eſt Innocentius III. *in cap. Apoſtolicam de Preſbytero non baptizato, & Amb. in orat. de obitu Valeriani Imperatoris.*

7 Obi. 2. ſacrificium crucis pro omnibus etiam non baptizatis oblatum fuit: ergo etiam ſacrificium Miſſæ offerri poteſt pro illis: Probatur conſequentia: quia hoc ſacrificium eſt applicatio fructus illius. Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dico, quòd omnia ſacramenta ſunt applicationes fructuum ſacrificij crucis; & tamen noluit Chriſtus Dominus illa inſtituere (excepto baptiſmo) pro non baptizatis. Igitur ratio à priori eſt voluntas Chriſti Domini volentis offerre ſacrificium crucis pro omnibus; ſacrificium verò Miſſæ (non eſt ſermo de illo, quod ipſemet nocte cœnæ celebravit) pro baptizatis tantùm.

De baptizatis hæreticis, & Schiſmaticis.

8 DIco quartò: ſacrificium Miſſæ pro his validè poteſt offerri; infructuosè tamen. Prior pars conſtat ex eo, quod, cùm inſtitutum ſit hoc ſacrificium a Chriſto Domino pro omnibus baptizatis; etiam hæretici, & Schiſmatici ſunt capaces applicationis illius: & conſequentèr validè poteſt pro illis offerri. Secunda vero pars conſtat ex prohibitione Eccleſiæ: cùm enim Eccleſia interdicat, hoc ſacrificium pro illis offerri, miniſtèr peccat in ipſa oblatione, & conſequentèr non conſequitur fructum huius ſacrificij. ¶ Dices: Sacerdos cele-

brans ſub mortali Miſſam indulgentiæ pro defuncto, peccat quidem, & tamen conſequitur indulgentiam, & liberat animam à purgatorio: ergo & in præſenti etſi miniſter peccet contra prohibitionem Eccleſiæ, tamen fructuosè offeret ſacrificium pro prædictis. Reſp. negando conſequentiam: quia indulgentiam, aut liberationē animæ conſequitur Sacerdos virtute Eccleſiæ applicātis ſua merita: quæ tamen pro hæreticis, aut chiſmaticis (quos à ſe ſeparat media excommunicatione) applicare non vult.

9 Dico 5. nequit licitè offerri ſacrificiū Miſſæ pro præciſis ab Eccleſia (ſive ſint hæretici, ſivè chiſmatici) adhuc excommunione ſecluſa. Quia Eccleſia numquàm offert ſacrificiū Miſſæ, nec publicè orat pro hæreticis, aut pro chiſmaticis. Adhuc in communi; (excepto die paraſceves ex privilegio, aut diſpenſatióne: vt in ſimili dicebamus *num. 3.*) immò petit ut cōterantur: ergo ſatis denotat, ſe nolle, necnō & prohibere offerri ſacrificiū; & orationes publicas pro illis. *Ita Gab. Sotus, Vazq. Hurt. & aliqui alij ex citatis n. 4.*

10 Vnde reijcio *Bellarm. Suar. Henriq. Bonacinā, & aliquot alios ex num. 5. citatis*, qui admittūt, pro eis publicas orationes fieri poſſe, etiā in Miſſa. Quod & docere videntur Cæleſtinus Papa *epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ; & Iacobus in ſua liturgia*. Et obijciūt, quòd Miſſæ ſacrificium inſtitutum eſt à Chriſto D. pro omnibus baptizatis: & alias, ſecluſa excommunicatione hoc nō eſt prohibitum ab Eccleſia: ergo non ſolum validè, ſed etiam licitè fieri poteſt. Reſp. negando antecedens quoad ſecūdā partem: etſi enim tempore Iacobi, immò & Cæleſtini (qui ſeuit ad annum 424.) non fuerit prohibitum, quin potius erat ordinatum, vt fierent publicæ orationes, etiā in ſacrificio Miſſæ pro præciſis ab Eccleſia: vt in ſimili notabamus *num. 5.* nunc tamen temporis iam eſt prohibitum: vt ibi notabamus: & conſequēter illicitum.

De alijs baptizatis excommunicatione maiori excommunicatis.

11 Dico 6. nequit licitè offerri Miſſæ ſacrificiū pro excommunicato tolerato. Quia Eccleſia abſolutè excludit omnes excommunicatos ab interna ſuffragiorum cōmunicatione. Ita *Suar. Sotus. Monteſ. Valentia, Vazq. Fillincius & Philibertus, quos citat, & ſequitur Lean in ruſ diſp. 2. quæſt. 10.* ¶ Vbi pro oppoſita ſententia adducit *Lugo diſp. 19. num. 187. Bonac. Henriq. Fagund. Azor, Hurt. & multos alios*. Pro qua ſententia obijcitur concilium Conſtancienſe concedens, poſſe communicari cū excōmunicato tolerato: (ſic vocāt eū, qui nō eſt nomi-

nominatim denuntiatus, aut non eſt notoriè Clerici percuſſor) ergo tolerat Eccleſia, vt pro illo publicè oretur, & conſequenter, quod pro illo Miſſæ ſacrificium offeratur. Reſp. negando conſequentiam: Eccleſia enim in prædicto concilio nihil conceſsit directè excommunicato, ſed, ne fideles ſcrupulis angerentur, diſpoſuit, vt cum excommunicato tolerato poſſent communicare, etiam in ſacris; ipſe tamen excómunicatus illicitè intromittere tur ad communicandum cum fidelibus: vt late explicuimus *in tract. de ſacramentis cap. 3. à n. 127. & in tract. de Pœnit. cap. 17. à num.* 102. Igitur cùm concilium in illo *cap. Alma mater* nihil concedat in favorem excómunicati, eodem modo loquẽdum eſt de illo, ac ante prædictum concilium: & conſequenter, ſicùt AA ante illam conceſſionem dicebant, non poſſe licite pro illo offerri Miſſæ ſacrificium; ita & poſt prædictum concilium eſt philoſophandũ.

12 Vndè à fortiori eſt dicẽdum, quod, etſi pro alijs baptizatis maiori excomunicatione excommunicatis validè poſſit offerri Miſſæ ſacrificium: quia baptizati ſunt: illicitè tamen offerretur; (in quo Theologi conſpirant) cùm ſint ab Eccleſia excluſi à communibus ſuffragijs. (Quorum vnum, immò & præcipuum, eſt Miſſæ ſacrificium) Vt conſtat *ex cap. A nobis 26. & ex cap. ſacris 38. De ſent. excom.*

De indirecta oblatione Miſſæ.

13 OBſervant communiter, pro quocumque baptizato, (adhuc hæretico) immo & non baptizato poſſe Miſſæ ſacrificium offerri indirecte: ſicùt & quaſcumque alias publicas orationes fieri. Quia hoc nuſquam eſt prohibitum: immò nec prudentèr prohiberetur. Vocant autem indirectam oblationem, preces, aut orationes, quamdam redundantiam in bonum, aut vtilitatem alterius ſine qua id, quod conſequi intendo, non poſſum adipiſci. V.g. offert Eccleſia Miſſæ ſacrificium, aut orat pro ſedando chiſmate, pro pace mundi, &c. ex ſedatione Chiſmatis redundat in ſchiſmaticos vtilitas, ſicùt & ex pace redundat in no baptizatos bonum vtilitatis. Igitur hæc indirecta Miſſæ ſacrificij oblatio nuſquam eſt prohibita: & conſequenter licitè fit. Cùm a me non ſit intẽta: nec ego tenear, omittere oblationem ſacrificij, quam pro alio fine honeſto (pro chiſmate v.g. ſedando) facio, ne illud bonum redundet in hæreticum, aut non baptizatũ.

(.§.)

Digitized by Google

59 Conſpirant autem hæretici in hoc, quòd Miſſæ ſacrificium non ſit propitiatorium: (adhùc ex ſuppoſitione quòd ſit propriè ſacrificium: quod & negant ipſi) & objiciũt: Chriſtus D. ſuo ſacrificio cruẽto abũdantiſsimè ſatisfecit pro peccatis noſtris: ergo ſacrificium Miſſæ fruſtrà ponitur propitiatorium, aut expiatoriũ. Reſp. negando conſequentiam: quia ſacrificium Miſſæ perfectè dicitur propitiatorium: quia applicat illud pretiũ, quod in ſacrificio crucis oblatum eſt. Pro ampliori autem notitia notat benè Becanus *cap. 25. quæſt. 10. num. 6.* quòd ſacrificium Miſſę, & ſacrificium crucis, & ſacrificia vetera dicuntur verè propitiatoria, licèt nõ eodem modo, & æquè perfectè. Nã vetera erant propitiatoria non ſolùm quia repræſentabant ſacrificiũ crucis, quod eſt verè propitiatorium, ſed etiam quia vim habebant ad expiandum maculas legales, & placãdi Deum quoàd pœnas tẽporales. Sacrificium autem crucis fuit perfectè propitiatorum: quia exhibuit ſufficiẽtiſsimum pretium ad placandum Deum, & redimenda omnia peccata. Sacrificiũ demùm Miſſæ dicitur etiam perfectè propitiatorium, quia applicat illud pretium quòd, in ſacrificio crucis oblatum eſt.

(.*.)

DVB. XI.

60 Petes 11. An ſacrificiũ Miſſæ habeat etiam alias qualitates? Reſp. affirmativè. Claritatis tamẽ gratia noto, ſacrificium(quo Deum profitemur auctorem vitę, & mortis) ex fine, quo poteſt aptè fieri, quadrupliciter dividi, & denominari. Primo dicitur latreuticum, ſeu honoratoriũ, ſi fiat ex fine, ſeu animo colendi Deum. Secundo dicitur Euchariſticum, ſeu ſacrificium laudis, & actionis gratiarum, ſi fiat ad agendum gratias Deo pro aliquo beneficio accepto. Tertiò dicitur propitiatoriũ, ſeu expiatorium, ſi fiat animo placãdi Deum pro peccatis noſtris, itaut ea remittat. Quarto dicitur impetratorium, ſi fiat ad impetrandum a Deo aliquod beneficium diſtinctum à remiſſione peccatorum. Cùm ergo dubio præcedenti probaverimus, ſacrificium Miſſæ eſſe propriè propitiatoriũ, ſeu expiatorium, quærimus, an ſimul ſit, aut eſſe poſsit honoratorium, laudatorium, & impetratoriũ? Reſp. affirmativè. Quia poteſt ex quocumque ex prædictis finibus offerri.

91 Vndè cõſtat, ſacrificium Miſſæ eſſe opus virtuoſum aptum ex natura ſua ad hoc, quod fiat ex quocumque ex quatuor motivis præenumeratis. Quarè in

in actu primo eſt ſacrificiũ latreuticum, aut honoratorium; necnon & Euchariſticum, aut ſacrificium laudis, ſeu gratiarũ actionis; itèm propitiatorium, ſeu expiatorium; & demũ impetratorium. Quamvis autem in actu primo omnes quatuor prædictas denominationes ſimul afficiāt ſacrificium Miſſæ; in actu tamen ſecundo vnam, aut alteram ſumit ab affectu, fine, aut animo, quo ſacrificans prædictum ſacrificium offert. Sin verò ſacrificans ex omnibus quatuor prædictis motivis, aut ex aliquibus illorum ſacrificium Miſſæ offerret, omnes illas denominationes, aut aliquas illarum ad menſuram voluntatis ſacrificantis, hauriet ſacrificiũ in actu ſecũdo. Quod & in quocumque actu exteriori poteſt contingere.

62 Sed age, hæc ſpecialitèr declaremus. Dico ergo primò: ſacrificium Miſſę poteſt eſſe latreuticum, ſeu honoratorium in actu ſecũdo. Quia poteſt offerri ad honorē Dei, ſeu ad eius cultum. ¶ Dico ſecundò: poteſt etiam eſſe Euchariſticum, ſeu laudis, & gratiarũ actionis. Quia poteſt offerri in gratiarũ actionem pro accepto beneficio paſſionis Chriſti D. ¶ Dico 3. poteſt etiã eſſe impetratorium in actu ſecundo. Quia poteſt offerri ad aliquod beneficium impetrandum. Quod autem, & quod cum effectu impetret, conſtat diverſis hiſtorijs, & frequentiſsimis exemplis. Sufficiat nobis D. Aug. *lib. 22. de civit. cap. 8.* dicens: *Vnus ex Presbyteris obtulit ibi* (in domo infeſtata à dæmone) *ſacrificium corporis Chriſti orans, quantũ potuit, vt ceſſaret illa vexatio*; &, *Deo protinus miſerante, ceſſavit.* Plura hùc ſpectantia videātur apud Becanum *cap. 25. quæſt. 10.*

DVBIVM XII.

63 PEtes 12. An in Eccleſia de facto ſit aliud ſacrificium, præter ſacrificium Miſſæ? Reſp. negativè. Quia ad hoc ſacrificium ſolùm celebrādũ Eccleſia inſtituit miniſtros, nempè Sacerdotes: nec illis in ſua ordinatione poteſtatē tribuit ad aliud ſacrificium offerendum: vt conſtat ex illis verbis: *Accipe poteſtatem Miſſas celebrandi.* ¶ Dices, quòd *in can. 3. & 4. Apoſtolorum* permittitur oblatio thymiamatis, olei, ſpicarum, & ſimilium in altari. Reſp. cum *Lugo diſp. 19. num. 34. & Leandro diſp. 1. quæſt. 5.* ibi nõ eſſe ſermonē de proprio ſacrificio, ſed de ſimplici oblatione; qualis fieri poteſt B. Virgini aut alijs ſanctis; quibus tamē verùm ſacrificiũ nequit offerri. Hanc concluſionem defendunt cõmuniſsimè, præſertim *Suar. diſp. 74. ſec. 4. Vaz diſp 222 cap. 6. & Lugo citatus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi*: contra non-

nonnullos, quos ſuppreſſo nomine refert prædictus Lugo.

DVB. XIII.

64 Petes 13. An Eccleſia poſsit inſtituere nouum ſacrificium, prçter Euchariſticum? Reſp. negativè. Quia, etſi quævis reſpublica habeat poteſtatem gubernativam; ex qua habet, poſſe aſſumere in ſacrificium materiam aptam, & inſtituere in miniſtrum perſonam cõvenientem: hanc tamẽ poteſtatem videtur Chriſtus D. Eccleſiç aut abſtuliſſe, aut coarctaſſe; eo ipſo, ac inſtituit, ſeu voluit, eſſe in Eccleſia ſolos Sacerdotes, aut miniſtros ſacrificij Miſſæ. ¶ Dices: Eccleſia poterit Sacerdotes inſtituere miniſtros alterius ſacrificij. Reſp. negãdo: quia Chriſtus D. de facto ſic inſtituit Sacerdotes miniſtros ſacrificij Miſſæ, vt ad hoc ſacrificium ſolùm offerẽdum dederit illis poteſtatem: vt colligitur ex verbis illis, quæ dicuntur Sacerdoti in ſua ordinatione; *Accipe poteſtatem, Miſſas celebrandi*, quibus verbis reſtringuitur ei poteſtas ſacrificãdi aliam materiam: itèmque reſtringitur Eccleſiæ poteſtas, quam iure naturæ habebat inſtituẽdi publica auctoritate Sacerdotes ad ſacrificandũ quãcumque materiam convenientem. Quarè nec Sacerdos aliquis poteſt aliud ſacrificiũ offerre: cùm adhuc nõ habeat poteſtatem: pendet enim hoc ex voluntaria, aut libera inſtitutione reipublicæ, vel ſuperioris reipublicæ. (Sacerdos enim inſtituitur quaſi publicus legatus populi ad Deum) Nec Eccleſia poteſt adſcribere Sacerdoti munus offerendi aliud ſacrificium: cùm poteſtas illi iure naturæ conveniens a Chriſto D. ſuperiori illius fuerit aut ablata, aut ad ſacrificium Miſſę coarctata. Alia hùc ſpectantia videantur apud Suar. *diſput. 74. ſect. 4. & apud Lugo diſput. 19. à num. 35.*

CAP. XIII.

De offerentibus ſacrificium Miſſæ.

DVB. I.

1 Petes 1. An ſoli Sacerdotes poſsint hoc Miſſæ ſacrificium offerre, tamquàm miniſtri illius? Reſp. concluſionem affirmativam eſſe de fide definitam in Tridentino *ſeſ. 22. cap. 1. & can. 2.* vbi planè habetur, Apoſtolos fuiſſe inſtitutos Sacerdotes, ut ipſi, atque eius ſucceſſores offerrent Miſſæ ſacrificium. Et ratio eſt, quòd, ſicùt ipſi ſolùm poſſunt cõſecrare, ſic ipſi ſoli poſſunt offerre hoc

hoc ſacrificium: cùm eius eſſētia in conſecratione conſiſtat; *ex cap.12.à num. 22.* Vndè reijciuntur hęretici noſtri temporis exiſtimantes, omnes Chriſtianos poſſe eſſe miniſtros huius ſacramenti.

DVB. II.

2 PEtes 2. An Chriſtus D. ſimul cum Sacerdote offerat ſacrificiū Miſſæ? Reſp. affirmativè. Quia ſic docet Tridentinum *ſeſ. 22. cap. 2.* verbis illis: *Vna enim, eademque eſt hoſtia* (cum illa, quæ oblata eſt in ara crucis) *idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diverſa.* Vndè etiam conſtat, Chriſtum D. eſſe principalem offerentem: cùm offerat miniſterio Sacerdotum.

DVB. III.

3 PEtes 3. Quomodò Chriſtus D. offerat ſacrificium Miſſæ? Reſp. nō offerre immediatè, & proximè; (qua ratione Sacerdos tantùm offert) ſed remotè, & mediatè. (Hoc eſt, quatenùs *inſtituit oblationē,* (vt loquitur Scotus *quodl.20. §. De tertio verſ. Ex iſtis*) aut quia offert, medijs Sacerdotibus; vt loquuntur alij.) Quia actio ipſa exterior ſacrificandi, aut conſecrandi in Miſſa non fit ab ipſomet Chriſto D. per ſe ipſum & immediatè, ſed tantùm à Sacerdote: ergo ſacrificium Miſſę non fit, aut nō offertur à Chriſto D. per ſe ipſum, & immediatè, ſed tantùm à Sacerdotibus. Conſequentia eſt aperta: in nullo enim differunt ſacrificatio Miſſæ, & actio exterior ſacrificādi in Miſſa. Antecedēs autem probatur ex Tridentino *ſeſ.22 cap.1.* docente, Chriſtum D. in ſacrificio Miſſæ immolari per Sacerdotes; ac ſi diceret, *non per alios. Et cap. 2.* docente, Chriſtum D. eſſe nunc offerentem miniſterio Sacerdotum: ac ſi diceret, *non alitèr offerre.* Qui autem aliquid facit per alium, aut miniſterio alterius, non facit illud immediatè, & per ſe ipſum; ſed tantùm remotè, & per alterum. Vt patet in multis exemplis. Sufficiat autem nobis inſtātia Domini datis eleemoſynas per famulum, aut medio famulo: eſt enim apertum, tunc Dominum non immediatè, & per ſe ipſum eleemoſynā diſtribuere. Ita Scotus *quodl. 20. §. De tertio verſ. Ex iſtis* verbis illis. *Sic ergo patet, quod Euchariſtia oblata acceptatur non ratione voluntatis Chriſti, vt immediatè offerentis.* Nec nō & verbis illis: *Chriſtus, etſi hic offerat, vt contentus in ſacrificio, nō tamen hic offert immediatè ſacrificium.* Immeritò ergo dicunt aliqui RR. Scotum hanc ſententiam tantùm inſinuare: cùm illa apertiſsimè doceat. Igitur noſtrā concluſionē de-

defendit *Scotus citatus*, *noſter Corduba lib. 1. quaſt. 3. opin. 2. Vazq. Becanus*; *eamque inſinuat Gab. ſect. 26. lit. G. & Hurt. quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 2. diff. 1.*

4 *Suar. diſp. 77. ſect. 1. Adamus, quaſt. 9. dub. 3. & Ægid. q. 83 art. 1. dub. 6.* docent, Chriſtum D. in ſacrificio Miſſę immediatè, proximè, & per ſe ipſum offerre. Et obijciunt illud *Pſal. 109. Tu es Sacerdos in æternũ.* (Idẽ habetur *ad Hebræos 7.*) ergo ſic dicitur, quia perpetuo offert, & ſacrificat, quandò Sacerdotes ſacrificant. Reſp. negando conſequentiam: quia Sacerdotium non conſiſtit in miniſterio, & vſu miniſtrandi, ſed in dignitate, & poteſtate ad id, quam Chriſtus D. habet, & habebit, quandiù humanitas illius fuerit vnita perſonalitati Verbi. Sicùt Sacerdotium hominis conſiſtit in dignitate, & poteſtate, quam homo habet ad conſecrandum, ſeu ſacrificãdum: quæ poteſtas, ſeu dignitas cõſiſtit in charactere, qui, cùm ſit indelebilis, ſemper durabit, etiam ſi poſt mortẽ ceſſet vſus miniſtrãdi. Meritò ergo Sacerdotium tàm Chriſti D. quàm noſtrum dicitur æternum: cùm vnio humanitatis ad Verbum in æternum ſit duratura; necnõ & ordinis Sacerdotalis noſter character.

5 Obi. 2. Chriſtus D. eſt verè (immo & principalitèr) offerens: vt diximus *num. 2.* Sed ad hoc non ſufficit, ab illo fuiſſe inſtitutũ ſacrificium Miſſæ: ergo offert immediatè. Probatur minor ex eo, quod Deus inſtituit ſacrificia antiqua, & tamẽ Deus non dicebatur offerens. Reſp. negando conſequẽtiam: admiſſo enim, quòd non ſufficiat, vt Chriſtus D. dicatur offerre, ipſum inſtituiſſe ſacrificium Miſſæ; ſufficit tamen, vt verè, & propriè dicatur offerre, quòd Sacerdotibus, tamquã ſuis miniſtris, & Vicarijs commiſerit munus ſacrificãdi. (Sicùt Dominus dicitur verè, & propriè dare eleemoſynam, quam nomine, & auctoritate illius largitur ſervus)

6 Obi. 3. ſacrificium Miſſæ eſt infiniti valoris, aut ſaltèm ſummi; & tale, vt nequeat iniquitate miniſtri inquinari: (ut dicitur in Tridẽtino *ſeſ. 22. cap. 1.*) ergo Chriſtus D. eſt actu, & proximè offerẽs. Probatur cõſequentia ex eo, quòd ſacrificia ab offerẽte, & non ab inſtituẽte habent valorem, & bonitatem. Reſp. negando conſequẽtiam, & eius probationem: quia valor ſacrificij Miſſæ (& eius bonitas) non eſt in genere meriti, ſeu ex opere operãtis; ſed inſtar ſacramẽti ex opere operato. Ad quod non requiritur bonitas aliqua in proximè offerente; ſed ſufficit inſtitutio Chriſti D. communicantis illũ valorem ipſi actioni ſacrificij, quam-

quamvis factæ à malo miniſtro: à quo nequit coinquinari.

7 Obi.4. Chriſtus D.ut homo concurrit phyſicè ad actionem Miſſæ: ergo proximè, & immediatè, immo, & principalitèr comparatus cum Sacerdote. Reſp. negãdo antecedẽs. ſolùm enim concurrit, quia inſtituit Sacerdotium; necnon & quia aſſumit Sacerdotes, tamquàm miniſtros, & Vicarios ſui ad munus ſacrificandi. Inſupèr, & moralitèr, ſeu meritoriè, nempè, quia ſua paſsione meruit impetrare à Deo poſitionẽ ſui corporis, & ſanguinis ſub ſpeciebus factam ex vi verborum Sacerdotis. (Et hoc etiam vltimo modo concurrit ad effectum ſacramentorum, nempè tamquàm inſtrumentũ morale impetrando à Deo illorum effectum.) Nullus autem illorũ modorum concurrendi arguit concurſum phyſicum Chriſti Domini in ſacrificatione: ſicùt neque in cõſecratione à Sacerdote facta.

8 Obi.5. Sacerdotes offerũt in perſona Chriſti D. tamquàm Vice Chriſti, & legati ipſum repræſentantes: ergo ipſemet actu, & proximè offert. Sicùt Dominus, qui per famulũ elargitur eleemoſynã, dicitur actu, & proximè illam elargiri. Reſpond. negando conſequentiã: ſolùm enim infertur, quòd actualitèr offerat, quando Sacerdos offert; non autem quòd proximè offerat. Et hoc convincit exemplum eleemoſynæ factæ à Domino miniſterio famuli.

DVBIVM IIII.

9 PEtes 4. An omnes Sacerdotes poſsint validè efficere, & offerre verum ſacrificium Miſſæ? Reſp. affirmative. Quia character (quem in ſua ordinatione quilibet Sacerdos accipit, & in quo conſiſtit poteſtas conſecrandi, & coſequẽtèr ſacrificandi, ſeu offerendi ſacrificium Miſſæ) eſt indelebilis ab Eccleſia. Vndè fit, quòd Eccleſia poſsit prohibere Sacerdotibus conſecrationem, aut oblationem ſacrificij Miſſæ: quo caſu Sacerdos illicitè conſecrabit: nequit tamen invalidare conſecrationem, aut oblationem Miſſæ à Sacerdote factam. *Ita Scotus in 4. d. 13. q. 2. §. Ad quæſtionè à verſ. Loquendo*, vbi ita apertè hoc defendit, & probat, & oppoſitum impugnat, vt pudere poſſet G. Hurt. *diſput. 1. diffic. 2.* & aliquos alios RR. citare Scotum pro ſententia, quam efficacitèr impugnavit. Recolantur dicta *4 num. 24.* Igitur ſtatuto, quòd Scotus citatus defendat hanc noſtram ſentẽtiam, ipſam quoque propugnant *Angelicus Doctor 3. p. q. 82 art. 7. Vazq. & communitèr Theologi, quos citant, & ſecuntur G. Hurt. ibi & Leandrus tract. 8. diſp. 2. quæſt. 2.*

10 Vter-

10 Vterque autē cum multis alijs citant *Magiſtrum ſententiarum in 4.d.13. Scotum ibi quæſ. 2. & Gab. quæſt. 2 artic. 3. dub. 2.* pro ſententia illa, quæ affirmavit, Sacerdotes hæreticos, excommunicatos, & quomodoli bet ab Eccleſia præciſos non poſſe validè offerre ſacrificium Miſſæ. Tamen, ſi quo iure AA. iſti citant Scotu, citant & alios, ſine aliquo defenſore manebit ſentētia iſta. Sed, hoc ommiſſo, pro hac ſententia obijcitur: etſi Sacerdos ab Eccleſia præciſus poſsit validè conſecrare; (de quo inter Catholicos videtur, non poſſe eſſe controverſiam) nequit tamen verùm ſacrificiū efficere: ergò nō omnis Sacerdos poteſt ſacrificiū Miſſæ peragere. Antecedens probatur; quia ſacrificium Miſſæ cōſiſtit, non in cōſecratione, ſed in oblatione ante cōſecrationē facta verbis illis. (*offerimus, &c.*) Reſp. negando antecedens; & eius probationem: ſacrificium enim Miſſæ in conſecratione conſiſtit, & non in oblatione prędicta. De mente autem Scoti diximus *à num. 24.* vndè conſtat, ipſum non conſtituiſſe eſſentiam ſacrificij Miſſæ in oblatione prædicta; ſed in conſecratione: vt diximus *à num. 22.*

(.§.)

DVB. V.

11 PEtes 5. An alij fideles, præter Sacerdotē, ſacrificium Miſſæ offerāt? Reſp. affirmativê. Quia id exprimitur in canone Miſſæ, dùm dicitur: *Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ*: quo ſignificatur, totū populum Chriſtianum, ſeu totam familiam Chriſti D. offerre ſacrificium Miſſæ. Idem inſinuatur verbis illis: *Vnde & memores Domine nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta, &c. offerimus præclaræ maieſtati tuæ.* Inſupèr id inſinuatur, dùm Sacerdos dicit: *Et omnium circumſtantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis.* Quarè benè notat G. Hurt. *diſp. 1. quæſt. 3.* eſſe Catholicorum convenientiam hanc concluſionem, ſeu quod omnes alij fideles, etiam abſentes, dicuntur ſacrificium Miſſæ offerre. Non quidē proximè, & immediatè; (ſic enim Sacerdos tātùm offert: cùm ipſe tantùm proferat verba conſecrationis, quibus, ſeu ex quorum vi quaſi gladio mactatur, & offertur victima in ſacrificio Miſſæ) ſed remotè, & mediatè, nempè quatenùs medio Sacerdote, illam victimam offerunt Deo: etenim Chriſtus D. omnibus, & ſingulis fidelibus ſic ſe ipſum, tàmquàm victimā reliquit, ut ūnuſquiſque tamquàm

Digitized by Google

quam propriam illum tribuat offerandam Deo, medio Sacerdote: qui eſt vice Chriſtus, ſeu eius vicarius: & conſequenter ſtat medius inter Deum, & populum.

12 Cum ergo omnes fideles hoc modo offerre Miſſæ ſacrificium dicantur: alio ſpecialori modo, aut titulo offerent, qui ad ſacrificium Miſſæ aliquo modo aliter operantur, nempè aut Sacerdoti ſacrificanti miniſtrando, aut ei ſtipendiū tribuendo, aut ſua aſsiſtentia ſacrificiu approbādo, aut authorizando. Qui modus ſacrificandi eſt ſpecialiter bonus, & meritorius.

CAP. XIIII.

De his, pro quibus Miſſæ ſacrificium poteſt offerri.

AD duas claſſes reducuntur omnes, pro quibus Miſſæ ſacrificiū poteſt oferri, hoc eſt, eis aliquo modo poteſt prodeſſe, ſeu in vtilitatem illorum fieri. In prima ponuntur vivi, ſeu qui in hoc mundo degunt. In ſecunda mortui, ſeu qui non ſunt in via, ſed in termino. Et ideo in duo dubia caput illud ſecabimus.

(.✠.)

DVB. I.

8 PEtes 1. An ſacrificium Miſſæ poſsit pro omnibus vivis offerri? Reſp. multa ſub hoc titulo comprehēdi. Claritatis gratia ſingula examinabimus.

De ipſo Sacerdote, necnon & de tota Eccleſia Militante, ac de ſingulis eius membris.

2 DIco 1. certū eſt apud AA. pro his omnibus poſſe validè, & licitè offerri. Quia omnibus, & ſingulis iſtis poteſt eſſe vtile hoc ſacrificiū. Et ideo in Canone Miſſæ dicitur: *In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta, &c.* Et Tridentinum *ſeſ. 22. cap. 2. & can. 3.* definit, poſſe offerri *pro fideliū vivorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſsitatibus.*

¶ Nomine autem Eccleſiæ Militantis intelliguntur fideles omnes viventes, non ſolūm iuſti, ſed etiam peccatores, non ſolūm adulti, ſed etiam infantes baptizati: nam his etiam prodeſſe poteſt Miſſæ ſacrificium ad impetrandum ſanitatem corporalem, rectam educationem, & vt ad debitam ætatis menſuram perveniant.

(.?.)

De paganis, Iudæis, & cathecumenis.

3 Dico 2. pro his non poteſt offerri licitè ſacrificium Miſſæ. Quia Eccleſia denegat publicas orationes nō baptizatis, etiam cathecumenis, (excepto die paraſceves: tunc enim ex peculiari privilegio, aut diſpenſatione in ſignum generalis redemptionis eo die à Chriſto D. pro omnibus exhibitæ) immò petit, vt infideles convertantur: ergo Eccleſia hac conſuetudine ſatis denotat, ſe nolle, & prohibere, quod fiant orationes publicæ pro non baptizatis: ergo à fortiori non vult, & prohibet, ſacrificium Miſſæ pro illis offerri: quia illud maius eſt orationibus publicis; nec minùs publicum, quàm illæ.

4 Dico 3. Invalidè offerretur ſacrificium Miſſæ pro prædictis non baptizatis. Quia Euchariſtia, vt ſacramentum, non prodeſt illis, cùm tantùm ſit inſtituta pro baptizatis: ergo neque vt ſacrificium. Probatur conſequentia: quia nullo firmo fundamento affirmari poteſt, Euchariſtiam in ſacramentum pro baptizatis tātum fuiſſe inſtitutam: in ſacrificiū verò etiā pro non baptizatis. Vtramque hanc concluſionem defendunt *Vazq. diſp. 227. cap. 3. Sotus Gab. Azor, Bartholomeus ab Angelo, Chamerota, Granados, Philibertus, G. Hur. ..blinus, & Machado, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 2. quæſt. 6.*

5 *Sed Suar. diſp. 78. ſect. 2. Bellarminus, Henriq. Ægidius, Bonac. Layman, Sa, Lugo, Filliucius, Scortia, Fagund. Villal. & Ludovicus de S. Iuan citati à prædicto Leandro* affirmant, ſacrificium Miſſæ offerri poſſe pro prædictis non baptizatis, non ſolùm validè, ſed etiam licitè, teſte G. Hurt. *diſp. 2. diff. 4.* qui multos ex prædictis Auctoribus etiam citat. Pro hac ergo ſententia objicitur, quòd Paulus 1. *ad Timoth. 2.* commendat obſecrationes, & orationes fieri pro Regibus, qui tunc non erant baptizati: ergo & pro illis poteſt offerri ſacrificium Miſſæ. Reſp. negando conſequentiā: quia, etſi tempore Apoſtolorū, & multo tempore poſt illos orationes fieri conſueverint ab Eccleſia pro non baptizatis; immò & in ipſa Miſſa: (vt ſignificant *Clemens Romanus lib. 8. Conſtitut. Apoſtol. & D. Chryſoſt. in ſua Liturgia*) & quidem ſatis convenientèr: quia tunc temporis baptizati commorabantur inter non baptizatos: ſicque pro illis orando ſigna amoris oſtendebant, vt pacificè viverent. Numquàm tamen Eccleſia obtulit ſacrificium

cium Miſſæ pro nō baptizatis. Immò à multis iam ſæculis prę cepto conſuetudine introducto prohibuit, pro prædictis non baptizatis, aut in Miſſa, aut in aliquo publico ritu publicas effundere preces.

6 Contra, quòd Tertul. *in lib. ad Scapulam cap. 2. n. 11.* dicit, quòd ſacrificium pro ſalute Imperatoris offerebatur tūc: tuncque Imperatores non erāt baptizati. Reſp. cum G. Hurt. *diſp. 2. diff 4.* Tertullianum ibi ſumere ſacrificium laté, nempè pro orationibus publicis in ſacrificio Miſſæ factis. Reſp. 2. cum prædicto Hurt. quòd ſi loquitur de ipſomet ſacrificio Miſſæ, intelligendus eſt quoad valorem, & meritum operantis. Quod ſacrificium, vt ſic, offerri poteſt pro non baptizatis. Sicut & quod cūque aliud opus bonum. ¶ In quo ſenſu loquitur libellus qui dicitur ordo Romanus *in 3. ſcrutinio, quod feris 4. hebdomadæ 4. quadrageſimæ* fiebat: vbi habetur, quòd ſacrificium poteſt offerri pro chatecumenis. Sic etiam intelligendus eſt Innocentius III. *in cap. Apoſtolicam de Preſbytero non baptizato, & Amb. in orat. de obitu Valeriani Imperatoris.*

7 Obi. 2. ſacrificium crucis pro omnibus etiam non baptizatis oblatum fuit: ergo etiam ſacrificium Miſſæ offerri poteſt pro illis. Probatur conſequentia: quia hoc ſacrificium eſt applicatio fructus illius. Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dico, quòd omnia ſacramenta ſunt applicationes fructuum ſacrificij crucis; & tamen noluit Chriſtus Dominus illa inſtituere (excepto baptiſmo) pro non baptizatis. Igitur ratio à priori eſt voluntas Chriſti Domini volentis offerre ſacrificium crucis pro omnibus; ſacrificium verò Miſſæ (non eſt ſermo de illo, quod ipſemet nocte cœnæ celebravit) pro baptizatis tantùm.

De baptizatis hæreticis, & Schiſmaticis.

8 Dico quartò: ſacrificium Miſſæ pro his validè poteſt offerri; in fructuosè tamen. Prior pars conſtat ex eo, quòd, cùm inſtitutum ſit hoc ſacrificium a Chriſto Domino pro omnibus baptizatis: etiam hæretici, & Schiſmatici ſunt capaces applicationis illius: & conſequenter validè poteſt pro illis offerri. Secunda vero pars conſtat ex prohibitione Eccleſiæ: cùm enim Eccleſia interdicat, hoc ſacrificium pro illis offerri, miniſtèr peccat in ipſa oblatione, & conſequentèr non conſequitur fructum huius ſacrificij. ¶ Dices: Sacerdos celebrans

nòminatim denuntiatus, aut non eſt notoriè Clerici percuſſor) ergo tolerat Eccleſia, vt pro illo publicè oretur, & conſequenter, quod pro illo Miſſæ ſacrificium offeratur. Reſp. negando conſequentiam: Eccleſia enim in prædicto concilio nihil conceſsit directè excommunicato, ſed, ne fideles ſcrupulis angerentur, diſpoſuit, vt cum excommunicato tolerato poſſent communicare, etiam in ſacris; ipſe tamen excómunicatus illicitè intromittere tur ad communicandum cum fidelibus: vt iate explicuimus *in tract. de ſacramentis cap. 3. à n. 127. & in tract. de Pœnit. cap. 17. à num.* 102. Igitur cùm concilium in illo *cap. Alma mater* nihil concedat in favorem excómunicati, eodem modo loquẽdum eſt de illo, ac ante prædictum concilium: & conſequentèr; ſicùt AA ante illam coceſſionem dicebant, non poſſe licitè pro illo offerri Miſſæ ſacrificium; ita & poſt prædictum concilium eſt philoſophandũ.

12 Vndè à fortiori eſt dicẽdum, quod, etſi pro alijs baptizatis maiori excomunicatione excommunicatis validè poſsit offerri Miſſæ ſacrificium: quia baptizati ſunt: illicitè tamen offerretur: (in quo Theologi conſpirant) cùm ſint ab Eccleſia excluſi à communibus ſuffragijs. (Quorum vnum, immò & præcipuum, eſt Miſſæ ſacrificium) Vt conſtat *ex cap. A nobis 26. & ex cap. ſacris 38. De ſent. excom.*

De indirecta oblatione Miſſæ.

13 OBſervant communitèr, pro quocumque baptizato, (adhuc hæretico) immo & non baptizato poſſe Miſſæ ſacrificium offerri indirectè: ſicùt & qualcumque alias publicas orationes fieri. Quia hoc nuſſibi eſt prohibitum, immò nec prudentèr prohiberetur. Vocant autem indirectam oblationem, preces, aut orationes, quamdam redundantiam in bonum, aut vtilitatem alterius ſine qua id, quod conſequi intendo, non poſſum adipiſci. V.g. offert Eccleſia Miſſæ ſacrificium, aut orat pro ſedando chiſmate, pro pace mundi, &c. ex ſedatione Chiſmatis redundat in ſchiſmaticos vtilitas, ſicùt & ex pace redundat in no baptizatos bonum vtilitatis Igitur hæc indirecta Miſſæ ſacrificij oblatio nuſſibi eſt prohibita: & conſequenter licitè fit. Cùm a me non ſit intẽta: nec ego tenear, omittere oblationem ſacrificij, quam pro alio fine honeſto (pro chiſmate v.g. ſedando) facio, ne illud bonum redundet in hæreticum, aut non baptizatũ.

(.§.)

Digitized by Google

De Sacerdote in memento Miſſæ pro prædictis orante.

14 OBſervant etiam communitèr, poſſe Sacerdotem ſuo nomine, aut quatenùs eſt perſona privata ſecretas preces in memento Miſſæ pro excommunicatis, & non baptizatis effundere: licèt id nõ poſſit nomine Eccleſiæ. Et ratio eſt, quod ab Eccleſia non prohibetur privata oratio pro illis, ſed ſola publica, & quæ fit nomine Eccleſiæ. Ita Lugo *diſp.* 19.*n.* 165, *Bonac. Suar.* & *alij, quos citat,* & *ſequitur Leandrus diſp.* 2. *quæſt.* 11. ¶ Vndè conſtat, non eſſe audiendum Sotum *in* 4. *diſt.* 22.*q.* 1. dicentem, hoc eſſe ſcrupuloſum.

De Sacerdote excludente aliquem.

15 DEniquè obſervant aliqui, quòd, ſi Sacerdos in ſuo ſacrificio aliquem fidelem ab Eccleſia non excluſum excluderet, tamquàm miniſter Eccleſiæ a participatione bonorum, quę medio prędicto ſacrificio Eccleſia omnibus fidelibus intendit, gravitèr peccaret. Quia faceret cõtra ordinationem Eccleſiæ, & quodãmodò cõtra finem huius ſacrificij. ¶ Et quamvis Suar. *diſp.* 78. *art.* 2. affirmet, quòd tunc teneret factum, itaut non remitteretur pœna temporalis illi excluſo, quam ex opere operato hoc ſacrificium remittit. Tamẽ magis mihi arridet Leandrus *diſp.* 2. *quæſt.* 5. (omitto examinare, an ſacrificium Miſſæ habeat aliquem effectum ex opere operato) affirmans, quòd tunc factum non teneret. Quia eo ipſo, ac ut miniſter Eccleſiæ, & nomine eius operatur, impetrat pro omnibus, pro quibꝰ Eccleſia illud ſacrificium offert.
¶ Secùs autem eſſe dicendum de applicatione particulari, (addit Leandrus) quam proprio nomine poteſt facere Sacerdos: quia, ſi ab hac aliquem excludat, tenebit factum. Sic *Monteſ. Granadus,* & *alij.* (concludit Leandrus.)

DVB. II.

16 PEtes 2. An ſacrificium Miſſæ poſsit pro omnibus exiſtentibus extra viam offerri? Reſpond. multa ſub hoc titulo comprehendi. Quia illorum aliqui ſunt in cœlo; alij in purgatorio; alij in inferno. Quare claritatis gratia ſingula examinabimus.

De damnatis, ſeu de illis, qui ſunt in inferno.

17 DIco primò, invalidè, aut infructuosè offertur Miſſæ ſacrificium pro damnatis. Quia ad nihil poteſt eis prodeſſe. ¶ Dico ſecundò, illicitè

citè offerretur Miſſæ ſacrificium pro illis. Quia id prohibetur *in can. Pro obeuntibus 13. q. 2.* Et ſatis indicat Greg. *lib. 4. dialog. cap.* 40. dùm dicit, non eſſe licitũ pro damnatis orare: quia eadem omninò eſt ratio; immò, & maior. Et conſtat ex vſu Eccleſiæ. Eſtq; ratio aperta, quòd in inferno nulla eſt redemptio: ergo inanitèr offerretur pro eis Miſſæ ſacrificium. In hac duplici concluſione ferè conſpirant Theologi: & convincitur ex dictis *à num. 3.*

18 Sed cõmunitèr citatur *Gloſſa in cap. Tempus 13. q. 2.* quaſi aſſeruerit, poſſe offerri Miſſæ ſacrificium pro his, qui damnati ſunt ob leviora, & pauciora peccata; (non pro his, qui ob plura, & ingẽtia crimina damnati ſunt) & tunc prodeſſe illis, non vt finiantur pœnæ, ſed ut mitiores fiant, & ut minùs impatientèr ſuſtineantur. Refert etiam pro hac ſententia Sixtus Senenſis *lib. 6. Bibliotecæ veterum PP. annotat.* 47. (teſte Leandro *diſput. 2. quæſt. 13.*) D. Chryſoſt. & Damaſcenum. Et pro eadem videtur eſſe Innocentius III. *in cap. Cùm Marthæ De celebratione Miſſarum.* Idque tradere videtur D. Auguſtinus *in Enchiridio cap.* 110. (teſte G. *Hurtado diſp. 2. dif.* 5.) & refertur in prædicto capit. *Tempus.* ¶ Et prædictus Sixtus Senenſis pro hac ſententia refert quoſdam Catholicos, nominatim *Præpoſitum, Gilbertum, Pictavorum, Guilielmum, Altiſiodorenſem, & Rupertum Linconienſem*: vt teſtatur Becanus *capit. 25. quæſt. 16. num. 5.* Vbi exiſtimat poſſe citari pro hac ſentẽtia ſcholaſticos illos, qui affirmant, ſacrificium Miſſæ prodeſſe poſſe homini viatori exiſtẽti in peccato mortali ad remiſsionem pœnæ temporalis, cuius reatus remanſit ex peccatis prioribus remiſsis. Similitèr, & Scotum, quatenùs docet huiuſmodi pœnam debitam propter peccata, vel etiam ob venialia poſſe in inferno finiri; atque ex hac parte diminui inferni pœnam: ergo ſecundum Scotum (infert Becanus) poſſet hoc ſacrificium prodeſſe damnatis ad remiſsionem pœnę tẽporalis.

19 Igitur, cùm prædicta Gloſſæ ſententia à ſcholaſticis communiſsimè reiiciatur, (ut vno ferè ore fatẽtur AA.) quidquid pro illa adducitur, ſingillatim eſt examinandum. Auguſtinus ergo *in Enchiridio capit.* 110. (vt citat Becanus) ſic loquitur: *Quibus autem proſſunt ſuffragia, aut ad hoc proſſunt, vt plena ſit remiſsio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damnatio.* Reſpondetur cum Becano citato, & Gaſp. Hurt. *diſput. 2 diffic. 5.* ibi non loqui Auguſtinum de pœna inferni, ſed de pœna purgatorij, quæ ſuffragijs, aut omninò tollitur, aut remiſsione

Digitized by Google

alicuius partis pœnæ ſit tolerabilior. ¶ Obijcitur itèm idem Auguſtinus *in Enchiridio capit.* 122. dicens: *Pœnas damnatorum certis temporũ intervallis exiſtimem, ſi hoc eis* (Origeniſtis) *placet, aliquatenùs mitigare. Etiam ſic quippè intelligi poteſt, manere in illis damnatio.* Reſpondetur cum Becano citato, ſolùm docere, non eſſe erroneum concedere damnatos puniri citra condignum: vt clariùs docet *lib.* 21. *de Civit. cap.* 24.

20 Obijcitur etiam D. Chryſoſtóm. *homil.* 3. *in epiſt. ad Philippenſes*, vbi, poſtquàm dixerat, orandum eſſe prodefunctis, ita ſubdit: *Verùm iſtud quidem de illis dicimus, qui in fide abſceſſerunt: Cathecumeni verò neque hac digni conſolatione cenſentur; ſed omni hoc ſunt auxilio deſtituti, præter vnũ ſolùm. Quod autem illud? Pauperibus eórum nomine dare licet. Vndè eis non nihil refrigerij accedit.* Reſpondetur cum Becano citato, ſolùm negare orandum eſſe publicè pro Cathecumenis defunctis. Quod etiam definivit Conciliũ Bracharenſe primum *cap.* 35. (celebratum fuit ſub Honorio I. ad annum 630.)

21 Obijcitur inſupèr Damaſcenus *in oratione de defunctis* referens de Traiano, & Falconilla, quòd ex inferno liberati ſunt per orationem Gregorij, & Teclæ. Et addit *ex hiſtoria Palladij ad Lauſum* Sancto Machario aliquando percunctanti cranium aridum cuiuſdam idolatrę, an eis prodeſſent preces vivẽtium? Reſponſum fuiſſe ex cranio: *Quando pro mortuis offers preces, nos interiùs aliquid levaminis ſentimus.* Reſpondet Becanus ibi: hæc, quæ Damaſcenus refert, putantur eſſe fabuloſa.

22 Obijcitur itèm Prudentius *in Hymno de novo lumine Paſchalis Sabbathi* dicens: *Sunt & ſpiritibus ſæpè nocentibus pœnarum celebres ſub ſtyge feriæ.* Reſpondet Becanus ibi. quòd Prudentius uſus eſt licentia poetica.

23 Obijcitur: Innocentius III. *num.* 18. citatus dicit, quoſdam ex mortuis eſſe valdè bonos, qui non egent ſuffragijs; quoſdam mediocritèr bonos, quibus ſuffragia proſunt ad expiationem; quoſdam mediocritèr malos, quibus proſunt ad propitiationem. Reſpondet Becanus, quod Innocentius videtur memoria lapſus, & ex trimembri diviſione S. Auguſtini feciſſe quadrimembrem. Addit tamen, quòd duo poſteriora membra diviſionis poſſunt rectè intelligi de his, qui ſunt in purgatorio, quorũ aliqui ſunt mediocritèr boni: quia in hac vita benè vixerunt, & habent levem aliquem reatum pœnæ; quibus prodeſſe dicitur hoc ſacrificium ad expiationem; quia per illud facilè poſſunt à pur-

ga-

gatorio liberari. Alij ſunt mediocritèr mali; quia in hac vita male vixerunt, & tandem à reatu culpæ liberati cũ magno reatu pœnæ deceſſerunt; quibus hoc ſacrificium raro ad perfectam expiationem, vna vice, frequentiùs vero àd propitiationem, id eſt, ad pœnarũ mitigationem ſolet id ipſum valere.

24 Obijcies, quòd Scotus *in 4. diſtin. 21. quæſt. 1. §. In iſta quæſt. verſic. De ſecunda concluſione* affirmat, pœnam debitam tàm mortali, quod ante mortẽ fuerat remiſſum, quàm veniali, cum quo quis moritur, remittitur, ſeu finitur in inferno: ergo ſentit, pro hac remiſſione poſſe offerri Miſſæ ſacrificium. Reſpondetur negando conſequentiam: quia hoc ſacrificium non eſt inſtitutum pro exiſtentibus in inferno: & ideò invalidè pro ipſis offerretur. Sicùt invalidè offerri pro non baptizatis, eo quod pro illis non eſt inſtitutum, dicebamus *num.* 4. Immerito ergo dixit Becanus, ex prædicta doctrina Scoti inferri, poſſe Miſſæ ſacrificium prodeſſe damnatis ad remiſſionem pœnæ temporalis. ¶ Quo autem iure Sixtus Senenſis pro ſententia Gloſſæ adducat Præpoſitum, & alios, quos dedimus *num.* 18. Itèm, qua conſequentiæ vi Becanus inſinuet, favere prædictæ Gloſſæ ſcholaſticos, qui putant, Miſſæ ſacrificium prodeſſe poſſe homini viatori exiſtenti in mortali ad remiſſionem pœnæ temporalis, quæ remanſit ex peccatis iam remiſſis, non eſt noſtrum examinare.

25 Ratum ergo, & firmum manet id, quod *num.* 17. ſtatuimus, nempe nec licitè, nec validè poſſe Miſſæ ſacrificium offerri pro exiſtentibus in inferno. ¶ Itèm firmum, & ſtabilitum manet, ſententiam illam Gloſſę *num.* 18. allatam meritò à ſcholaſticis tãquam falſiſsimam reprobari. Quia etſi pro ea citentur aliqui Patres, illi in nullo favent: vt conſtat ex latè diſcuſsis à *numero* 19. Immo nullus ſcholaſticus fortè poteſt meritò pro illa citari.

De Beatis, ſeu de hominibus exiſtentibus in cœlo.

26 SVppono *ex capit.* 12. *num.* 61. Sacrificium Miſſæ in actu primo eſſe latreuticum, ſeu honoratorium; itèm Euchariſticum, aut ſacrificium laudis, ſeu gratiarum actionis; necnon & propitiatorium aut expiatorium; inſuper, & impetratorium. Quo ſuppoſito.

27 Dico primò, Sacrificium Miſſæ, vt latreuticum, ſeu honorarorium poteſt offerri pro Beatis. Quia poteſt offe

offerri Deo in honorem alicuius ſancti, aut omnium ſanctorum, & in gloriam illorum. Vt conſtat ex vſu Eccleſiæ dicentis in Miſſa: *quam tibi offerimus in honorem Beatæ Mariæ, & omnium ſanctorum, vt illis proficiat ad honorem.* Vbi notat, Miſſæ ſacrificium nō offerri ab Eccleſia pro ſanctis ad eos proximè colendos: (vt calumniātur hæretici) nam ſacrificiū eſt cultus latriç, qui ſoli Deo debetur. Quare ſemper offertur ſanctæ Trinitati, vt ipſa tribuat ſanctis maiorem gloriam accidentalem, & venerationem apud homines; & nos eorum interceſsionem ſentiamus.

27 Dico 2. ſacrificium Miſſæ, vt Euchariſticum, ſeu ut ſacrificium laudis, aut gratiarum actionis, poteſt offerri pro Beatis. Quia poſſumus Deo gratias agere pro beneficijs in eos collatis, ſeu poſſumus ex hoc motivo offerre Deo Miſſæ ſacrificium. ¶ Dico 3. ſacrificiū Miſſæ, vt eſt propitiatorium, aut expiatoriū, nequit offerri pro Beatis. Quia ſunt liberi ab omni peccato quoàd culpā, & pœnam.

28 Dico 4. Miſſæ ſacrificiū, quatenùs eſt impetratorium, poteſt offerri pro Beatis. Quia poſſumus illis impetrare à Deo extrinſecam beatitudinē, quæ conſiſtit in externo honore, & gloria; immò & fortè etiam intrinſecam accidentalem: quæ conſiſtit in novis revelationibus, & gaudijs: quamvis alias nō poſsimus, eis impetrare eſſentialem beatitudinem: quæ conſiſtit in fruitione Dei; (ſecundū nos Scotiſtas) aut in clara Dei viſione: vt dicunt Thomiſtæ. Igitur Miſſæ ſacrificium poſſumus offerre pro Beatis ad impetrandum à Deo pro illis prædictam beatitudinem accidentalem ſaltèm extrinſecam.

¶ Obijcies D. Auguſtinum dicentem: *iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre*: ergo etiam qui pro Beato offert ſacrificiū. Patet conſequētia: quia eſt eadem ratio. Reſp. ſolùm velle non eſſe orandum pro Martyre (aut Beatis) dubitādo de illius gloria, aut exiſtimando, noſtris orationibus indigere (aut ſacrificijs) pro beatitudine eſſentiali conſequenda, aut continuanda. De quibus legātur RR. præſertim *Becanus cap. 25. quæſt. 16. G. Hurt. diſp. 2. diff. 5. & Lādrus diſp. 2. quæſt. 16.*

De Exiſtentibus in Purgatorio.

29 Dico 1. Miſſæ ſacrificium, vt expiatoriū, aut propitiatorium vtiliter offertur pro illis. Vt conſtat vſu, & traditione Eccleſiæ: & colligitur *ex 2. Machab. cap. 12. num. 26* verbis illis: *ſancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſolvantur.* ¶ Dico 2. Om-

2 omnia ſuffragia, (& cōſequētèr Miſſæ) quæ generatim fiūt pro omnibus defunctis, proſſūt ſingulis, & omnibus. Quia nulla eſt ratio excludendi aliquem.

¶ Dico 3. hæc ſuffragia cōmunia (& conſequentèr Miſſæ) eis proſſunt tum in ratione novi gaudij (gaudent enim levamine, aut mitigatione, vel breviatione pœnarum: ad vtrumque enim potent conducere ſacrificium Miſſæ; ſicùt & quodcumque aliud opus) tùm in ratione ſatisfactionis pro pœna tēporali. Hæc tria ſunt certa, teſte Becano *cap. 25. q. 16. n. 6.*

30 Dico 4. ſuffragia (& cōſequentèr Miſſa) particularia (hoc eſt quæ pro aliquibus, vel pro aliquo in ſpeciali offeruntur) illis omnibus, & ſolis proſſunt in ratione ſatisfactionis, pro quibus offerūtur. Quia hęc ſuffragia (hoc eſt Miſſæ) proſſunt, quatenus ſunt applicationes ſatisfactionis Chriſti D. aut illius meritorum: ſed prædicta applicatio pendet ab intentione miniſtri ſacrificantis, & cum illa meſuratur: ergo omnibus, & ſolis illis, pro quibus offertur Miſſæ ſacrificiū prodeſt. Probatur minor ex uſu Eccleſiæ, & cōſenſu DD. affirmātiū, quòd, ſicùt effectio cuiuſcumque ſacramenti ita pendet ab intentione miniſtri, ut ſine illa non fiet ſacramentum: ita Euchariſtia in ratione ſacrificij ſic pēdet ab intentione miniſtri applicantis illius fructum, ut ſine illa nulli ſpecialitèr proderit. Ita *Becanus ibi cum alijs.*

31 Vndè reijcitur Caiet. *tit. 1. Opuſc. tract. 16. quæſt. 5.* docens, ſuffragia tantùm prodeſſe illis, qui hac vita peculiaritèr meruerunt, ut ſibi prodeſſent. Eos autem peculiaritèr hoc meruiſſe, qui habuerūt ſpecialem devotionem ad claves Eccleſiæ, & ſolliciti fuerunt pro animabus aliorum. Hoc tamen voluntariè dicitur. ¶ Sed obijcit D. Auguſtinum *in Enchiridio cap. 110.* docentem: *hæc eis proſſunt, qui, cùm viverent, vt hæc ſibi poſteà prodeſſe poſſent, meruerunt.* Reſpond. ſolùm intendere, eſſe neceſſariū ſtatum gratiæ in eo, cui ſuffragium eſt applicandum: non autem petit aliquod ſpeciale meritum. Vndè quotquot moriuntur in ſtatu gratiæ, merentur ſecundum D. Auguſtinū, vt ipſis prodeſſe poſſint ſuffragia vivorum.

32 Reijciuntur etiam alij, quos citat D. Thomas *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4.* docētes, ſuffragia, quæ fiunt pro vno, non ſolùm ei prodeſſe, ſed etiam omnibus alijs; & non minùs alijs, quàm illi. Sicùt Lucerna accenſa pro Principe non minus famulos aſtantes, quàm ipſum Principē illuminat. Hi tamen merè voluntariè locuntur: quia ſuffragia (præſertim Miſſæ ſacrificium) quoàd profectum menſuratur cum intentione miniſtri,

ſtri, aut offerentis. Vndè ſuffragia particularia nó debent cóparari indulgentiæ omnibus lucentis; ſed potiùs pecuniæ, quæ ſolvitur ab vno pro alio: ut benè vidit Becanus *cap. 25. quæſt. 16. num. 6.*

OBSERVATIO. I.

33 NOta, Miſſæ ſacrificium prodeſſe animab⁹ purgatorij ex infallibili lege, & promiſsione Chriſti D. quæ continetur verbis illis: Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum; quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis.* Quod & poſtea adimplevit verbis illis Matth. 18. *Quæcumque ſolveritis ſuper terram, &c.* Vndè certum eſt, eſſe in Eccleſia poteſtatem concedendi indulgētias. Quod autem poteſtas iſta extendatur ad concedendum indulgentias pro animabus purgatorij; eſt adeò certum inter Chatolicos, ut ſine errore nequeat negari: ut notat noſter Villal. 1. *p. tract. 26. diff. 7. num. 1.* & meritò: eſt enim concors conſenſus omnium ſcholaſticorum fulcitus vſu Eccleſiæ, necnon & auctoritate tot ſummorum Pontificum, qui conceſſerunt indulgētias pro animabus Purgatorij. (Quarum primus dicitur fuiſſe D. Gregorius: ut obitèr hoc advertatur.) Quam doctrinā approbavit Leo X. & alij Pontifices. De quo videatur prædict⁹ Villalobos.

34 Igitur ita ferè certum eſt, indulgentias (& conſequētèr ſacrificium Miſſæ privilegiatæ) prodeſſe animabus purgatorij: ſicuti eſt certum inter Catholicos, in Eccleſia eſſe poteſtatem concedendi indulgētias pro vivis. Vndè infertur prædicta noſtra doctrina, nempè ſacrificiū Miſſæ (ſaltêm privilegiatæ) prodeſſe animabus Purgatorij ex infallibili lege, & promiſsione Chriſti D. Ita *Suar. diſp. 79. ſect. 10. Azor, vterque Sotus, Navarrus, Caniſius, Fagundez, Philibertus, & alij, quos citat, & ſequitur* Leandrus *diſp. 2. quæſt. 15.* Quarè non ſunt audiendi Sotus (ſibi contrarius) *diſt. 19. q. 2. art. 4. Canus; & noſter Corduba apud prædictum Leandrū* docentes, ſacrificium Miſſę ſolùm ex liberalitate, & libera voluntate Dei prodeſſe deffunctis. ¶ Fortè poteſt dici, hanc ſecundam ſentētiam loqui de Miſſa non privilegiata; primā autem de privilegiata.

OBSERVATIO II.

35 NOta inſuper, quòd etſi cōmune ſit omni indulgentiæ, non acquiri, niſi ab exiſtentibus in gratia, ita ut tam ille, qui opera pro indulgentia lucranda exequitur, quā is, cui applicatur, debeant exiſtere in ſtatu gratię. (vt dictitant)

tant) tamen, quando quis conſequitur indulgentiam pro defunctis; non neceſſariò requiritur, quòd qui opera exequitur, ſit in gratia. Sufficit enim, quod ſit in gratia anima, cui indulgentia applicatur, & Eccleſia, cuiꝰ nomine opus in ſuũ ſtum homo fidelis exequitur, ob quod opus Papa ſatisfactionem Chriſti D. & Sanctorum diſpenſat. Ita *Diana 5. p. tract. 12. Reſ. 38. ſecutus Granad. Trullench, Reginaldum, & noſtros Fabrum, & Portel.* ¶ Vnde ad noſtrum inſtitutũ accedendo cõſequenter dicendum eſt, Sacrificium Miſſæ prodeſſe defunctis exiſtentibus in Purgatorio, etiam ſi aliàs Sacerdos offerẽs, aut eleemoſynam largiens eſſent ſub peccato mortali.

CAP. XV.

De effectibus Sacrificij Miſſæ.

DE effectibus Euchariſtiæ, in quantum Sacramẽtum eſt egimus *cap. 11.* Quibus ſuppoſitis, de effectibus eiuſdem Euchariſtiæ, in quantũ eſt Sacrificium, ſequentia dubia veniunt examinanda.

DVB. I.

1 PEtes 1. An Sacrificium Miſſæ, quatenus expiatorium, aut propitiatoriũ habeat aliquos effectus? & quales ſint? Reſp. utrumque conſtare ex Tridentino *ſeſ. 22. cap. 2. & can. 3.* ubi definitur, *verè eſſe propitiatoriam, offerrique non ſolum pro ſidelium vivorũ peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus; ſed & pro defunctis in Chriſto nondùm ad plenum purgatis.*

DVB. II.

2 PEtes, an Sacrificiũ Miſſæ cauſet ſuos effectus ex opere operato? An ex opere operantis? Dicitur, effectum aliquem poni ex opere operato, quando ad eius poſitionem ſolum attenditur poſitio actionis, vi cuius ponitur, quatenus à Deo inſtitutæ ad hoc, ut ille effectus ponatur, non attendẽdo ad ſtatum, aut meritum agentis, aut ſuſcipientis illam actionem. Dicitur vero, effectum aliquem poni ex opere operantis, quando ad eius poſitionem attenditur ſtatus, aut meritum agentis actionem, (aut illam recipientis) vi cuius ponitur ille effectus.) Reſp. illos cauſare ex opere operato. Quia Sacrificium Miſſæ inſtitutum eſt inſtar Sacramenti: ſed ſacramenta cauſant ſuos effectus ex opere operato: ergo & Sacrificium Miſſæ. Conſequẽtia eſt legitima: minorem ſuppono ex Tridentino *ſeſ. 7.* can

can. 8. *& alibi paſsim*. Maiorem autem dictitant AA. & merito: cedit enim in venerationē, & reverentiam huius ſacrificij ſic fuiſſe inſtitutum. Prætereà, ſi aqua benedicta delet venialia ex opere operato; (vt cum multis propugnavimus *in tract. de Sacramentis c.* 8. *à n.* 5.) necnon & alia ſacramentalia: ut diximus *ibi n.* 10. cur id negabimus Sacrificio Miſſæ a Chriſto D. inſtituto pro remedio culparum, & aliarum hominum neceſsitatum. Hanc noſtram concluſionem AA. paſsim potiùs ſupponunt, quam diſputāt.

3 Dices: Sacrificium Miſſæ oblatum pro aliqua neceſsitate (pro ſanitate infirmi v. g.) aliquando non proficit, hoc eſt, nō ſortitur effectum illum: ergo quia non habet effectum ex opere operato. Reſp. negādo cōſequentiam: ſolum enim infertur, Sacrificium Miſſæ nō præſtare hunc effectum abſolutè, ſed ſolum conditionatè. Quod non eſt novum, aut ſpeciale in hac materia; hac enim ratione dicunt multi *in tract. de voluntate*, ex eo, quod non omnes ſalventur, non inferri, Deū non habere voluntatem efficacem circa illorum ſalvationē, ſed ſolum inferri, prædictam Dei voluntatem non eſſe abſolutam ſed conditionatam: hāc nempè, *volo efficaciter, omnes homines ſalvos fieri. ſi per ipſos non ſteterit*. Hac etiam ratione *in tract. de Prædeſtinatione* dicunt multi, ex eo quod in prædeſtinato vocatio aliqua (inefficacem vocant) non operetur immediatè converſionem, nō inferri, non eſſe effectum prædeſtinationis, aut non oriri ex voluntate prædeſtinatiua Petri v. g. ſed ſolùm inferri, non eſſe effectum inducentem converſionem proximè, & abſolutè, ſed remotè, & conditionatè, *ſi per hominem non ſteterit*. Hac demùm ratione *in tract. de Sacramentis c.* 8. *n.* 7. loquendo de effectibus Sacramēti extremæ Vnctionis, notabamus, illius effectus (etſi ſint ex opere operato) eſſe in duplici differentia: alij quippe ſunt illi connexi abſolutè: quales ſunt remiſsio venialium, necnon & reliquiarum peccatorum. Alios autem effectus præſtat Extremæ vnctionis Sacramentum non abſolutè, ſed conditionatè, *ſi utile ſit, aut expediat homini recipiēti*: qualiter cauſat ſalutem corporis. Quam doctrinam tunc applicabamus aquæ benedictæ; quæ in noſtra ſententia ex opere operato remittit venialia, fugat dæmones, & ſedat tempeſtates: cum hac tamen differentia, quod peccata delet abſolutè; dæmones vero expellit, ſedatque tempeſtates ſolùm conditionatè, nempè, *ſi ita expediat*. Nunc autem eamdem doctrinam iterùm in præſenti uſurpamus; dicimusque Sacrificium

ficium Miſſæ ex opere operato cauſare ſuos effectus: alitèr tamen, & alitèr. Etenim ius habendi auxilia convenientia tẽpore opportuno ad reſurgendum a peccatis; necnon & remiſsionem pœnarum remanentium ex peccatis remiſsis cauſat abſolutè in illo ſaltèm, pro quo offertur: remediũ autem aliquarum neceſsitatum (ſalutem infirmi v.g.) ſolùm conditionatè præſtat, nempè *ſi illi ſit utile, aut ita expediat.*

DVB. III.

4. PEtes 3. In quibus Sacrificiũ Miſſæ cauſet ſuos effectus? Reſp. eſſe conuenientiam Auctorum, (teſte G. Hurt. *diſp.3.diff.9.*) Sacrificium Miſſę cauſare ſuos effectus ex opere operato in illo, pro quo offertur, quamvis aliàs ipſe non ſit offerens. Quia Tridentinum *ſeſ.22.cap.2.* docet, per Sacrificium Miſſæ fructus Sacrificij cruenti Chriſti D. uberrimè percipi. Et alias docet, offerri pro defunctis ad percipiendum prædictos fructus; ſed defuncti; pro quibus offertur, non ſunt offerentes: ergo ſentit concilium Sacrificiũ Miſſæ prodeſſe ex opere operato illis, pro quibus offertur, etiam ſi ipſi non ſint offerentes.

5 Difficultas ergo eſt, an Sacrificium Miſſæ etiam proſit ex opere operato ipſis offerentibus, quamuis non offeratur pro illis? Reſpõd. negativè. Quia id inſinuat Tridentinum *ſeſ.22. c.2.* dùm dicit, prodeſſe vivis, & defunctis, pro quibus offertur. Præterea Sacrificium Miſſæ inſtitutum eſt ad proficiendum ex opere operato inſtar Sacramentorum; ſed Sacramenta non proficiunt ex opere operato, ſeu non conferunt gratiam miniſtrantibus, aut applicantibus illa, ſed ſolùm recipienti: (in quo differt ſacramentum à Sacrificio: hoc enim præſtat ſuos effectus illis, pro quibus offertur: Sacramẽtum autem recipienti) ergo Sacrificium Miſſæ ſolùm proficit ex opere operato illi, pro quo offertur. *Ita Vazq. diſp.231. c.3: à n.2. Lug. diſp.19. n.232. Ægid. q.83. n.162. & G. Hurt. diſp.3. diff.9.*

6 Sed *Suar. diſp.79. ſect.8. Henriq. Caiet. & Silveſter, quos citat, & ſequitur Leandrus, diſp. 3. q.12.* oppoſitum defendunt, nempè participare fructum huius Sacrificij (illum ſcilicet, quem Sacrificium præſtat ex opere operato) non ſolum illũ, pro quo offertur, ſed etiã omnes, qui illud offerunt aliquo ſpeciali titulo, (ut ſunt Sacerdos celebrans, diaconus, ſubdiaconus, & alij miniſtrantes, ac ſervientes Miſſæ; necnon & ſtipem dantes Sacerdoti, vt celebret) etiamſi pro ipſis non offeratur. Et obijciunt, quod ſic

ſic philoſophari commendat venerationem huius Sacrificij, & utilitatem audiendi Miſſas: ergo credendam eſt ſic a Chriſto D. fuiſſe inſtitutum. Reſp, cum Lugo citato negando cõſequentiam: quia nullo firmo fundamento ſuadetur. Præſertim, quod, cùm quodlibet aliud Sacrificium ſit inſtitutum ſolum in utilitatẽ illius, pro quo offertur, ſitque hæc quaſi de natura illius, debebat aſsignari aliqua urgens ratio, ob quã hoc Sacrificium Miſſæ etiam in offerentium utilitatem inſtitueretur.

DVB. IV.

7 PEtes 4. Quæ diſpoſitio requiratur in eo, pro quo offertur Sacrificium Miſſæ, ut eius fructu ex opere operato percipiat? ¶ Dico 1. inprimis requiri eſſe baptizatũ. Quia ſolùm pro baptizatis valide, ſeu fructuosè poteſt offerri: ut diximus *cap. 14. à num 2.* ¶ Dico 2. requiri etiam non eſſe excommunicatum. Quia, cùm excommunicatus ſit ab Eccleſia præciſus, ſeu ſeparatus à participatione bonorum Eccleſiæ, nequit fructum huius ſacrificij participare. ¶ Dico 3. non requiri eſſe iuſtum, aut eſſe in ſtatu gratiæ. Aliàs hoc Sacrificium non poſſet offeri pro exiſtentibus ſub mortali. ¶ Si autem aliquæ Patrũ authoritates requirant ſtatum gratiæ, explicandæ ſunt de aliquo ſpeciali effectu, v.g. de remiſsione pœnæ temporalis reſtantis poſt remiſsionem. Ad quam remiſsionẽ non prodeſt Sacrificium Miſſæ exiſtenti in mortali. In quo cõveniunt cõmuniter DD. & meritò: (ait G. Hurt. *diſp. 3. diff. 12.*) quia non eſt credẽdum, Chriſtum D. inſtituiſſe Sacrificium Miſſæ ad remittendum pœnam ex opere operato illi, qui nequit ſatisfacere pro illo. Qui autẽ eſt in ſtatu peccati mortalis, nequit pro pœna aliqua ſatisfacere.

DVB. V.

8 PEtes 5. cuius applicatio ſit attendenda? (ſi v.g. contingat Religioſum Sacerdotem celebrantem applicare pro Petro; Prælatum autẽ celebrantis applicare illud idẽ Sacrificium pro Paulo) Reſp. applicationem ſuperioris eſſe attendendam: & conſequenter Sacrificium illud ſoli prodeſſe ei, pro quo à Prælato fuit applicatum. Quia applicatio fructus Sacrificij non ſpectat ad conficiendum ſacrificium: ergo non eſt connexa cum intẽtione requiſita in miniſtro, aut Sacerdote, ut cõficiat hoc Miſſæ Sacrificium, aut Sacramentum. Quod in confeſſo eſt apud omnes. Aliàs ſi Sacerdos pro nullo

appli-

applicaret Miſſam, non conficeret verum Miſſæ Sacrificium. Tum ſic. Prælatus Religioſorū poteſt irritas reddere intentiones ſuorum ſubditorum: ergo & applicationes Miſſarum. Conſequentia eſt legitima. Antecedens autem conſtat inſtātia votorum, & iuramentorum: quæ (ſi ſubſtātialia excludas) poteſt irritare. Ita *Philibertus tract. 3. p. 2. cap. 33. citans Gab. Honcalā, Martinum de Ledeſma, Ioannem Baptiſtam Confectum, Paulum Fraxinallum, Auguſtinum Barboſam, Bartholomæum Gavantum, & noſtros Cordubam, & Rodriguez: additque eſſe communem Theologorum opinionem. Quam ſequitur, tamquā probabiliorem Leandrus diſput. 3. q. 18.*

9 Sed oppoſitum defendūt *Lugo diſp. 19 num. 210. Suarez, Vazq. G. Hurt.* Ægid. *Layman, & multi alij apud prædictum Leandrum,* qui dicunt validam eſſe applicationem celebrantis cō-tra præceptum, & applicationē Superioris, licet alias ſit valde illicita Pro qua ſententia obijcies Scotum *quodlib. 20. § De ſecūndo articulo à verſ. Dico tamen* probantem, quòd *in poteſtate Sacerdotis celebrantis eſt aliquo modo* (hoc eſt, prout diſtinguitur a Chriſto D. qui illud offert principaliter: celebrans enim ſolùm miniſterialiter applicat) *applicare virtutē ſacrificij.* Quod probat duplici authoritate Auguſtini: & ratione congruentiæ, nempè quod in familijs ordinatis Dominus domus non immediatè diſtribuit bona iuxta exigentiam, vel indigentiam aliorum, ſed hoc committit alicui, vel aliquibus miniſtris. Quo ſuppoſito, ſubdit Scotus *in verſ. Ad hoc a què: ergo ve. magis debet eſſe in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, quod bonum ibi virtute Sacrificij communicandū non ſolùm Deus diſtribuat, ſed aliquis miniſter in Eccleſia. Nulli autem magis poteſt cō-uenire in Eccleſia, quam Sacerdoti Sacrificium offerenti: cui ſicut convenit determinare intentionem ſuā pro quo ſpecialitèr offerat; ſic convenit ſibi diſpenſatoriè, vel diſpoſitivè determinare, cui virtute ſacrificij bonum, quod impetratur, reddatur.* Expendantur verba illa: *Nulli autem magis, &c.* quibus affirmare videtur ſolum Sacerdotem celebrantem, non autē Prælatum illius poſſe applicare fructum Sacrificij Miſſæ: ergo noſtra concluſio eſt contra Scotum. Reſp. negando conſequē-tiam: quia ibi ſolum docet poſſe applicari à celebrante, quod nemo negat. Quod autem Scotus ſentiat, etiam poſſe applicari à Superiori, conſtat ex §. *De ſecundo autem verſ Poteſt ergo* ubi docet, quòd applicatio aliquā-do fit ab Eccleſia, hoc eſt à ſuperiori. Quarè ſic concludit Scotus. *Nec tantùm requiruntur Rectores in Eccleſia ad correctionem faciendam ſed & ad reconciliationem faciendam peccatorum per ora-*

Præterea, admiſſo gratis, loqui Scotum aſſertivè, etiam negatur conſequentia; quia ibi ſolum docet, cõvenire, quod applicans (ſivè ſit Sacerdos celebrans, ſivè Prælatus) applicet fructum ſacrificij ſecũdùm beneplacitum Dei, ſeu iuxta mẽſuram ſuæ obligationis; (ſivè hæc obligatio oriatur à receptione ſtipendij, ſivè aliunde) nõ tamen docet, quod, ſi aliter fiat applicatio, ſit invalida, & ſtandum ſit applicationi, quàm ratione alicuius obligationis tũc debebat applicans habere. Ad quod expendo ly *oportet*.

DVB. VII.

13 PEtes 7. An Miſſæ ſacrificium pro pluribus oblatum tantum proſit ſingulis, ac ſi pro unoquoque ſeorſim offerretur? Reſpondetur negative. Quia vel valor huius ſacrificij eſt finitus, & limitatus: ut decem v.g. vel infinitus? Si finitus: ergo inter plures diſtributus, minùs ſingulis attinget, quàm ſi pro uno tantùm offerretur. Si enim pro uno tantùm offeratur, totus valor indiviſus illi proveniet. Sin verò pro duobus v.g. offeratur, ſinguli illorum ſingulas tantùm partes accipient. Si autem valor huius ſacrificij Miſſæ in ſe ſit infinitus; finitatur, (ut ſic loquar) limitatur, aut coarctatur ab applicãte, ſeu ab eius applicatione finita, & limitata. (Sicut Deus, qui ex ſe poſset producere infinitum, concurrens cum igne v.g. quaſi finitatur, limitatur, & coarctatur ad productionẽ finitã, & limitatã.) Quare ſẽper, & in omni eventu erit verũ, valorẽ Sacrificij Miſſæ (quid quid ſit de illius finitudine, aut infinitudine in ſe, ſeu ex parte ſui cõſiderata) applicatũ à cauſa finita, & limitata eſſe finitũ, & limitatũ, ſaltẽ finitudine ſe tenẽte ex parte prædictæ applicationis. Secũdo, quia ex oppoſito ſequeretur, fruſtrà ab aliquo peti, ut pro ipſo ſpecialiter applicetur. ¶ Itẽ ſequeretur, poſſe Sacerdotẽ una ſola Miſſa pluribus ſatisfacere, à quorum quolibet integrũ ſtipendiũ accepit pro illa una Miſſa. Ita Scotus *quodl. 20 §. & verſ. De tertio autẽ D. Bonav. Richard. Dur. Val. Sotus, Suar. Ægid. Laymã, & Bonacina apud G. Hurt. diſp. 3. diff. 8. Quibus Leandrus diſp. 8. q. 11. addit Valentiam, Salmeron, Llamas, Præpoſitum, Azor,* Machado *lib. 4. p. 1. tract. 12. docum. 3. n. 5. & Lugo diſp. 19. n. 246.*

14 Sed oppoſitum defendunt *Vazq. diſp. 231. cap. 2. Caiet. Corduba, Petrus* Sotus, *Petrus Navarra, Angelus, Silveſter, Cano, Petrus de Ledeſma, G. Hurtad. & Philibertus, quos citat, & ſequitur prædictus Leandrus*: & obijciunt: opera ſatisfactoria Chriſti Domini, ſunt infiniti valoris: ergo, & ſacrificium Miſſæ.

 Patet

Patet conſequentia: quia Chriſtus D. offert hoc Sacrificium ſimul cum Sacerdote: ut diximus *cap.* 13. *à num.* 2. Reſpondetur conceſſa maiori: (quam propugnavimus *in tract. de Incarn. tr. c.* 9. *diff.* 2. *à num.* 23. contra multos Scotiſtas, qui facile ab hoc argumento ſe expediunt) diſtinguendo cõſequens: eſt enim verum de Sacrificio Miſſæ a Chriſto D. in cœna celebrato: falſum autẽ de illo, quod mediante alio quocunque Sacerdote celebrat ipſe Chriſtus D. mediatè: quia antecedens ſolũ eſt verum ſolumque diſputatur ab Authoribus de operibus totaliter primè, & immediatè elicitis a Chriſto D. qualiter illud tantum Miſſæ ſacrificium ultimæ cœnæ obtulit: reliquas vero Miſſas a Sacerdotibus oblatas Chriſtus D. remotè tantum, & mediatè confecit, hoc eſt, quatenus ipſe fuit author huius Sacramenti; & illius miniſtros conſtituit Sacerdotes.

15 Dices, quidquid ſit de valore reperto in opere à dignitate operantis, certum eſt, quòd in quacumque Miſſa offertur Chriſtus D. qui involvit dignitatem Verbi, ſeu perſonæ infinitæ: ergo Miſſa quæcumq; ex parte rei oblatæ habet infinitum valorem. Reſp. ita eſse: tamen infinitus valor ille finitatur, limitatur, ſeu coarctatur à finitudine applicantis; ut *n.* 1. notabamus. Quod autem in oblatione non tàm attendatur valor rei oblatæ, quàm affectus, ſeu dignitas offerentis, conſtat ex oblatione a Beatiſsima Virgine facta, dum Chriſtum D. in templo præſentavit: quæ non fuit ita grata Deo, quàm fuit, quam fecit in cruce Chriſtus D. ſe ipſum offerẽs. Conſtat inſuper ex *Lucæ* 21. ubi vidua paupercula, quæ duo æra minuta miſit, dicitur à Chriſto D. pluſquàm omnes miſiſſe. Vnde D. Greg. *in homil. ſuper illud Math.* 4. *ambulans Ieſus, &c.* ſic loquitur: *Nec penſat Deus quantum in eius ſacrificio; ſed ex quanto offeratur affectu.*

16 Obijcies 2. affectus, ſeu dignitas offerentis eſt attendenda in oblatione, aut ſacrificio Miſſæ: Ergo Miſſa celebrata à Sacerdote exiſtente ſub mortali erit nullius fructus, ſeu valoris. Patet cõſequẽtia ex illo *Geneſ.* 4. *Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Prius ad Abel, quã ad munera,* expendit Scotus *quodl.* 20. *§. De tertio autem verſ. Sed hic eſt*: ergo ſi miniſter fuerit ſub mortali, ſeu nõ fuerit gratus Deo, ad eius munera, ſeu ſacrificium non reſpiciet Deus, ſeu illa non acceptabit; ideo enim ad Cain, & ad munera illius nõ reſpexit: ut ibidẽ dicitur. Reſp. diſtinguendo conſequens; eſt enim verum loquẽdo de fructu, quem per meritum de condigno offerẽs, ſeu Sacerdos ſibi acquirit: ad quod neceſſario re-

quiritur ſtatus gratiæ ſanctificãtis in operãte, ſeu merente. Falſum autẽ eſt conſequens loquẽdo de impetratione fruct⁹: (quẽ fructum ab Eccleſia impetratũ, ſeu quam fructus impetrationẽ Eccleſiæ vocant ex opere operato) hanc enim facit ſacerdos nomine, & virtute Eccleſiæ: quæ ſemper eſt Deo grata, & ſine ruga, & quam ipſe miniſterialitèr repræſentat. Ad quam repræſentationem accidẽtariu eſt, quod ipſe Sacerdos, aliàs ut perſona particularis ſit ſub mortali, dummodo verè Sacerdos, & Eccleſiæ miniſter ſit. Sicuti, ut homo ſi veſtigium Trinitatis, aut ipſam repræſente: (De quo legatur Auguſt. *6. de Trinit. c.10.*) propter vnitatem eſſentiæ, & potentiarum Trinitatẽ, (quæ potẽtiæ ſũt intellect⁹, memoria, & volũtas) accidentariũ eſt, quòd ſit iuſt⁹, aut peccator.

17 Obi. 2. ſacrificiũ Miſsæ inſtitutũ eſt per modũ Sacramẽti, ſeu, ut inſtar Sacramẽti, tribuat effectum ei, pro quo offertur: (ſivè generali, ſivè ſpeciali intẽtione pro eo offeratur) ſed, ſi idẽ Sacramẽtũ à pluribus reciperetur, (ut contingeret, ſi quis poſt receptionẽ formulæ cõſecratę eã evomeret, & ab alio reciperetur) quilibet nõ minorẽ fructũ reciperet, quã ſi ſolus reciperet: ergo & ſacrificiũ Miſſæ pluribus applicatũ æquè prodeſt ſingulis eorũ, ac ſi ſingulis applicaretur. Reſpond. quòd fortè quis negaret maiorem: (ſi intendebat, ſacrificium Miſſæ ex opere operato habere effectum aliquem, v.g. remittendi pœnas temporales peccatorum, ſicut Sacramenta habẽt præſtare gratiã ſanctificantem) nec facile fortè convinceretur: quia etſi certum ſit ex Trident. *ſeſſ.22.c.2.& can.3. verè eſſe propitiatorium, offerrique non ſolũ pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſsitatibus; ſed & pro defunctis in Chriſto nondum ad plenũ purgatis*: poſſet tamen dicere, nondum cõſtare, Sacrificium Miſſæ hos effectus, aut illorum aliquem cõferre ex opere operato, ſeu ea certitudine, qua nobis certum eſt, Sacramenta conferre gratiã ſanctificantem non ponentibus obicem. ¶ Sed omiſſa maiori, & conceſſa minori, negatur cõſequentia, ſeu potiùs ſuppoſitũ illius, nempè, quod Sacrificium Miſſæ quantum ad valorem, ſeu quòd valor illius poſsit æquè applicari pro multis, ac pro uno. (Sicut in illo caſu formulæ evomitæ idem Sacramentum æquè integre applicaretur pluribus, ac uni) Cùm enim ſit finitus, & limitatus valor ſacrificij, totus applicatur uni; ſi tamen pluribus applicetur, ſinguli ſingulas tantũ partes participãt.

18 Obijc. tertio: Sol, vel Lucerna non minùs illuminat plures, quàm unum; & vox non minùs auditur à multis, quàm à ſin-

gulis. Item Angelus eſt totus in toto ſpatio, & totus in ſingulis illius partibus: ſicut & anima rationalis in toto corpore, & in quacumq; illius parte: ergo eodem modo valor huius ſacrificij poteſt ita cõmunicari multis, ac ſi ſingulis illis prodeſſet. Reſp. cum Lugo *diſp.* 19. *n.* 255. potuiſſe quidem Deum id feciſſe non tamen hoc fecit. Et merito: cum enim valor huius ſacrificij ſit finitus, & limitatus, ſaltem ob applicationẽ; (ut *n.* 1. & 3. notabamus) præternaturaliter totus correſponderet multis ſimul. ¶ Reſpod. 2. negando conſequentiã: nequit enim fieri, quod idem valor finitus diviſus inter multos, æquè illis correſpondeat totus, ac ſi uni tantùm applicaretur. Quod cõvincit inſtantia eiuſdem pecuniæ, quod nequit integrè correſpondere multis, bene tamen uni.

CAP. XVI.

De illis, qui tenentur aliquando Miſſæ ſacrificium celebrare; & aliquando ab illius celebratione abſtinere.

De obligatione aliquãdo celebrãdi.

DVB. I.

1 PEtes 1. An omnes Sacerdotes teneantur aliquando Sacrificiũ Miſſæ celebrare? (Non loquimur de Sacerdote impedito phyſicè, aut moralitèr. Nec de obligato celebrare ratione officij; ut eſt Parochus, qui ſaltem diebus feſtis, alio Sacerdote non celebrante, tenetur celebrare, ut Parochiani Miſſam audiant; aut de quolibet alio aliũde celebrare obligato.) Reſpond. affirmativè. Quia ſic ſatis inſinuat Tridentinum *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. dum ait Chriſtum D. illis verbis *Lucæ* 22. *hoc facite in meam commemorationem* Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſorib', ut offerãt, præcepiſſe. Datur ergo Sacerdotibus præceptum celebrandi: ergo aliquãdo obligat. Ita *Sotus, Palud. Silveſter, Navarrus, Vazq. Valentia, Antoninus, Toletus, Ægidius Layman, & plures alij, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſput. 4. diff. 1. Quibus adde D. Thom. 3. p. q. 82. art. 10. Villalobos, Philibertum, & multos alios, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. q. 1.*

2 Sed oppoſitum defendunt *noſtri D. Bonavent. in 4 diſt. 2. p. 2. art. 2. quæſt. 2. Alenſis, & Richardus. Ex alijs autem Gab. Ledeſma, Victoria, Caiet. Bonacina, Diana, Granados, Lugo, & multi alij, quos citant prædicti Hurt. & Leandrus.* Qui dicunt, numquam celebrantem, (ſi alias ceſſent ſcandalum, & contemptus) peccare, ſaltem mortaliter. Et objiciunt, nullum dari præceptum de hac materia. Reſpond. negando: extat

extat enim *Lucæ* 22. verbis illis, *Hoc facite in meam commemorationem*: ut *num. præcedente* expendebamus. ¶ Benè autem notant AA. noſtræ ſententiæ, *præſertim G. Hurt. ibi*, præceptum iſtud eſſe de re gravi, & conſequenter obligare ſub mortali.

DVB. II.

3 Petes ſecundò: quando Sacerdos præcisè ratione ſacerdotij teneatur celebrare? Reſp. diſtrahi AA. noſtræ ſententiæ *num.* 1. relatæ. Nam *Silveſter verb. Miſſa* 1. *q.* 7. *& D. Antoninus* referunt, quoſdam Iuriſperitos dixiſſe, Sacerdotē debere quotidiè celebrare. Quod tā ipſi, quam DD. communiter refutant, tamquā ſine fundamento dictum. ¶ *D. Thom.* 3. *p. q.* 82. *art.* 10. *in corpore*, *Gab. Silveſter*, *& Antoninus* docent, teneri in præcipuis feſtiuitatibus anni. ¶ *Nauarrus c.* 25. *n.* 88. dicit, teneri in illis diebus, in quibus Laici Religioſorum cōmunicare conſueverunt. ¶ *Paludanus in* 4. *diſt.* 13 *q.* 2. *art.* 1. *& Maior diſt.* 12. *q.* 5 docent, teneri in nativitate Domini, in Reſurrectione, in Pentecoſte, in Aſsumptione Virginis, & in feſto omnium Sanctorum. ¶ *Sotus in* 4. *d.* 13 *q.* 1. *art.* 10. *Vazq. Azor, Toletus, & communiter RR. quos ſequitur G. Hurt. diſp.* 4. *quæſt.* 1. dicunt, in nullo determinato die teneri ad celebrandum; nihilominus in quolibet anno teneri ſaltem ter celebrare. Ita etiam Leandrus *ibi q.* 2.

4 Nobis autem dicendū eſt, Sacerdotem vi ſui Sacerdotij ſolùm teneri, ad ſemel in tota vita celebrere. Quia præceptum affirmativum ſufficienter impletur per unicum actum ut patet in præceptis audiendi ſacrū, ſolvendi decimas, &c. Hinc *c.* 2. *dub.* 12. *n.* 43. dicebamus, quòd præceptum divinum cōmunicandi (ſecluſa Eccleſiæ declaratione, aut determinatione) ſufficienter adimpleretur unica communione. Et *in tractat. de Pœnit. c.* 17. *à num.* 333. dicebamus, quòd, ſi Eccleſia nō determinaſset tēpus confitendi, divinum præceptū confeſsionis nō obligaret extra articulum mortis. Quia *præcepta pœnalia nō ſunt ampliãda, ſed reſtringenda.* (inquit Scotus *in* 4. *d.* 17. *§ De tertio verſ. Secundum videtur*) Igitur, cùm Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. ſolū declaret, ſacerdotib⁹ poni præceptum celebrandi verbis illis *Lucæ* 22. *Hoc facite in meam commemorationem*; nec determinet, aut declaret, celebrandum eſse in aliquo tempore determinato, infertur ſanè, in quolibet vitæ tempore poſse impleri prædictum præceptū; ſicut implerentur præcepta divina confeſſionis, & communionis, ſi alias

Digitized by Google

Eccleſia illa non modificaſſet, aut declaraſſet. Pro hac noſtra ſententia citandi ſunt AA. quos utrobique citavimus loquendo de confeſsione, & communione. Nec dubitãdum eſt eſſe ſententiam Scoti: ut verba nuper adducta ſatis declarant.

DVB. III.

5. PEtes 3. An Sacerdos non impeditus poſsit quotidiè celebrare Miſſam? Reſp. affirmatiuè. Quia eſt actus virtutis Religionis: & alias non eſt prohibitus. (Sermo eſt de celebratione unius tantum Miſſæ: necnon extra diem paraſceves, ſeu veneris Sancti.) In quo conveniunt DD. communitèr contra paucos, qui diem Iovis Sancti, & alios, qui ſabbathum Sãctum excipere conantur. Igitur ex ratione noſtræ concluſionis convincitur, non ſolum quòd Sacerdos quilibet non impeditus licitè poſsit quotidie (die Veneris Sancti excepto) celebrare: ſed etiam quòd laudabiliter id exequatur. Quod & paſſim cõmendant tum multi PP. tum praxis timoratorum.

6 Hanc concluſionẽ extendo ad diem Iovis Sancti. Quia nullibi extat prohibitio tunc celebrandi: ut communitèr tenent AA. (qui notant, celebrationem fieri debere, antequam Miſſa ſolemnis finiatur, & recondatur Chriſti D. corpus. Quia ſtatim poſt id incipit officium Paraſceves: cùm ſtatim dicantur Veſperæ Paraſceves. In paraſceve autem nequit Miſſa celebrari:) Quare non ſunt audiendi *Marcellus Francolinus lib. de horis Canonicis cap. 30. Azor lib. 10. Inſtit. Moral. cap. 24. quæſt. 5. in fine, & Gavantus part. 4 titul. 8. num. 7. citati à Leandro diſput. 5. quæſt. 20.* qui negant, licere celebrare feria quinta cœnæ Domini.

7 Inſuper extendo cõcluſionem ad diem Sabbathi Sancti. Quia prohibitio tunc celebrandi, generaliter ceſſavit. Ita *Lugo diſp. 20. à num. 18. Suar. Scorτia, Ægidius, G. Hurt. Diana, Faguṅdez, Granad. & Philibertus quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. quæſt. 26.* Vbi pro oppoſita ſententia citat *Navar. Vazq. Francolinum, Gavantum, & Henriquez.* Qui obijciunt, prohibitionem Innocentij I. (qui electus eſt ad annum 402.) qui ſimul prohibuit Miſſam celebrare diebus Veneris, & Sabbathi Sancti. Reſp. talem prohibitionem viguiſſe quandiù in Sabbatho Sancto nulla Miſſa permittebatur: ſed quæ nunc temporis eo die ſolemnitèr celebratur pro initio celebritatis Reſurrectionis Dominicæ, celebrabetur, quãdo dies finita erat, nèpè in initio noctis Sabbathi Sancti: ut obſervant, præſertim Lugo *diſputat. 20. numero 18.*

Ex

Digitized by Google

Ex tempore autem, quo Eccleſia celebrare cæpit Miſſam ſolemnẽ Reſurrectionis ipſo die ſabbathi Sancti, prædicta Innocentij prohibitio ceſſavit pro Sabbatho Sancto.

8 Sed inſtant prædicti AA. ſolùm ceſſaſſe pro vno Sacerdote, nempè pro illo, qui celebrat Miſſam ſolemnem; nõ verò pro alijs privatim celebrare volentibus. Reſp. ceſſaſſe abſolutè pro omnibus cum abſolutè ceſſaverit finis, & ratio illius prohibitionis, nempe quod Eccleſia etiam die Sabbathi Sancti illo tempore antiquo celebrabat requiem Chriſti D. in ſepulchro. (quam nunc temporis ſolo die veneris ſancti celebrat) ¶ Obi. 2. quod pro Miſſa privata non aſsignatur introitus die Sabbathi Sancti: ergo nequit tunc alia Miſſa prætèr ſolemnem celebrari. Reſp. negando conſequentiam. Tunc enim poteſt dici Miſſa illius diei cum introitu Miſſæ Reſurrectionis; vel Miſſa B. Virginis; vel alicuius ſancti: vt notant communiter, præſertim Leandrus *diſp. 5. quæſt. 27.* ¶ Qui *ibi quæſt. 28.* benè probat ex uſu piorum hominum, abſque aliquo peccato etiã veniali poſſe illo die celebrari Miſſam ante Miſſam ſolemnem. Pro qua ſentẽtia adducit G. Hurt. Quarè non ſunt attendendi *Azor, Ledeſma, Marcus de los Guertos, Ioã. Cruz, Lugo, & Ludovicus à ſancto Ioanne*: quorũ aliqui exiſtimant, abſolutè non licere; alij autem inſinuant, eſſe veniale.

9 Excipitur à concluſione dies Veneris ſancti; (Paraſceven vocant) in quo nulli licet celebrare. Quia prohibitio Innocentij *num. 7.* tacta viget adhuc hac noſtra tẽpeſtate: vt fatentur omnes: & meritò: cum illo die Eccleſia celebret requiẽ Chriſti D in ſepulchro. Quæ ratio fuit motivum, aut finis imponendi illud præceptum negativum. ¶ Hanc autem prohibitionem nõ extendi ad cõmunionem; ſed poſſe licitè cõmunicari in Paraſceve, (immò ſic eſſe conſulendũ) notabamus *cap. 2. num.* 200, idque propugnabamus cũ *Suar. Vazq. & alijs innumeris.*

10 Ex hac exceptione infert communiſsima ſententia (contra *Vazq. Nugnum, & Monteſ citatos à Leãdr. diſp. 5. q. 23.*) quod ſi die veneris Sãcti incidat dies feſtus, in quo populus alias audire Miſſam teneretur, tunc nõ tenetur audire officij illius diei alicui parti. Quia nulla pars talis officij eſt Miſſæ ſacrificium. ¶ Dices: Scotus *in 4. d. 13. q. 2. §. Ad quæſtionem verſ. Si obijcis* affirmat eſſentiam ſacrificij nõ ſtare in conſecratione: ergo in Paraſceve verum ſacrificũ Miſſæ reperitur: ergo eſt obligatio tunc illi aſsignandi. Reſp. negãdo antecedẽs quid enim velit Scotus, *diximus cap. 12. à n.* 24.

Reſp.

can. 8. & alibi paſſim. Maiorem autem dictitant AA. & merito: cedit enim in venerationē, & reverentiam huius ſacrificij ſic fuiſſe inſtitutum. Præterea, ſi aqua benedicta delet venialia ex opere operato; (vt cum multis propugnavimus *in tract. de Sacramentis c. 8. à n. 5.*) necnon & alia ſacramentalia: ut diximus *ibi n.* 10. cur id negabimus Sacrificio Miſſæ a Chriſto D. inſtituto pro remedio culparum, & aliarum hominum neceſsitatum. Hanc noſtram concluſionem AA. paſsim potiùs ſupponunt, quam diſputāt.

3 Dices: Sacrificium Miſſæ oblatum pro aliqua neceſsitate (pro ſanitate infirmi v.g.) aliquando non proficit, hoc eſt, nō ſortitur effectum illum: ergo quia non habet effectum ex opere operato. Reſp. negādo cōſequentiam: ſolum enim infertur, Sacrificium Miſſæ nō præſtare hunc effectum abſolutè, ſed ſolum conditionatè. Quod non eſt novum, aut ſpeciale in hac materia; hac enim ratione dicunt multi *in tract. de voluntate*, ex eo, quod non omnes ſalventur, non inferri, Deū non habere voluntatem efficacem circa illorum ſalvationē, ſed ſolum inferri, prædictam Dei voluntatem non eſſe abſolutam ſed conditionatam: hāc nempè, *volo efficaciter, omnēs homines ſalvos fieri. ſi per ipſos non ſteterit.* Hac etiam ratione *in tract. de Prædeſtinatione* dicunt multi, ex eo quod in prædeſtinato vocatio aliqua (inefficacem vocant) non operetur immediatè converſionem, nō inferri, non eſſe effectum prædeſtinationis, aut non oriri ex voluntate prædeſtinatiua Petri v.g. ſed ſolum inferri, non eſſe effectum inducentem converſionem proximè, & abſolutè, ſed remotè, & conditionatè, *ſi per hominem non ſteterit.* Hac demùm ratione *in tract. de Sacramentis c. 8. n. 7.* loquendo de effectibus Sacramēti extremæ Vnctionis, notabamus, illius effectus (etſi ſint ex opere operato) eſſe in duplici differentia: alij quippe ſunt illi connexi abſolutè: quales ſunt remiſsio venialium, necnon & reliquiarum peccatorum. Alios autem effectus præſtat Extremæ vnctionis Sacramentum non abſolutê, ſed conditionatè, *ſi utile ſit, aut expediat homini recipiēti*: qualiter cauſat ſalutem corporis. Quam doctrinam tunc applicabamus aquæ benedictę; quæ in noſtra ſententia ex opere operato remittit venialia, fugat dæmones, & ſedat tempeſtates: cum hac tamen differentia, quòd peccata delet abſolutè; dæmones vero expellit, ſedatque tempeſtates ſolùm conditionatè, nempè, *ſi ita expediat.* Nunc autem eamdem doctrinam iterùm in præſenti uſurpamus; dicimusque Sacrificium

ficium Miſſæ ex opere operato cauſare ſuos effectus: alitèr tamen, & alitèr. Etenim ius habendi auxilia convenientia tẽpore opportuno ad reſurgendum à peccatis; necnon & remiſsionem pœnarum remanentium ex peccatis remiſsis cauſat abſolutè in illo ſaltèm, pro quo offertur: remediũ autem aliquarum neceſsitatum (ſalutem infirmi v.g.) ſolùm conditionatè præſtat, nempè *ſi illi ſit utile, aut ita expediat.*

DVB. III.

4 **P**Eres 3. In quibus Sacrificiũ Miſſæ cauſet ſuos effectus? Reſp. eſſe conuenientiam Auctorum, (teſte G. Hurt. *diſp. 3. diff. 9.*) Sacrificium Miſſę cauſare ſuos effectus ex opere operato in illo, pro quo offertur, quamvis alias ipſe non ſit offerens. Quia Tridentinum *ſeſ. 22. cap. 2.* docet, per Sacrificium Miſſæ fructus Sacrificij cruenti Chriſti D. uberrimè percipi. Et alias docet, offerri pro defunctis ad percipiendum prædictos fructus; ſed defuncti, pro quibus offertur, non ſunt offerentes: ergò ſentit concilium Sacrificiũ Miſſæ prodeſſe ex opere operato illis, pro quibus offertur, etiam ſi ipſi non ſint offerentes.

5 Difficultas ergo eſt, an Sacrificium Miſſæ etiam proſit ex opere operato ipſis offerentibus, quamuis non offeratur pro illis? Reſpõd. negativè. Quia id inſinuat Tridentinum *ſeſ. 22 c. 2.* dùm dicit, prodeſſe vivis, & defunctis, pro quibus offertur. Præterea Sacrificium Miſſæ inſtitutum eſt ad proficiendum ex opere operato inſtar Sacramentorum; ſed Sacramenta non proficiunt ex opere operato, ſeu non conferunt gratiam miniſtrantibus, aut applicantibus illa, ſed ſolùm recipienti: (in quo differt ſacramentum à Sacrificio: hoc enim præſtat ſuos effectus illis, pro quibus offertur: Sacramentum autem recipienti) ergo Sacrificium Miſſæ ſolùm proficit ex opere operato illi, pro quo offertur. *Ita Vazq. diſp. 231. c. 3. à n. 2. Lugo diſp. 19. n. 232. Ægid. q. 83. n. 162. & G. Hurt. diſp. 3. diff. 9.*

6 Sed *Suar. diſp. 79. ſect. 8. Henriq. Caiet. & Silveſter, quos citat, & ſequitur Leandrus, diſp. 3. q. 12.* oppoſitum defendunt, nempè participare fructum huius Sacrificij (illum ſcilicèt, quem Sacrificium præſtat ex opere operato) non ſolùm illũ, pro quo offertur, ſed etiã omnes, qui illud offerunt aliquo ſpeciali titulo, (ut ſunt Sacerdos celebrans, diaconus, ſubdiaconus, & alij miniſtrantes, ac ſervientes Miſſæ; necnon & ſtipem dantes Sacerdoti, vt celebret) etiamſi pro ipſis non offeratur. Et obijciunt, quod

ſic

ſic philoſophari commendat venerationem huius Sacrificij, & utilitatem audiendi Miſſas: ergo credendum eſt ſic a Chriſto D. fuiſſe inſtitutum. Reſp, cum Lugo citato negando cõſequentiam: quia nullo firmo fundamento ſuadetur. Præſertim, quod, cùm quodlibet aliud Sacrificium ſit inſtitutum ſolum in utilitatẽ illius, pro quo offertur, ſitque hęc quaſi de natura illius, debebat aſsignari aliqua urgens ratio, ob quã hoc Sacrificium Miſſæ etiam in offerentium utilitatem inſtitueretur.

DVB. IV.

7 PEtes 4. Quæ diſpoſitio requiratur in eo, pro quo offertur Sacrificium Miſſæ, ut eius fructũ ex opere operato percipiat? ¶ Dico 1. in primis requiri eſſe baptizatũ. Quia ſolùm pro baptizatis validè, ſeu fructuosè poteſt offerri: ut diximus *cap.* 14. *à num* 2. ¶ Dico 2. requiri etiam non eſſe excommunicatum. Quia, cùm excommunicatus ſit ab Eccleſia præciſus, ſeu ſeparatus à participatione bonorum Eccleſiæ, nequit fructum huius ſacrificij participare. ¶ Dico 3. non requiri eſſe iuſtum, aut eſſe in ſtatu gratiæ. Aliàs hoc Sacrificium non poſſet offeri pro exiſtentibus ſub mortali. ¶ Si autem aliquæ Patrũ authoritates requirant ſtatum gratiæ, explicandę ſunt de aliquo ſpeciali effectu, v.g. de remiſsione pœnæ temporalis reſtantis poſt remiſſionem. Ad quam remiſsionẽ non prodeſt Sacrificium Miſſæ exiſtenti in mortali. In quo cõveniunt cõmuniter DD. & merito: (ait G. Hurt. *diſp* 3. *diff.* 12.) quia non eſt credẽdum, Chriſtum D. inſtituiſſe Sacrificium Miſſæ ad remittendam pœnam ex opere operato illi, qui nequit ſatisfacere pro illo. Qui autẽ eſt in ſtatu peccati mortalis, nequit pro pœna aliqua ſatisfacere.

DVB. V.

8 PEtes 5. cuius applicatio ſit attendenda? (ſi v.g. contingat Religioſum Sacerdotem celebrantem applicare pro Petro; Prælatum autẽ celebrantis applicare illud idẽ Sacrificium pro Paulo) Reſp. applicationem ſuperioris eſſe attendendam: & conſequẽter Sacrificium illud ſoli prodeſſe ei, pro quo à Prelato fuit applicatum. Quia applicatio fructus Sacrificij non ſpectat ad conficiendum ſacrificium: ergo non eſt connexa cum intẽtione requiſita in miniſtro, aut Sacerdote, ut cõficiat hoc Miſſæ Sacrificium, aut Sacramentum. Quod in confeſſo eſt apud omnes. Aliàs ſi Sacerdos pro nullo appli-

applicaret Miſſam, non confi-ceret verum Miſſæ Sacrificiu. Tum ſic. Prælatus Religioſorũ poteſt irritas reddere intentio-nes ſuorum ſubditorum: ergo & applicationes Miſſarum. Co-ſequentia eſt legitima. Antece-dens autem conſtat inſtãtia vo-torum, & iuramentorum: quæ (ſi ſubſtãtialia excludas) poteſt irritare. Ita *Philibertus tract. 3. p. 2. cap. 33. citans Gab. Honcalã, Martinum de Ledeſma, Ioannem Baptiſtam Confectum, Paulum Fra-xinallum, Auguſtinum Barboſam, Bartholomæum Gavantum, & no-ſtros Cordubam, & Rodriguez: ad-ditque eſſe communem Theologorum opinionem. Quam ſequitur, tamquã probabiliorem Leandrus diſput. 3. q. 18.*

9 Sed oppoſitum defendũt *Lugo diſp. 19 num. 210. Suarez, Vazq. G. Hurt. Ægid. Layman, & multi alij apud prædictum Lean-drum*, qui dicunt validam eſſe applicationem celebrantis cõ-tra præceptum, & applicationẽ Superioris, licet alias ſit valde illicita. Pro qua ſententia obij-cies Scotum *quodlib. 20. § De ſe-cundo articulo à verſ. Dico tamen* probantem, quòd *in poteſtate Sa-cerdotis celebrantis eſt aliquo modo*, (hoc eſt, prout diſtinguitur a Chriſto D. qui illud offert prin-cipaliter: celebrans enim ſolùm miniſterialiter applicat) *appli-care virtutẽ ſacrificij*. Quod pro-bat duplici authoritate Augu-ſtini: & ratione congruentiæ, nempè quod in familijs ordina-tis Dominus domus non imme-diatè diſtribuit bona iuxta exi-gentiam, vel indigentiam a-liorum, ſed hoc committit alі-cui, vel aliquibus miniſtris. Quo ſuppoſito, ſubdit Scotus *in verſ. Ad hoc aquè: ergo ve. magis debet eſſe in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, quòd bonum ibi virtute Sacrificij communicandũ non ſolùm Deus di-ſtribuat, ſed aliquis miniſter in Ec-cleſia. Nulli autem magis poteſt cõ-uenire in Eccleſia, quam Sacerdoti Sacrificium offerenti: cui ſicut con-venit determinare intentionem ſuã pro quo ſpecialiter offerat; ſic con-venit ſibi diſpenſatoriè; vel diſpoſi-tivè determinare, cui virtute ſacri-ficij bonum, quod impetratur, red-datur.* Expendantur verba illa: *Nulli autem magis, &c.* quibus affirmare videtur ſolum Sacer-dotem celebrantem, non autẽ Prælatum illius poſſe applicare fructum Sacrificij Miſſæ: ergo noſtra concluſio eſt contra Sco-tum. Reſp. negando conſequẽ-tiam: quia ibi ſolum docet poſ-ſe applicari à celebrante, quod nemo negat. Quod autem Sco-tus ſentiat, etiam poſſe applica-ri à Superiori, conſtat ex §. *De ſecundo autem verſ. Poteſt ergo* ubi docet, quod applicatio aliquã-do fit ab Eccleſia, hoc eſt à ſupe-riori. Quarè ſic concludit Sco-tus. *Nec tantùm requiruntur Re-ctores in Eccleſia ad correctionem faciendam ſed & ad reconciliatio-nem faciendam peccatorum per ora-*

 tionem

Prætereà, admiſſo gratis, loqui Scotum aſſertivè, etiam negatur conſequentia; quia ibi ſolum docet, cõvenire, quod applicans (ſivè ſit Sacerdos celebrans, ſivè Prælatus) applicet fructum ſacrificij ſecũdùm beneplacitum Dei, ſeu iuxta mẽſuram ſuæ obligationis; (ſivè hæc obligatio oriatur à receptione ſtipendij, ſivè aliunde) nõ tamen docet, quod, ſi aliter fiat applicatio, ſit invalida, & ſtandum ſit applicationi, quàm ratione alicuius obligationis tũc debebat applicans habere. Ad quod expendo ly *oportet*.

DVB. VII.

13 PEtes 7. An Miſſæ ſacrificium pro pluribus oblatum tantum proſit ſingulis, ac ſi pro unoquoque ſeorſim offerretur? Reſpondetur negative. Quia vel valor huius ſacrificij eſt finitus, & limitatus: ut decem v.g. vel infinitus? Si finitus: ergo inter plures diſtributus, minùs ſingulis attinget, quàm ſi pro uno tantùm offeretur. Si enim pro uno tantùm offeratur, totus valor indiviſus illi proveniet. Sin verò pro duobus v.g. offeratur, ſinguli illorum ſingulas tantùm partes accipient. Si autem valor huius ſacrificij Miſſæ in ſe ſit infinitus; finitatur, (ut ſic loquar) limitatur, aut coarctatur ab applicãte, ſeu ab eius applicatione finita, & limitata. (Sicut Deus, qui ex ſe poſſet producere infinitum, concurrens cum igne v.g. quaſi finitatur, limitatur, & coarctatur ad productionẽ finitã, & limitatã.) Quare sẽper, & in omni eventu erit verũ, valorẽ Sacrificij Miſſę (quidquid ſit de illius finitudine, aut infinitudine in ſe, ſeu ex parte ſui cõſiderata) applicatũ à cauſa finita, & limitata eſſe finitũ, & limitatũ, ſaltẽ finitudine ſe tenẽte ex parte prædictę applicationis. Secũdo, quia ex oppoſito ſequeretur, fruſtrà ab aliquo peti, ut pro ipſo ſpecialiter applicetur. ¶ Itẽ ſequeretur, poſſe Sacerdotẽ una ſola Miſſa pluribus ſatisfacere, à quorum quolibet integrũ ſtipendiũ accepit pro illa una Miſſa. Ita Scotus *quodl. 20 §. & verſ. De tertio autẽ D. Bonav. Richard. Dur. Pal. Sotus, Suar. Ægid. Laymã, & Bonacina apud G. Hurt. diſp. 3. diff. 8. Quibus Leandrus diſp. 8. q. 11. addit Valentiam, Salmeron, Llamas, Præpoſitum, Azor,* Machado *lib. 4. p. 1. tract. 12. docum. 3. n. 5. & Lugo diſp. 19. n. 246.*

14 Sed oppoſitum defendunt *Vazq. diſp. 231. cap. 2. Caiet. Corduba, Petrus Sotus, Petrus Navarra, Angelus, Silveſter, Cano, Petrus de Ledeſma, G. Hurtad. & Philibertus, quos citat, & ſequitur prædictus Leandrus*: & obijciunt: operá ſatisfactoria Chriſti Domini, ſunt infiniti valoris: ergo, & ſacrificium Miſſæ.

 Patet

Patet conſequentia: quia Chriſtus D. offert hoc Sacrificium ſimul cum Sacerdote: ut diximus *cap.* 13. *à num.* 2. Reſpondetur conceſſa maiori: (quam propugnavimus *in* 1. *art. de Incarnat. c.* 9. *diff.* 1. *à num.* 23. contra multos Scotiſtas,) qui facile ab hoc argumento ſe expediunt) diſtinguendo conſequens: eſt enim verum de Sacrificio Miſſæ a Chriſto D. in cœna celebrato: falſum autē de illo, quod mediante alio quocunque Sacerdote celebrat, ipſe Chriſtus D. mediatè: quia antecedens ſolū eſt verum, ſolumque diſputatur ab Authoribus de operibus totaliter primè, & immediatè elicitis a Chriſto D. qualiter illud tantum Miſſæ ſacrificium ultimæ cœnæ obtulit: reliquas vero Miſſas à Sacerdotibus oblatas Chriſtus D. remotè tantum, & mediatè confecit, hoc eſt, quatenus ipſe fuit author huius Sacramenti; & illius miniſtros conſtituit Sacerdotes.

15 Dices, quidquid ſit de valore reperto in opere à dignitate operantis, certum eſt, quòd in quacumque Miſſa offertur Chriſtus D. qui involvit dignitatem Verbi, ſeu perſonæ infinitæ: ergo Miſſa quæcumq; ex parte rei oblatæ habet infinitum valorem. Reſp. ita eſſe: tamen infinitus valor ille finitatur, limitatur, ſeu coarctatur à finitudine applicantis: ut *n.* 1. notabamus. Quod autem in oblatione non tàm attendatur valor rei oblatæ, quàm affectus, ſeu dignitas offerentis, conſtat ex oblatione a Beatiſsima Virgine facta, dum Chriſtum D. in templo præſentavit: quæ non fuit ita grata Deo, quàm fuit, quam fecit in cruce Chriſtus D. ſe ipſum offerēs. Conſtat inſuper ex *Lucæ* 21. ubi vidua paupercula, quæ duo æra minuta miſit, dicitur à Chriſto D. pluſquàm omnes miſiſſe. Vnde D. Greg. *in homil. ſuper illud Math.* 4. *ambulans Ieſus, &c.* ſic loquitur: *Nec penſat Deus quantum in eius ſacrificio; ſed ex quanto offeratur affectu.*

16 Obijcies 2. affectus, ſeu dignitas offerentis eſt attendenda in oblatione, aut ſacrificio Miſſæ? Ergo Miſſa celebrata à Sacerdote exiſtente ſub mortali erit nullius fructus, ſeu valoris. Patet coſequētia ex illo *Geneſ.* 4. *Reſpexit De⁹ ad Abel, & ad munera eius. Prius ad Abel, quā ad munera*, expendit Scotus *quodl* 20. *§. De tertio autem verſ. Sed hic eſt*: ergo ſi miniſter fuerit ſub mortali, ſeu nō fuerit grat⁹ Deo, ad eius munera, ſeu ſacrificium non reſpiciet Deus, ſeu illa non acceptabit; ideo enim ad Cain, & ad munera illius nō reſpexit: ut ibidē dicitur. Reſp. diſtinguendo conſequens; eſt enim verum loquēdo de fructū, quem per meritum de condigno offerēs, ſeu Sacerdos ſibi acquirit: ad quod neceſſario requi-

quiritur ſtatus gratiæ ſanctificātis in operāte, ſeu merente. Falſum autē eſt conſequens loquēdo de impetratione fruct⁹: (quē fructum ab Eccleſia impetratū, ſeu quem fructus impetrationē Eccleſiæ vocant ex opere operato) hanc enim facit ſacerdos nomine, & virtute Eccleſiæ: quæ ſemper eſt Deo grata, & ſine ruga, & quam ipſe miniſterialiter repræſentat. Ad quam repræſentationem accidētariu eſt, quod ipſe Sacerdos, aliàs ut perſona particularis ſit ſub mortali, dummodo verè Sacerdos, & Eccleſiæ miniſter ſit. Sicuti, ut homo ſi veſtigium Trinitatis, aut ipſam repræſentet: (De quo legatur Auguſt. *6. de Trinit. c.10.*) propter vnitatem eſſentiæ, & potentiarum Trinitatē, (quæ potētiæ ſūt intellect⁹, memoria, & volūtas) accidentariū eſt, quòd ſit iuſt⁹, aut peccator.

17 Obi. 3. ſacrificiū Miſsæ inſtitutū eſt per modū Sacramēti, ſeu, ut inſtar Sacramēti, tribuat effectum ei, pro quo offertur: (ſivè generali, ſivè ſpeciali intētione pro eo offeratur) ſed, ſi idē Sacramētū à pluribus reciperetur, (ut contingeret, ſi quis poſt receptionē formulæ cōſecratæ eā evomeret, & ab alio reciperetur) quilibet nō minorē fructū reciperet, quā ſi ſolus reciperet: ergo & ſacrificiū Miſſæ pluribus applicatū æquè prodeſt ſingulis eorū, ac ſi ſingulis applicaretur. Reſpond. quòd fortè quis negaret maiorem: (ſi intendebat, ſacrificium Miſſæ ex opere operato habere effectum aliquem, v.g. remittendi pœnas temporales peccatorum: ſicut Sacramenta habēt præſtare gratiā ſanctificantem) nec facile fortè convinceretur: quia etſi certum ſit ex Trident. *ſeſſ.22.c.2.& can.3. verè eſſe propitiatorium, offerrique non ſolū pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus; ſed & pro defunctis in Chriſto nondum ad plenū purgatis*: poſſet tamen dicere, nondum cōſtare, Sacrificium Miſſæ hos effectus, aut illorum aliquem cōferre ex opere operato, ſeu ea certitudine, qua nobis certum eſt, Sacramenta conferre gratiā ſanctificantem non ponentibus obicem. ¶ Sed omiſſa maiori, & conceſſa minori, negatur cōſequentia, ſeu potiùs ſuppoſitū illius, nempè, quod Sacrificium Miſſæ quantum ad valorem, ſeu quòd valor illius poſsit æquè applicari pro multis, ac pro uno. (Sicut in illo caſu formulæ evomitæ idem Sacramentum æquè integrè applicaretur pluribus, ac uni) Cùm enim ſit finitus, & limitatus valor ſacrificij, totus applicatur uni; ſi tamen pluribus applicetur, ſinguli ſingulas tantū partes participāt.

18 Obijc. tertio: Sol, vel Lucerna non minùs illuminat plures, quàm unum; & vox non minùs auditur à multis, quam à ſin-

Digitized by Google

guliſ. Item Angelus eſt totus in to ſpatio, & totus in ſingulis illius partibus: ſicut & anima rationalis in toto corpore, & in quacumq; illius parte: ergo eodem modo valor huius ſacrificij poteſt ita cõmunicari multis, ac ſi ſingulis illis prodeſſet. Reſp. cum Lugo *diſp.* 19. *n.*255. potuiſſe quidem Deum id feciſſe, non tamen hoc fecit. Et meritò: cùm enim valor huius ſacrificij ſit finitus, & limitatus, ſaltem ob applicationẽ; (ut *n.*1. & 3. notabamus) præternaturaliter tot' correſpõderet multis ſimul. ¶ Reſpod. 2. negando conſequentiã: nequit enim fieri, quod idem valor finitus diviſus inter multos, æquè illis correſpondeat totus, ac ſi uni tantùm applicaretur. Quod cõvincit inſtantia eiuſdem pecuniæ, quod nequit integrè correſpondere multis, bene tamen uni.

CAP. XVI.

De illis, qui tenentur aliquando Miſſæ ſacrificium celebrare; & aliquando ab illius celebratione abſtinere.

De obligatione aliquãdo celebrãdi.

DVB. I.

1 Petes 1. An omnes Sacerdotes teneantur aliquando Sacrificiũ Miſſæ celebrare? (Non loquimur de Sacerdote impedito phyſicè, aut moralitèr. Nec de obligato celebrare ratione officij; ut eſt Parochus, qui ſaltem diebus feſtis, alio Sacerdote non celebrante, tenetur celebrare, ut Parochiani Miſſam audiant; aut de quolibet alio aliũde celebrare obligato.) Reſpond. affirmativè. Quia ſic ſatis inſinuat Tridentinum *ſeß.* 22. *cap.* 1. dum ait Chriſtum D. illis verbis *Lucæ* 22. *hoc facite in meam commemorationem* Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſorib', ut offerãt, præcepiſſe. Datur ergo Sacerdotibus præceptum celebrandi: ergo aliquãdo obligat. Ita *Sotus, Palud. Silveſter, Navarrus, Vazq. Valentia, Antoninus, Toletus, Ægidius Layman, & plures alij, quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſput.* 4. *diff.* 1. *Quibus adde D. Thom.* 3. *p. q.* 82. *art.* 10. *Villalobos, Philibertum, & multos alios, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp.* 5. *q.* 1.

2 Sed oppoſitum defendunt *noſtri D. Bonavent. in* 4 *diſt.* 2. *p.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 2. *Alenſis, & Richardus. Ex alijs autem Gab. Ledeſma, Victoria, Caiet. Bonacina, Diana, Granados, Lugo, & multi alij, quos citant prædicti Hurt. & Leandrus.* Qui dicunt, numquam celebrantem, (ſi alias ceſſent ſcandalum, & contemptus) peccare, ſaltem mortaliter. Et obijciunt, nullum dari præceptum de hac materia. Reſpond. negando:

extat

extat enim *Lucæ* 22. verbis illis, *Hoc facite in meam commemorationem*: ut *num. præcedente* expendebamus. ¶ Benè autem notant AA. noſtræ ſententiæ, *præſertim G. Hurt. ibi*, præceptum iſtud eſſe de re gravi, & conſequenter obligare ſub mortali.

DVB. II.

3 PEtes ſecundò: quando Sacerdos præcisè ratione ſacerdotij teneatur celebrare? Reſp. diſtrahi AA. noſtræ ſententiæ *num.* 1. relatæ. Nam *Silveſter verb. Miſſa* 1. *q.* 7. *&* *D. Antoninus* referunt, quoſdam Iuriſperitos dixiſſe, Sacerdotē debere quotidiè celebrare. Quod tā ipſi, quam DD. communiter refutant, tamquā ſine fundamento dictum. ¶ *D. Thom.* 3. *p. q.* 82. *art.* 10. *in corpore*, *Gab. Silveſter*, *& Antoninus* docent, teneri in præcipuis feſtiuitatibus anni. ¶ *Nauarrus c.* 25. *n.* 88. dicit, teneri in illis diebus, in quibus Laici Religioſorum cōmunicare conſueverunt. ¶ *Paludanus in* 4. *diſt.* 13 *q.* 2. *art.* 1. *& Maior diſt.* 12. *q.* 5 docent, teneri in natiuitate Domini, in Reſurrectione, in Pentecoſte, in Aſſumptione Virginis, & in feſto omnium Sanctorum. ¶ *Sotus in* 4. *d.* 13 *q.* 1. *art.* 10. *Vazq. Azor, Toletus, & communiter RR. quos ſequitur G. Hurt. diſp.* 4. *quæſt.* 1. dicunt, in nullo determinato die teneri ad celebrandum; nihilominus in quolibet anno teneri ſaltem ter celebrare. Ita etiam Leandrus *ibi q.* 2.

4 Nobis autem dicendū eſt, Sacerdotem vi ſui Sacerdotij ſolùm teneri, ad ſemel in tota vita celebrere. Quia præceptum affirmativum ſufficienter impletur per unicum actum: ut patet in præceptis audiendi ſacrū, ſolvendi decimas, &c. Hinc *c.* 2. *dub.* 12. *n.* 43. dicebamus, quòd præceptum divinum cōmunicandi (ſecluſa Eccleſiæ declaratione, aut determinatione) ſufficienter adimpleretur unica communione. Et *in tractat. de Pœnit. c.* 17. *à num.* 333. dicebamus, quòd, ſi Eccleſia nō determinaſſet tēpus confitendi, divinum præceptū confeſſionis nō obligaret extra articulum mortis. Quia *præcepta pœnalia nō ſunt ampliãda, ſed reſtringenda.* (inquit Scotus *in* 4. *d.* 17. *§ De tertio verſ. Secundum videtur*) Igitur, cùm Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. ſolū declaret, ſacerdotib. poni præceptum celebrandi verbis illis *Lucæ* 22. *Hoc facite in meam commemorationem*; nec determinet, aut declaret, celebrandum eſſe in aliquo tempore determinato, infertur ſanè, in quolibet vitæ tempore poſſe impleri prædictum præceptū; ſicut implerentur præcepta divina confeſſionis, & communionis, ſi alias

Digitized by Google

Ex tempore autem, quo Eccleſia celebrare cæpit Miſſam ſolemnẽ Reſurrectionis ipſo die ſabbathi Sancti, prædicta Innocentij prohibitio ceſſavit pro Sabbatho Sancto.

8 Sed inſtant prædicti AA. ſolùm ceſſaſſe pro vno Sacerdote, nempè pro illo, qui celebrat Miſſam ſolemnem; no verò pro alijs privatim celebrare volentibus. Reſp. ceſſaſſe abſolutè pro omnibus cum abſolutè ceſſaverit finis, & ratio illius prohibitionis, nempe quod Eccleſia etiam die Sabbathi: an-cti illo tempore antiquo celebrabat requiem Chriſti D. in ſepulchro. (quam nunc temporis ſolo die veneris ſancti celebrat) ¶ Obi. 2. quod pro Miſſa privata non aſsignatur introitus die Sabbathi Sancti: ergo nequit tunc alia Miſſa prætèr ſolemnem celebrari. Reſp. negando conſequentiam. Tunc enim poteſt dici Miſſa illius diei cum introitu Miſſæ Reſurrectionis; vel Miſſa B. Virginis; vel alicuius ſancti: vt notant communiter, præſertim Leandrus *diſp. 5. queſt. 27.* ¶ Qui *ibi queſt. 28.* benè probat ex uſu piorum hominum, abſque aliquo peccato etiã veniali poſſe illo die celebrari Miſſam ante Miſſam ſolemnem Pro qua ſententia adducit G. Hurt. Quarè non ſunt attiendi *Azor, Ledeſma, arcus de los Guertos, Ioã. Cruz, Lugo, & Ludovicus à ſancto Ioanne*: quorũ aliqui exiſtimant, abſolute non licere; alij autem inſinuant, eſſe veniale.

9 Excipitur a concluſione dies Veneris ſancti; (Paraſceven vocant) in quo nulli licet celebrare. Quia prohibitio Innocentij *num. 7.* tacta viget adhuc hac noſtra tẽpeſtate: vt fatentur omnes: & merito: cum illo die Eccleſia celebret requiẽ Chriſti D. in ſepulchro. Quæ ratio fuit motivum, aut finis imponendi illud præceptum negativum. ¶ Hanc autem prohibitionem no extendi ad cõmunionem; ſed poſſe licitè cõmunicari in Paraſceve, (immò ſic eſſe conſulendu) notabamus *cap. 2. num* 200, idque propugnabamus cu *Suar, Vazq. & alijs innumeris.*

10 Ex hac exceptione infert communiſsima ſententia (contra *Vazq. Nugnum, & Monteſ citatos à Leãdr, diſp. 5. q. 23.*) quod ſi die veneris Sãcti incidat dies feſtus, in quo populus alias audire Miſſam teneretur, tunc nõ tenetur adeſſe officij illius diei alicui parti. Quia nulla pars talis officij eſt Miſſæ ſacrificium. ¶ Dices: Scotus *in 4. d. 13. q. 2. §. Ad queſtionem verſ. Si obijcis* affirmat, eſſentiam ſacrificij nõ ſtare in conſecratione: ergo in Paraſceve verum ſacrificiũ Miſſæ reperitur: ergo eſt obligatio tunc illi aſsiſtendi Reſp. negãdo antecedẽs quid enim velit Scotus, *diximus cap. 12 à n. 24.*

Reſp.

Reſp.2.admiſſo gratis antecedenti, negando conſequentias: ſolùm enim urgerent in ſententia, quę affirmat, ſacrificiũ Miſſæ totalitèr conſiſtere in ſumptione ſpecierũ. (Quam refutavimus *cap.12.num.34.*) Nõ autẽ in ſententia affirmante, ſacrificium Miſſæ conſiſtere in oblatione præcedente conſecrationem. (Quæ opinio immerito imponitur Scoto: vt conſtat *ex cap.12.à num.24.*) Cũ enim hæc oblatio in Paraſceve non reperiatur; nec verum Miſſæ ſacrificium poteſt tunc reperiri: & conſequentèr neque obligatio illud audiendi. Vnde conſtat, immerito citari Scotũ à Leandro *diſp.5.quæſt.23.* pro ſententia, quæ affirmat, in Paraſceve offerri propriè ſacrificium, & propriè dici Miſſam. Etenim omninò gratis admiſſo, Scotũ affirmaſſe, ſacrificiũ Miſſæ cõſiſtere in oblatione, quæ fit ante conſecrationem: cùm in officio Paraſceves nulla talis oblatio interveniat, potiùs debebat inferri, quod ſecundùm Scotum in illo die neque erat proprium ſacrificium Miſſæ; neque obligatio illi aſsiſtendi. ¶ Cõſtat item, immeritò Leandrum ibi adduxiſſe Fagundez *Precepto 1.lib.3.cap.4.num.2.& 3.* quaſi dicat, ſenſiſſe Scotum, in Paraſceve offerri propriũ ſacrificiũ, & propriè dici Miſſam. Fagundez quippè ſolum adducit Scotum pro ſententia affirmante, Miſſæ ſacrificiũ non conſiſtere in cõſecratione; ſed in oblatione, quæ fit ante conſecrationẽ. Quo omnino gratis admiſſo, nullo modo infertur, ſenſiſſe Scotũ in Paraſceve offerri proprium ſacrificiũ Miſſæ; aut eſſe obligationem illam audiendi, ſed potiùs oppoſitum: vt nuper expendebamus.

DVB. IIII.

11 PEtes 4. An liceat eidem Sacerdoti in eadẽ die plures Miſſas celebrare? Reſp. negativè. Quia prohibetur ab Innocentio III. (electo *anno 1198.*) *in cap. Conſuluiſti 3.* & ab Honorio III. (electo *anno 1216*) *in cap. Te referente 12. De celebratione Miſſarum.* Verba Innocentij ſunt: *Excepto die Nativitatis Dominicæ (niſi cauſa neceſsitatis ſuadeat) ſufficit Sacerdoti ſemel in die tantum Miſſam ſolummodo celebrare.* ¶ Circa quod decretũ certum eſt, quòd etſi verba non videantur pręceptiva; tamen vt pręceptiva ſunt vſu recepta, ita ut eſſet mortale, plures Miſſas celebrari ab eodem ſub vno die, excepto die Nativitatis Domini, (in quo tres tantũ celebrare poteſt quilibet Sacerdos) & caſu neceſsitatis. Eſt etiã certũ, quòd ſit ſufficiens neceſſitas, vt Sacerdos ieiunus pluriès celebret, quãdo habet plures parochias in diverſis oppidis, & ob paupertatem nequit habere alium Sacerdotẽ coadiutorem. De alijs autem caſibus neceſ-

Digitized by Google

neceſsitatis eſt inter AA. diſsidiu. Sed antequã ad illos deſcendamus, circa hæc duo certa non nulla eis affinia ſunt declaranda.

De die Natiuitatis Domini.

12 CONſtat ex prædicto decreto Innocentij III. poſſe tunc plures miſſas à quolibet Sacerdote ieiuno celebrari. Eſt autem indubitatum, tres tantum poſſe celebrari. Item cùm hoc ſit indultum, ſeu priuilegium, nullus tenetur, (adhuc parochus; quidquid dicat Henrriq. *lib.9.c.30.n.6.* qui pro ſe malè citat Silueſtrum: ut notat Leandrus *diſp.5.q.30.* ubi *cũ Fagund. Diana, Philiberto, Belleto* oppoſitum defendit) illo uti. Ideoq; poterit, unam, aut duas tantum celebrare. Adde cum Leandro *ibi q.33.* poſſe celebrare, quam maluerit, ex illis tribus; quamvis renuat Gavantus.

¶ Notat Leandrus *q.31. cum Lugo diſp.20.n.43.* nõ poſſe Sacerdotem eo die communicare ſemel, aut bis, & poſteà celebrare ſemel, aut bis; vel ècontra. Neque pluſquam ſemel, ſi aliàs nõ celebret, comunicare.

13 Non autem eſt ſtatutum, an Sacerdos poſsit in nocte Natiuitatis omnes tres Miſſas ante auroram celebrare? Negant enim non pauci non ſolum antiqui, ſed etiam RR. præſertim *Villal. Bonac. Fagundez, Maure, & Philibertus, apud Leandrum ibi q.32.* Nobis autem dicẽdum eſt *cum Suar. Vazq. Reginaldo, Valentia, Granados, Hurtado, Ægidio, Layman, & alijs, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi,* poſſe omnes Sacerdotes prædictas tres Miſſas ante aurorã celebrare. Quia ſic fert uſus, & praxis timoratorum. Et meritò: quia *in cau. Nocte Sancta* abſolutè, & abſque ulla diſtinctione conceditur in illa nocte Miſſas celebrare.

¶ Sed objiciũt, quòd in Rubricis tria tẽpora pro tribus Miſsis diſtinguuntur. Reſpond. cum G. Hurt. *diſp.4. diff.4.* hoc tantum fieri pro Miſsis Solemnibus.

¶ Obijc.2. quòd in prima Miſſa tantùm dicitur, *hanc Sacratiſſimam noctem*; in alijs autem precipit Rubrica dici, *hunc Sacratiſsimum diem*: ergo præſcribitur, & præcipitur, ſolam primã nocte, reliquas vero die tantũ poſſe celebrari. Reſp. præſcribi illud tempus ex quadam congruentia; non autem ex obligatione: aliàs qui omnes tres Miſſas diceret in die, non poſſet in prima dicere *hanc ſanctiſsimam noctem.* Igitur verba predicta nõ ſunt referenda ad tempus, ſed ad myſteria illius diei repræſentata. Et cùm Eccleſia in prima Miſſa illius diei repræſentet noctem, immò & horam natiuitatis; in quacumque hora celebretur, debent dici verba illa *hanc ſacratiſsimam noctem.* Sicuti in alijs duab⁹ poſteriorib⁹ (quacũque hora celebrentur) debẽt dici verba illa *hunc ſacratiſsimũ diem:*

Digitized by Google

diem; quia diem Nativitatis (prout diſtinctũ a nocte) repræſentant.

De Paracho pluries celebrante.

14 NOtant cõmuniter prę ſertim Lugo *diſp.20.n.47. Suar. Hurt. & cum alijs Leandrus diſp.5.q.41.* prædictum Parochum non ſolum bis, ſed etiã ter, & pluries (ſi opus ſit) poſſe in eadem die Miſſam celebrare. Quia in capite illo *Conſuluiſti* 3. non determinatur pluralitas Miſſarum. Quare non ſunt audiendi Henriq. & Fagundez citati a Leandro, qui affirmant, bis tantum poſſe Parochum celebrare ex neceſsitate in eodẽ die. Quia (inquiunt) ſic conceditur in illo capite. Falso tamẽ prædictum caput hoc determinaſſe affirmant. Immo addo, quod, adhuc hac determinatione ad miſſa, poſſet pluriès celebrari, nempè quoties ſimilis neceſsitas occurreret. Quia ubi eſt eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio debet eſſe.

15 Notant *Suar. 3. p. q. 83. art. 2. ſect. 3. & Leandrus diſp. 5. q. 38.* Parochum prædictũ poſſe eodem die pluriès celebrare ob neceſsitatem dictam no ſolum in feſtis, ſed etiam in alijs diebus, ſi in quacumque illarũ parochiarum ſit ſufficiens audientium numerus. Quia in illo capite *Conſuluiſti* non diſtinguitur de die feſto, aut alijs. & cum aliàs ſit favor, debet extendi, ſeu ampliari. ¶ Quantus autẽ debeat eſſe auditurorum numerus, ut ſufficens reputetur, non explicant. Ego verò exiſtimarem, quemcumque ſufficere, immò unicam perſonam. Quia reſpectu vnius tantum, ſeu in ordine ad illam perſonam eſt abſolute verum inter venire neceſsitatem. Pontifex autem interveniente neceſsitate diſpenſat, ſeu tollit prohibitionẽ.

DVB. V.

16 PEtes 5. An admittendi ſint alij caſus, (præter inopiam Parochi habentis plures Parochias) in quibus liceat pluriès eodem die ipſummet Sacerdotem celebrare? Reſp. affirmativè. Quia caput illud *Conſuluiſti*, no determinat hanc, vel illam neceſsitatem: ut enim vidimus *n.11.* ſic loquitur: *Niſi cauſa neceſsitatis ſuadeat.* Immerito ergo coarctatur ad unum tantum caſum neceſsitatis, nẽpè quando Parochus pauper habet plures Parochias diſtantes, & ob paupertatẽ nequit habere alium Sacerdotem coadiutorem. Accedit, quòd multis ab hinc annis docti multi, & prudẽtes aliquos alios caſus neceſſitatis ad pluriès celebrandum admiſerunt. Quare hanc noſtrã ſententiam defendere tenentur omnes illi, qui in aliquo alio caſu (diſtincto a caſu neceſ-ſita-

ſitatis Parochi pauperis habentis plures parochias diſtantes, nec potentis habere coadiutorem) admittunt, poſſe pluriès eodē die celebrari. Pro clariori autem notitia proponendi ſunt ſpeciales caſus, in quibus id licere aliqui affirmarunt. ¶ Pro ſingulis autem his caſibus obſeruandum eſt, nos loqui in caſu, quo non poſsit commode alius Sacerdos, qui nondum celebraverit, inveniri. Itē in caſu, quo Sacerdos ſit ieiunus, nēp: quod in priori, aut prioribus Miſsis præciſe ſumpſerit corpus, & ſanguinē ſine ablutione.

Primus caſus.

17 CAſus eſt, quādo iam ferè dicta Miſſa, ſupervenerit perſona notabilis, (Epiſcopus, aut Princeps) aut plures itinerātes in diebus præſertim feſtis. Et tunc poſſe iterum celebrari, dixerunt *Silveſter*, *D. Antoninus*, *Navarrus*, *Hēriq. Valentia*, *Fagund. Binsfeldius*, *Lublinus*, & *Philibertus apud Leandrū diſp. 5. q. 35.*

Secundus caſus.

18 EST, cum ſub finem Miſſæ intrat corpus defuncti ſepeliendum cum Miſſa. Et tunc poſſe iterum celebrari ab eodem, ubi conſuetudo, aut Synodalis conſtitutio fert, ne quis abſq; Miſſa ſepeliatur, (nō autē ſi talis mos, aut conſtitutio nō detur) dixerunt *Henriq. Rayner. Tabiena, Ledeſma, Navarrus, & alij apud Henr. Item Azor, Fag. Ægid. & Philibertus, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. q. 36.*

Tertius caſus.

19 EST, ob nuptiarū benedictionem, nempè quādo mos eſt, aut conſtitutio ſynodalis, ut præeunte Miſſa benedictio detur, & alias differri nequit in alium diem ſine populi magna perturbatione, aut ſcandalo. Et tunc poſſe bis celebrari, dixerunt *Navarrus, Henriq. Silveſter, Tabiena, Ledeſma, Fag. Ægid. Lugo, & Philibertus, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 5. q. 37.*

Quartus caſus.

20 EST, quādo in aliqua Regione (India, aut Anglia v.g.) unus Sacerdos nequit omnibus fidelibus unica Miſſa ſatisfacere. Et tunc poſſe plures Miſſas celebrare, docent *Fag. Lugo, Philibertus, & communis ſententia, quam ſequitur Leandrus diſp. 5. q. 39.*

Quintus caſus.

21 EST quando aliter ægroto nequit dari viaticū, niſi bis aliquis Sacerdos celebret. Et tunc poſſe quidem docēt *Navarr. Ægid. Victoria Henriq. & apud ipſum D. Th. Ledeſma, Palud. D. Anton. Silveſter, Tabiena, & Angelus. Idem tenet Valēt. Lugo, Binsfeldus, Lublinus, Philibertus, & Fagundez, quos citat, & ſe-*

ſequitur Leãdrus diſp. 5. q. 34. Notant autē prædicti AA. hoc eſſe intelligendum de Sacerdote ieiuno: ut etiam nos *n.* 15. univerſaliter in omnibus prędictis caſibus notabamus. Tamen cōtra ipſos hunc caſum excipim⁹ conſequenter ad id, quod *c.* 3. *n.* 42. docuimus, nempe poſſe Sacerdotem non ieiunum (ſi ieiunus alter non adſit, nec ſint formæ conſecratæ) celebrare ad conferendum viaticum infirmo. Vnde conſequenter affirmamus, quòd, ſi aliter fieri non poteſt, valet etiam non ieiunus ſecundò celebrare, ut viaticum porrigat ægroto.

Sextus caſus.

22 Eſt generalis, nēpè poſſe pluriês celebrari, quotiès ob rationabilem cauſam iudicatam à bono, & cordato viro videatur neceſſarium, vel cōgruentiſsimum, ut Miſſa ſecūdò, aut pluriès celebretur ab uno & eodē Sacerdote. Et tunc licere, docent *Palud. D. Anton. Turrecremata, Durandus, Valētia, Enriq. Navarrus, & G. Hurt. apud Dianam 2. p. tract. 14. Reſ. 56.*

23 Igitur ex dictis *à n.* 17. conſtat, quanti, & quales ſint AA. qui diverſos admittunt caſus, in quibus (præter casū paupertatis Parochi regētis plures parochias, nec potentis ſibi aliū Sacerdotem in coadiutorem aptare) licitum eſt, pluriès quotidie celebrare. Qui omnes AA. pro noſtra ſententia *n.* 16. poſita ſunt citandi. Vnde conſtat, eam eſſe ſatis cōmunem. Quare non ſunt audiendi præcitatus Diana, & Auſonius *verbo celebrare Miſſam* dicentes, quòd ob multitudinem Sacerdotum hi caſus abierunt in deſuetudinem in his noſtris regionibus. Pro qua ſentētia citātur *Vazq. in 3. p. diſp. 232. c. 5. n. 48. Vgolin. Molſeſius, Silvius, Scorzia, Cruz, Llamas, Suar. Nugnus, & noſter Pitigianus.* Nō ergo ſunt audiēdi: quia ſi hic, & nunc eſt vera neceſsitas, (adminiſtrandi Viaticum ægrotò v. g.) quid inter eſſe poteſt, quòd alias in hac regione, regno, vel oppido, ſint multi alij Sacerdotes, qui illo die iam celebraverint? Obi. quod illæ neceſsitates non ſunt ſufficiētes. Reſp. hoc gratis dici: quia Innocentius III. in capite illo *Conſuluiſti* non determinat neceſsitatem; & alias tot viri docti, eſſe ſufficientem reputarunt. Et meritò: quia Gloſſa in illo capite *Conſuluiſti* non ſolum tenet noſtram ſententiā, ſed etiam ſub neceſsitate comprehendit honeſtatem, & utilitatem. Vt notat, & ex alijs capitibus cōprobat noſter F. Antonius Hiquæus *in 4. d. 13. q. 2. n. 159.* Adde, quòd cùm inhibitio plures Miſſas eodem die celebrandi non ſit iure divino poſitivo; aut de divino naturali orto ex natura Sacrificij, aut Sacerdotij; ut pateſ;

te:;(inquit G. Hurt. *diſp. 4. diff. 3.*) ſed tantum iure Eccleſiaſtico, mirum quidē eſt, velle RR. aliquos, non eſſe ſtandum vſui, & interpretationi antiquorum: maximè cum leges humanę interpretatione Doctorum, & populi receptione attemperētur.

De obligatione aliquando non celebrandi.

CVm pro decenti Miſſæ ſacrificij celebratione Eccleſia multa provide diſpoſuerit, nēpè quo tempore, & loco, quibus veſtibus, &c. hoc ſacrificium, ſit peragēdum, aliquo illorū deficiente, Sacerdos ad non celebrādū obligatur. Quare de omnibus, quæ Eccleſia pro debita hui⁹ ſacrificij veneratione diſpoſuerit, ſub prędicto titulo (*de obligatione aliquando non celebrādi*) tractabimus.

De hora ad celebrandum convenıente.

DVB. VI.

24 PEtes 6. An ab Eccleſia ſit præſcriptū tēpus diei, in quo debeat, & non vltra illud Miſſę ſacrificiū celebrari? Reſp. affirmativè. Quod potius ſupponunt, quā probant AA. ſupponunt, (in quam ſdum affirmant, non eſſe licitum ante aurorā Miſſam inchoare; (in quo cōveniunt, Doctores, teſte G. Hurt. *diſp. 4 diff. 4.*) eſſeque illicitum, ſaltem poſt nona incipere Miſſam.

25 Eſt ergo extra vllam cōtroverſiam ſic, præſcriptū eſſe tempus celebrandi Miſſam, vt ſit grave peccatum alio tēpore Miſſam celebrare. Tempus autem illud communitèr computatur ab initio diei, ſeu ab aurora vſque ad meridiem. Excipitur tamē dies nativitatis Domini. Tunc enim poteſt Miſſa celebrari illico poſt dimidiam noctem; immò omnes tres Miſſæ illius diei: vt diximus *num.* 13. ¶ Excipiebatur etiam antiquitùs dies Sabbati Sācti: quia tunc celebrabatur Miſſa circa initium noctis: ut notat, præſertim Scotus *in 4. d. 13. quæſt. 2. § Et verſ. Tertium principale. Lugo diſp. 20. num. 16. & 17. Gavantus 4. p. in Rubri. Miſſalis tit. 10. num. 45. & Leandrus diſp. 6. quæſt. 8.* Quare non ſunt audiendi *Vazq. diſp. 233. a. 2. num. 25. & cap. 3. num. 52. Suar. Fagund. & G. Hur. apud prædictum Leandrum ibi* affirmantes, licitum fuiſſe olim in nocte Reſurrectionis (ſicut in nocte Nativitatis) paulo poſt mediam noctem Miſſam celebrare. Falluntur tamen: quia illa Miſſa noctis Reſurrectionis numquam fuit celebrata poſt mediam noctē, ſed initio noctis Sabbati poſt ſolis occaſum, apparente prima ſtella. Vſque illam enim horam legebatur prophetiæ; benedicebatur fons;

cathe-

cathechizabantur, & baptizabantur cathechumeni; &, incipiente nocte Reſurrectionis, cantabatur Miſſa cum Lætitia.

26 Igitur præſcriptum tēpus celebrandi Miſſam communiter computatur ab initio diei, ſeu ab aurora vſque ad meridiem. Quam regulam etſi omnes admittant, nonnulla circa illam dubitantur.

Quid nomine auroræ intelligatur.

27 Scotus *num.* 24. citatus dicit, auroram vocari illam partē diei, cùm radij ſolares incipiunt illuminare hemiſphærium noſtrū. Quod contingit ante dimidiam horam, ſeu ante tres horæ quadrantes ortus ſolis. Et in *Reportatis in* 4. *d.* 13. *quæſt.* 2. *§. Et verſ. De hora aliquid* addit. Sic enim loquitur. *In aurora tamen licet, hoc eſt, ante ortum ſolis, ſuper hemiſphærium noſtrum per vnam horā æqualem, & quintam partem alterius.* Ratio autem ſumitur ab experientia, qua experimur, hoc tēporis intervallū eſſe intèr primam diei irradiationem, & ortum ſolis. Vnde conſequentèr affirmat Scotus, ex tunc, & non antè poſſe Miſſam celebrari. Et meritò: eſt enim iſta hora terminus ab Eccleſia præſcriptus pro celebratione Miſſarū. ❡ Suar. *diſp.* 80 *ſect.* 4. *§. Secundo inquiri poteſt* imponit Scoto, dixiſſe licitum eſſe inchoare Miſſam vna hora, & quarta parte alterius horæ (hoc eſt quinque quadrantibus horæ) ante ortum ſolis. In quo non nimis, fallitur tamen: vt conſtat ex textu.

28 Addit prætereà Suar. nimiam eſſe hanc menſurā mathematicam; quæ in re morali non debet attendi. Immeritò autem Suar. in hoc reprehēdit Scotum: quia (ut bene vidit noſter F. Antonius Hiquæus *d.* 13. *quæſt.* 2, *num.* 153.) ſi tempus cadit in præceptum, rectè aſsignari debet regula aliqua mathematica, ſeu metaphyſica, in qua fundari debeat doctrina moralis, & materia currentis præcepti. Hac ratione pro ieiunio tam naturali, (ad communicandum requiſito) quàm Eccleſiaſtico aſsignatur initium primæ horę diei vſque ad duodecimā noctis adeò ſtrictè mathematicè, aut metaphyſicè, vt poſtquam incæpit illa prima hora quæcumque comeſtio (& pro ieiunio naturali etiā ſumptio potus) ieiunium frāgat: ſicut & frangeret, ſi ante duodecimam horam noctis ſumeretur. Similia ſunt & alia exēpla, nempè de tempore requiſito pro profeſsione emittēda; pro ordinibus ſuſcipiendis, &c. Si ergo in his caſibus moralibus adeò ſtrictè, & mathematicè aſsignatur tempus, vt nō liceat illum terminum tranſgredi: nec

nec alia ſit ratio, niſi, quòd tẽpus cadit ſub præceptum; meritò Scotus aſſignat pro regula ad inchoandũ Miſſam neceſſaria initium auroræ; & cũ cõſtet experientia, tribus quadrãtibus horæ ante ortum ſolis incipere irradiationem ſolis, ex tunc tantùm licere Miſſam inchoare, affirmat. Deſinat ergo Suar. contra Scotum muſſitare.

29 Vndè non ſunt audiendi AA. qui alitèr ſunt philoſophati. Sed quid ſinguli dixerint videamus. ¶ *Reginaldus* dixit, ſolùm eſſe licitum celebrare per unum quadrãtem horæ ante ſolis irradiationem. ¶ *Henriq. Ægidius*, *&* *Homobonus* per ſemihoram circitèr ante ortum ſolis. ¶ *Azor*, *&* *Scorzia* per horam, & quadrantem ante radios ſolares manifeſtos. ¶ *Diana*, *Hurt*. *cum alijs* per horam, & dimidiam ante ortum ſolis.

¶ *Leandrus cum Lezmã*, *Suar*. *&* *multis alijs* duabus horis ante ortum ſolis. Immo addit (*tract. 6. q. 2.*) quod, teſte *Navarro*, *Ægid. Fagund. Lezman*, *&* *Philiberto* in Gallia, Germania, & belgio hyemis tempore Miſſæ celebrari ſolent tribus, vel quatuor horis ante ſolis ortum.

¶ Tamen hæ omnes ſententiæ indè refutantur, quòd Eccleſia pro Miſſæ celebratione præſcribit initiũ auroræ. Experientia autẽ ſatis vulgari conſtat ab initio auroræ uſque ad ortũ ſolis tres horæ quadrantes intervenire. Et conſequentèr quòd ante illos inchoare Miſſam eſt traſgredi præceptum non celebrandi ante auroram.

De privilegijs Religioſorum.

30 Notant communitèr, Religioſos habere privilegia ad anticipandum tempus celebrandi Miſſas. Et, omiſſis alijs, (videndis apud Ioãnnẽ de la Cruz *in epitome lib. 2. c. 5. dub. 6.*) extat privilegiũ Alex. 6. cõceſſũ conventui de Monte Serrato Ordinis Benedictorum; & extenſum per Clemẽtem VIII. ad totam congregationẽ Benedictorũ. Quo privilegio (quod eſt Bulla 13.) conceſſit Alexãder VI. poſſe Religioſos in illo conventu, immo & ſæculares Sacerdotes ibi cõvenientes celebrare Miſſas duab⁹ horis poſt mediã noctẽ. Quod privilegiũ non eſſe revocatum per Tridẽtinum *ſeſſ. 22. decreto de evitandis in celebratione Miſſarũ*, defendunt Lugo *diſp. 20. n. 29* *&* *noſt. Em. Rodriguez*; *&* *apud ipſos Selas*, *&* *multi alij Theologi Salmanticẽſes*. Quare ipſi Benedictini, & omnes alij Religioſi, qui participãt eorũ privilegia, (omnes Religiones etiã nõ Mendicãtes participant in privilegijs. De quo præſertim videatur Ioannes à Cruce *lib. 2. epit. c. 4.*) optimè poterũt Miſſas celebrare illico poſt duas horas mediæ noctis. Ita *Cruz ibi c. 5. Diana*, *&* *Lugo*, *quos citat*, *&* *ſequitur Leand. diſp. 6. q. 4.* Vbi benè notat cũ Lugo

diſp. 20. *n.* 30 vi huius privilegij Religioſos non poſſe celebrare extra Eccleſias ſui ordinis illa hora. Quia illa facultas ſolum conceditur ad celebrandum in Eccleſia illius monaſterij. ¶ Vnde conſtat, non eſſe audiendum Fagundez *Præcep.* 1. *lib.* 3. *c.* 17. *à n* 3. *& alij*, qui exiſtimant prædictum privilegium Alexandri VI. eſſe revocatum per Tridētinū ſupercitatū. Falluntur tamen, quia (ut benè Lugo) concilium ibi ſolum imponit Epiſcopis, ut illis omnibus remediū adhibeāt. Vbi autem Epiſcopi non repugnant, non eſt, cur Regulares amittāt ſua privilegia. Quarè alij de illis tamquā de nō revocatis locútur, quos refert, & ſequitur Diana 1. *p. trac. de celebrat. Miſſarum Reſ.* 33. Hucuſq; Lugo.

De Epiſcopis, & Cardinalibus.

31 DOminis Epiſcopis iter facientibus, Eminentiſſimis autem Cardinalibus, quāvis nō iter faciāt, cōceſſam eſſe hāc facultatē celebrādi ante auroram, concedit *Leandr. diſp.* 6. *q.* 6. *ſecutus Navarrū Silv. Pal. Sot. Fag. Azor, G. Hurt. & Phil.*

De quolibet Sacerdote iter agente.

HOc autē non eſt extendendum ad Sacerdotes iter facientes: ut benè notat Leādrus *ibi q.* 7. *cum Layman, Fagund. Diana, & Philiberto.* Quid quid opinetur Henriquez, *lib.* 9. *c.* 24. *n.* 5. *apud ipſum Sotus, & alij Recentiores.* Et ratio eſt, quod hoc (ſive ſit aliquo privilegio indultum ſive conſuetudine introductum) ſolum cōceditur Epiſcopis, & Cardinalibus.

De Sacerdote celebrante ante lucē pro infirmo Viaticum recepturo.

32 DEmum in caſu neceſsitatis, quando neceſſarium eſſet celebrare ad dandū Viaticum infirmo, alioqui fortaſſe abſque Viatico morituro, conveniunt Doctores, (inquit Lugo *diſp.* 20. *n.* 26. poſſe ante auroram fieri Sacrum. Quia cōſuetudo non videtur cùm tāto rigore introducta. Addò, quod præceptum Eccleſiaſticum ad miſſum poſt ponendum foret præcepto divino ſuſcipiendi Viaticū, ſeu Euchariſtiā in articulo mortis. (Huc ſpectant, quæ diximus *c.* 3. *à n.* 49.) Quod fundamentum probat, hoc fieri poſſe ſtatim poſt mediā noctē: ut docent *Lugo ibi Vazq. Laymā, Victoria, Gab. Diana, Hurtado, & alij, quos citat, & ſequitur Leandr. diſp.* 6. *q.* 5. Quare non ſunt audiendi. *Henriq. lib.* 9. *c.* 24. *n.* 5. *& apud ipſum Navar. Silveſter, Angelus, & alij, item Fagund. Azor, Paludan⁹, Bonac. Poſſevinus, Naldus, Sotus, & Bartholomæus ab Angelo.* Qui quamvis concedant,

dant, licitũ eſſe Parocho, Miſſam dicere ſummo mane, & ante lucem pro communicando infirmo; negant tamen, licitum eſſe id facere ſtatim poſt mediã noctem. Immeritò tamen trepidant: quia noſtrum fundamẽtum id etiam convincit. ¶ Dices; etiã convincere poſſe Miſſam celebrari pro infirmo cõmunicando aliàs ſine Viatico morituro tempore veſpertino; immò univerſalitèr loquendo in quacumque diei, ac noctis; immò & in quocumque anni die (adhuc paraſceves) Reſp. ita eſſe. Recolantur dicta *c. 3. à n. 54.*

De Meridie

33 ALter terminus, ultra quem nequit Miſſæ Sacrificiũ offerri, eſt meridies. Et mathematicè ſumptus ſignificat illã partem, aut illud diei punctũ, quo aſcenſus ſolis pervenit, itaut inde deſcenſus incipiat; & apud nos Hiſpanos dicitur duodecima hora diei.

34 Eſt autem ita communi uſu receptum, poſſe Miſſam aliquantulum poſt meridiem inchoari, ut id potius ſupponant, quàm diſputent AA. dum quærunt, quanto tẽporis tractu poſt tranſactum meridiem poterit abſq; privilegio inchoari Miſſa? De quo *Leandrus diſp. 6. q. 11.* quatuor ſententias refert. Prima eſt Azor; qui dicit, quod tertia parte horæ poſt meridiẽ. ¶ Alij dicunt, quòd ſemihora. Sic *Fagund. Layman, Philibertus, Hurt. & alij.* ¶ Alij hoc extẽdunt ad tres horæ quadrantes. Sic *Bonac.* ¶ Alij demum dicũt poſſe Miſſam celebrari una hora integra poſt meridiem. Ita *Leandrus ibi ſecutus Silvium, & Bonac.*

DVB. VII.

35 PEtes 6. An inceptio celebrationis Miſſæ differri poſſit uſque ad horam nonam, hoc eſt, uſque ad horam tertiam poſt meridiem? Reſp. affirmativè. Quia nullibi prohibetur. Ratio autem congruẽtiæ eſt, quòd illa hora Chriſtus D. emiſit ſpiritum, ut dicitur *Matth. 27.* Cùm ergo in Miſſa celebretur non ſolum memoria dominicæ paſsionis, ſed etiam hora illius, debuit Eccleſia diſponere, ut Miſſæ celebratio uſque ad illam horã, in qua cõſumata fuit paſsio Chriſti D. poſſet extendi. Et ideò olim ſic Eccleſia Miſſam ſolemnem celebrabat. *In diebus feſtis in tertia; quando Chriſtus D. crucifixus eſt linguis Iudæorum: ut dicitur Marci 15. Et quando Spiritus S. deſcendit ſuper diſcipulos. Vel diebus profeſtis in ſexta; quando crucifixus eſt in manibus militũ: ut habetur Ioan. 19. Vel diebus ieiuniorum in nona: quando voce magna clamans emiſit ſpiritũ: ut dicitur Matth. 27.* Verba ſunt Angelici Præceptoris *3. p. q. 83. art. 2. ad 3.* Quarè hanc eſſe illius ſententiam dubitari

non poteſt. Eſt etiam expreſſa ſententia Scoti *in 4. d. 13. q. 2. §. Tertium principale verſ. Terminus autem. Eamque defendunt Navarrus, Vivaldus, Pitigianus, Methodius, Sa, Salcedo, Durandus, & Angelus apud Leādrū diſp. 6. q. 9.*

36 Sed oppoſitū defendunt *Suar. diſp. 80. ſect. 4. Vazq. diſp. 232 c. 4. Sotus Fagund. G. Hurt. Ioan. à Cruce, & Philibertus quos citat, & ſequitur Leandrus ibi.* Et obiiciunt, quod antiqua illa cōſuetudo, ſeu facultas differendi inceptionē celebrationis Miſſæ uſque ad horam tertiam poſt meridiem abijt in deſuetudinem, ſeu contrario uſu derogata eſt. Reſp. id voluntariè dici. Fateor enim, communiter abſolvi Miſſarum celebrationem ante nonām, ſeu non expectari horam illam nonam, aut tertiā poſt meridiem, hoc tamen non derogat conſuetudinem antiquam: aliàs numquam liceret poſt meridiem celebrari. Cuius oppoſitum experimur, præſertim Madriti ubi non ſolùm in magnis feſtivitatibus, abſolutis iam officijs, hora ſecunda poſt meridiem, ſed etiam in quocūque die in certis Eccleſijs (v. g. del Buēſuceſſo, del Almudena) tranſacta iam prima hora poſt meridiem abſq; ullo ſcrupulo celebrāt. Nec irrationabiliter: quia uſus contrarius frequentiꝰ celebrandi uſque ad meridiem (quem dicunt, præſertim Lugo *diſp. 20. n. 41.* approbaſſe Pium V. in Bulla, quæ affixa eſt in Miſſali) introductus eſt potius ob commoditatem celebrantium, quàm ad damnandūm antiquiorem uſum, (rigidiorem quidem, & mortificationē afferentem) Sicut frequentior, & comunior uſus celebrādi Miſſas orto iam ſole, ſeu poſt horā ſextam, vel ſeptimam minimè damnat eos, qui celebrare vellent initio auroræ, ſeu ante lucē. Similiter illa Pij V. approbatio aſſerta minimè dānat uſū antiquiorem: eſt quippe longè diverſum aliquē uſum approbare, ac damnare alium.

37 Obi. 2. privilegium Eugenij IIII. Bulla XI. concedentis Benedictinis poſſe ratione itineris, aut ex alia iuſta cauſa differre celebrationem Miſſæ uſque ad nonam incluſivè, hoc eſt, uſque ad horam tertiā poſt meridiem: ergo fuit neceſſariū privilegiū ad hoc: ergo ſine privilegio non poterat fieri. Reſp. neg. conſeq. Quia nō ſemel cōtingit, cōcedi privilegiū, quod abſolutè non eſt neceſſariū, ſed ſolū conceditur vel ob conſolationē, & maiorē quietē conſciētiæ illius, qui petit. Sic in Bulla Cruciatæ conceditur ſumenti illā, poſſe veſci carnibus cibus prohibitis de conſilio utriuſque medici, ſcilicet ſpiritualis, & corporalis. Vbi nullam conceſſionem intervenire, autumant *Antonius Gomez ad Bullam clauſ. 7. num. 1. & noſtri P. Emanuel*

nuel Rodriguez ad Bullam §.9.n. 5. veſ. y de aqui ſe entiende, atque Villal. 1.p. tract. 27. clauſula 6. n. 1. Et Eugenius IIII. Bulla 21. conceſsit Abbatibus Ciſtercienſibus, ut poſsint diſpenſare cum ſibi ſubditis ſenibus, vel infirmis non valentibus ſine tædio horas Canonicas recitare, ut in tempore infirmitatis, vel convaleſcentiæ loco horarum recitent aliquid ad arbitrium Prælatorum. Et idem conceſſit Hieronyminis Martinus V. ut habetur in compendio Mendicantium. De quo Manuel Rodriguez *in qq. Reg. t. 1. q. 42. art.* 7. Quod quidem privilegium non erat neceſſarium: cùm poſſit Prælatus Regularis (ſicut Epiſcopus) diſpenſare cum ſuis ſubditis in recitatione horarũ in caſu neceſsitatis abſque privilegio. Valet tamen priuilegium (inquit Ioan. à Cruce *in epitome lib. 1. c. 6. dub. 22.*) ad maiorem claritatem, & ſecuritatem.

38 Igitur ſufficienter conſtat, meritò nos negaſſe, ad incipiendum Miſſæ celebrationẽ hora nona, ſeu hora tertia poſt meridiem fuiſſe neceſſariũ privilegium illud Eugenij IIII. numero præcedenti relatũ. Quia non ſemel contingit, concedi privilegium, quòd abſolutè nõ eſt neceſſariũ. Quia tamen res iſta non paſsim occurrit, illam adhuc ſtabilio. Legatur ergo Manuel Rodriguez *in qq. Reg. t. 1. q. 7. art.* 1. ſic loquutus. *Verũ eſt, quod aliquando indulgetur alicui id, quod de iure communi conceditur. De quo in iuribus aliqui caſus dantur.* Et infra. *Et hac ratione Regulares à ſede Apoſtolica impetrarunt multa privilegia; quæ licèt nihil aliud concedant, quàm id, quod iure ipſo communi poterãt facere: hæc tamen privilegia operantur, ut faciliùs, & clariùs ius habeant; & ſic provideatur eorũ conſcientijs timoratis, & litibus, quæ ſuper eorum dubia oriri poſſunt, finis faciliùs detur. Quod volunt Summi Põtifices, maximè in cauſis Regularium, obſervari.* ¶ Item legatur noſter Portel *in dubijs Regularibus verb. Privilegium n.* 2. Sic locutus. *Non eſt neceſſarium, quòd privilegium concedat aliquid contra ius; ſed ſatis eſt, quod ſit ultra ius, vel præter ius. Quando verò à Papa ſit aliqua declaratio iuris communis, vel particularis Bullæ, in rigore talis declaratio non poteſt dici privilegium; quia nihil concedit. Sed tamẽ latè dici poteſt privilegium, quatenus concedit quietem conſcientiæ. Suar. t. de Legibus lib.* 8. *c. 1. n. 7.* ¶ Inſupèr legatur Ioannes a Cruce *in epitome lib. 2. c. 1. dub. 1. concluſ. 1.* dicens de privilegio. *Et licet aliquando non tribuat aliquid contra ius commune, aut præter ius commune; tamen ut verè dicatur privilegium, ſat eſt, quòd tribuat clariùs, & faciliùs idem ius, quòd tribuit ius commune.*

Digitized by Google

De loco ad celebrandum conveniente.

DVB. VIII.

39 PEtes 8. An ſit illicitum, Miſſæ Sacrificium extra Eccleſiam celebrare? Reſp. affirmative. Quia prohibetur in cap. *Nullus de Conſecratione diſt. 1. & in Tridentino ſeſ. 22. in decreto de obſervandis, & vitandis in celebratione Miſſæ.* Et cùm materia ſit gravis, docēt communiter Doctores, (contra Sotum *in 4. d. 13. q. 2. art. 3. & Sà etiam correctum*) hoc eſſe mortale. Pro qua ſententia Leandrus *diſp. 6. q. 15.* adducit *Lugo diſp. 20. n. 48. Philibertum, Suar. Villalobos, Silvium, Filliucium, & multos alios.*

Excipitur caſus neceſsitatis.

40 IN capite autem *ſicut de cõſecrat. diſt. 1.* excipitur caſus neceſsitatis, in quo licet, extra Eccleſiam celebrare. Neceſsitas autē erit, (inquit Leādrus *diſp. 6. q. 16.*) ſi, dum aliqui peregrinātur, diu Miſſa careāt. Quando Eccleſia eſt diruta; aut populum nō capit. Poteſt enim tūc altare iuxta Eccleſiam collocari. In caſtris pro militibus; in littore pro nautis, & navigātibus, ut die feſto Miſsā audiāt. Sic *Henr. Sa, Hurt. Lugo, & alij. Legatur Suar diſp. 8*[illegible]*. ſect. 4. Villal. tract. 8. diff. 23. n. 5. Machado n. 3. & Valerus loco citato.* Hucuſque Leandrus ibi.

De Religioſis.

41 REligioſi autem viſuorū privilegiorum poſsūt, etiam abſque ſufficienti cauſa, celebrare extra Eccleſiā. Quia Prædicatoribus, & Minoribus ſic cōceditur *in cap. In his de privilegijs.* Et aliquibus alijs Religioſis idem conceſſerunt noſter Sixtus IIII. Bulla 33. & Iulius II. Bulla 20. Quare Religioſi extra Eccleſiam ubique, etiam in domibus ſæcularium poſſunt, Miſſas celebrare: cōcludit *Leādrus diſp. 6. q. 17. ſecut⁹ Lugo diſp. 20. n. 52. Salas, Rodrig. Præpoſitū, Dianam, Ioan. de Cruce, Ioan. Valerum, & Philibertū.* ¶ Et ideò non ſunt audiendi *Suar. diſp. 81. ſect. 3. in fine, Navarrus, Fagund. Tabiena, & Henriq.* oppoſitum defendentes: qui obijciūt, prædicta Religioſorum privilegia fuiſſe revocata per Tridentinū *ſeſ. 22. in decreto de obſervandis, & vitandis in celebratione Miſſæ.* Reſp. negando: quia concilium privilegia non derogat; ſed cōmittit Epiſcopis, *ne patiātur, privatis in domibus, atq; omnino extra Eccleſiā, & ad divinum tantū cultum dedicata oratoria ab eiſdem ordinarijs deſignanda, & viſitanda Sanctum hoc Sacrificium à ſæcularibus, aut Regularibus quibuſcūq; peragi; ac niſi priùs qui interſint decenter cōpoſito corporis habitu declaraverint, ſe mente etiam, ac devoto*

voto cordis affectu, non ſolum corpore adeſſe. Hucuſque Tridentinum. Vnde apertè conſtat, (ex verbis illis *ne patiantur*) concilium non derogaſſe privilegia, quæ circa hoc habebant Regulares, ſed prohibitionem commiſiſſe Epiſcopis. Quarè notant AA. noſtræ ſententiæ, quòd ſaltem dum Epiſcopus non cōtradicit, poſſumus uti prædictis privilegijs.

42 Conſtat inſuper immeritò, & omninò infructuosè præcepiſſe quēdam ordinarium, ne Religioſi celebrarent in quodā decenti oratorio conſiſtente in domo ſœculari ab ipſomet ordinario deſignato, & viſitato. Quia concilium ſolum concedit ordinarijs, poſſe impedire Religioſis celebrare extra Eccleſiam, aut oratoria ab eis deſignanda, & viſitanda Suppoſito tamen, quod ordinarius aſsignauerit oratorium aliquod, iudicaveritque eſſe locum aptum, (etiāſi ſit in domibus privatis, aut ſœcularium) nequit præcipere Regularibus, ne ibi celebrēt. Sicut nequit illis præcipere, ne celebrent in Eccleſia. Quia concilium ad hoc non præbet illis facultatem: ut ex ipſiuſmet concilij verbis cōſtat apertè. Hæc dixerim ſecundùm communionem ſententiā. Nā eſt mihi ſatis probabile, quòd docet noſter Bruno *de Privilegijs Regularium p. 3. tract. 8. c. 1. propoſ. 1.* nempè Tridentinum nō derogaſſe Regularium privilegia celebrādi ubique locorum in altari viatico. Quia hoc privilegium cōtinetur in iure: quod nō derogatur per clauſulas generales. Sicut ſimile privilegium Epiſcoporum nō fuit derogatum à Tridentino ibi: ut declaravit Congregatio Cardinaliū (relata à Barboſa) pronuntiata *9 ſeptēbris 1591.* Vndè Bruno *ibi §. Ex quibus omnibus* merito infert, Epiſcopos, Parochos, & alios non poſſe prohibere Regularibus celebrationē Miſſarum in privatis oratorijs.

DVB. IX.

43 PEtes 9. An in mari, vel flumine poſsit aliquando celebrari? Reſp. affirmativè. Quia ſic poteſt ſatisfieri præceptis audiendi Miſſam in diabus feſtis, ſumendi Euchariſtiā ſemel in anno, aut in articulo mortis. Immò & ſic ſatisfieri poteſt devotioni fidelium audiendi Miſſam etiam in profeſtis. Quarè quoties iudicio peritorū conſtet, ſine periculo effuſionis ſanguinis poſſe hic; & nunc celebrari, licitè quotidie celebrari poteſt dummodò hoc fiat in loco decēter ornato. Sic *Lugo diſp. 20. à n. 80. Pag. Gr.. Hurt. Layman, Philibertū, Machado, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 6. q. 18.* ¶ Notant autem aliqui, hoc initium ſumpſiſſe à licētia Summi Pōtificis

ficis Clemētis VIII. & Pauli V. (de quo Lugo *ibi n.* 89.) Quod mihi omnino certā reddit hanc ſententiam. Immò exiſtimo, hanc licētiam potiùs fuiſſe declarationem, (quòd in hoc nulla irreverentia interveniret) quā diſpenſationē iuris: cū nullibi hoc reperiatur prohibitū.

44 Quarè non ſunt audiendi *Vazq diſp.232.c.3. n.4. Suar. Ægid. Bonac. Henr. D. Antoninus, Armilla, Sotus, Palud. Turrecrem. & Gavantus apud Leandrum, ibi* oppoſitum aſſerentes, & obijcientes periculum irreverētiæ ſaltē effuſionis ſanguinis, quod intervenire poteſt. Reſp. cū Lugo *ibi n.* 87. teſtimonio multorū conſtare aliquādo ab eſſe quodcumque irreverentiæ periculū. Sic enim loquitur eminentiſsimus Lugo. Factæ in primis fuerunt informationes multæ; & auditi in conſultationibus peritiſsimi naucleri, Proreges, Gubernatores, Duces, & alij multi. Qui omnes teſtati ſunt, (quorū teſtimonia, & ſubſcriptiones ego vidi) nullum prorſus eſſe in illis navibus periculum irreverentiæ. In ijs enim locus aptiſsimus deſtinari facilè poteſt decenter, immò & magnificè ornatus ab omni fœtore, & ſordibus ſecretus, in quo debito tempore celebretur. Poteſt etiam facilè vitari omne effuſionis ſanguinis periculum. Tū, quia periti naucleri prævident maris cōmotionem, quæ ſi immineat, prҽmonebūt ante Miſſæ initiū. Tū, quia adeſſe poteſt alter Sacerdos, qui poſt conſecrationē calicē manu teneat, ne cadat, aut moveatur. Quibus poſitis nullum prorſus remanet irreverentiæ periculum. Hucuſque *Lugo*

45 Vnde à fortiori infertur, licere hodiè deferre Sacrā Euchariſtiam in navigijs, aut triremibus. Quia hoc minus difficultatis, quā celebrare habet. Immò navigātes ſecum Euchariſtiā deferre conſueviſſe referunt *D. Amb. & Metaphraſtes relati ab Henriq. lib. 9. c. 27. n. 3.*

DVB. X.

46 PEtes 10. Vtrùm liceat celebrari in Eccleſia polluta? Reſp. negativè. Quia prohibetur in diverſis textib⁹, in quib⁹ agitur de diverſis modis, quibus violatur Eccleſia. Sic *in cap. Propoſuiſti De conſecratione diſt. 1. & in cap.* Si *Eccleſia. Et in can. Eccleſijs.* ¶ Immò addunt cōmuniter, *præſertim Becanus cap. 25. quæſt. 6. num. 2. Lugo diſp. 20. num. 52.* eſſe peccatū mortale. Quia materia eſt gravis. ¶ Advertunt tamen communiter, *præſertim Gaſp.* Hurt. *diſp. 4. diff. 8. & Becanus ibi num.* 3. quod etſi quis in Eccleſia violata, ſeu polluta celebrat, peccet mortalitèr, nō tamē incurrit irregularitatē: non enim eſt in iure expreſsū: ut habetur *in c.* 15. *qui de sētētia excōmunicat. in* 6. Contra qui celebrat in loco

in

interdicto ſit irregularis; ſed Eccleſia violata eſt interdicta: ergo celebrãs ibi ſit irregularis. Reſp. cum Becano *cap.25.quæſt.6.num.3.* negando minorẽ: locus enim violatus non eſt propriè interdictus: ut colligitur ex prædicto capite *Qui*, ubi dicitur, quod ſit irregularis qui celebrat in loco interdicto; nõ autem qui in Eccleſia violata: ergo diſtinguuntur. Proptèr illã eamdem rationem non incurrit aliquam cenſuram, aut pœnam celebrans in Eccleſia violata: ut *ex Suar. diſp.* 81 *ſect.*4. *Layman, & alijs* notat Hurt. ibi. Vbi notat, quòd, violata Eccleſia, etiam cenſetur violari cæmeterium ipſi contiguum: ut conſtat *ex cap. Vnico de Conſecrat. Eccleſiæ in* 6. Econtra verò, quamvis cæmeterium violetur, nõ cenſetur Eccleſia violari. Quia id nullo iure prohibetur. ¶ Inſuper notãt ex prędictis textibus violari Eccleſiã ſolùm, quando eſt conſecrata, aut benedicta; non verò ſi non ſit cõſecrata, aut benedicta; neque violari oratoria.

De modis, quibus Eccleſia violatur.

47 NOtant communitèr *præſertim Lugo diſp.* 20. *à num.*52. *& Becanus cap* 25. *quæſt.*6.*num.*1. Eccleſiam quinque modis violari. Primo per homicidium voluntarium, & iniurioſum: *cap. Si motũ, De Conſecrat d.*1. *& cap. Propoſuiſti De conſecratione Eccleſiæ.* Secundò per iniurioſam ſanguinis effuſionem: *cap. Si Eccleſia de Conſecratione Eccleſiæ, & cap. Eccleſijs de Conſec. d.*1. Tertiò per humani ſeminis effuſionem: *ibidem.* Quartò per ſepulturam fidelis excommunicati: *cap. Conſuluiſti de Conſecrat Eccleſ.* Quintò per ſepulturã pagani, ſeu infidelis: *can. Eccleſiam* 1 .*de Conſec.d.*1. ¶ Circa quos caſus aliqua notant AA.

Notanda circa primum, & ſecundum caſum.

48 CIrca ſecundũ notant, prǽſertim Lugo ibi, non requiri ad Eccleſiæ violationem, quod vulnerans ſit intra Eccleſiam, quando vulnus infligit, ſed ſufficere, quod vulneratus ſit intra illam, quando ei vulnus infligitur ad ſanguinis effuſionẽ. Quia Eccleſia voluit vitare, vulnerationẽ, ad ſãguinis effuſionem fieri in Eccleſia. Verè autem verificatur fieri in Eccleſia, etiam ſi vulnerans non ſit intra illam. ¶ Notat etiam, quòd debet effuſio ſanguinis eſſe in quãtitate notabili; non autem vnius, aut alterius guttæ. Et demum, quòd vulnus, vel cõtuſio abſque ſanguinis effuſione Eccleſiam non polluit.

49 Ex his aliqua ſunt accõmodanda primo caſui. Quare ſi percuſsio mortalis ſine ſangui-

nis

nis effuſione fiat intra Eccleſiā ab exiſtente extra illam polluitur Eccleſia, ſi aliàs mors in Eccleſia ſequatur. Sin vero ex vulneratione lęthali mors domi, aut extra Eccleſiam ſequatur, non violatur Eccleſia. (Vt docet Suar. *diſp.* 81. *ſect.* 4. *in principio contra Lugo diſp.* 20. *num.* 53. *& alios*) Ibi enim neque intervenit mors; neque effuſio ſanguinis effuſio intra Eccleſiā facta: & aliàs materia odioſa non debet extendi. ¶ Vndè etiam conſtat, non pollui Eccleſiam per mortē in ea ſecuta ex vulneratione extra illam factam.

50 Benè autem notat Lugo *ibi num.* 54. in utroque caſu requiri, vulnus, vel occiſionē fieri cum peccato mortali, aut ſaltem cum iniuria Eccleſiæ. Quarè ſi ob meram defenſionē nat, aut aliunde à peccato mortali excuſetur, non polluitur Eccleſia. Vnde ſi Martyr in Eccleſia occidatur, polluitur: quia homicidium eſt iniuſtum. Ecōtra verò quando pueri rixantur, & ſanguinem eſt naribus ubi eliciunt, non cenſetur pollui: quia regularitèr non ſunt peccata mortalia. Adde, quòd ſi cauſa ſit aliundè mortalis (ut ſi recitando, vel repræſentando turpia in Eccleſia) ſequitur prætèr intentionem vulnus, aut mors, non polluitur: quia non eſt actio mortalis in illo genere. Sicut dici ſolet de pollutione prę tèr intentionem ſecuta ex cauſa in alio genere mortalitèr peccaminoſa. Polluitur tamen, ſi Iudex ibi reum, aut aliquis ſe ipſum occidat. Quia utraque eſt actio iniurioſa Eccleſiæ.

Notanda circa tertium caſum.

51 Circa tertiū caſum diſcordant AA. in explicando, An violetur Eccleſia per copulam cōiugalem? Affirmāt abſolutè *Navarrus cap.* 27. *num.* 257. *& plures alij.* (Inquit G. Hurt. *diſp.* 4. *diff.* 7.) ¶ *Roſ. lla autem verb. Conſecratio primò, Gloſſa, & Angelus* abſolutè negant. Quod indicat etiam Sotus *in* 4. *d.* 13. *quæſt.* 2 *art.* 3. *ad* 2. Quia prohibitio Eccleſiæ facta fuit propièr irriverentiam factam loco ſacro. In copula autē cōiugali nulla irreverentia invenitur. ¶ Suar. autem *d. ſ.* 81. *ſect.* 4. *Covarrubias, Ægidius, & plurimi alij apud prædictum G. Hurt. ibi* dicunt, primam ſententiam eſſe veram, quando cōiuges non coguntur aliqua iuſta cauſa in Eccleſia ſimul dormire. Secundam autem, ſi ad hoc cogantur: quia tunc ratione periculi in continentiæ poterunt licitè, aut ſine irreverentia copullari: & conſequentèr non violabitur Eccleſia. Sed quidquid ſit de maiori, aut minori harum ſententiarum probabilitate, (magis mihi arridet ſecunda) requiritur etiam in hoc caſu (inquit Lugo *diſp.* 20. *num.* 55.) cul-

55.) culpa mortalis, ut Eccleſia polluatur, & effuſio copioſa ſeminis, non vnius, aut alterius guttæ.

Notanda circa omnes prædictos caſus.

52 DEnique in prædictis caſibus (ait Lugo ibi) requiritur notorietas facti, quòd publicè conſtet. Alias non cēſetur Eccleſia polluta, etiam reſpectu eorum, qui quacūque notitia id ſciunt; vel illius, qui delictū patravit; qui nullo modo obligatur ad ſe manifeſtandum. Nec deſunt, qui dicāt, requiri, quòd Eccleſia denuntietur à iudice tamquàm polluta: proptèr extravagātem *Ad evitanda ſcandala*; in qua ſimilis denuntiatio requiritur, ut obligemur ad vitandos eos, qui cenſuras incurrunt. Quod ut probabile videtur admittere Suar. *in præſenti §. Secundò dubitari ſolet.* Cęterum ipſe *tom. 5. diſp. 37. ſect. 1. num.* 18. apertè fatetur, hāc pollutionem Eccleſiæ nullo modo poſſe intelligi nomine interdicti, aut cenſuræ. Et quidem in praxi ita ſervatur in hac vrbe Romana, vt Eccleſiæ reconcilientur, etiam ſi pollutio denuntiata non fuerit. Huc uſque Lugo.

Notanda circa quartum, & quintum caſum.

53 QVartus erat, pollui Eccleſiam per ſepulturam hominis excommunicati. Circa quem notant, præſertim Lugo *diſp. 20. n. 56.* quòd poſt conciliū Cōſtantienſe requiritur, quòd fuerit excōmunicatus denunciatus, vel notorius clerici percuſſor. (Addo ego publicum, & notoriū clerici percuſſorem nō deberi ſtatim vitari ante ſententiam iudicis. De quo Diana *5. p. tract. 9. Reſ. 61.*) Et conſequentèr cum per ſepulturam excomunicati nominatim non denuntiati Eccleſia non polluatur, celebrari poteſt, vbi hæretici ſunt ſepulti: ut *ex Navarro, & Laymā* notat Lugo *diſp. 20. num. 56.* Vbi etiam advertit, non pollui Eccleſiam per ſepulturam hominis nominatim interdicti.

54 Quintus caſus erat, pollui Eccleſiam per ſepulturam hominis infidelis, hoc eſt, pagani nō baptizati. Quo nomine cōprehenditur infans non baptizatus, quādo ſeorſim ſepelitur, non verò quando in utero matris gravidæ mortus ſepelitur. Non verò comprehenditur hęreticus quia licèt nō habeat veram fidem; illam tamē profeſſus eſt in baptiſmo. Et ideò ſub nomine fidelium intelligitur *in cap. Omnis utriuſque ſexus de Pœnit. & remiſsione.* ¶ Notat Lugo *diſp. 20. num. 57.* quòd ad hos duos poſteriores modos pollutionis Eccleſiæ nō requiritur peccatū; ſed quocūq; modo ſint, Eccleſia manet polluta.

55 Sex-

reconciliare: ut nunc præcedente dicebamus.

De altari ad celebrandum conveniente.

DVB. XI.

57 PEtes 11. An ad Miſſæ ſacrificium neceſſariò requiratur altare? (Ab altitudine dictum: nam antiqui in ædificijs à terra elevatis ſacra faciebāt Dijs ſuperis: inquit Calepinus.) Reſp. affirmative. Quia hoc ad omne ſacrificium offerendum in quacumque lege, & religione ſemper fuit neceſſarium: atque adeo ductu rationis potiùs, quam aliquo præcepto poſitivo introductum. Quarè, ſi alicubi circa hoc aliquod mādatum reperiatur, potiùs reſpiciet modum, aut circumſtantias, quam ipſius altaris erectionem, ſed illam ſupponet.

DVBIVM. XII.

58 PEtes 12. Quotuplex ſit apud Catholicos altare ad Miſſæ ſacrificium neceſſarium? Reſp. eſſe duplex; nempè fixū, & mobile, ſeu portabile, aut portatile: Quam diviſionē admittūt communitèr, præſertim Scotus *in 4. d. 13. quæſt. 2. §. Sequitur ſecundum verſ. ſive autē.* Fixum vocant, quod conſecratur, ut fixum permaneat ibi. Et ideò conſecratur totum; & in qualibet parte menſæ eius poteſt ſacrificari; ſaltē dum in ſuo toto permaneat. Altare autem mobile, ſeu portatile eſt, quod Aram vocamus: eſtque parvus lapis tabulę, vel capſellę ligneę affixus. Quod & viaticum vocant. Et in utroque licitè celebratur, ut habetur *in extra de privilegijs.* ¶ Contra: *In cap. ult. de Privilegijs in 6.* conceditur Epiſcopis, poſſe uti altari viatico. Et idem cōceditur Prædicatoribus, & Minoribus *in extra de Privilegijs cap. In his*: ergo iure communi debet eſſe fixum, ſeu ſolùm licet, celebrare in altari fixo. Reſp. *cum Scoto ibi verſ. Si obijcitur, G. Hurt. d. ſp. 4. diff. 8 & alijs*, ſolùm ibi cōcedi uſum altaris portatilis in quocūque loco decenti, ſive conſecrato, ſive non cōſecrato: ad celebrādum autem in loco conſecrato ſub altari viatico non erat neceſſarium privilegium, ſed ſufficiebat ius commune: quia *in Eccleſijs quibuſcumque communitèr celebratur cum altari parvo.* (*Concludit Scotus ibi*).

DVB. XIII.

59 PEtes 13. An ſit peccatū mortale celebrare Miſſam ſine altari? Reſp. affirmative. Quia prohibetur *in cap. Altaris de conſec. d. 1.* & alias materia eſt gravis. Ita *Suar. diſp. 81. ſect.*

ſect. 5. Fagūdez, Navarrus, Moure, & omnes; ait Leandrus disp. 7. quæſt. 1. ¶ Et quamvis Victoria, & Sotus dicant, quod celebrare ſine ara ex negligentia, non eſt mortale. Non ideò nobis, & communiſsimæ ſententiæ opponuntur. Quia interpretandi ſunt de negligentia, quæ nō ſit mortaliter peccaminoſa.

DVB. XIIII.

60 PEtes 14. An altare fixum amittat conſecrationem motione, aut fractione illius? Cōmuniſsimè reſpondent affirmativè ita ut Leādrus *diſp. 7. quæſt. 3.* ſic loquatur; Certiſsimè reſpondeo, amittere conſecrationem tàm per enormem fractionem menſæ, quàm per remotionem ipſius à pedibus, vel vaſe cui affixa eſt. Sic *Sa correctus à Magiſtro Sacri Palatij loco citato, Suar. diſp. 81. ſect. 5. Gran. Fagund. Lugo, & alij communiter, Vazq. diſp. 233. cap. 2. Hurt. dip. 4. diff. 8.* Hucuſque Leandrus ibi. Vbi pro oppoſita ſententia ſic loquitur; Negat Sa verbo Altare in prima ſua editione per hæc verba. Altare multis modis amittere conſecrationem vulgò traditur. Ego; quādiu illud formam ſuam retinet, non puto amittere cōſecrationem ulla aut fractione, aut motione. Sic ille. Cui ſatis favet Favius *in ſuo ſcrut. tract. 2. ſecundæ partis de ſacrificio Miſſæ fol. mihi 383.* Hucuſque Leandrus ibi, ubi ad unguem refert verba prædicti Favij. ¶ Hæc præter noſtrum mórem fuſe recitavi: quia communiſsima iſta ſententia minùs mihi arridet, immò diſplicet ſatis. Quarè ſub aliorum correctione ad noſtrū dubium ſic duxi reſpondendū.

61 Dico 1. altare (aut ara) ſemel conſecratum non amittit conſecrationem quacūque fractione, ſeu motione ſecuta; ſed omnes, & ſingulæ eius partes poſt ſeparationem, ſeu diviſionem æquè, ac ante diviſionem manent conſecratæ. Quia non facilè capitur, quomodo conſecratio, aut benedictio abſolutè fuſa ſuper rem aliquam, tangenſque omnes, & ſingulas illius partes poſsit poſtea deperdi quacumque fractione ſecura. Confirmatur, & declaratur multis exēplis. Aqua enim benedicta ſic tota benedicitur, ut numquā poſsit amittere benedictionem, ſed omnes, & ſingulæ illius partes æquè benedictæ perſeverāt ſeparatione facta, ac ante ſeparationē; & quidem non alteratione, niſi quia abſolutè fuit benedicta. Idem poteſt inſtari in panè benedicto; in agno Dei, &c.

62 Dices, quòd altare (aut ara) fractum non retinet ſignificationem vnitatis perſonalitatis Chriſti D. ergo neque retinet conſecrationem. Probatur antecedens: quia ſignificatio

unius

unius perſonę Chriſti D. qui ſuper altari immolatur, fundatur in unitate altaris: quam unitatē amittit per fractionem. Reſp. negando antecedēs. Ad probationem dico, ſignificationem vnius perſonę Chriſti D. fundari quidem in unitate altaris: ſed nō in unitate metaphyſica, ſed in uſuali, aut neceſſaria ad uſus ſacros, quam moralem vocant: & quam retinet altare (aut ara) fractum, dummodò illius fruſta, aut partes ſic adaptentur, ut eodem modo ſerviant ad uſus ſacros, ſeu ad ſacrificium Miſſę, quo ſerviebant ante fractionē, ſeu ſeparationem. Sicut menſa fracta retinet unitatem uſualē, ſeu neceſſariam ad uſus profanos, ſi eius fruſta, aut partes ſic adaptentur, ut eodē modo ſerviant ad uſus humanos, quo ſerviebāt ante fractionē, ſeu diviſionem. Et quidem nō mihi facile perſuadeo, in altari, aut quacumque re ad ſacrificium Miſſæ pertinente Eccleſiā poſtulaſſe metaphyſicam unitatē; ſed tantum moralem, aut uſualem: cùm hæc proportionetur cum uſu ſacro, ad quē rem iſtā inſtituebat. Quod confirmat exemplum Chriſti D. qui ut daret ſignificationem ſacramentalem (hoc eſt relationem ſigni ad gratiam ſanctificantem, aut ad effectum gratuitum) rebus phyſicis, in quibus inſtituit Sacramenta, non attendit metaphyſicæ unitati illarum; ſed ſolùm morali: etenim prædicta ſignificatio ſacramentalis fundatur in toto cōiuncto, ſeu materiali ſacramenti; nempe in materia, & forma ſimul ſumptis, & moralitèr unitis cum debita intentione miniſtri. Recolantur quæ diximus *in tract. de ſacram. cap. 1. num. 36.*

63 Dices 2. quòd *in Extra de Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris* dicitur (teſte Scoto *in 4. d. 13. q. 2. §. Sequitur ſecundum verſ. Hoc etiā*) quòd *ſi lapis benedictus fuerit imminutus, debet iterum benedici*: ergo quia per fractionem amiſit benedictionem. Reſp. negādo cōſequentiam. Ibi enim ſolùm diſponitur, quod cùm iam lapide illo imminuto (utique in minutiſsimas partes adeo ut ad uſus ſacros non poſſit deſervire. Et tunc ſolū dicitur enormiter fractum altare.) Nōn ſit utendum, aliùs de novo benedicatur. Quod certiſsimum eſſe debet inter AA, qui communiſsimè affirmant, lapidem fractum non poſſe cōſecrari. Quare *Silveſter, Vazq. Bonacina, Hurt. Lugo, Fagund. Ægidius, & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 5* affirmant non poſſe fieri altare portatile ex duobus lapidibus ad modum libri colligatis, quorum vnus capiat calicem, & alter hoſtiam.

64 Ex hac concluſione infero, AA. in præſenti nō tàm quęrere debere, An fractione, aut motione alteris amittatur conſecra-

Digitized by Google

re ex duobus lapidibus ad modum libri colligatis, quorum unus capiat calicē, & alter hoſtiam. Si enim loquātur de duobus fruſtis aræ iam conſecratæ, & infruſta ſectæ, conſtat ex dictis numero præcedenti, & in ſuperioribus ſæpè conculcatis, prædicta fruſta, aut partes aræ conſecratæ æquè conſecratas manere poſt fractionē, ac erant quādo ante ſeparationē manebant in ſuo toto. Si autē loquātur de lapidibus, qui nūquā fuerunt cōſecrati, ægrè propabūt, non poſſe conſecrari: cùm illa arte, ſeu modo colligati habeāt unitatē moralē, ſeu uſualē, hoc eſt, ſufficientem ad uſus ſacros: necnon, & ad repreſentādum, aut ſignificādum unā perſonam Chriſti D. qui ſuper altare incruentè immolatur in Sacrificio Miſſæ.

69 Infero 4. (à fortiori) immerito dixiſſe *Azor lib. 10. c. 27. q. 12. Gran. Lubinū, Palud. & Angelū apud Leandrum diſp. 7. q. 4* arā, ſeu altare portatile amittere cōſecrationē, ſi ſeparetur à capſula lignea, cui infixa eſt. Immeritò (inquā) hoc dicunt: quia capſella illa materialitèr ſe habuit ad conſecrationē aræ: atque adeò iſta poſt ſeparationē retinet unitatē, nō ſolū uſualē, ſed etiā metaphyſicā, quā habebat ante ſeparationē. Ita *Suar. diſput. 81. ſect. 1. Silveſt. Vazq. Leym. Hurt. Lug. & Phil. quos citat & ſequitur Leād. ſuper citato.*

DVB. XV.

70 PEtes 15. (obitèr) An particulæ cōſecratæ debeāt apponi ſuper aram non ſolum quando conſecrantur, ſed etiā poſt earum conſecrationē? (ſcilicet quoad uſque Miſſa finiatur) Reſp. affirmativè. Quia non ſolum hoſtia magna, ſed etiā aliæ particulę ſunt victima illius Sacrificij: cùm non minùs offerātur, quā hoſtia magna: ergo omnes oblationes, & benedictiones ſequentes æquè ſpectant ad illas. Sic *Lugo diſp. 20. n. 69. Diana 5. p. tract. 13. Reſ. 72. & Leandrus diſp. 7. q. 9.* Qui meritò reprehendit uſum aliquorum Sacerdotum, qui ſtatim poſt conſecrationem ſolent præbere vas cum formulis cōſecratis alteri Sacerdoti, ut eas in altari reponant.

DVB. XVI.

71 PEtes 16. An altare debeat eſſe lapideū, & cōſecratū? Reſp. affirmativè. Quia utrumque ſic diſponitur. Primū in *extra de Conſecrat. d. 1. cap. Eccleſiæ, & cap. Concedimus, & in duobus capitibus ſequentibus* (inquit Scotus *in 4. d. 13. q. 2. §. ſequitur ſecūdum verſ. iſta vaſa*) Secundum autem eadē diſtinctione: ut notat Scotus *ibi verſ. de loco*, & ſubdit: *Si altaria non fuerint lapidea Chriſmatis unctione nō cōſecrantur.* Vtrumque autē obli-

cere, quòd duabus operiatur. Et quidem, ſi ſolus Scotus hoc dixiſſet, non mirarer ego, Leandrum tàm apertiſsimè oppoſitum vocare certiſsimum. Poſſet enim ille dicere, Scoti tempora approbaſſe uſum operiendi altare duabus tantùm mappis, ſeu tobaleis. Quod verum exiſtimamus: atque adeo nulla alia explicatione indiget Scotus. Illud autem eſt mirabilius, tot RR. qui hac tēpeſtate ſcripſerūt, immò nō pauci poſt Clementē VIII. parvipendi à Leādro. Cùm facile poſſet reſpondere ad illam diſpoſitionē aut iuris, aut Clementis VIII. vel non fuiſſe receptam; vel uſu cōtrario fuiſſe abrogatam.

DVB. XIX.

75 PEtes 19. An mappæ altaris debeant eſſe benedictæ? Partem affirmativā, tāquā certiſsimam defendit Leādrus *diſp. 7. q. 11. & pro ipſa adducit Silveſtrum, Azor, Gavantum Lugo, & Hurtado.* Quia ſic expreſsit Miſſale correctū à Clemente VIII. ut conſtat ex illius verbis *num. 73.* relatis. ¶ Negative tamen reſpōdent *Suar. diſp. 81. ſect. 6. Fagundez, Sa, Victorellus, Moure, & Ludovicus de S. Iuan apud Leād ibi.* Quia neq; aliquo iure cavetur; (inquit Suar.) neque conſuetudine obſervatur. ¶ Scotus autem num. præcedenti citatus dicit, ſervādā eſſe Eccleſiæ conſuetudinē. Sic enim ait: *Hæc etiā vaſa oportet eſſe ornata: altare quidē tobaleis duabus, ubi eſt mos Eccleſiæ, conſecratis.* ¶ De qualitate cuipę celebrantis ſine tobaleis, dicunt, *D. Th. 3. p. 83. art. 3. ad 8. Rodrig. Toletus, Moure & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 15.* eſſe veniale celebrare cum una tantū, & corporalibus: mortale autē cū corporali tātū, ſeu ſine aliqua mappa. Quia illud reputatur parva irreverentia; illud autē magna.

De corporalibus.

DVB. XX.

76 PEtes 20. Quid de corporalib⁹ diſponat Eccleſia? Reſp. quòd *in cap. Conſultò de Cōſecratione diſt. 1. & in Miſſali Rubrica 1. De præparatione Sacerdotis* ſic dicitur. *Corporale plicatū, quod ex lino tantùm eſſe debet, nec ſerico, nec auro in medio intextū, ſed totum albu, & ab Epiſcopo, vel ab alio habēte facultatem cum palla benedictum.* ¶ Hinc *Suar. Fag. Lugo, Hurt. & alij, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 12.* fatentur, eſſe peccatū mortale celebrare abſque huiuſmodi corporali lineo, & benedicto. Verum eſt, aliquos apud Margarita confeſſorū *fol. 267.* docere, poſſe fieri *ex algodon. Azor autem lib. 10 c. 28. q. 8.* docet, poſſe fieri *ex cannabe.* Nec reprobat Gavantus *p. 2. tit. 1. pag. mihi 85.* (inquit præcitatus Leandrus)

Digitized by Google

Immò generali' loquēdo probabile videtur, poſſe fieri corporale ex quocūque linteo albo non minoris æſtimabilitatis, quàm linum. Quia videtur accidentarium, quod ſit ex hoc, vel illo genere lintei, dummodo ſit album, & decens.

77 Propter illa verba *cum palla benedictum*, exiſtimant cōmunitêr, præſertim *Suar. Vazquez Henriq. Layman, Hurt. Lugo, Ledeſma, & Fagundez, quos citat, & ſequitur Leandus diſp. 7. q. 13.* parvam pallam, qua calix operitur, non poſſe eſſe ſericā, vel auricam, ſaltem quoad partem interiorem. Hoc autē videtur nimis ſcrupuloſum. Si enim non tangit corpus, quarè non poteſt eſſe ſerica, vel aurea? Immò *Sotus d. 13. q. 2. art. 3. & Ludovicus à Sancto Joanne* doceut, non eſſe de eſſentia ornamētorum altaris: ideoque poſſe eſſe ſericā, vel auream. Quod nō eſſe improbabile, exiſtimāt Rodrigez, Ledeſma, & Marcos de los Huertos apud Hurt. & Leandrum ibi; quamvis Vazq. improbabile iudicet.

De purificatorio.

78 Debere eſſe benedictū, putarunt *Fagund. Præc. 1. lib. 3. c. 22. n. 30. Stephanus, & Layman apud* Leandrum *diſp. 7. q. 14.* ipſe tamen *cum Suar. Lugo, Hurt. &c.* oppoſitū affirmat; & meritò: eo quòd in Ritualibus non invenitur benedictio propria illius. Sicuti neque veli, neque burſæ corporalis.

De lumine.

79 In capite *ultimo de Celebratione Miſſarum* extat præceptum nō celebrandi Miſſam abſque lumine. Eſtque communiſsima, atque vetuſtiſsima cōſuetudine receptum, adeò ut celebrare abſq; lumine ſit peccatum mortale ex cōmuni conſenſu Doctorum. ¶ Excipitur caſus, quo, incepto iam ſacro, extingueretur lumen; nec aliud commodè poſſet inveniri. Tūc enim nō ſolùm poſſet Sacerdos continuare Miſſam abſque lumine, ſed etiā ad id teneretur, præſertim ſi id contingeret poſt conſecrationem, immò & poſt oblationem. Adde quòd durum videtur, relinquere Miſſam tūc quocumque modo inceptam. Videatur Leandrus *diſp. 7. q. 20.*

DVB. XXI.

80 Petes 21. An ſit peccatum celebrare cum unico lumine? Reſp. negativè. Itaque, etiam nulla neceſsitate interveniente, neque veniale eſt cū unico lumine celebrare. Quia præceptū non celebrandi abſque lumine ſufficienter impletur celebrādo cum uno. Sic aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Leandrus *d. ſp. 7. q. 18.* Suar. *diſp. 81. ſect. 6. §. Tertio requiritur & alij.* ¶ Quarè non ſunt audiendi. *Nugnus, Diana, & Philibertus*, qui aſſerere videntur-

Digitized by Google

dentur; adhuc cum neceſsitate eſſe veniale celebrare cum uno tantùm lumine. Pro quibus obiici poteſt, quod *in rub.* 20. *Miſſalis reformati* exigitur duplex candela: ergo ſemper erit illicitum cum una tantùm celebrare. Reſp. negando conſequentiam: id enim exigitur nõ præceptivè, ſed ex maiori condecentia. Sicut in rubricis exigitur, quod verba conſecrationis proferãtur ſecretè, ſeu ſubmiſſa voce. ¶ Vnde neque audiendi ſunt *Leandrus ibi*, *Azor*, *&* *Gavantus*, qui putãt, eſſe veniale cùm uno tantùm lumine celebrare ſine neceſsitate propter prædictam rubricã 20. Miſſalis reformati.

DVB. XXII.

81 PEtes 22. An ſit mortale celebrare cum lumine olei, aut adipis in caſu neceſsitatis? Reſp. negativè. Quia preceptum celebrandi cum lumine cereo, aut conſuetudo ſic ferens, videtur admittere hanc exceptionem, aut interpretationem. Sicut illã admittunt præceptum divinum integrè confitendi; Eccleſiaſticum audiendi Sacrum diebus feſtis; ieiunãdi, &c. Adde, prædictum preceptũ admiſſum cadere ſupra ſubſtantiam luminis; non autem ſupra circumſtantiam, quod lumẽ ſit cereum. Propter quas rationes exiſtimo, neq; veniale tunc reperiri. Sicuti neque veniale eſt, neceſsitate urgente dimittere confeſsionem; nõ audire Sacrũ die feſto, non ieiunare, &c. Huc ſpectat quod diximꝰ *c. 3. à n.* 49. ubi ſtatuimus, poſſe Sacerdotẽ non ieiunum (alio ieiuno deficiẽte) celebrare ad communicandum Viaticẽ infirmum. Itẽ poteſt extra miſſam cõſecrare: ut diximus *c. 3. à n.* 54. ubi addidimus, poſſe celebrari ſine veſtibus Sacris, ſine ara, necnon & ſine aliqua alia cœremonia ab Eccleſia præcepta. Inſuper poteſt contritus ſine prævia confeſsione celebrare ad dandum infirmo Viaticum: ut diximus *c. 3. à n.* 149. Ex quibꝰ, & multis alijs paſsim occurrẽtibus ſatis confirmatur noſtra concluſio. Si enim, neceſsitate interveniente, ceſſant prædicta præcepta, cur non ceſſabit præceptũ celebrandi cũ lumine cereo? Pro prædicta noſtra concluſione citantur a Leandro *diſp. 7. q.* 19. *Zanredus*, *Nugnus*, *Pitigianus*, *Graſſis*, *Homobonꝰ*, *Diana*, *Gavãtus*, *Laymã*, *Bonac. Hurt. Toletus*, *&* *Machadi*. Quorum aliqui admittunt, tunc veniale reperiri. Alij vero neque iſtud concedũt. Et merito, ut probavimus.

82 Quarè non ſunt audiendi *Henriq. lib. 9. c. 26. n. 3. & c. 29. n. 7. & multi alij citati à Diana 2. p. tract. 14. Reſ.* 45. (quorũ maiorẽ partẽ malè citari, notat Leãdrus *diſp. 7. q.* 19.) affirmantes, in noſtro caſu peccatum morta-

tale intervenire. ¶ Itèm non eſt audiendus prædictus Leandrus affirmans, tunc celebrare cum lumine olei, non eſſe mortale; ſecùs autem, ſi celebretur cum cãdela confecta ex adipe, aut ex ſevo. In quam ſententiã trahit *Suar. Vazq. Reginaldum, Moure, Fagundez, & Villal.* *Eamque defendere, affirmat, Marcos de los Huertos P. de Ledeſma, Ludovicum de S. Iuan; atque ei favere Philibertum.* ¶ Sed, quidquid ſit de hoc, contra utramque sẽtentiam, & cõtra illarum propugnatores (quicũque illi ſint) procedit noſtra concluſio *n.* 81. poſita, & rationes pro illa adductæ.

De Miſſali.

83 ET ſi præceptum nullũ inveniatur, conſpirant tamen AA. fertque praxis communiſsima, ut in altari, dũ Sacerdos celebrat, ſit liber Miſſalis, qui ſufficientèr contineat ea, quæ in Miſſa ſunt dicenda.

DVB. XXIII.

84. PEtes 23. An ſit illicitũ, ſacrum facere abſque libro continente ſaltèm canonem? Reſp. diſtrahi AA. ut cõſtabit ex *n.* 85. Nobis autẽ ſub diſtinctione eſt reſpondendum. Quarè dico 1. ſine neceſsitate celebrare abſq; miſſali, aut libro continente ſaltèm canonẽ, eſt peccatum mortale, ſi aliàs celebrans eſt memoriæ labilis, itaut exponatur periculo omittendi aliquam partem notabilem, præſertim Canonis. Quia præcipitur Sacerdoti, integram Miſsã dicere: ergo ommiſsio, aut periculũ ommittẽdi partẽ notabilem erit grave peccatũ. ¶ Dico 2. cũ urgentiſsima neceſsitate (v. g. dandi Viaticum infirmo, alias ſine illo morituro) nullum eſt peccatum celebrare abſque libro, etiã ſi celebrans ſit memoria fragilis, timeatque, partem notabilẽ etiã Canonis ommittẽdã. Quia præponendum eſt divinum præceptum tunc communicandi (obligans directè infirmum, & indirectè Sacerdotem. Recolantur dicta *c.* 3. *n.* 51. & *n.* 149.) Eccleſiaſtico integrè dicẽdi Miſſam. ¶ Dico 3. ſine neceſsitate celebrare ſine libro cõtinente canonem, nullum eſt peccatũ (adhùc veniale) ſi celebrans ſit tenacis, & fœlicis memoriæ, itaut prudentèr iudicet, nihil totius Miſſæ ommiſſurũ. Quia non apparet, quo alio fine, aut motivo uſus Miſſalis fuerit introduct⁹, niſi in defectum memoriæ, ſeu ut quidquid in Miſſa continetur, integrè à Sacerdote dicatur: ſed in noſtro caſu ad hoc nõ eſt neceſſarius Miſſalis liber: ergo ſine illo celebrare, nullũ erit peccatum.

85 Quarè non ſunt audiẽdi *Navarrus cap.* 25. *num.* 84 *Sotus, Hen-*

Henriq. Suar. Hurtado, Lubinus, & Petrus de Ledeſma, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 21. dicentes, (regularitèr loquendo) eſſe mortale. Vbi addit Leandrus, ſic communiter docere omnes Doctores. Nos enim exiſtimamus, in caſu tertiæ concluſionis (ſi aliàs deſit contemptus, & ſcandalum) nūquā eſſe mortale. ¶ Itèm non ſunt andiendi *noſter Villalobos 1. p. tract. 8. diff. 26. n. 5. Layman, Ledeſma, Diana, Vazq. Moure, Marcos de los Huertos, Filliuci⁹, Ludovicus de San Iuan, Machado, & Philibertus*, qui, ut hoc excuſent à mortali, requirūt neceſſitatem. Quod & defendit Leādrus *diſp. 7. q. 22.* advertēs, quòd Philibertus inſinuat, tunc nec veniale intervenire. Nos tamē, adhùc ſine neceſsitate, hoc ab omni (culpa etiam veniali) immune ſentimus: ut in tertia concluſione dicebamus.

De Cruce.

85 Miſſam ſine Cruce in altari poſita celebrare, ſi cōmodè haberi nō poteſt, nō eſſe mortale, ſed ad ſummum veniale, affirmant communiſſimè, præſertim *Suar. Vazq. Fag. Hurt. Layman, Lugo, Diana, Homobonus, Gavantus, Reginaldus, Huertos, Philibertus, Villalobos, Ledeſma, & Machado, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 23.* contra aliquos, quos ſuppræſſo nomine refert Fagundez apud ipſum Leandrū. Ego autē huic communiſsimç ſententiç ſubſcribo libentèr, quatenùs affirmat, in hoc nullum mortale intervenire. Non autem in hoc, quòd innuit, eſſe veniale. Quia ſine legis fractione nullum eſt peccatum. Cōſuetudo autē nō infert obligationē: quia debuit introduci animo ſe obligandi. Quod ægrè in præſenti probabitur. Immò, ſemel probato, quòd fuit introducta animo ſe obligandi, haud facilè probabitur, quarè non ſit mortale, præſertim ab Auctoribus, qui exiſtimant, eſſe mortale celebrare ſine Miſſali.

87 Et mihi quidē mirabile ſatis eſt, quòd AA. tam uniformitèr damnent culpæ eum, qui ſine Miſſali celebrat, etiā cum aliquali neceſsitate, & etiam ſi alias ſit tenacis memoriæ. Eum verò, qui cū aliquali neceſsitate celebrat ſine Cruce, à crimine adhùc veniali abſoluāt. Miror: (inquā, cùm de Cruce in altari ad celebrandū apponenda æquè, ac de Miſſali ſtet antiqua ſatis conſuetudo. Et aliàs finis uſus Miſſalis ceſſet in eo, qui felicis eſt memoriæ. At finis uſus, ſeu ratio apponendi Crucē (nēpè repręſentatio Chriſti D. crucifixi) ſemper, dùm Miſſa celebratur, perſeveret. Quarè contrario modo videtur, debere philoſophari AA. dānantes eū, qui ſine Cruce celebrat; abſolvētes verò eū, qui abſq; Miſſali celebraret, ſi aliàs tenaci me-

moria uteretur pro Miſſali. Sed his, quæ ad conſequentiam potiùs, quàm ad veritatẽ ſpectãt, omiſsis, ego libentèr ſubſcribo præfatis Authoribus, quatenùs affirmãt, celebrare ſine Cruce, quando cõmodè nequit haberi, nõ eſſe mortale. Immo neq; veniale: (addo ego) ut iam probavi.

De Calice, & Patena.

88 CONveniunt DD. ad celebrandum Miſſam requiri calicẽ, & patenam. Quia ſic fert antiquiſsimus Eccleſiæ uſus: & habetur *in c. Vaſa de Conſecratione d.* 1. ſumptumq; fuit à cõcilio Triburienſi *can.* 18. (celebratum fuit *anno* 895.) Itaque uſus calicis ab ipſomet Chriſto D. cœpit: qui in calice cõſecravit: ut cõſtat *Matthæi* 26. *Marci* 14. *& Luce* 22. Immò ſine calice, aut vaſe vinũ cõmodè cõtineri, nequit, ut conſecretur. Patenæ verò: uſus fuit introduct⁹; quia ea cõmodiùs fit receptio hoſtiæ fractæ, & illius ſumptio, ut ſi aliqua particula labatur, recipiatur in ea. ¶ Cõvenit etiã inter AA. calicẽ, & patenã debere cõſecrari ab Epiſcopo, vel alio habente ad hoc facultatẽ. Quia ſic ſupponitur a Pontifice Sixto *in can. In Sancta de Conſecratione diſt.* 1. *& alibi* Quib⁹ ut certis ſuppoſitis, reſtant aliquot dubia.

DVB. XXIIII.

89 PEtes 24 An calix, & patena neceſſariò debeant eſſe ex argento, aut auro? Reſp. negativè. Quia in Miſſali Romano *rubrica* 10. *de defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus* permittitur pes calicis ex quacũq; decenti materia, dũm cuppa illius ſit aurea, vel argentea, vel ſtannea. Vbi abſolutè, & abſq; cauſa paupertatis permittitur materia ſtanni. ¶ Et addũt cõmunitèr, calicẽ ex alijs materijs nullaten⁹ fieri poſſe. Sed certè cõſuetudo eſt omninò cõtraria: (inquit Lugo *diſp.* 20. *n.* 90.) sũt enim in Eccleſijs ad communẽ uſum Sacrificij plerique calices ex ære toti, ſeu cupro (Hiſpanè cobre) inaurato. Et hic Romæ ſunt innumerari, & plures patenæ: ex ſtannò autẽ nullus reperitur. ¶ Addit prædictus Lugo quòd, quãvis in rubrica miſſalis reformati præſcribatur, ut cuppa calicis, & ſuperior patenæ pars ſit deaurata; id tamen non obligat gravitèr; ut docet cũ alijs Iacobus Granados *tract.* 14. *de Euch. diſp.* 12. *n.* 3. Et ita videtur uſus habere, quãdo sũt ex argento. Hucuſq; Lugo citatus. Addo ego quòd neque leuitêr, ſeu ad culpam venialẽ obligat. Vſus enim non ſolùm extinguit gravem, ſed etiam lèvem obligationem.

90 Pro plena autẽ horũ intelligẽtia nota, quod materia calicis, & patenæ non ſemper fuit eadẽ in Eccleſia. Quia antiquitùs fuit lignea: ut conſtat ex canone *Vaſa. num.* 88. *citato.*

Dein-

Deindè ex ſtatuto Zephyrini Papę (qui ſedit ad annum 203.) fuit vitrea. Poſteà Vrbanus (qui ſedit ad annũ.227.) decrevit, omnia vaſa ſacra fieri argẽtea. Deinceps in concilio Rhemẽſi ſub Eugenio III. (electus fuit ad annum 1145.) *can.6.* (& refertur *in can. Vt calix de cõſecrat. diſt.* 1.) ſtatutum fuit. *Vt calix cũ patena, ſi non ex auro ſaltem ex argento fiat. Si tamẽ quis pauper fuerit, ſtãneo ſaltèm calice utatur. Ex ære autẽ, aut aurichalco calix nũquam fiat. Nullo autẽ modo in ligneo, aut vitreo calice præſumat, Miſſam cantare.* Et tandẽ in Miſſali Romano *Rubrica* 10. *de Defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus* permittitur pes calicis ex quacumque decẽti materia, dũ cuppa illius ſit aurea, vel argẽtea, vel ſtannea. (Vt *n.89.* iam diximus) Quod etiam habetur in Miſſali reformato *rubrica.* 10. Nihilominus quia *in rubrica* 1. *de Præparatione Sacerdotis in eodem Miſſali reformato* novitèr ſtatuitur, ut calix ſit aureus, vel argenteus: & quòd, quando pes nõ eſt aureus, vel argenteus: ſaltèm habeat cuppam argenteã, & intùs inauratam. Ideò huic rubricæ (utpotè iuniori) ſtandũ eſt; & per eam dicta rubrica decima limitanda quoad materiã ſtanni pro cuppa: concludit G. Hurt. *diſp.4. diff.10.* Tamẽ cùm ſit conſuetudine introductum, (ut notabat Lugo *n.89.*) quòd fiant calices, & patenæ ex cupro (Hiſpanè cobre.) inaurato, prædictæ coſuetudini ſecurè: poteſt quilibet ſe conformare.

91 Ex quibus infero, etiam nunc temporis cuppam calicis poſſe fieri ex ſtanno. Quia non ſolùm concilium Rhemenſe id concedit propter paupertatem Sacerdotis; ſed etiam rubrica illa 10. Miſſalis Romani *num.* 90. citata id abſolute, aut ſine limitatione paupertatis permittit. Sicque defendunt *Fagund. Moure, Layman, Gavantus, Ioan. à Cruce, Philibertus, & Petrus de Ledeſma*, quos citat, & ſequitur *Leandrus diſp.7. quæſt.24.*

92 Infero 2. calicem, & patenam illicitè confici ex plumbo. Quia plumbum nõ eſt ſtannum. Sic *Suar. diſp.81. ſect.7. Silveſter, Sorria, Layman, Lubinus, Fagundoz, Ioan. de la Cruz, Ludovicus dem S. Iuan, & Philibertus*, quos citat, & ſequitur *Leandrus diſp.7. quæſt.25.* ¶ Quare non ſunt audiẽdi *Aſtenſis, & alij apud Silveſtrum verbo calix num. 1. & etiam Sa verbo Miſſa num.8.* exiſtimãtes, calicem, aut patenam poſſe eſſe ex plumbo: eo quòd iudicant plumbum, & ſtannum eſſe eiuſdem ſpeciei. Falluntur tamen.

93 Infero 3. non eſſe audiẽdos *Suar. Silveſter, Layman, Furtado, Moure, Philibertum, & alios communitèr apud Leandrum diſp. 7. quæſt.26.* affirmantes, non licere uti calice, aut patena confecta ex ære, ſeu cupro. (Hiſpanè

ne cobre) Falluntur tamē: quia ſic fert uſus: ut *num.* 89 probabamus cum Lugo. Quarè hoc defendūt *ipſe Lugo diſp. 20. num. 90. & Fagundez, quos citat, & ſequitur Leand. ibi.*

94 Infero 4. immeritò dixiſſe *Ludovicum à Sancto Ioanne q. 13. art. 15. diff. 4. pag. 264. & Petrum de Ledeſma cap. 21. cōcluſ. 2.* (qui addit, id eſſe certum) *quod Suar. diſp. 81. ſect. 7. indicat, eſſe probabile*, pedem calicis nō poſſe fieri ex plūbo, ferro, aut alia quacumque materia decenti, dummodò cuppa illius ſit aurea, argentea, vel ſtannea, aut cuprea inaurata. Falluntur tamen: quia id expreſsè diſponitur, aut permittitur in Miſſali Romano: ut *num. 89. & 90.* dicebamus. Idque defendūt *Suar. Vazq. Hurt. Enriq. Layman, Grā. Ægid. & Leand. diſp. 7. quæſt. 28.*

95 Infero 5. immeritò dixiſſe Leandrum, cuppam calicis, & ſuperiorem partem patenæ ſub gravi obligatione debere eſſe deauratas: immeritò, (inquā) quia, etſi id præſcribat rubrica Miſſalis: tamen non videtur eſſe materia gravis. Quarè ad ſummum erit veniale, illas nō deaurare. Si autem uſus ita ferat, (ut quando fiunt ex argēto) nec veniale reperitur: ut *n. 89.* dicebamus ¶ Addo, quòd ſi deauratio perdatur, nullum peccatum reperio in uſu illius calicis, aut patenæ. Quia iam fuit impleta illa Eccleſiæ diſpoſitio inaurandi cuppam calicis, & patenæ: & aliàs lata via ſcrupulis panderetur ex oppoſito.

De conſecratione calicis, & patenæ.

96 Diximus *num. 88.* eſſe convenientiam Auctorum, calicem, & patenā debere conſecrari ab Epiſcopo, vel ab habente ad hoc privilegium. Reſtant ergo nōnulla dubia examinanda.

DVB. XXV.

97 Petes 25. An Sacerdos poſsit celebrare in calice, & patena nondùm conſecrata, ſi alias bona fide cum ipſis fuerit celebraturus? Reſp. negativè. Quia ſine fundamento dicitur, per illam celebrationē manere conſecratum calicem, aut patenam. Ita *Lugo diſp. 20. num. 62. & 92. Layman, Fagund. & Philibertus. Et ſupponunt Navarrus, & Azor quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 31.* ¶ Sed oppoſitū defendit Diana *2. p. tract. 14. Reſ. 69.* cum nōnullis alijs. Et obijcit: Eccleſia polluta non eget nova cōſecratione, aut benedictione, quādo Sacerdos bona fide in ea celebravit ante reconciliationem: ergo calix, aut patena nō indigebit conſecratione, ſi quis ante conſecrationem bona fide in eis celebravit. Reſp. negando an-

antecedens, iuxta dicta *num.* 55. Reſp. 2. ommiſſo antecedenti, negādo cōſequētiam: quia plus requiritur ad inducendum cōſecrationem in materiam profanam, ſeu non conſecratam, quàm ad purgandum materiam iam conſecratam, ut notaverūt *Lugo, Leādrus, & alij nuper citati*

DVB. XXVI.

98 PEtes 26. An calix perdat conſecrationem per ſeparationem pedis à cuppa? Reſp. diſtrahi AA. Affirmāt enim abſolutè (hoc eſt tàm loquendo de calice, cuius pes eſt fixus, & ſine fractione nequit ſeparari à cuppa; quàm de tornatili, ſeu cuius pes artificioſè aut ſine fractione poteſt à cuppa ſeparari) *Palud. d. 13. quæſt. 2. art. 5, conclus. 2. D. Antoninus, Silveſter, & Tabiena apud Leandrum diſp. 7. quæſt. 33.* ¶ *Ipſe tamē cū Suar. Vazq. Armilla, Ægid. Reginaldo, Laymam, Hurt. Fag. Lugo, Sa, Henriq. & Petro* Ledeſma diſtinguit de tornatili, & fixo: & hunc amittere conſecrationem per ſeparationem pedis à cuppa; non autem illū, affirmat. ¶ Nos autem abſolutè, & ſine aliqua diſtinctione negamus, calicem per ſeparationē pedis à cuppa amittere conſecrationem. Quia non apparet, quomodo materia conſecrata poſsit amittere cōſecrationē, dùm tota non deſtruitur. Vndè cōſequētèr affirmamus, quòd, ſi in multas partes calix (aut patena) dividatur, omnes, & ſingulæ partes retinent conſecrationem partialem, qua gaudebant, dum erant in ſuo toto, ſeu quando calix erat integer. Ac per conſequens dicimus, quod, ſi multæ illæ partes artificioſè coniungantur, calix non eget nova conſecratione. Hùc ſpectant dicta *à num.* 60. dùm de altari fracto loquebatur.

DVB. XXVII.

99 PEtes 27. An calix amittat conſecrationē, quādo iterùm inauratur? Reſp negativè. Quia non apparet, quomodo amittere poſsit conſecrationem partialem, qua gaudebat, dùm ſimul cum auro deperdito componebat quoddā totum accidentale. ¶ Dices, illam amittere, eo quòd calix, qui, dùm conſervabat aurum, erat pars huius coniuncti *calix auratus*; quando aurum amittit, tranſit in totum: & conſequentèr eget conſecratione totali: quia ea, quam ante habebat, dū erat pars coniuncti, erat ſolum partialis. Reſp. quòd hæc ſubtilis metaphyſica debet relegari à rebus moralibus, uſualibus, & ſacramentalibus. Tamē, ne videamur ſubcumbere, dicimus, quòd, ſi hoc argumentum aliquid probaret, probaret quidē partes aquæ benedictæ, panis bene-

benedicti, agni Dei, corporaliũ &c. poſt ſeparationem nõ manere benedicta. Immo & quaſcumque reliquias, aut partes alicuius corporis, aut veſtis alicuius ſancti amittere adorabilitatem, aut excellentiam per ſeparationem. Quia quælibet pars per ſeparationem tranſit in totum; & cõſequentèr (ſi aliquid probaret prædictum argumentum) egeret benedictione totali in rebus benedictis; aut conſecratione in rebus conſecratis; vel adorabilitate, aut excellentia totali in reliquijs, aut rebus adorabilibus.

100 Igitur dicimus, quòd, cùm acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, & alias quælibet pars poſt ſeparationẽ tranſeat in totum, conſecratio, aut benedictio, ſeu excellẽtia, quæ ante ſeparationẽ erat partialis, per ſeparationem fit totalis. ¶ Inſtabis, quòd ſolùm in homogeneis eſt verum, quãlibet partem poſt ſeparationẽ tranſire in totum, non autem in eterogeneis: quare pes v.g. ſeparatus non eſt totum, ſed ſemper manet pars: atque adeò cõſecratio calicis, qui amiſit aurũ, nõ poteſt eſſe totalis. Reſp. nihil contra nos: ſi enim entitas phyſicè tranſit in totũ (ut contingit in aqua benedicta, &c.) etiam benedictio tranſit in totalem. Si autem manet in eſſe partis phyſica entitas, (ut loquendo de calice, qui amiſit aurum, intendit argumentum) perſeverabit conſecratio partialis, qua gaudebat in ſuo toto, nempe in hoc complexo *calix deauratus.*

101 Noſtram concluſionem num. 92. poſitã defendunt *Lũgo diſp. 20 num. 95. Ægidius Laymã, Diana, Guilliermus Durantes, & Sa, quos citat, & ſequitur Leãdrus diſp. 7. qu. eſt 34.* quamvis ex alio fundamẽto, nẽpe ex hoc, quod per novam inaurationem non amiſsit unitatem, ſed manet idem calix moralitèr qui antea iam erat cõſecratus. Quod mihi non diſplicet; (etſi ſolidiori fundamẽto probaverimus noſtram concluſionem) timeo tamen, minùs conſequentèr hoc fundamento uti Leandrum. Si enim certiſsimum putat *qu. eſt. 3.* altare amittere conſecrationem per fractionẽ, aut amotionem a pedibus, quibus eſt affixum; eo quod deſtruitur eius unitas per diviſionem, quamvis aliàs partes poſsint iterum coniungi & ad uſus ſacros æquè ac ante ſeparationem ſervire: quo caſu certũ eſt, manere unitatem moralem: quare in præſenti nititur unitate morali? Eo præſertim quod in calice de novo inaurato minor unitas, quam in altari fracto, cuius partes poſteà coniunguntur, reperiatur, cùm aurum deperditum ſit diſtinctum ab illo, quod per novam inaurationẽ admittit.

102 *Suar. diſ. 81. ſect. 7. Vaz q.*

Sil.

Silveſter, Angelus, Pitigianus, Moifeſsius, Petrus de Ledeſma, Scortia, Hurt. Bartholomæus ab Angelis, Reginaldus, Fagund. Bonac. Sa correctus, Henriquez Mounet (dicens; eſſe omnium ſententiam) *Ludovicus, Philibertus, & Petrus Ledeſma apud Leandrũ ibi* affirmant, calicem amittere conſecrationem, quandò iterũ inauratur. Et obijciũt: per inaurationem amittit unitatẽ: ergo eget nova cõſecratione. Reſp. (ommiſſo antecedẽti; vero quidem de unitate mètaphyſica; & falſo de morali: quæ in rebus moralibus, uſualibus, & ſacramentalibus potiſsimùm eſt attendenda) negando conſequẽtiam: quia conſecratio afficit omnes, & ſingulas partes: atque adeò ſi pars alicuius entis conſecrati poſt ſeparationem tranſit ad eſſe totius, etiam conſecratio tranſit ad eſſe totalis: ut contingit in partibus aquæ benedictæ, & cuiuſcumque alterius homogenei cõſecrati, aut benedicti. Si autem pars ſit eterogenea, retinet benedictionẽ, aut cõſecrationem partialem, qua gaudebat in ſuo toto ante ſeparationem.

103 Obi. 2. illa nova ſuperficies, quam calix (aut patena) acquirit per inaurationem, nõ eſt conſecrata ratione ſui: (ut patet) nec illi conſecratio calicis antea facta communicatur: ergo manet incõſecrata. Reſp. negando antecedens quoad ſecundam partem: quia, ſicut anima extenditur ad informãdum novam partem ſubſtantiæ per nutritionem acquiſitã. Et perſonalitas verbi de novo aſſumebat partes ſubſtantiæ, quas per nutritionem ſibi uniebat. Ita præcedens conſecretio calicis extenditur ad illam ſuperficiem per inaurationem calici unitam. (Hinc conſtat, noſtram concluſionem etiam procedere de calice, qui ante inaurationẽ erat conſecratus.) ¶ Contra, quod iſta pars per inaurationẽ acquiſita nõ eſt acceſsoria, ſed principalior: cùm immediatè tangat ſanguinẽ Chriſti D. (aut corpus in patena) ergo non debet trahi à parte minùs principali, quæ eſt calix, aut eius cõſecratio. (Adhuc admiſſo, quòd, amiſſa priori inauratione, manet conſecratus) Reſp. negando; illam ſuperficiem non eſſe partem acceſſoriam: cùm accedat, aut ſuperveniat calici. Nec ad principalitatem, aut acceſsioritatem (ut ſic loquar) alicuius rei attẽditur, quòd entitas ſit, vel nõ ſit nobilior, ſed quòd accedat, aut ſuperveniat, aut non ſuperveniat rei iam in ſuo eſſe completo conſtitutæ. Alias ipſamet calicis conſecratio nõ eſſet illi acceſſoria: cùm nobilior ſit ipſa calicis entitate. Itaque de acceſſorio philoſophãdum eſt, ſicùt de circumſtantijs. Et, ſicùt vocamus circumſtantiam id, quod advenit rei

rei in ſuo eſſe completo conſtituto; ita & acceſſoriū. Inſupèr & ſicut poteſt cotingere, quòd circumſtantia ſit nobilioris bonitatis, quam ipſa bonitas moralis actus. (Vt patet in eleemoſyna data ex amore Dei, aut charitate. Ita & acceſſorium poteſt eſſe nobilius ipſamet entitate, cuius eſt acceſſorium.

De pyxide, ſeu vaſe, in quo ſervatur Corpus Chriſti D.

DVB. XXVIII.

104 PEtes 28. An pyxis debeat benedici? Reſp. affirmativè. Quia in *Mißali Reformato rubrica 2. de ritu ſervādo in celebratione Miſſæ* ſic expræſſè præſcribitur. (Et fieri poteſt à ſimplici Sacerdote.) Sic *Leādrus diſp. 7. quæſt. 35. citās D. Th. quæſt. 83. art. 4.* (fortè meliús *art. 3. in corpore* verbis illis. *Vndè & conſecrationes adhibentur his rebus, quæ veniunt in uſum huius ſacramēti*) *Suar. ex parte, Reginaldum, Petrum Ledeſma, Hurtado, Guilliermum Durantes, Scortiam, & Gavantum.* Additque Leandrus, quod id etiam ex parte tenent *Granados, Lugo, & Cruz, & apud ipſum, Rodrig. & Philibertus.*

¶ Quare releganda eſt oppoſita ſententia. Pro qua Diana, & Philibertus, teſte Leandro ibi, adducunt *Suar. Petrum Ledeſma, Ægidium, Filliucium, & Ioannem à Cruce.*

DVB. XXIX.

105 PEtes 29. An intra pyxidem ſit ponendus aliquis linteus? Reſp. negativè. Quia nec eſt præceptū aut diſpoſitio Eccleſiæ de hoc. (Vt ſuppono) Nequè decet, præſertim ſi amylone adaptetur. Quia ex illo ſolent generari in pyxide animalia minutiſsima. Inſupèr & particulæ faciliùs in vaſe ipſo, aut pyxide, quam in linteo diſtinguuntur. Immo &, cùm non quotidiè (ſicùt in corporalibus) quærantur, cōtinget non ſemel, quòd aliquot particulæ corrumpantur, nempè illæ, quæ ibi diuturnitate temporis remanſerint. Sic *Diana, Hurt. & Lugo, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. quæſt. 36.*

¶ Quare non ſunt audiendi *Vazq. diſp. 233. cap. 4. n. 36. Petr. Ledeſma, & Suar.* (illis favens) oppoſitum affirmātes. Pro quibus obijcies, conſuetudine oppoſitum eſſe receptum. Reſp. cum auctoribus noſtræ ſententiæ negando, adeſſe talem conſuetudinem, immò contrariam vigere, dicunt.

106 Aliam ſimilem conſuetudinem teſtatur Vazq. & conſequentèr affirmat, ſic debere fieri vi illius, nempe quod pyxis debet collocari ſuper lapidem cōſecratum. Immerito tamen hoc affirmat: ægrè enim probabitur, hanc conſuetudinē

eſſe

eſſe univerſalem. Et ægriùs adhùc, eſſe obligatoriam. Sic cõmunitèr AA. præſertim *Lugo diſp. 20. num. 97. & Hurt. diſp. 4. diff. 10.*

107 De materia demùm pyxidis nihil eſt iure poſitivo preſcriptum: (inquit G. Hurt. ibi) iure tamen naturali requiritur, quod materia ſit talis, ut abſque indecentia poſsit deſervire ad ſervandum corpus Chriſti D.

De Veſtibus Sacriſ.

108 SVppono, in Sacrificio Miſſæ veſtibus ſacris eſſe utendũ. Itẽ, quòd ſunt ſex, nempè amictus, alba, cingulũ, manipulus, ſtola, & planeta, ſeu caſula. Inſupèr ſuppono, omnes (ſi cingulum excipias iuxta dicenda *num.* 114.) debere eſſe bedictas ab Epiſcopo, aut ab alio habente ad hoc poteſtatẽ.

DVB. XXX.

109 PEtes 30. An ſit illicitũ celebrare Miſſæ ſacrificiũ ſine veſtibus ſacris? Reſp. ſub diſtinctione. Aut enim loquimur extra caſum neceſsitatis; aut in illo. Item aut loquimur de omnibus ſimul; aut de una illarum tantùm. Quarè.

110 Dico 1. peccatum mortale eſt celebrare ſine omnibus veſtibus ſacris ſimul (hoc eſt, ita ut celebrans nulla indutus procèderet) extra caſum neceſſitatis. Quia extat præceptũ Eccleſiaſticum prohibẽs celebrationem ſine veſtibus ſacris. Et alias nulla eſt iuſta cauſa ſuſpẽſiva illius adimpletionis, ſeu excuſans adimpletionem prædicti præcepti. Et demũ omniſio omnium veſtium ſacrarum ſimul, eſt materia gravis: cùm ſit totalis materia præcepti. In hac concluſione cõſpirant AA. ¶ Propter eandem rationem debent conſpirare, & de facto cõſpirant in hoc, quod eſt peccatum mortale, uti (extra neceſsitatem) omnibus veſtibus ſacris ſimul, non benedictis.

111 Dico 2. nullum peccatum eſt celebrare abſque omnibus veſtibus ſacris ſimul, (hoc eſt ita ut celebrans nulla indutus procederet) inſtante graviſsima neceſsitate. (V. g. conſervandi vitam; porrigendi viaticum infirmo alias non communicaturo. Et univerſaliter quotiès concurrit aliud præceptũ fortiùs obligans) Quia tunc neceſsitas ſuſpendit obligationẽ præcepti Eccleſiaſtici non celebrandi ſine veſtibus ſacris: Cũ enim concurrunt duo præcepta obſervatione ſimul incompatibilia, fortius, ſeu fortiùs obligans ſuſpendit pro illa occaſione obligationem alterius. Hanc concluſionem defendere tenentur *Sa, Layman, Scot, q. 4. Medina, & Hurtado, qui* [illegible], *& ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 41.* quatenùs affirmant, poſſe Miſ-

ſam

ſam celebrare Sacerdotem ob mortem vitandam ſolo veſtitu communi, & profano, ſeu ſine omni veſte ſacra. (Dummodò fidei, vel Eccleſiæ contemptus deſit) Quia præceptum humanum non obligat cum tãto diſpendio. Quare non ſunt audiẽdi Cai. 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. Navarrus, Clerus, D. Anton. Palud. Fagund. Marcus de los Huertos*, & *Petrus de Ledeſma* oppoſitũ ſentientes. ¶ Itèm exiſtimo, eſſe ſufficientem neceſsitatem ad celebrandum ſine veſtibus ſacris, quod infirmus moriturus eſſet ſine viatico. Quia præceptum divinum tunc communicãdi fortius eſt, ſeu ſtrictius obligat, quàm humanum Eccleſiaſticum non celebrandi ſine veſtibus ſacris. (Recolantur dicta *num. 81.*)

112 Dico 3. celebrare ſine neceſsitate abſque aliqua ex his tribus veſtib9 ſacris (manipulo, cingulo, & ſtola) non eſt mortale. Quia videtur materia minus notabilis, & gravis. Propter oppoſitum tamen fundamentum, oppoſitum dico de illo, qui celebraret ſine amictu, alba, & planeta, ſeu caſula. Defectus enim cuiuſcumque harum triũ eſt valdè notabilis: atque adeò materia gravis, ſaltem per accidens, ſeu ratione ſcãdali. Vnde compono AA. diſcordantes, dum quærũt, An ſit licitum Sacerdoti, ne plebs die feſto privetur Miſſa, illam celebrare ſine aliqua ex veſtibus ſacris, ſi illam commodè nequit invenire? Affirmant *Filiucius*, & *Cruz*: *quibus favens Suar. Ægid.* & *Petrus de Ledeſma apud Leandrum diſp. 7. quæſt. 42.* ¶ *Ipſe tamen, Henriq. Marcus de los Huertos Philibertus*, & *apud ipſum D. Antoninus, Navarrus, Soto, Victoria*, & *Homobonus* reſpondẽt negativè. Igitur facilè AA. iſtos compono, & in noſtram tertiã traho concluſionem, dicendo, affirmativam ſentẽtiam eſſe intelligendam de manipulo, cingulo, aut ſtola: negativam vero de amictu, alba, & planeta, ſeu caſula.

113 Dico 4. uti ſine aliqua neceſsitate una, aut altera veſte non benedicta (quæcumque illa ſit) ſolùm eſt veniale. Quia videtur materia levis. Ita *Machado tract. 11. documento 4. num. 3. Canus apud Henriquez lib. 9. c. 29. n. 5. in Gloſa litt. Z.* quod & ipſe reputat probabile. ¶ Nec putes, hanc concluſionem aliqualitèr pugnare cum præcedẽti, in qua diximus, eſſe mortale celebrare ſine una ex his veſtib9. (amictu, alba, aut caſula.) Eſt enim materia ſatis notabilis, atque adeo gravis celebrare ſine aliqua ex his: cùm defectus ſtatim omnibus appareat, generetque admirationem, & ſcãdalum. Secus vero defectus benedictionis alicuius illarum.

¶ Inſtabis, quòd defectus benedictionis omnium ſex veſtium Sacer-

Sacerdotalium non apparet aſſiſtentibus Miſſæ: ergo ſine benedictione omniũ poterit quis celebrare ſine mortali. Reſp. negando conſequentiam: etſi enim non appareat defectus, traſgreditur tamen celebrãs præceptum in materia gravi: quia eſt totalis materia præcepti. Qui autem ſine una & altera non benedicta celebraret, trãſgrederetur quidem præceptũ, ſed non in materia gravi. Et alias nullum ſcandalum inferret proximo. Sicut ii ferret, qui ſine amictu, alba, aut planeta celebraret. ¶ Ex hac duplici concluſione conſtat, immeritò dixiſſe *Caiet. & Ledeſman.*, eſſe mortale celebrare ſine una tãtum ex veſtibus Sacris; (cingulo excepto) aut cum una ex illis non benedicta, etiam ob vitandam mortem. Immeritò tamẽ: quia præceptum humanum nõ obligat cum tanto diſpendio.

114 Dico 5. uti cingulo non benedicto nullum eſt peccatũ. Quia *in quibuſdam locis cõſuetudo obtinuit, quod non oporteat cingulum benedici. Et ſic non apparet, quin liceat, uti cingulo non benedicto*: inquit Scotus *in 4. d. 13. q. 2. §. Reſtat ergo verſ. Quæ autẽ.* Vnde conſtat, ſine aliqua neceſsitate id licere. Quare non ſunt audiendi *Henriq. lib 9. c. 29. n. 5. Paludanus. Ruard. Soto, Silveſter, Sa, Fagundez, Diana* dicentes, in hoc reperiri quidem peccatũ, ſed nõ mortale, ſed veniale tãtum. Quia etſi ſit cõtra præceptum, eſt tamẽ materia levis (inquiunt) Idẽ tenent *Moure, Philibertus, & Machado; quib⁹ favet Lugo apud Leandrum diſp. 7. q. 43.* ¶ Minus adhuc audiendi ſunt *ipſe Leandrus, & multi alij, quos ipſe citat*, qui affirmat, eſſe mortale celebrare ſine cauſa abſq; cingulo benedicto. Fallũtur tamen: quia, gratis admiſſo, hoc cadere ſub obligationem, excuſaretur à mortali ob defectũ gravitatis materiæ; ut dicunt *Henriq. & reliqui nuper citati*, qui dicebant tantum eſſe veniale.

115 A fortiori verò non eſt audiendus ipſe Leand. *diſp. 7. q. 44.* affirmãs, eſſe peccatũ mortale uti cingulo nõ benedicto, adhuc ex iuſta cauſa. Additq; in hanc ſententiam debere venire *Vazq. Hurt. Navarrũ, & alios a ſe quæſtione 43. citatos.* Nimis tamen errat Leandrus. (quidquid ſit de fũdamẽto, quo prædictos AA. in ſuã conatur trahere ſententiã) Quia ſi nullũ eſt peccatum, omittere ieiunium, ſacrum &c. diebus præceptis ex iuſta cauſa: cur non etiam licebit ex iuſta cauſa uti cingulo non benedicto? Quarè verius, & conſequentius ad ſua principia (nempè quod non licet uti cingulo non benedicto ſine cauſa) dixerunt *Diana, Fagundez & Philibertus ab ipſo Leandro citati*, etiam à veniali excuſari, qui ex iuſta cauſa uteretur cingulo nõ benedicto. Iuxta ve-

rò cauſa erit (ſubdit Diana 2. *p. tract*. 14. *Reſ*. 68.) neceſsitas audiendi, vel celebrandi Miſſam ex præcepto alicuius feſtivitatis; fervor magnæ devotionis; neceſsitas ſuperandi tentationem aliquam; Etſi Sacerdotes pauperes habeant ſtipem pro celebrando. Hucuſque Diana.

DVB. XXXI.

116 PEtes 31. Quomodo? & quando perdatur benedictio veſtium Sacerdotalium? Reſpondent communiter, quòd, quando ita deſtruun tur, aut minuuntur, ut amittant figuram, & aptæ non ſint ad uſū abſque novo artificio: v. g. quādo manicæ aſſutæ ſeparantur ab alba, tunc verè perditur benedictio. Et ita etiam ſi poſteà aſſuantur, iterum alba debet benedici. Secùs eſſent, ſi manicæ eſſent globulis, vel funiculis connexæ, itaùt facilè poſſent ſeparari, & connecti: quia tunc non perderetur benedictio: cōcludit Leādrus *diſp*. 7. *q*. 45. Vbi addit *Sic Lugo diſp*. 20. *n*. 93. & 99. *Fagundez*, *Henriq*. *Hurt*. & *Diana*, & *communis*. ¶ Hæc tamen communis ſententia mihi non probatur. Quarè conſequenter ad ea, quæ diximus *a num*. 60. loquendo de altari.

117 Dico primò nulla veſtis Sacra amittit benedictionē per ruptionem, aut ſeparationem unius partis ab alijs, ſed omnes, & ſingulæ eius partes (etiam ſi minutiſsimæ ſint) poſt ruptionem, aut ſeparationem retinēt eamdem et benedictionem partialem, qua gaudebāt, ante ruptionem, ſeu antequam dividerentur a toto, ſeu inter ſe ſe. Quia non capitur, quomodo benedictio abſolutè data ſuper albam v. g. afficiēſque omnes, & ſingulas illius partes, poſsit amitti quacumque ruptione ſuperveniente. Quod cōfimabamus exemplis aquæ benedictæ, panis benedicti, agni Dei, &c. quorū partes ęque benedictæ manent poſt ſeparationem, ac ante illam, non alia ratione, niſi quia abſolutè fuerūt benedicta aqua, panis, agnus Dei, &c. ¶ Vnde infero, AA. in præſenti non tàm quærere debere, quomodo, aut quando perdatur benedictio veſtiū Sacerdotalium? Quam, quomodo, aut quando liceat, aut non liceat, uti veſtibus Sacerdotalibus ruptis, aut dilaniatis?

118 Dico 2. licitus eſt uſus veſtium Sacerdotalium ruptarum, quoties ruptio non eſt notabilis, itaut non ſit indecens celebrare cum illis, aut cum illarum aliqua. E contra tamen uſus erit illicitus, quoties ruptio eſt ita notabilis, ut ſit indecēs illis, aut illarum aliqua uti. Quia iure naturali requiritur, aut lumine naturali dictatur, in tàm venerabili Sacrificio decen-

cen·

centem uſum veſtium Sacrarũ eſſe adhibendum; atque indecentem eſſe vitandum. ¶ Quæ autem harum veſtium ruptio ſit, vel non ſit notabilis? relinquitur iudicio viri prudentis. Sicut relinquitur iudicare, quã munditiæ gradum debeant habere ad licitum illarum uſum. ¶ Vnde infero intelligentiam auctoritatum (ſi quæ ſint) ſonãtium, per ruptionem, aut dilaniationem veſtes Sacras amittere benedictionem. Itaque ſolum intendere debent, amitti benedictionem quoad uſum licitum. Quam quidem amittũt, dùm notabiliter ſunt ruptæ: licèt alias in re maneant benedictæ. Sicuti corporalia, & ipſæmet veſtes ſacræ, dùm notabiliter ſunt immundæ, amittunt quidem uſum licitum; non autem realitatem benedictionis.

119 Ex quibus infero, immeritò ſentire AA. cingulum in duas partes ruptum, quorum neutra ſufficit ad cingẽdũ omninò amiſiſſe benedictionem, itaut ſi poſtea iungãtur partes, ſine nova benedictione nequeat deſervire. Igitur hæc doctrina dupliciter peccat. Primò, quia ad licitum uſum cinguli non requiritur benedictio, iuxta dicta *num.* 114. Secundò, quia cingulum benedictum non amittit benedictionẽ, ſed omnes eius partes (etſi in multas divideretur) manent benedictæ. Quarè, ſi poſtea ſuantur, aut aliter coniungantur, cingulum non eget nova benedictione. Et in hoc ſecundo nobis ſubſcribet Diana *5.p.tract.13. Reſ.92* (*& alibi*) *citans pro ſe Ægid. Sa, Ioan. de la Cruz, Molfeſium, Suar. Scortiam Cæleſtinum, & Marchanciũ.* ¶ Quarè non ſunt audiendi Leandrus *diſp.7.q.47. Suar. Ægidius* (quos male citaſſe pro ſe Dianam, notat Leãdrus) *Palud. Silveſter, Petig. Bonac. Reginaldus, Hurt. Lugo Victorellus, & Tanerus* affirmantes, cingulum fractum benedictionem amiſiſſe: & conſequenter ſine nova benedictione deſervire nõ poſſe. ¶ Pro complemento tractationis de veſtib᷑ Sacris ad Miſſæ Sacrificium neceſſarijs, AA. tractant de calceamentis, quibus Sacerdos in hoc myſterio celebrando debet uti. Necnon & de decẽte capitis diſpoſitione, qua tantum Sacrificium offerre tenetur. Quarè hęc duo in præſenti ſaltem perſtringere eſt neceſſarium.

De illo, qui pedibus omnino nudis celebraret.

120 HVnc peccare mortaliter docet *Fillluci᷑ tract.5 c.5. n.152. cui ſatis favet Henriq. lib.9. c.25. n.5. in fine. Pro qua ſententia referuntur Silveſter, verb. Miſſa 1. q. 2. dicto 1. & Ricardus q.4. art.3. Immò & Scotus in 4. d.13. q.2 §. Ad quæſtionem verſ. Reſtat ergo.* Immeritò tamen: quia neque ibi, neque alibi

recitationẽ officij divini, &c. Neque aliquis dicet, temerè, aut præſumptuoſe operari, eo quod diſpenſationem non petierit. ¶ Propter hoc fundamentũ extendenda eſt hæc concluſio ad cauſam probabilem. Quià qui operatur cum cauſa probabili neque *temerè*, neq; *præſumptuoſè* operatur: ſed rationabiliter, & prudẽter ut ſuppono, ex tractatu de conſcientia. Quarè qui cum ratione probabili, ſeu probabiliter iudicans, habere cauſam ſufficientẽ celebrandi cooperto capite, (utique uſque ad conſecrationem: ex tunc enim uſque ad ſumptionem incluſivè capite diſcooperto eſt procedendum) ſic celebrat, non obtenta diſpenſatione, licitè operatur: cũ neque temerè, neque præſumptuosè operetur, ſed rationabiliter, & prudenter.

124 Hanc noſtram concluſionem defendere tenẽtur AA. qui abſolutè affirmant, Sacerdotẽ licitè poſſe celebrare capite cooperto, ſi infirmitas, vel alia iuſta cauſa id exigat. Hi sũt *Henriq.lib.9.cap.26.n.3.in fine, Fag. Angelus, Silveſter, Fumus, Tabiena, Navarrus, & Zerola.* Itẽ noſtram concluſionem defendere tenentur, qui affirmant, quod, ſi cauſa ſit dubia, de licẽtia Epiſcopi poteſt cooperto capite celebrari. Ita *ipſimet Zerola, & Navarrus.* Inſuper & ipſam defendere tenentur, qui affirmant, quòd, ſi cauſa eſt manifeſta, non eſt opus Epiſcopi diſpenſatione. Sic *prædicti Navarrus, Silveſter, Henriquez, Rodriguez, Vazq. & Hurt. apud Leandrum diſp.7.q.49.*

125 Dico 2. celebrare, cooperto capite, ſine iuſta cauſa eſt quidem peccatum; (cum ſit cõtra præceptum illud *num. 121.* relatum) non tamen mortale, ſed veniale tantum. Quia materia non videtur eſſe gravis. Ita Petrus *de Ledeſma cap. 21. concluſ 7. & Villal. quos, teſte Leandro diſp.7.q.49. ex parte ſecuntur Diana, Lugo & Huertos.* ¶ Quarè non eſt audiendus præcitatus Leãdrus, qui iudicat, eſſe mortale celebrare cooperto capite abſque iuſta cauſa & diſpenſatione. Veniale autem ad minus (etiam ex rationabili cauſa) abſque diſpenſatione. *In quam ſententiam Azorium, Granados, & alios vocat.*

126 Dico tertiò, hac tempeſtate ſolus Papa diſpenſat, in hoc, quod, cooperto capite, celebretur. Quia Sanctitas Vrbani VIII. hoc ſibi reſervavit, iuxta dicta *num.* 122. ceſſante autem Pontificis reſervatione, Regularis ad celebrandum, capite cooperto, non eget diſpẽſatione Epiſcopi, ſed ſufficit ſibi diſpenſatio ſui Prælati. Quia quod Epiſcopus poteſt reſpectu ſuarum ovium, poteſt Prælatus Regularis circa ſuos ſubditos.

127 Notant communiter

ſufficientem cauſam diſpenſationis eſſe infirmitatem debilitatis capitis, intemperiē frigoris, & univerſaliter imminēs periculū valetudinis. Quod intelligo, cùm cauſa eſt dubia. Certa quippè (non ſolùm certitudine evidentiæ, ſed etiā probabilitatis) ſecum affert diſpēſationem, ſeu, propriùs loquēdo, exceptionem legis. Etenim nulla lex intendit obligare eū, qu' nō poteſt. Quarè omnis, qui legem non poteſt obſervare, (ſivè impotentia ſit manifeſta, ſive probabilis) ab ipſa lege eſt exceptus, ſeu non comprehenſus. Et ideò non eget petere diſpenſationem.

De benedictione veſtium Sacrarū.

128 SVppoſuimus *n* 108. tāquā certū, veſtes, quibus Sacerdos in Sacrificio Miſſæ utitur, debere eſſe ſacratas. Quod ſuppoſitum conſultò diſtulimus in hunc locum examinandum, ſeu potiùs difficultates, quæ ex illo originantur, ut ab omnibus dubijs, quæ de uſu harum veſtium, hac tempeſtate AA. movent, expediti, cōmodiùs ipſum ſuppoſitum, & quid quid ab illo pendet, examinaminaremus: atque ſimul proponeremus privilegia, quæ Romani Pontifices Religioſis cōceſſerint ad benedicendum veſtes Sacras, calices & corporalia quæ ad Sacrificium Miſſæ decenter celebrandum ex provida Eccleſiæ diſpoſitione ſunt neceſſaria, & quæ in ſuperiorib' dictis deſiderari, aliquis forſitan ſuſpiceretur.

129 Igitur, ut dignè conficiatur myſterium Euchariſtiæ, ſeu perficiatur Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, requiri veſtimenta Sacra, conſtat *ex cap. Veſtimenta de Conſecrat. diſtinct.* 1. Eſtque uſus veſtimentorum Sacrarum ab ipſo Eccleſiæ primordio: ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. atque ex multis Patribus comprobant RR. præſertim noſter F. Antonius Hychæus *d. ſt.* 13. *q.* 2. *num.* 133. Myſtica autem Sacrorum indumentorum ſignificatio conſtat, tùm ex orationibus, quæ dicuntur ad ſingulas veſtes; tum ex Patribus, & Auctoribus ab ipſo, atque ab alijs Recentiorib' relatis. ¶ Hunc ergo Sacrarum veſtium uſum antiquitate venerabilem, atque ad altiſſimarum rerum, quæ ſub Sacrificio latent, contemplationem mentes erigendas utiliſſimum, (ut docet Tridētinum ibi) impugnarunt hæretici Vvaldenſes, ſeu Pauperes de Lugduno: qui ab hoc altiſſimo Sacrificio cultum omnem reſpuebant. Contra hos tantum Tridentinum *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. & *can.* 7. determinat, has veſtes Sacras ad pietatis officia pertinere; atque oppoſitum dicentes damnat.

130 In

Digitized by Google

130 Inſupèr eſt certum apud Catholicos, harum veſtiũ benedictionem ad Epiſcopum iure ordinario ſpectare. Vt cõſtat ex *cap. Veſtimenta de Conſecratione diſt.* 1. atque ex Eccleſię uſu, & Doctorum conveniẽtia. Quibus ſuppoſitis, reſtat examinandum.

DVB. XXXII.

131 PEtes 32. An privilegiũ conſecrãdi calices, & veſtes ſacras & reconciliandi Eccleſias pollutas ſit aliquibus conceſſum? Reſpondi affirmativè: ut conſtabit ex ſtatim dicendis. Claritatis ergo gratia.

De Conſecratione, ſeu benedictione veſtium.

132 DIco 1. Prælati Regulares, & illis abſentibus, eorum Vicarij, & quilibet habens principale regimẽ monaſterij poſſunt conſecrare, ſeu benedicere caſulas, paramenta, & alia ad divinum cultum neceſſaria; tum pro uſu ſuorum conventuum; tum aliorum, ac etiam perſonarum ſęcularium. Quia ſic nobis Minoribus (& conſequentèr omnibus alijs participantibus noſtra privilegia) conceſſit Leo X. *Bulla* 6. quæ incipit *Religionis honeſtas* cum clauſula generalium conciliorum revocatoria; adhibita tamen reſtrictione *ad proprios conventus*. Quæ *in compendio privilegiorum Mendicantium verb. benedicere* §. 14. *& in Bullario Rodriguez* verbis ſequentibus enunciatur. *Leo X. cõceſſit Generalibus, & Provincialibus, ac Cuſtodibus, necnon, & Guardianis Fratrum Minorum de Obſervantis pro tempore exiſtentibus, &c. paramenta, & ornamenta, aliaque quæcumque ad divinum cultum, & uſum fratrum neceſſaria, in quibus chriſma non intervenit, pro eorumdem fratrum uſu tantùm ſolemni benedictione* (eſt autem ſolemnis, quæ incipit his verbis: *Adiutorium noſtrum, in nomine Domini, &c. Sit nomen Domini benedictum &c.* ut notat noſter Bruno de *Privilegijs Regularium p. 2. tract. 7. propoſit. 1. §. Hic autem*) *valeant benedicere.* Et ſine reſtrictione illa *ad proprios uſus tantùm* id conceſſit Benedictinis Iulius II. *Bulla* 25. Necnon & congregationi Sanctæ Iuſtinæ de Padua Innocentius VIII. *conceſſit Prioribus Ordinis, & Vicarijs in abſentia Priorum, & cuilibet habenti principale regimen monaſterij poſſe benedicere veſtimenta, cæteraque ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum divinum pertinentia tàm ſui monaſterij, quàm etiam undequaque ſint.* De quo fuſiùs Bruno citatus.

¶ Sed Gavantus *compendio in Rub. Miſſæ* 1. *t. p.* 4. *tit.* 29. *num.* 21. affert decretum Sacrę Congregationis Rituum *ſub die* 24.

Auguſti anni 1609. prohibens Prælatis benedicere paramenta Eccleſiarum ſibi non ſubiectarum. Et quia Tamburinus & alij, quos citat & ſequitur Leandrus *diſp.* 7. *q.* 16. putant, hoc decretum procedere, ſecluſa conſuetudine, & uſu dictorum privilegiorum: idem Gavantus *in nova editione, ubi ſupra num.* 22. iterum aſſerit, Sacram Congregationem *ſub die* 18. *Auguſti* 1626. abrogaſſe dictam conſuetudinem. Reſpond. cum Philiberto apud prædictum Leandrum; dictam declarationem non eſſe præceptivam. Neque conſtare authenticè de privilegij revocatione.

133 Dico 2. Idem poſſunt ſimplices Sacerdotes Regulares. Quia ſic conceſſerunt aliqui Romani Pontifices, præſertim *Sixtus IIII. cōceſsit fratribus Minoribus Obſervantiæ Sacerdotibus, ut poſsint benedicere paramenta altaris, & Miſsalia, ac indumenta, exceptis corporalibus dumtaxat.* Et ita tenet *Bruno ibi ſecutus Ioannem de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 2. c. 5. dub. 8. concluſ. 2. & Auctorem compendij privil.*

¶ Dices, hanc conceſsionem fuiſſe per vivę vocis oraculum: oracula autem ſunt revocata per Greg. XV. & Vrbanu VIII. Reſpond. ferè nulla oracula fuiſſe revocata. De quo videatur Bruno *tract.* 1. *c.* 2. *propoſit.* 6. ubi ſic loquitur: poſſumus aſſerere, nullū eſſe vivę vocis oraculum, quin in bullis Pontificum reperiatur, excepto privilegio tangendi Sacra laicis, ſeu converſis fratribus facto, ut obſervavit quidam vir Regularis Doctiſsimus: ait Bruno ibi. Videantur dicenda *num.* 141.

¶ Dices 2. Portel *verbo benedicere* exiſtimat, nos Minores prædicto privilegio uti nō poſſe: quia capitulum generale Mechlinenſe uſum illius ſimplicibus Sacerdotibus prohibuit. Reſpond. cum Brunone *tract.* 7. *c.* 4. *propoſitione* 1. quod ſolum debemus ſtare fratres huius Familiæ Ciſmontanæ ſtatutis Segobienſibus factis anno 1621. (in quibus non eſt talis prohibitio) quæ abrogant reliqua omnia ſtatuta: ut patet *ex cap.* 8. §. 7. Accedit, quòd poſt illud capitulum Mechlinenſe conceſsiones, & gratiæ huiuſmodi factæ ſunt aliquibus Religionibus, cum quibus Minoritæ communicant. Nec ulla ab eo tempore ab aliquo capitulo emanavit prohibitio, ne talibus gratijs, & conceſsionibus uteremur.

De

De benedictione corporalium.

134 DIco 3. Prælati Regulares (etiam locales) & his abſētibus Vicarij, & quilibet Sacerdos ſpeciale monaſterij regimē habēs, poſsūt corporalia benedicere. Quia ſic conceſsit Leo X. & Innocētius VIII. quorum verba retulimus *num.* 132. Vnde etiam conſtat, quod etſi vi conceſsionis Leonis X. corporalia ſui monaſterij tantum valeret benedicere: tamen vi privilegij Innocentij VIII. quorumcunque conventuum, & perſonarum (etiam ſecularium) corporalia poſſunt benedicere: vt conſtat Illis verbis, *tàm ſui monaſterij, quàm etiā undequaque ſint*. Ita tenent *Emmanuel Rodrig. in qq. Regul. Ioan. de la Cruz*, *Sorbo*, *Portel & alij*, *quos citat*, *& ſequitur Bruno de Privilegijs Regulariū p.2.tract.7. cap.4.prop.2.*

De calice, & patena.

135 DIco 4. Poſſunt Prælati Regulares, & illis abſentibus, Vicarij, & quilibet Sacerdos ſpeciale monaſterij habēs regimen benedicere calices, & patenas. Quia id conceditur a Sixto IIII. & Innocētio VIII. quorum verba dedimus *num.* 132. Et ſi enim ibi calices, & patenæ non exprelléntur, comprehenduntur tamen verbis illis Sixti IIII. *paramenta, & ornamenta, & alia quæcumque ad divinum cultum, & uſum fratrum neceſſaria in quibus chriſma non intervenìat*. Immò id ſpecialitèr conceſsit Benedictinis Iulio II. *bulla* 25. Et iuxta cōceſsionem Innocētij VIII. (addit Ioannes de la Cruz *in epit. lib.2.c.5. dub. 9. concluſ.1.*) *bulla* 5. factam Abbati Ciſtercienſi, & alijs primis coabbatibus dicti Ordinis, & iam communicatam per Gregorium XIIII. Abbatibus dicti Ordinis, poſſunt conſecrare calices, etiam extraneos. ¶ Vnde conſtat, immeritò dixiſſe *Suar. diſp.81. ſect. 7. Fagund. & Hurt.* privilegium conſecrandi (hoc eſt benedicendi) calices conceſſum fuiſſe ſolis Præſbyteris Societatis Ieſu degētibus in remotiſsimis partibus. Falluntur tamen, ut conſtat ex dictis. Qod & tenet Leandrus *diſp. 7. quæſt. 30. ſecutus Ioannem de la Cruz, Huertos, & Layman.*

De benedictione, & reconciliatione Eccleſiarum, &c.

136 DIco 5. Poſſunt Prælati Regulares Eccleſias, oratoria, capellas, & cæmeteria benedicere; & eadem quomodocumq; polluta iterū benedicere, & reconciliare cum aqua benedicta ab Epiſcopo, vel a ſe ipſis. (præſertim Epiſcopo exiſtente extra duas dietas. Qualibet dieta ita iter octo Leucarū

comprehēdit: ut ex Silveſtro, & alijs notat Bruno *p. 2. tract. 7. propoſitione 4. §. Notabis* alij autem exſtimant quamlibet dietā continere decē leucas) Ita conceſsit Leo X. in bulla incipiente *Religionis honeſtas* noſtris Vicarijs Generalibus, Provincialibus, Cuſtodibus, & Guardianis Obſervantiæ per hęc verba. *Ac veſtri Ordinis generalibus Vicarijs, ac Provincialibus, & Cuſtodibus, ac Guardianis præfatis pro tempore exiſtentibus, vt omnia, & ſingula eiuſdem Ordinis, & Obſervantiæ Eccleſias, cæmeteria, ac capitula, & oratoria vbicumque exiſtentia receptas, & recepta, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda ſolemni benedictione benedicere; ac illas, ſeu illa, & eorum qualibet ſanguinis, vel ſeminis effuſione, ſeu aliàs quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, à qua per vos, præſertim in locis remotis, ubi Epiſcopū aquam benedicentem per duas dietas adire non poteritis, benedicta, reconciliare liberè, & licitè valeatis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.* Hanc noſtram cōcluſionem tenent *Collectores cōpendiorum privilegiorum Mēdicantium, P. Franciſcus à capite Fontiū, Portel, Antonius Navarrus, & Iacobus de Graſſis, quos citat, & ſequitur Bruno nuper citatus*. Vbi notat, hanc conceſsionem neceſſario extendi debere (loquēdo de recōciliatione) ad Eccleſias, cæmeteria, & alia conſecrata: ut eam extendit Ioannes de là Cruz *de ſtatu religionis lib. 2. c. 5. dub. 9. concluſ. 4.* Alioquin ni hil operaretur conceſsio. Quia, ſi Eccleſia violata tātùm erat benedicta, à ſimplici Sacerdote poteſt recōciliari per aſperſionē aquæ benedictæ, & per alias faciles, & breves cæremonias; ut dicitur *in capite ultimo de Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*: & ut notabamus *num. 55.* ubi notavimus cum G. Hurt. id etiā fuiſſe conceſſum Sacerdotibus ſocietatis pro remotis Indiæ regionibus.

De conſecratione Eccleſiæ, & altaris.

137 Dico 6. Poſſunt Prælati Regulares vocare Epiſcopos alienæ diœceſis ad ſuas Eccleſias, & altaria, & alia huiuſmodi conſecranda, ſi proprius Epiſcopus requiſitus recuſet, aut illius copiā non habeat. Quia id diverſis Religionibus diverſi Pontifices conceſſerūt. (De quo præſertim [illegible]antur Ioannes à Cruce *epit. de ſt. tu religionis lib. 2. cap. 5. dub. 9. cōcluſ. 3. & Bruno de privilegijs Regularium 2. p. tract. 7. cap. 4 propoſitione 3.*) ſufficiat nobis Leo X. cōcedens *fratribus Minoribus, ut quilibet Catholicus Epiſcopus poſſit conſecrare Eccl ſias eorum, & altaria, & cæmeteria, & calices, & ornamenta, & omnes alios actus Epiſcopales in locis, & perſonis fratrum*

trum prædictorum Obſervantiæ, diæceſani loci, vel cuiuſvis alteriꝰ licentia minime requiſita. ¶ In qua conceſsione magna gratia conceditur: (inquit Bruno nupèr citatus) poſſunt enim per illam Epiſcopi non ſolùm ea, quæ expreſſa ſunt in noſtra cōcluſione, ſed etiam alios omnes actus Epiſcopales exercere in locis Regularium, nolente, aut contradicente Epiſcopo diæceſano.

138 Obijcies, quòd ipſe Leo X. (qui fuit electus anno 1513.) in concilio Lateranenſi ſtatuit, quòd Eccleſiæ, vel altaria religioſorum conſecrarentur, & benedicerētur ab Epiſcopo diæceſano, niſi bis, vel ter cū inſtantia, & debita reverentia requiſitus venire recuſet. (Per quod etiam revocabatur privilegium conceſſum Auguſtinis à Sixto IIII. *bulla* 34 & ab Eugenio IIII. *bulla* 9. per quod quilibet Epiſcopus abſque diæceſani licentia poſſet Eccleſias monaſteriorum, & altaria cōſecrare.) Reſp. cum Bruno citato, ipſummet Leonem poſteà conceſsiſſe fratribus Minoribus obſervātiæ, quòd poſsint in utroque foro uti cōceſsionibꝰ omnibus ſibi factis ante prædictum concilium revocando ſuā præſentem conſtitutionem. Reſp. 2. quod, etſi ipſemet Leo X. ſuā conſtitutionem nō revocaſſet, valeret tamen prædictum privilegium: cùm Paulus V. *bulla quæ incipit Ad perpetuam rei memoriā data Romæ 1. die decembris anni* 1609. confirmet, & innovet tàm pro foro conſcientiæ, quam pro foro externo omnes gratias, indulgētias, privilegia, &c. nobis Minoribus etiam per communicationem cum alijs ordinibus conceſſa. Etiā à Clemente VIII. ex certa ſcientia anteà confirmata, non excipiēdo privilegia, quæ non ſunt in uſu, ſed illa tantùm, quæ adverſantur decretis concilij Tridētini; & ſalvis etiam decretis ab eodem Clem. VIII. conceſsis in favorem fratrum Reformatorum. ¶ Reſp. 3. quod, adhuc ſi prædicta Pauli V. confirmatio non emanaſſet, ſubſiſteret prædicta facultas, ſeu privilegium *num.* 137. relatum eo quod Paulus III. *bulla* 8. conceſſerit Religioſis Societatis Ieſu, *ut eorum Eccleſiæ, & cæmeteria conſecretur à quovis Epiſcopo ſi diæceſanus ultra quatuor menſes illud facere diſferat.* ¶ Notat autem Bruno ſecutus Ioan. de la Cruz, etiam reſtrictionem *ultra quatuor menſes* non eſſe obſervandam: quia ſine illa conceſſum eſt à Sixto, Eugenio, & Innocētio IIII. Immò & in iure cōmuni *c. De Suppl. neglig. Prælat.* poſtulatur dumtaxat, ut ter petatur ab Epiſcopo.

139 Itaque cauſæ, propter quas quilibet Epiſcopus ſine diæceſani licentia, immò illo contradicente, poteſt à Regula-

ri-

contra Tridẽtinum. ¶ Et quãvis poſtea Gregorius XIII conceſſa à Pio V. reduxerit ad eam diſpoſitionem, & ſtatum, quem habebant ante prædictorũ cõceſsionem. Tamen Rodrig. citatus defendit, prædictam Pij V. conceſsionem (quę facta fuit vivæ vocis oraculo) adhuc ſubſiſtere. Et, quid quid ſit de iſtius ſententiæ fundamentis, ſi verũ eſt; quod Henriq. refert ex Navarro, alias fide digniſsimo, ſcilicet bullam Gregorij XIII. non fuiſſe promulgatam; & ſic nec eius rovocationem uſu receptam ſaltem pro foro conſcientiæ, ſentẽtia Manualis erit ſatis probabilis. (Cõcludit Ioãnes de la Cruz *in epit. lib. 2. cap. 3. dub. 6. concluſ. 3.* addẽs. Ita aſſerit Navarrus *in man. impreſſo anno* 1582. *&* 1584. *cap. 27. in fine.*)

Notanda circa vivę vocis oracula.

141 QVoniã in ſuperioribus non ſemel conculcavimus ſtatum vivæ vocis oraculorũ, prę ſertim *num.* 133. neceſſarium duxi nonnulla circa illa notare. Igitur eſt indubitatum, diverſos Romanos Põtifices in favorem diverſorum Ordinum multa cõceſsiſſe privilegia voce tenus: quem modum concedendi vivæ vocis oraculum vocant. ¶ Eſt item certum vivæ vocis oraculum non minus valere, ac bullam. Tum quia ſcriptura, aut bullatio non eſt de eſſentia privilegij: ut habetur *in Clem. Dudum de ſepulturis in fine*: atque adeò privilegium ſubſiſtet, dũmodo legitimè conſtet de voluntate, aut conceſsione ſuperioris; ſivè conſtet per bullam, ſivè per fide dignum atteſtatorẽ. Quod etſi ſufficientiſsimum ſit; tamen ad maiorem abundãtiam Leo X. inter vivæ vocis oracula *num. 4. die* 15. *aprilis anni* 1516. conceſsit nobis Minoribus, quod utamur ſecura conſciẽtia omnibus cõceſsis à ſede Apoſtolica, & a Romanis Potificibus, ſivè per bullas ſivè per brevia, ſivè per vivę vocis oracula, proût in libris Ordinis reperiũtur, ac ſi omnia tunc fuiſſent ſpecificè expreſſa. Et pro maiori conſcientiarum ſecuritate omnia de novo concedit. Item quod non ſint minoris efficaciæ vivæ vocis oracula, quã ſi per brevia, aut per bullam ad perpetuam rei memoriam eſſent cõceſſa. Quod & alijs Ordinibus alij Romani Pontifices conceſſerunt. De quo videatur Ioannes de la Cruz *in epit. lib. 2. cap. 4. dub. 2.*

142 Inſuper ſuppono, quòd privilegia omnibus Ordinibus conceſſa à multis Pontificibus Pius V. ex certa ſcientia confirmavit bulla, quæ incipit *Etſi Mendicantium* per hæc verba. *Etiam vivæ vocis oracula in genere, vel ſpecie tàm per felicis recordationis memoriæ Eugenium IIII. Sixtum*

Sixtum IIII. Leonem X. Paulum III. ac pium etiam IIII. quàm alios quoſcumque Romanos Pōtifices etiā prædeceſſores noſtros, ac nos, ac Sedem eamdem conceſſa perpetuò approbamus, & confirmamus.

143 Poſteà autem Gregorius XV. in bulla inchoata *Romanus Pontifex* revocat privilegia vivæ vocis oraculo conceſſa, etiā quomodolibet confirmata, & innovata. Excipit tamē ea, quæ ſortita fuerant effectum, & alia Cordinalibus in favarē Regularium, &c. data & ab eiſdem propria manu firmata. Necnon & illa quæ ad inſtantiam Regū impetrata reperiebātur. ¶ Poſtremò autē Vrbanus VIII. balla inchoata *Aliàs felicis recordationis data die* 20. *decembris anni* 1631. derogat vivæ vocis oracula, taliter ut nullius exceptionem faciat. Ponitque eamdem clauſulam revocatoriam, quā poſuerat Gregorius XV. cum clauſula alia revocatoria ſuæ regulæ de non tollendo iure quæſito. Vult tamen, ut publicatio, & intimatio huius ſuæ conſtitutionis fiat per Generales Provincialibus, & per Provinciales Prælatis localibus; & per hoc alijs. Quòd ſi facta non fuerit; non eſt curandum de cōtentis in hac bulla: inquit Bruno *tract.* 1. *cap.* 2. *propoſit.* 6. & addit, quod ſimilitèr dicendum eſt de cōtentis in bulla Gregorij ſi publicata, & intimata non fuerit.

144 Vnde ſequitur, (inquit prædictus Bruno) quòd ubi Bulla Vrbani VIII. oraculorum revocatoria non eſt publicata & intimata per Generales Provincialibus, &c. poſſunt Regulares in foro cōſcientiæ uti omnibus privilegijs per Tridētinum expreſsè revocatis ex conceſſione Pij V. *num.* 142. relata: quæ facta fuit ad ſupplicationē Generalis Ordinis Minorum corā Cardinali Antonio de Monelia; quæ habetur Romæ in conventu Aracælitano: & quam referunt *Collectores privilegiorum verbo Concilium, & Ioannes de la Cruz in ſpeculo cōiugum ad ſinem.* Et ſic exiſtimant *Henriq. lib.* 7. *de Pœnit. c.* 1. *cap.* 24. *ad finē cum Gloſſa lit. R. Rodrig. t.* 1. *qq. Reg. q.* 8. *art.* 7. *Baga in ſumma t.* 1. *cap.* 64. *caſ.* 4. *Sanch'. in ſumma t.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. *Llamas* 1. *p. methodi cap.* 3. Hucuſque Bruno ibi

145 An verò dictæ bullæ Gregorij XV. & Vrbani VIII. revocatoriæ oraculorum fuerint publicatæ, & intimatæ, ita ut ſortitæ fuerint effectum? Iudicabit unuſquiſque iuxta id, quod in ſuo ordine, provincia, aut communitate factum fuiſſe conſpexerit. Bruno autem citatus reſolvit, in Gallia non fuiſſe ſolēnitèr publicatas: & conſequentèr ibi vivæ vocis oracula ſubſiſtere, ſeu non fuiſſe revocata. Quid autem acciderit in hac, vel illa Hiſpaniæ communitate, non capio. Ex rationibus tamē

vel

vel ſimilibus, quibus Bruno nititur ad affirmandum, in Gallia non fuiſſe ritè publicatas prædictas Gregorij XV. & Vrbani VIII. bullas, aliqualitèr ſuſpicor, aut cōiecturo, quòd neque in Hiſpania fuerunt univerſalitèr publicatæ. Etenim Hiſpanū Regale Conſilium non minus providet, quàm Gallicum de rebus ad ſtatum quietis, & conſolationis Religioſorum ſpectātibus. Quare paſsim Religioſi recurrunt ad prædictum Cōſilium Regium, ſi litteras Apoſtolicas ſuſpicentur ſiniſtra relatione à Pontifice emanaſſe: ſupplicationeſque fūdūt apud Regale Conſilium, ut ſuſpēdere mandet Apoſtolicarum litterarum executionem, quoadusque Religioſi ſuæ ſanctitati repræſentent, quomodo litteræ ſubreptionis vitio laborent.

De acolyto, ſeu miniſtro Miſſæ.

146 SVppono ex Tridentino *ſeſ. 22. cap. 6. & can.* 8. privatas Miſſas, in quibus Sacerdos ſolus communicat eſſe licitas, & honeſtas: ut ibi definit concilium cōtra hæreticos has Miſſas privatas damnantes.

¶ Item ſuppono, ad celebrandum tam ſolemnitèr, quàm privatè adhibēdum eſſe miniſtrū, ſeu (ut loquitur Scotus *in 4. d. 13. quæſt. 2. §. Tertium principale verſ. Vltimum eſt*) *reſpondentem in perſona totius Eccleſiæ; ut denotetur, eſſe Miniſter inter Deum, & Eccleſiam offerens ſacrificium Deo pro Eccleſia, quæ ſibi aſsiſtit in offerendo.* ¶ Nota, quod etſi antiquitùs miniſter (ſaltem Miſſæ ſolemnis) debuerit eſſe acolytus, hoc eſt habere ordinē acolyti (qui eſt unus ex quatuor ordinibus minoribus; de quibus egimus *in tract. de Ordine à num.* 49: & *à num.* 50. explicuimus, in quo conſiſtant materia, & forma acolyti) Iam tamen cōſuetudine eſt receptum, quòd Miſſæ reſpondeat quilibet homo non ordinatus. Sicut & hac noſtra tempeſtate quilibet non ordinatus templum claudit, & aperit, etſi antiquioribus temporibus in hoc munus Eccleſia ſolos Oſtiarios admiſerit.

DVB. XXXIII.

147 PEtes 33. An, ut Sacerdos licite celebret, ſufficiat unus tantū reſpondens? Reſp. affirmativè. Quia id probat univerſalis conſuetudo. ¶ Dices, quòd in prima Epiſtola decretali Anacleti (qui fuit electus *anno* 103.) requirūtur ad minus duo. Reſp. cum noſtro Antonio Hiquæo *d. 13. quæſt. 2. num.* 161. non requiri ut miniſtros, ſed ut teſtes, quibus conſtaret, Preſbyterum celebraſſe in loco ſacro. Et habetur *in cap. Epiſcopus De Conſecrat. diſt.* 1. ut ipſe plures teſtes habeat. ¶ Dices, plures debere aſsiſtere Sacerdoti ne-

cc:

celebrare in caſu urgentis neceſsitatis. Sic *Suar, diſp. 87. ſe. t. 1. Fagūdez, Villal. Bonac. Moure, Ægidius, Sotus, Ledeſma, Ludovicus, & Ioan. à Cruce, quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 53.*

¶ In aſsignando autem cauſā, aut neceſsitatem, in qua liceat Sacerdoti ſine miniſtro celebrare, diſcordant aliqui ex prædictis Auctorib⁹. Etſi enim omnes affirment, (*contra Vazq. & Hurt.*) ſufficientem cauſam ad celebrandum ſine miniſtro eſſe communicare Viaticè infirmum, alias non communicaturum. Multi tamen negāt, poſſe celebrari ſine miniſtro, ut Sacerdos, aut populus audiat Miſſam in die feſto. Ita (*præter Vazquez, & Hurt.*) *Moure, Bonac. Bartholomæus ab Angelis, & Lublinus. Quod & probabile indicant Ledeſma, & Ludovicus apud prædictum* Leand.

149 Dico 1. celebrare ſine miniſtro, urgente neceſsitate, non eſt illicitum. Quia neceſsitas excuſat, ſeu ſuſpendit obligationem præcepti; aut certè nō fuit animus præcipientis tūc obligare: ergo, adhuc admiſſo nunc tēporis præcepto non celebrandi abſque miniſtro, non eſſet illicitum ſine illo celebrare, urgente neceſsitate. Antecedēs autē conſtat in præcepto audiendi Sacrū in die feſto, recitādi officiū divinū, ieiunādi, &c. Ita *Suar. Villal. & alij n.148. citati verſ. communior.*

150 Dico 2. ſufficiens neceſſitas eſt ad celebrandū ſine miniſtro communicarè viaticè infirmum alias non communicaturum. Quia præceptum divinū tunc communicandi (quod indirectè obligat ipſum Sacerdotem iuxta ſuperius dicta) ſtrictiùs obligat; quàm humanum Eccleſiaſticum non celebrandi ſine miniſtro. (adhùc ſi hoc admitteremus) Recolantur dicta *n.81. & n.111.*

151 Dico 3. ſufficiēs neceſſitas eſt ad celebrādum ſine miniſtro, quòd Sacerdos, aut populus audiat Miſſam in die feſto, alias non auditurus. Quia ægrè redderetur ratio, quarè potiùs obliget præceptum merè humanū (gratis admiſſum) non celebrandi ſine miniſtro, quàm præceptum audiendi Miſſam in die feſto; quod non eſt purè humanū: cū ſit modificativum, aut declarativū præcepti divini Sanctificandi Sabbathū. Immo etſi utrúque foret purè humanum, haud facilè redderetur ratio; cur poti⁹ illud obligaret, quā illud. Ita fateri tenētur *Silveſter & alij n.16. citati* affirmātes, Sacerdotem poſſe iterū celebrare ſi ſub finē Miſſæ superveniat perſona notabilis, (Epiſcopus v.g.) aut itinerantiū multitudo.

152 Dico 4. celebrare Miſsā ſine miniſtro, quādo cōmodè non reperitur, nullū eſt peccatū. (adhùc veniale) Quia nullū

extat præceptũ, aut caput, unde conſurgere poſsit obligatio nõ celebrandi ſine miniſtro: ergo ſine fundamento dicitur eſſe illicitum, ſeu peccatũ. Patet cõſequentia: quia ſine fractione legis non datur peccatũ, aut illicitum: eſt enim peccatum, *dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei*: ut communiſsimè admittunt cũ D. Auguſtino *lib. 22. contra Fauſtum c.* 27. Antecedens autẽ probatur efficaciter ſolvẽdo ea, quæ cõmuniter adducunt AA. oppoſitæ ſententię ad probandum, eſſe illicitũ celebrare ſine miniſtro, niſi urgẽte neceſsitate. Hanc noſtrã cõcluſionem defendunt *Navarr. & alij n.* 148. *pro prima ſententia citati.*

153 Igitur obijciũt decreta Soteris, & Anacleti, (a nobis relata *n.* 147.) quibus requiruntur ad minus duo Miſſam celebranti aſsiſtentes. Reſp. non requiri, ut miniſtros, ſed ut atteſtatores, quòd Sacerdos celebrarit in loco Sacro: ut notabamus *n.* 147. Quàm atteſtationẽ iam non eſſe neceſſariam, uſus declaravit: (& conſequenter illa iuris diſpoſitio ceſſavit) cùm nũc temporis inter fideles ſuppetant multa loca Deo ſacrata: & ad celebrandum extra Eccleſiam, præſertim inter infideles, ſint plures rationes; & multorũ privilegia. ¶ Reſp. 2. illa decreta nullum præceptum, ſed ſolùm conſilium, vel admonitionẽ continere. Aut, ſi præceptum cõtinebant, eſſe iam antiquata, aut in diſſuetidinẽ abijſſe: ut fatentur multi, præſertim Suar. *diſp.* 87. *ſect.* 1. *§. iuxta hãc.* Vbi notat, D. Th. *q.* 83. *art.* 5. *ad* 12. ſignificare, numquam in Eccleſia fuiſſe hoc præceptum: Quod mihi veriſimiliꝰ eſt: quãvis aliàs ſolutio, quã ad decreta Soteris, & Anacleti adhibet D. Th. ibi (nempè quòd ſolùm loquuntur de Miſſa ſolemni) non ſatis mihi arrideat: ut *num.* 147. notabamus.

154 Obi. 2. quòd celebrando ſine miniſtro incongruè diceret Sacerdos *Dominus Vobiſcum*; *Orate fratres, &c.* ergo omninò neceſſarius eſt miniſter. Reſp. idẽ contingere, quãdo, urgente neceſsitate, celebraret ſine miniſtro. Quod licitè fieri, fatentur communitèr ut contra Vazq. & Hurt. *num.* 148. dicebamus. Præterea, qui privatim recitat, nõ poſſet dicere: *Dominus vobiſcum*; *ſed Domine exaudi orationẽ meã*; (quod etſi conceſſerit Durandus *libro* 2. *de ritibus Eccleſiæ c.* 15. & pro ſe citaverit falsò Guilliermũ Durãtes *lib.* 4. *Rationali c.* 14. ut teſtatur Suar. *diſp.* 87. *ſect.* 1. *§. In hac re.* Tamẽ cõtra omnes) nec poſſet dicere *Oremus*, *Benedicamus Domino*. Igitur ſine aliqua incõgruẽtia Sacerdos (ſive in officio divino) dùm ſolus reperitur, profert verba iſta, (*Dominus vobiſcũ*) & ſimilia: quia Eccleſiã alloquitur:

quitur, quæ ipſi reſpondet, (*Et cum Spiritu tuo* v.g.) ſive medijs pluribus aſsiſtentibus; (quando plures aſsiſtunt, & reſpondent) ſive medio uno tantùm; (quando unicus celebranti aſsiſtit) ſive ipſomet Sacerdote agente vices Eccleſiæ: ut quando ſolus recitat officium divinum, & ad verba iſta (*Dominus vobiſcum*) ſibi ipſi reſpondet: *& cum ſpiritu tuo*: aut quando, urgente neceſſitate, ſine miniſtro celebrat.

¶ Et quamvis cōgruentius appareat, quòd adſit miniſter reſpondens nomine Eccleſiæ: nulla tamen incongruentia poſitiva aut indecentia reperitur in hoc quòd eademmet perſona ſubeat utrumque munus, nēpè ſalutantis, & reſpondentis. Alioquin quoties Sacerdos, aut Diaconus ſolus recitans dicit *Dominus vobiſcum*, ſibi reſpondet, *& cum ſpiritu tuo* poſitiva indecentia, aut incongruentia concederetur. Necnon & quādo, urgente neceſsitate, ſolus, aut ſine miniſtro celebraret.

155 Obj. 3. quòd Eccleſiæ uſ⁹ antiquiſsimus, & probatiſsim⁹ fert, non celebrari Miſſam ſine miniſtro. ſed uſus, aut cōſuetudo condit legem; & conſequēter inducit obligationē in ſubditos: ergo, etſi nō adſit aliquis textus obligans ad nō celebrādū ſine miniſtro, vi tamen conſuetudinis extat obligatio. Reſp. diſtinguendo minorē: eſt enim falſa de quacūq; cōſuetudine, aut lege: vera autē de illa, quæ habet conditiones ad hoc neceſſarias: quarū præcipua eſt, quòd cœpit, ſeu introducta ſit à primò operantibus animo ſe obligandi. (ut ſuppono *ex tractatu de legibus*. Præſertim videantur noſter *Villal. 1. p. tract. 2. diff. 28. n. 5. & Diana 1. p. tract. 10. Reſ. 30. & Noclinot verb. conſuetudo n. 6.*) Quod adeò certum eſt, ut, ſi dubiū fuerit, an cōſuetudo introducta fuerit animo ſe obligandi? an ex devotione? præſumendum ſit, nō fuiſſe introductā tāquā obligatoriā: ut etiam ſuppono cum præcitatis Auctoribus. Cum ergo nequeat certificari aliquis, conſuetudinē celebrādi cū miniſtro fuiſſe introductā à primò celebrantibus animo ſe obligandi; & non potiùs ex maiori cōmoditate, & congruentia; abſolutè negamus conſequentiā, ſeu quòd vi conſuetudinis extat obligatio non celebrādi Miſſæ Sacrificiū ſine miniſtro.

DVB. XXXV.

156 PEtes 35. An miniſter Sacerdoti celebrāti reſpōdens & reliqua miniſteria exequēs poſsit eſſe fœmina? Reſp. diſtrahi AA Nā Nugnus *q. 86. art. 6. dub. 1.* docet, quod, ſi vir nō adſit, vel miniſtrare nō poſſit, tūc poteſt, & debet fœmina reſpondere, & immediatè miniſtrare, hoc eſt porrigere urceolos, &c. Et Silvius *3. p. q. 83. art. 5. ad 12.* putat, Sacerdotem

ſic celebrantem non peccare mortaliter. ¶ Vazq. verò q. 83 *art.5.Lublinus verb. Miſſa n.* 4 putant, deficiente viro, non poſſe Sacerdotem admittere fœminam ad miniſterium mediatum, aut immediatū, hoc eſt, ut ad ipſum altare reſpondeat, & ut urceolos porrigat. ¶ Alij autem dicunt, Sacerdotem poſſe quidem fœminā admittere ad miniſteriū mediatum, ſeu remotum, hoc eſt, ut ſibi ex loco remoto reſpōdeat; nō verò ad miniſterium immediatum, & proximum, id eſt, ut ſibi adminiſtret urceolos, &c. Ita *Leandrus diſp. 7.q. 56, citans Hurt. Laymā, Lugō, Suarez, Fag. Villal. Moure, Molfeſ. Pitig. Squalante, Zanardum, Homobonū, Ioānem de la Cruz, Dianam, & Philibertum.*

157 Dico primò: in capite 1. *de Cohabitatione clericorum* ſtatuitur, quod *nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut Preſbytero miniſtrare.* Vnde conſtat, aliquam ſaltem actionem circa Miſſæ adminiſtrationem eſſe fœminæ prohibitam. Quod fatentur omnes.

158 Dico 2. vi illius decreti ſolùm prohibetur fœminæ miniſterium porrigendi urceolos, aquam manibus infundendi pro lotione ante cōſecrationem, & vinum, atque aquam infundendi in calicem poſt cōſecrationē. Quia hoc miniſterium tantùm videtur eſſe, propter quod admiſſus eſt miniſter in Sacrificio Miſſæ: cum a Sacerdote congruè ſuppleri non poſsit: etenim præcisè ad reſpondendum fortè non admitteretur: cùm enim miniſter reſpondeat nomine Eccleſiæ; (*ex num.* 146.) poſsitque Sacerdos, ſubire etiam munus reſpondētis in nomine ipſius Eccleſiæ; (*ex num.* 154.) ad reſpondendū præcisè miniſter non videtur fuiſſe introductus. Igitur, cùm hoc tantùm ſit acolyti miniſterium, hoc tantùm videtur, Eccleſiā fœminæ denegaſſe. Hanc concluſionem defendit Leandrus *ibi q.* 56. quatenꝰ affirmat, id ſolùm eſſe prohibitum in dicto capite. Et Lugo *diſp.* 20. *n.* 103. necnon & fortè omnes alij n. 156. citati pro ultima ſentētia; & a fortiori Nugnus & Silvius ibidem pro prima adducti.

159 Sed obijcies cū Vazq. indecorum eſſe, quòd Sacerdos ad fœminas dicat in confeſsione; *& vobis fratres*; & quòd ab ipſis audiat, *Miſereatur tui, &c.* Reſpond. cum Lugo *diſp.* 20. *num.* 103. hoc parum obſtare: nam proculdubio in illis verbis, *& vobis fratres* non loquitur ſolùm cum viris, ſed etiam cum omnibus: ſicut & in illis (*Orate fratres &c.*) non hortatur ſolùm viros ad orandum, ſed omnes præſētes. ¶ Illa autē verba *Miſereatur tui &c.* nō ſunt abſolutio, ſed deprecatio. Cur autem fœminæ non poſſunt

pro

pro Sacerdote deprecari Deũ: ſicut de facto deprecantur, cũ dicunt Moniales ex choro: *& cum ſpiritu tuo.* Alioquin proptèr idem inconveniens non poſſet Sacerdos recitare officium divinum cum fœminis: quod nemo dicet. Non ergo video, (concludit Lugo *ibi*) cur, interveniente neceſsitatis cauſa, id fieri non poſsit.

160 Ego autem aliam cauſam non requirerem, niſi quod vir reſponſurus facilè non reperiretur. Si enim ex noſtra cõcluſione, & ex prædictis Auctoribus fœminis reſpondere non eſt prohibitum in illo iure, ſed ſolum miniſtrare urceolos, &c. Cur urgentiorem cauſam, quã virum non adeſſe, aut reſpondere nolle requiremus? ¶ Propter eamdem rationem nullum iudico inconveniens, quòd fœmina reſpondens, ſit proxima Sacerdoti, ſeu iuxta illum aſsiſtat reſponſura. Quamvis enim priora illa verba decreti (*nulla fœmina ad altare præſumat accedere*) videãtur prohibere, quòd fœminæ multum accedant, ſeu proximentur Sacerdoti celebranti. Tamen uſus fert, hanc proximationem ſolum eſſe reſpectu miniſtrandi urceolos &c. Etenim ſine aliquo ſcrupulo Sacerdotum celebrantium fœminæ, non minus quam viri, dũ Miſſam audiunt, altare proximè circumſtant. Quarè prædicta illa clauſula decreti (*nulla fœmina ad altare præſumat accedere*) nihil aliud prohibet (ſaltem ex uſu interpretante, atq; ex multorum Doctorum ſentẽtia) quam iſta illi annexa. (*aut Presbytero miniſtrare*: utique urceolos &c. præbendo: non autẽ reſpondendo: ut iam probavi)

161 Dico 3. celebrare, miniſtrãte fœmina quid quid miniſtrat vir Miſſæ inſerviens, ſi aliàs urgeat neceſsitas, non eſt illicitum. Quia neceſsitas excuſat adimpletionem præcepti humani: ut in ſimili diximus *num.* 149. loquendo de celebrãte ſine miniſtro. ¶ Si autem quæras, qualis neceſsitas ad hoc ſufficiat? Reſpondetur, ſufficere neceſsitatem communicandi Viatico infirmum alias ſine Euchariſtia moriturum. Quia divinum preceptum tunc communicãdi ſtrictius obligat, quã humanum prohibens fœminæ porrigere urceolos; &c. Item eſt ſufficiens neceſsitas, quòd populus, aut Sacerdos audiat Miſſam in die feſto, aliàs non auditurus. Quia ægre probabitur, præceptum prohibens fœminæ Miſſæ adminiſtrationẽ, debere præponi præcepto audiendi Sacrum: ut in ſimili probavimus latiùs *à num.* 150. unde nonnulla in confirmationem illorum ſunt mutuanda.

Digitized by Google

De orationibus à Sacerdote dicendis antè, & poſt Miſſæ celebrationem.

DVB. XXXVI.

162 PEtes 36. An Sacerdos, dum ſe ſacris veſtibus celebraturum induit, teneatur ſub mortali recitare orationes in Miſſali poſitas? (Et quid ſit dicendum de cantico triũ puerorum poſito pro gratiarum actione? Reſp. negativè. Quia non eſt materia præcepti, ſed inſtructionis. Sic *Caiet. verſ. Horæ can. c. 2. Zerola, Suar. Homob. Vega, Pitig. Moure, Scortia, Diana Bonac. Henr. Layman, Lugo, Gran. & Fagund. quos citat & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 57.* ¶ Quarè non ſunt audiẽdi *Navarrus, Silvius, & Azor* qui apud prædictum Leandrum oppoſitum affirmant. Falluntur tamen; quia non omnia, quæ ponuntur in Miſſali ſunt præcepta; cũ iſtud, & non pauca alia ſint merê Sacerdotis inſtructiones. ¶ Dices: in Miſſali ſunt aliqua præcepta, nõ nullæ verò inſtructiones: quarè ergo has orationes præſcribi potius, ut inſtructiones, quàm ut præcepta? Reſp. rationem eſſe, quod præceptũ non eſt præſumendum ſine certiſsimo fundamẽto. Quarê minùs conſequenter multi ex auctoribus noſtræ ſentẽtiæ exiſtimant, recitationem harũ orationum ſub veniali obligare. Quibus minimè ſubſcribo: quia ſine præcepti tranſgreſsione nec veniale reperiri poteſt, cũ peccatum ſit *dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei*: ut notabamus *n.* 152. ¶ Omninò etiam gratis, Fagund. *præcepto 1. lib. 3. c. 21. n. 9.* ut omittentem prædictas orationes liberaret à veniali, petit ut alias orationes recitet; ut *Pſ. Miſere, &c.* Fallitur tamen, quia, ſi nullũ eſt præceptum recitãdi illas in Miſſali præſcriptas; (ut Fagund. fatetur) nulla prorſus erit obligatio aut illas recitandi, aut in alias commutandi.

163 Ex quibus conſequenter dicendum eſt, nullum eſſe peccatũ (adhuc veniale) omittere canticum trium puerorum poſitum in Miſſali pro gratiarũ actione. Quod non eſt mortale fatentur *Granados, Thomas Sãch, Zerola, & Fagund. quos citat, & ſequitur Leandrus diſp. 7. q. 62.* Vbi pro oppoſita ſententia citat *Navar. Silvium, & Azor.* Tamẽ AA. noſtræ ſententię minùs cõſequenter in hoc admittere veniali, conſtat ex dictis numero præcedenti, nempè, quod etiã veniale debet eſſe contra legẽ, aut præceptum.

De obligatione obſervandi ritum præſcriptum in Miſſali, & eius regulas, vel Rubricas.

164 SVppono ea, quæ in celebratione Miſſæ diſ-

po-

ponuntur dici, aut agi, immò hoc, & illo modo, convenienter eſſe ordinata: ut docēt omnes Catholici; & determinat Tridentinum *ſeſſ.22.à cap.5.& can.9.*

165 Item ſuppono ſub gravi præcepto eſſe non ita operari cōtra Rubricas, ut ritus præſcriptus in Miſſali omittatur, aut alius novus introducatur. Quia Pius V. in Bulla præfixa in initio Miſſalis Romani, iuſſu ipſius impreſſi, utrumque intēdit, nempè & ſervari præſentē ritum, & aliū explodere. Quod ſanè intelligendum eſt de toto ritu; nam loquendo de hoc, vel illo in particulari, eius omiſſio, aut nova introductio erit peccatum mortale, aut veniale iuxta gravitatem, aut levitatē materię. Immo, ſi diſpoſitio Miſſalis circa aliquā determinatam materiam non ſit præceptiva, ſed doctrinalis, aut inſtructiva Sacerdotis, illā omittere, aut contra illam agere (ſecluſo contemptu) nullum erit peccatum. De quo extant multa exempla. Sufficiat illa diſpoſitio, qua in Miſſali præſcribitur Sacerdoti, ne celebret, antequam matutinum cum laudibus recitaverit: quod etſi ſit ſanctum, & pium; tamen ſub obligatione, adhuc culpæ venialis, cadere, negat hac noſtra tempeſtate communis ſententia,

166 Hinc etiam ſuppono, quòd loquendo in particulari, aliquorum rituum Miſſalis obſervatio eſt ſub præcepto; aliquorum verò non; illorum ſcilicet, de quorum convenietia, aut maiori congruentia ſolum inſtruitur Sacerdos. Item diſpoſitio præceptiva aliquando cadit ſuper materiam gravem: & conſequenter eius non obſervatio, aut trāſgreſsio erit mortalis: aliquando autem cadit ſuper materiam levem: & conſequenter eius non obſervatio erit tantum venialis culpa. Quarè tota difficultas ſtat in examinando in particulari, qualis regula, aut rubrica Miſſalis ſit præceptiva? aut qualis ſit inſtructiva tantum? Et loquendo de præceptivis, qualis obliget ſub mortali; & qualis ſub veniali? Et ideò aliquæ regulæ ſpecialiter ſunt examinandæ, ut inde quid de reliquis ſit dicendum facilè cognoſcatur.

DVB. XXXVII.

167 PEtes 37. quomodo diſcernendum ſit, an aliqua rubrica, aut regula Miſſalis ſit merè inſtructiva? An præceptiva? Et loquendo dè præceptiva, an graviter? an leviter obliget? Reſp. quòd cùm obligatio ſit materia odioſa, tollatque (moraliter) liberam facultatē operandi, quoties non eſt certiſsimum, quòd aliqua diſpoſitio iuris obligat, non eſt iudicādum obligare. Item quoties nō eſt certum graviter obligare, non eſt iudicandū, obligare ſub

mortali. Hæc regula ſumitur, ſeu fũdatur in diverſis iuris diſpoſitionibus, ſeu in diverſis iuris regulis: nempè in illa: *in dubijs mitior pars eſt eligenda*: atque in illa: *in dubijs melior eſt conditio poſsidentis*. ¶ Dices, quòd ſtat etiam alia Regula iuris his, vel ſaltem ultimæ contraria. (illa ſcilicet: *in dubijs tutior pars eſt eligenda*) Reſp. prædictam regulam eſſe de conſilio, ſeu conſiliativam tantum, non præceptivam. Vide noſtr. Felix *1. p. tent. tract. de Conſcientia c. 4. diff. 2. n. 8.* qui, adhuc admiſſo, prædictã regulam eſſe præceptivã, probat, non eſſe cõtrariã, illi, *in dubijs melior eſt cõditio poſsidẽtis*.

168 Ex prędicta noſtra regula, aut concluſione infertur 1. (generalitèr loquendo) quòd quãdo eſt ſub dubio, immò ſub opinione, an Rubrica aliqua Miſſalis obliget? iudicandũ eſt non obligare. Item quando eſt ſub dubio, (immo & ſub opinione) an obliget gravitèr? an leviter? exiſtimandum eſt, leviter tantum obligare. Quod clariùs conſtabit deſcendendo ad aliquas Rubricas ſpeciales.

De Rubrica illa non celebrandi ante recitationem matutini cum laudibus.

169 Infertur 2. hanc regulã (quæ *Rubricis generalib⁹ Miſsalis ſub titulo iſto, Ritus ſervandus in celebratione Miſſæ* his verbis proponitur: *Sacerdos celebraturus Miſsã, prævia cõfeſsione Sacramẽtali, quãdo opus eſt, & ſaltẽ matutino cũ laudibus abſoluto, orationi aliquantulũ vacet; & orationes inferiùs poſitas pro temporis opportunitate dicet.*) nõ eſſe præceptivã, ſed inſtructivã: & conſequenter nullum peccatum eſſe celebrare Miſſam ante recitationem matutini cum laudibus. Quia res iſta eſt ſub opinione poſita: (ut ſuppono. Præſertim legatur Diana *1. t. tract. 14. Reſ. 46.*) & conſequenter extra obligationẽ: ut *n. 167. & 168.* ſtatuimus. ¶ Dices, verum, eſſe multos, & graves AA. docere, nõ eſſe mortale celebrare Miſſam ante recitationẽ matutini cum laudibus: tamen multi ex ipſis dicunt, peccatum veniale in hoc reperiri: ergo prædicta Rubrica non eſt merè inſtructio Sacerdotis de re meliori; ſed continet præceptum, licet de materia levi. Reſp. ita quidem eſſe philoſophandum in ſentẽtia concedente, peccatum veniale tunc reperiri. Hoc tamen minus conſequenter dicitur. Si enim fũdamẽtũ AA. qui negãt, in hoc peccatũ reperiri, (quæ ſententia eſt probabilior ſecũdũ præcitatũ Diana, & pro qua ad ſatietatẽ citat AA.) eſt, quòd in præcitatis verbis Rubricæ Miſſalis nullũ eſt verbũ pręceptivũ: qua, rogo, cõſequentia vi dicunt illi AA. peccatũ veniale in hoc intercedere? Cùm aliàs nullũ peccatũ cõſiſtere poſsit; ubi legis, aut præcepti fractio nõ

in;

Digitized by Google

invenitur? Quarè nos neq; peccatū veniale in hoc cōcedimus cū G. Hurt. *diſp.4.diff.12.* & cū multis alijs. Quod intelligo, ſine aliqua omnino cauſa. Aliàs damnaretur culpę venialis, qui ſine cauſa celebraret, antequā aliquantulum vacaret orationi. Cùm in illa Rubrica etiam hoc eodem verborum tenorè diſponatur.

De Regula illa, quòd in duplicibus Miſſæ votivæ non dicantur, & alijs diebus non paſsim, ſed ex rationabili cauſa.

170 INfero 3. hanc regulam (quæ præſcribitur *in Rubricis generalibus Miſſalis ſub hoc titulo, De Miſſis votivis S. Mariæ, & alijs § 3.*) non continere præceptum, ſed inſtructionem de re magis conveniente. Quia ſub opinione eſt poſitum, an in hoc interveniat peccatum? (ut ſuppono. Præſertim videantur *Diana tom. 1. tract. 14. Reſ. 30. & Leandrus diſput. 7. q. 63.* qui non ſolum affirmant, in hoc nō intervenire mortale, ſed etiam multos citant.) ergo eſt extra obligationē: ut *n. 167. & 168.* ſtatuimus. ¶ Nec mihi placet concedere in hoc peccatū veniale. (quidquid non pauci ob murmurent) Quia in hac regula nullum præceptum agnoſco cum G. Hurt. *diſp. 4. diff. 12.* per hæc verba. Prætermittere ordinem celebrandi Miſſam in Rubricis aſsignatum pro ſingulis diebus non eſſe peccatum: quia non eſt ſub præcepto; eſſe tamen indecorum (ſaltem in diebus ſolemnibus) & oppoſitum eſſe conſultius. Huc uſque Hurt. Pro qua ſententia Leand. *diſp. 7. q. 6.* etiam adducit *Suar. & Granados.* Si ergo in hac Rubrica nullum præceptum continetur, illius non obſervatio non erit peccatum. (adhuc veniale) quia ſine tranſgreſsione legis, aut præcepti peccatū (etiam minutiſsimum) nō reperitur: ut ſæpè conculcavimus.

171 Nota idem omnino eſſe dicendū de Miſſa defunctorum, ſeu de *Requiem.* ¶ Item nota idem à fortiori eſſe dicēdum de diebus Dominicis: itaque ſicut ſine aliqua culpa (adhuc veniali non tamen ſine aliqua maiori decentia) poteſt in quocumque feſto duplici celebrari Miſſa votiva, immo & *de Requiem*; ita in die Dominica: ut notant AA. noſtræ ſententiæ paſsim. ¶ Nota demum, hanc noſtram doctrinā non ſolum procedere de Miſsis privatis; (ut communitèr fatetur AA. ſed etiam de ſolemnibus. (Maiores vocant) Quia rationes, quibus probatur de privatis, æquè de ſolemnibus cōvincunt. Præcipua enim ratio AA. qui defendūt, quolibet die (etiā tunc feſtum duplex, aut Dominica incidat) poſſe Miſſam votivam, aut *de Requiem* celebrari, eſt, quòd ſicut liberū eſt Sacer-

cerdoti quotidie celebrare, aut non celebrare: ita liberũ quoque eſt illi, hanc vel illam Miſſam eligere. ¶ Nec noſtri inſtituti eſt defendere hãc rationem; ſed ſolum expẽdere, illã qualiſcumque efficaciæ ſit (æquè de Miſsis ſolemnibus, ac de privatis concludere. Quarè AA. illius coguntur de utriſque eodem modo philoſophari nobiſcum.

De Rubrica illa, quòd nihil præſcriptum omittatur.

172 HÆc regula implicitè cõtinetur in toto progreſſu Rubricarum Miſſalis; & continere præceptum eſt certum. Quarè cuiuſcumque partis verborum omiſsio eſt peccaminoſa. Et quamvis omnes fateantur, notabilem omiſsionem eſſe peccatum mortale, fateanturque multi, levem omiſſionem ſolum eſſe veniale: & paſsim dicant AA. docti, & prudentis arbitrio eſſe relinquendum determinare in particulari, qualis verborum omiſsio ſit reputanda gravis; & qualis levis. Tamen vt prudens iudicium in alijs caſibus formetur, placuit quid in aliquo caſu particulari dixerint AA. declarare

De voluntariè omittente Credo, vel gloria?

173 Infero 4. iſtum non peccare mortalitèr, ſed tantũ venialitèr. (Quia hoc ſub opinione verſatur: (ut ſuppono: Præſertim legatur *Diana 1. p. tract. 14. reſ. 59. & Leandrus, qui cum Suar. Filliucio*, Lugo, *& Philib.* affirmat; hoc ex levitate materiæ tantum eſſe veniale.) ergo mitior pars eſt ſubſtinenda: (*ut n. 167. & 168.* dicebamus) & conſequenter peccatum tãtum erit veniale. ¶ Idem dicẽdum eſt cum Filliucio *t. 1. tract. 5. c. 5. n. 155. & alijs citatis.* de voluntariè omittente in canone nomen alicuius ſancti. Quia hoc etiam eſt materia levis. ¶ Immò præcitatus Filliucius idem dicit de voluntarie omittente tempore Paſchali ea, quæ inter ponuntur *in Communicantes*, & in actione, *Hanc igitur oblatione*. Quod eſſe maximè notandũ, concludit Diana ibi. Tamen Leand. *diſp. 7. q. 61. idem docet*, & citat etiã *Suar. Granad. Cruz*, *Led. Ima, & Ludovicum*. ¶ Nota cum Leand. *diſp. 7. q. 59.* eum, qui ex oblivione omiſit *Credo*, *Gloria*, aut aliquid aliud, non teneri ad illud ſupplere invertendo ordinem, ſeu retrocedendo: quia hoc eſſet indecorum. Quare Miſſam debet proſequi ſine eo, quòd omiſit. ¶ Addo ego, idem eſſe dicendum de illo, qui aliquid voluntarié omiſit, & poſteà pœnitet, omiſiſſe.

De celebrante voluntariè ommittente in Miſſa Solemni Epiſtolam, & Evangelium.

174 INferò 5. (ſeu potiùs noto pro horum cōplemēto) eum, qui in Miſſa ſolemni non legit Epiſtolam, & Evangelium poſtea a Subdiacono, & Diacono cantanda non peccare, adhuc venialitèr. Quia hoc eſt ſub opinione poſitum: (ut ſuppono. Præſertim legatur *Diana* 1. *p. tract.* 14. *quæſt.* 42.) ergo eſt extra obligationem. (Et conſequentèr nullum erit peccatū adhuc veniale) Patet conſequentia ex dictis *num.* 167. & 168. ¶ Dices, quod *num.* 173. ſtatuimus, eſſe præceptum dicere omnia, quæ dicenda præſcribūtur in progreſſu Miſſalis: & ſolùm poſſe dubitari de gravitate, aut levitate culpæ: ergo prædicta omiſsio Epiſtolæ, aut Evangelij adminus erit peccatum veniale. Reſp. negādo cōſequentiam. Quia tunc nihil omittitur. Itaque quāvis omittere Epiſtolam, aut Evangeliū in Miſſa privata eſſet abſque dubio peccaminoſum: quia tūc Miſſæ ſacrificium maneret trūcum, aut defectuoſum. Tamen non ſic in Miſſa ſolemni; in qua verè canitur Epiſtola, & Evangelium: & conſequentèr ſacrificium manet perfectū. Et aliàs nullibi præcipitur Sacerdoti, quòd tunc ſubmiſſa voce legat Epiſtolā, & Evangelium: ut cū Navarro notat Diana *ibi.* Additque quòd, quamvis aliqui id faciant, multa ſunt conſueta, quæ non ſunt præcepta. Vnde ego efficacitèr infero, in hoc adhuc veniale nōreperiri. Quia ſine præcepti tranſgreſsione nullum peccatum poteſt ſubſiſtere: ut ſæpe in ſuperioribus conculcavimus.

175 Igitur ex his caſibus à *num.* 169. allatis, & ex ipſorum deciſione quid in ſimilibus, immo & in omnibus alijs ad Ritū Miſſæ ſpectantibus ſit dicendū: haud difficile conſtabit.

De modo occurrendi defectibus in Miſſæ ſacrificio occurrentibus.

176 ADeò clarè, & manifeſtè in Rubricis Miſſalis diſponitur, quomodo occurrēdum ſit defectibus, qui in ſacrificio Miſſæ poſſunt occurri, ut ferè nihil in præſentiarum addēdum reſtet. Accedit, quod id etiam cōſtet ex ferè toto iſto tractatu: præſertim ex capite tertio, in quo egimus de diſpoſitionibus ad dignam communionem requiſitis: & ex quarto, ubi egimus de miniſtro Euchariſtiæ & ex quinto, in quo egimus de materia: & ex Sexto, ubi tractavimus de forma. Vnde ſatis conſtat, quomodo ſit occurrēdum defectibus occurrentibus ex parte miniſtri; ex parte materiæ; & ex parte for-

mæ. Quomodo autem occurrẽdum ſit defectibus aliunde provenientibus, facilè ex dictis in alijs huius tractatus capitibus conſtabit. Maioris tamen claritatis gratia pauca ſubijciemus.

De integritate Miſſæ.

177 MIſſa incepta abſque gravi, & urgẽte cauſa nequit relinqui: ut dicitur *in canone Nullus de Conſecrat. diſt. 1.* Vnde Miſſæ inceptæ omiſsionem ſine ſufficienti cauſa eſſe peccatum mortale, non eſt mihi dubiũ, etiam ſi ab ipſo Miſſæ initio relinqueretur. Quia etiã tũc eſſet fractio præcepti in materia gravi. ¶. Si tamen inter celebrandum contingat infirmari celebrantem, aut mori, omittẽdam eſſe Miſſam inceptam, ſi nondum facta eſt corporis ſaltem conſecratio; ab alio autem Miſſam eſſe perficiendam, ſi facta fuiſſet iam corporis cõſecratio, diſponit Rubrica ſub titulo *De defectibus occurrentibus in ipſo miniſterio num. 3.* advertens, proſequendum fore ab illo loco, ubi alius deſijt. Et addens, quod in caſu neceſsitatis ſacrificiũ perficiatur per non ieiunum. Quare Eccleſia obligationem (& quidem gravem) imponit cuicumque alij Sacerdoti perficiendi prædictũ ſacrificium: hoc tamen ordine, quod prius obliget ieiunum, quam non ieiunum. Sin verò ille Sacerdos, qui ieiunus reperitur nõ poſſet, aut nollet, (peccando ſanè) ſacrificium perficere, teneretur quicũque alius non ieiunus. Quare *cap. 3. num.* 63 dicebamus, præceptum divinum naturale non relinquendi Miſſæ ſacrificium imperfectum directè obligare illum Sacerdotem, qui Miſſam incipit; indirectè vero quemcumque alium.

De ſupplemento materiæ non conſecratæ.

178 SI Sacerdos poſt conſecrationẽ antequã finiatur ſacrificium, cognoſcat defectum conſecrationis vini, quia loco illius fuit appoſita alia materia incapax conſecrationis, debet cõſecrare vinum tantum. In quo cõveniunt omnes DD. teſte G. Hurt. *diſp. 4. dif. 13.* Vbi benè notat, hoc eſſe intelligendum, ſi fieri poteſt abſque prudẽte timore gravis notæ ſui, aut abſque gravi perturbatione aſtantium. Quia præceptum perficiẽdi ſacrificium (quamvis divinum) non obligat cum tanto detrimento: ut in ſimili dictitant AA. de præcepto divino integre confitendi. ¶. Si autem defectus agnoſcatur poſt ſumptionem hoſtiæ conſecratæ, cõſecranda eſt alia hoſtia ſimul & vinum modiciſſimæ aquæ admixtum: ut diſponit Rubrica IIII. *num. 5.* Permittitur

titur autẽ in hac Rubrica, quòd ad evitandum ſcãdalum (ſi plures adſint) ſolùm vinum conſecretur, & ſtatim ſumatur, & proſequantur cætera.

170 Notat autem Hurt. *diſp. 4. diff. 13. §. Tertiò, ſi*, hanc rubricæ diſpoſitionem non eſſe neceſſariam, ſed in ea loqui Pontificem ſecundum ſententiam probabiliorem, & non præcipiendo. Quarè ſufficit, quod Sacerdos (etiam ceſſante ſcandalo) vinum cum modicíſsima aqua mixtum conſecret, nõ cõſecrãdo aliam hoſtiam: (ut docent *Scotus in 4. d. 8. quæſt. 3. §. Reſpondeo verſ. Dico, Navarrus, Angelus, Suar. Vazq. Ægid. & Layman, quos ipſe Hurt. citat, & ſequitur*) quia, quãvis hoſtia illa conſecrata iam ſit ſumpta, non minus perficitur ſacrificiũ conſecratione vini poſtea facta, quàm ſi non fuiſſet ſumpta. Quarè ſufficiet ſtatim vinum aquæ mixtum cõſecrare, & ſumere; nihil aliud nec verbalem oblationem vini ad conſecrationem vini præmittẽdo: quia in ſacrificio Miſſæ (ſicùt in ſacramentis) nihil eſt iterandũ; ſed quod eſt omiſſũ eſt cautè ſupplendum. Immò, quando omiſſum eſt tantũ accidentale, non eſt ſupplendum, ſi prævertendus eſt ordo in rubricis aſsignatus, ſed progrediendum eſt. ¶ Advertit Hurt. ibi, quòd ſi materia illa pro vino appoſita non ſit deglutita, ſed in ore poſita, quando cognoſcitur eſſe materiam incapacem cõſecrationis, tunc non eſt expuenda ob indecentiam, & ob periculum expuendi aliquam particulã hoſtiæ iam ſumptæ. Hoc enim maius eſt incõmodũ, quã ſanguinem noviter conſecratũ abſque ieiuno recipere tunc.

¶ Inſupèr notat, quòd, ſi defectus conſecrationis vini agnoſcatur poſt abſolutum officium, nõ eſt ſupplendus: quia iam cẽſebitur alia actio.

De venenoſo aliquo incidente intra calicem.

180 SI aliquid venenoſum inciderit in calicem, vel quod provocet vomitum, vinum conſecratum reponendum eſt in alio calice; & aliud vinum mixtum modicíſsimæ aquæ apponendum eſt denuò, & conſecrandum. Et finita Miſſa, ſanguis repoſitus in panno lineo, vel ſtuppa tandiù ſervetur, donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ: & tunc ſtupa conburatur. & conbuſtio, ſeu cineres remanentes in ſacrarium proijciantur. ¶ Si aliquod venenatum contigerit hoſtiam conſecratam, tunc altera cõſecretur, & ſumatur modo, quo dictum eſt, & alia ſervetur in tabernaculo loco ſeparato: donec ſpecies corrumpantur, & corruptæ deindè mittantur in ſacrarium. Hæc ad unguem Rubrica

X. *num.* 5. & 6. Multaque alia clariſsimè diſponuntur; quæ ideo ibi videnda remittimus.

CAP. XVII.

De iuſto Miſſæ ſtipendio.

1 SVppono, ſtipẽdiũ Miſſæ vocari eam pecuniæ, aut alterius rei quantitatem, quæ datur Sacerdoti ſub onere celebrandi Miſſam. Et quamvis aliquando contingat, ſtipendiũ iſtud dari ratione alicuius tituli accidentarij ipſi Miſſæ celebrationi (v. g. ut Sacerdos pergat in tali Eccleſia diſtante celebraturus) tamen frequentèr datur, ut fructum ſacrificij applicet ad nutum largientis ſtipendium. ¶ Itèm ſuppono, iuſtum Miſſæ ſtipendium eſſe illud, quod vel taxavit Pontifex, vel Epiſcopus; vel ſtabilivit cõſuetudo; aut quod doctorum, & prudentium ratio iudicat, eſſe largiendũ. ¶ Inſuper ſuppono, Sacerdotem teneri ex iuſtitia celebrare pro illo, à quo ſtipendium accepit, (hoc eſt, tenetur, illi applicare illũ Miſſæ fructum, qui iuxta Eccleſiæ intentionem correſpondet largienti ſtipendium) Quia ſtipẽdium accipit ſub illo onere. Itẽ ille, qui Sacerdoti commendavit aliquam Miſſam promittẽs tantùm, aut conſuetum ſtipendiũ daturum, poſtquam Sacerdos pro ipſo celebravit, ex iuſtitia tenetur dare ſtipendium Quia inter Sacerdotem, & Miſſam commendantem intervenit contractus ille *do, ut des.* ¶ Denique ſuppono Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini interpretum auctoritate Vrbani VIII. anno 1625. circa ſtipendium Miſſæ aliqua ſtatuiſſe, & declaraſſe: quibus eſt ſtandum. Quibus ſuppoſitis, ſequentia dubia reſtant examinanda.

DVB. I.

2 PEtes primò, An ſtipendium Miſſæ a labe ſimoniæ ſit immune? Reſp. affirmative. Quia *eleemoſyna liberaliter offertur cum mẽdicatione orationis. Et recipiens eleemoſynam tenetur ſecundum iuſtitiam exaudire mendicantem orationem ſuam. Et tunc ſecundùm iuſtitiam, liberalitèr tamen, (ſcilicet ſine conventione, & commutatione) obligat ſe ad orandum pro benefactore:* inquit Scot' *quodl.* 20. §. *Et verſ. D. tertio articulo.* ¶ Aut poteſt dici cum Lugo *diſp.* 20. *num.* 13 ideo in præſenti abeſſe labẽ ſimoniæ, quia ſtipendium non datur ut pretium, ſed ad ſuſtentationem miniſtri, ſive totalem, ſive partialẽ. ¶ Claritatis tamen gratia proponenda eſt ratio dubitandi, an ſtipendij receptio, & datio ſint actiones ſimoniacæ?

Igi-

Igitur fatentur omnes, non poſſe abſque ſimonia vendi collationem baptiſmi, aut alterius ſacramenti: ergo ſic nec poteſt vendi oblatio ſacrificij: quæ nõ minùs eſt actio ſpiritualis ex poteſtate ſpirituali procedens: ergo, ſicut non poteſt accipi pecunia pro collatione baptiſmi: ſic neque accipi poteſt pro Miſſæ oblatione. Nam illa pecunia nõ datur ex ſola miſericordia: quia hæc non obligat, niſi in gravi neceſsitate; nec poſteà obligat ad reſtitutionem: ſtipendium autem Miſſæ debetur etiam Sacerdoti non indigẽti; & debet poſteà reſtitui, ſi Miſſa non dicatur pro largienti ſtipendium: ergo titulo iuſtitiæ commutativę datur. Multa excogitata ſunt ad reddendam rationem, quare ſtipendium nõ ſit ſimonia, quæ à Recentioribus adducuntur, & refutantur. Prę ceteris videatur Lugo *diſp. 21. à num. 2.* Cum quo *num. 13.* dicimus, ideò ſtipendium Miſſę liberari à crimine ſimonię, quia non datur, ut pretium, ſed ad ſuſtentationem miniſtri. (Ad quam ſuſtẽtationem habet ius, ut dicitur 1. *Corinth. 9.* & colligitur ex *Matth. 10.* verbis illis, *dignus eſt operarius cibo ſuo*)

3 In quo autem differant dari ut ſtipendium ad ſuſtentationem, & dari ut pretium (omiſſis alijs modis) poſſumus declarare exemplo pictoris, (ait prę citatus Lugo) qui nollet vendere ſuas picturas, ſed vellet gratis pingere in obſequiũ Eccleſiæ, & votũ de hoc feciſſet. Hic enim non ageret cõtra votum, ſed omnino gratis diceretur pingere, quamuis alias ſumptꝰ neceſſarios ad colores, & ad ſuam ſuſtentationem peteret ab illa Eccleſia. Idem diceremus de aliquo habẽte virtutem ſupernaturalem, & gratiam gratis datam ad curãdum aliquod morbi genus: qui accerſitus ad curandum peteret neceſſaria ad ſuſtentationem, & ſumptus itineris: hic enim ſecundum veritatem gratis diceretur curare. Sic ergo Sacerdos accipiens ſtipẽdium Miſſæ pro ſuſtentatione, dicitur tamẽ gratis Miſſam celebrare pro illo, à quo ſtipendium accepit.

De Sacerd. te divite.

4 Ex dictis infero aliqua cum Lugo *diſp. 21. à n. 18.* Primum eſt, ſtipendiũ Miſſę accipi poſſe non ſolùm à Sacerdote paupere, & indigente, ſed etiam à divite: quia uterque in gratiam alterius æquè confert ſuam operam; ad quam, ſicut neceſſarius eſt panis, vinum, cera, &c. Sic etiam eſt neceſſaria perſona Sacerdotis ſuſtentata: & uterque poteſt, nolle ex ſuo dare illa, quę neceſſaria ſunt, ſed omnia accipere ab eo, in cuius gratiam offert ſacrificium. Sicùt pictor poteſt ea omnia exigere, quę neceſſaria ſunt ad picturam; licèt aliàs nolit

lit pretium accipere pro actione pingendi, ſeu propictura. Et, ſicut habens gratiam curationū poteſt exigere omnia ad curationem neceſſaria, etiam quæ in itinere, ac in propria ſuſtẽtationẽ inſumit, licèt alias nolit pretiũ accipere pro ipſa curatione.

De accipiente plura ſtipendia pro pluribus Miſſis in eadem die celebratis.

5 INfero 2. in die Nativitatis Domini poſſe Sacerdotem accipere tria ſtipendia pro tribus Miſsis. Quia, licèt non plus inſumat ad ſui ſuſtentationem illo die, ac alijs: atque adeo videatur ſolùm unum ſtipendium poſſe récipere: eſt tamen per accidens, quòd ſtipendio primo habeat ſufficienad ſuſtentationem, ut pro ſecũdo, & tertio ſacrificio poſt ſecundum, & tertium ſtipendiũ recipere. Vt patet in Sacerdote divite, qui, etſi alias habeat quidquid ad ſuſtentationem eſt ſibi neceſſarium, tot ſtipendia accipit, quot Miſſas celebrat: quia habet ius ad recipiendum ſuſtentationem (totalem, aut partialem) vi celebrationis cuiuſcumque: eſtque de per accidens, quod per primum ſtipendium habeat ſufficientem ſuſtentationem.

6 Dices, probabile eſſe, Sacerdotem divitem no poſſe ſtipendium pro Miſſa ſuſcipere: ergo neque ſecundum ſtipẽdiũ pro ſecunda Miſſa (ſi plures eodem die celebret) recipere. Antecedens probatur: quia ſic docent *Silveſter verbo Simonia q. 3. & Graſſis. Immò Suar. diſp. 86. ſ. c. 3. procedit in ſententia citat D. Th. in 4. d. 25. quæſt. 3. art. 2. quæſtiũc. 1. ad 4. Caiet. Adrianum, & Gratianum, apud Leandrum diſp 4 q.* 2. Reſp. negando antecedens: ad probationem dico, quod etſi profati AA. id doceant, probabilius tamen eſt oppoſitum. Quod docet *D. Th. quodl. 6. art.* 10. *Sotus, Navarrus, Gutier. & Fagundez, qui citat Caiet. Sic etiã* Ledeſma, *Suar.* Lugo *G. Hurt. Philibertus, & Machado, quos citat, & ſequitur prædictus* Leandrus.

DVB. II.

7 PEtes 2. An pro una Miſſa plura ſtipendia integra poſsint recipi? Reſp. negativè. Quia integrum ſtipendium adæquatè commenſuratur cum ſatisfactione impetratione, aut merito ex diſpoſitione divina ſpecialitèr correſpõdenti Eccleſiæ: (ut quod idem eſt, Sacerdoti, tamquàm miniſtro Eccleſiæ) ergo, ſi miniſter ultra unum integrum ſtipendiũ acciperet, excederet ſphæram, aut latitudinẽ ſatisfactionis, impetrationis, aut meriti, quod, tamquam Eccleſiæ miniſter, poteſt applicare: & conſequentèr iniuſtè acciperet omne id,

quod

quod excedit unum integrum ſtipendium: cùm non habeat, unde tamquam Eccleſiæ miniſter, poſsit ponere aliquid, quo ab illa obligatione exoneretur. Etenim ab ipſo ac unum integrum ſtipendiū accipit, implicite paciſcit cum illud dante, quòd ei applicabit totum fructum (hoc eſt ſatisfactionē, impetrationem, aut meritum de congruo) quem tamquam Eccleſiæ miniſter, poteſt applicare, aut diſtribuere. Hanc concluſionem defendunt *Scotus quodl. 20. §. & verſ. De tertio autē* quatenus affirmat, Miſſam applicatam pro pluribus nòn tātùm valere, ſeu proficere ſingulis, quam ſi pro illis tantùm applicaretur: quia valor Sacrificij eſt finitus, ſeu finiti & determinati gradus: ut latè propugnavimus c. 15. *à num.* 13. quam ſentētiam propugnant *Navarrus in ſumma c. 25. n. 29. Suar. diſp. 86. ſect. 2. Vazq. Corduba, & Bonac. quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 4. diff. 15.* Immo hæc noſtra ſententia fulcitur auctoritate Sacræ Congregationis Eminētiſsimorum Cardinalium, cuiꝰ mentionem fecimus *n. 1.* quatenus ſtatuit, quòd Sacerdos tot Miſſas celebret, quot ad rationē ſtipendij præſcriptæ fuerint.

8 Vndè refellitur *Sotus de iuſtitia q. 3. art. 1. & Canus 12. de locis c. 12. ad* 10. docentes, Sacerdotem poſſe tot ſtipendia pro una Miſſa recipere, quot ſunt neceſſaria ad victum moderatū pro eo die. Et obijciunt, quòd ei, qui altari ſervit, debitum eſt ſtipēdium neceſſarium & ſufficiens ad victum ſaltém moderatū. Reſp. negādo: quia, etſi verum ſit, quòd miniſtrantibus ſpiritualia debeatur corporalis ſuſtentatio, iuxta illud 1. *ad Corinth. 9. ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus magnū eſt, ſi carnalia veſtra metamus?* Hoc tamen cum debita, & rationabili proportione eſt intelligendū, ita ut qui toto die occupatur in miniſterio Eccleſiaſtico, ut in ſtudendo ad docendū, aut in docēdo, aut in adminiſtrando Sacramenta, dignus ſit integra ſui, & ſuæ competentis familiæ ſuſtētatione. Non autem ita ut Sacerdoti pro occupatione tantū in unius Miſſę celebratione debeatur illa integra ſuſtentatio; ſed pars aliqua, proùt a ſuperioribus fuerit taxatum; & eorum taxatione deficiēte, proùt cōmuni populi taxatione, ſeu conſuetudine fuerit receptum; & denium, hac deficiente, ad arbitrium viri prudentis.

9 Hinc etiam refutatur ſententia aliquorum aſſerentium, (teſte Corduba *lib. 1. q. 4. dub.* 2. Pro qua ſententia ſtare plures RR. refert Vazq *diſp.* 232 c. 14.) Sacerdotem poſſe pro una Miſſa accipere ſtipendia neceſſaria, & ſufficientia non tantùm ad ſui, ſed etiam ad ſuæ familiæ ſuſtentationem. ¶ Im-

mò & etiam pro ſolvendis debitis, & pro emendis libris opportunis, addunt aliqui RR. Thomiſtæ, teſte Henriq. *lib.* 9. *c.* 22. ¶ Falluntur tamen, ut conſtat ex dictis numero præcedenti. ¶ Vndè etiam reijciuntur *Henriq. nuper citatus*, *Petrus Navarra* 2. *de Reſtitutione c.* 2. *n.* 33. *& Aragon de Iuſtitia q.* 85. *art.*3. docentes, poſſe Sacerdotem pro una Miſſa accipere ſtipendia neceſſaria ad integram ſuſtentationem diurnam, nempè ad victum, veſtitum, & habitationem. Sed de hoc dubio videatur adhùc Diana 2. *p. tract.* 14. *Reſ.*8. qui ad ſatietatem citat AA. pro his ſententijs.

10 Hinc etiam refellitur Homob & Congregatio Pœnitentiariæ Mediolanenſis, quatenùs affirmant, Sacerdotem in die feſto poſſe accipere pro unica Miſſa duplicatum ſtipendium. In quod inclinat Bonacina; teſte Diana 2. *p. trac.* 14. *Reſ* 9 ¶ Refellitur etiā opinio quorumdam, (in quam videtur inclinare Philibertus apud Leandrum *ibi q.* 11.) aſſerens, poſſe accipi duplex ſtipendiū; alterum pro impetrando à Deo aliquam gratiam: & alterum pro applicatione eiuſdem Miſſæ prodefuncto.

DVB. III.

11 PEtes 3. An plura indæquata ſtipēdia, quæ unū integrent, poſsit Sacerdos pro una Miſſa recipere? Reſp. diſtractos fuiſſe AA. ante declarationem Eminentiſsimorū Cardinalium, cuius mentionem fecimus *n.* 1. Nam negabant Bonacina *diſp.* 4. *q. ult. puncto* 7. *§.* 2. *n.* 8. *citans Suar. Vazq. Ægid. Henr. Nal ium & alios.* Sed certè ex his Auctoribus contrariū multos docere expræſsè, notat Leandrus *diſp.* 1. *q.* 5. ¶ Probabilior autem erat affirmativa ſententia: quam defendebant *Suar. diſp.*86. *ſect.* 4. *Vazq. Henr. Ægid. Nugnus, Moure, Filliucius, Scortia, Fraxinellus, Hom.ob. & noſtri Rodrig. Cordub. & Angles, quos citat, & ſequebatur Leandrus ibi.* Et meritò hæc ſentētia erat probabilior; quia illa exigua ſtipendia nōn excedebant latitudinem, aut ſphæram ſtipēdij adæquati. Sed ſtipendium adæquatum accipi poteſt: ergo illa ſtipendia inadæquata. ¶ Notabant autem Corduba, & aliqui alij ex Auctoribus huius ſententiæ, illam non procedere, quando adeſt expreſſa promiſſio dicendi Miſſam pro illo exiguo ſtipendio. Sed Diana 2. *p. tract.* 14. *Reſ.*7. *ſecutus Suar. Molfeſ. Regin. & noſtrū Mirādā* dicit, quod ſtando in rigore iuſtitiæ non videtur obſtare: tunc enim Sacerdos cogitur ob paupertatē inæquale ſtipendiū acceptare: quarè

rè poteſt, non obſtante priori pacto, ſe indemnē ſervare. Sicùt famulus, aut operās, cui cōdigna merces nō tribuitur; poteſt damnū ſuum reſarcire, etiā ſi in principio ob paupertatem coactus ſit paſciſci pro iniuſto, & inæquali ſtipendio. Et ſimilitèr, qui cogitur triticum emere iniuſto pretio, poteſt ſine iniuſtitia alia via ſe indemnē ſervare.

DVB. IV.

12 PEtes 4. An Sacerdos poſſit duplex ſtipēdium pro una Miſſa accipere, applicando uni partem ſolitā, & alteri ſuā partem? Reſp. negativè. Quia præter id, quod Sacerdos applicat præſtanti integrum ſtipendium, nihil aliud ſibi reſtat applicādum ex opere operato, aut tamquā miniſter Eccleſiæ, ſeu in nomine ipſius: ergo non habet, ūndè ſatisfaciat prò altero ſtipendio. Patet conſequētia. Antecedens autem conſtat ex dictis *n.* 7, ubi ſtatuimus unū integrum ſtipendium adæquatè commenſurari cū parte, aut portione illa ſatisfactionis, impetrationis, aut meriti, quæ ex inſtitutione divina correſpondet Eccleſiæ vi huiꝰ numero Sacrificij: & conſequentèr, quam Sacerdos, ut miniſter Eccleſiæ, poteſt ad nutum ſuæ voluntatis applicare. Ita Scotus *quodl.* 20. §. *& verſ. de tertio autē*, quatenùs affirmat id, quod n 7. notabamus. Idē tenent *Bonac. diſp.* 4 *q. ult. puncto* 8. *n.* 16. *Suar. Gab. Poſſevinus, & alij apud Leandrum diſp.* 4. *q* 9. *&* 10.

13 Sed ipſe Leandrus ibi tamquā probabile, defendit, quòd Sacerdos poſſit recipere duplex ſtipendium applicando pro uno partem ſolitam; & pro alio ſuam partem. Exiſtimatq; tamquàm probabilius, poſſe facere hanc duplicem applicationem. Pro qua ſententia citat *Henriq. Navarrum, Philiarcum, Aragon Nugnum, Sortiam Mirādam Siavant. Molfeſ. Philibertum, & Machado.* Pro priori autem ſententia citat *Molfeſium apud Dianam*: additque quod poſt decretum Congregationis id tenent *Philib. Barthol. à Sācto Fauſto, Peyrinus, Machado.* Atq; hæc pars etiā poſt decretum probabilis reputatur a Gavanto. Et ex parte tenet Filliucius dicēs eſſe veram hanc ſentētiam caſu, quo Sacerdos partem triū Miſſarum ſibi correſpondentē applicet pro una Miſſa debita.

14 Sed, ommiſsis his Auctoribus, nobis obijcis Leādrus: omne opus bonum, non quatenùs eſt meritorium, (de condigno) ſed quatenus eſt ſatisfactoriū, eſt applicabile alteri ab ipſo operāte: ergo multò magis poterit celebrans applicare fructū ſpecialē Miſſæ ſibi correſpondentem pro alijs: ergo poterit pro illa applicatione ferre ſtipēdium. Reſp. diſtinguēdo antecedens: etſi enim quodlibet

opus bonum ſit applicabile ab operante, tamquã perſona particulari; non tamen tamquam à miniſtro Eccleſiæ: ut ſic enim ſolùm poteſt applicare illã partem, quæ ex inſtitutione divina correſpondet Eccleſiæ vi huius numero Sacrificij: & quæ adæquatè commẽſuratur cum uno adæquato ſtipendio: ut *n.* 7. *&* 12. notabamus. Quarè nova illa applicatio pro altero ſtipendio fiet quidem à Sacerdote, non ut miniſtro Eccleſiæ, ſed ut perſona particulari. Et ideò ſi pro illa poteſt accipere ſtipendium, poterit etiam quilibet alius audiens Miſſam ferre ſtipẽdium, ſi applicet merita, quæ in hoc Sacrificio offeruntur, ſeu ipſa merita interponendo, Deum rogat pro remedio alicuius neceſsitatis.

DVB. V.

15 PEtes 5. An Sacerdos, qui, ut celebret, cogitur, emere ſacras veſtes, cãdelas &c. poſsit ſtipendia Miſſæ augere? Reſp. affirmativè. Quia aliàs nimis exiguum ſtipendium illis Miſſis correſponderet. Ita *Leãdrus diſp. 4. q. 13. ſecutus Philibertum.*

DVB. VI.

16 PEtes 6. An idẽ Miſſæ Sacrificium poſsit offerri pro integrum ſtipendium largiẽte; & ſimul pro alijs ex charitate, gratitudine aut liberalitate? Reſp. negative, ſeu priùs loquendo, quòd hoc faceret infructuoſè, aut non cũ maiori proventu, quàm quævis alia perſona particularis. Quia ipſe Sacerdos nomine Eccleſiæ, ſeu tamquàm eius miniſter ſolùm poteſt fructuoſè applicare illum fructũ, qui ex inſtitutione divina accreſcit ipſi Eccleſiæ vi hui⁹ numero Sacrificij, (qui fructus eſt ſatis limitatus: (quid quid ſit de finitudine, aut infinitudine fructus, aut valoris huius Sacrificij. De quo *c.* 15. *à n.* 13. nonnulla conculcavimus) ſicùt eſt limitatus fructus ſpecialiſsimus, ſeu gratia Sanctificans, quæ ipſi Sacerdoti confertur ob oblationem huius numero Sacrificij.) Sed totum illud correſpondet, ſeu adequatè cõmenſuratur cum uno integro ſtipẽdio; *ex n.* 7. *&* 12. ergo poſita applicatione pro ſtipendiũ integrum largiente, nihil applicãndum ſibi reſtat, tamquã Eccleſiæ miniſtro. Et cõſequẽter pro alijs, quibus tenetur ex gratitudine, charitate, liberalite, &c. ſolũ poterit rogare, aut impetrare, tãquã perſona ſpecialis, aut ſicùt quilibet alius, qui ad conſequutionẽ ſuæ petitionis interponeret merita, quæ in Miſſæ Sacrificio offerũtur hanc concluſionẽ defendũt *Scotus, & alij citati c. 15. n. 12.*

17 Sed oppoſitũ propugnãt *Philibertus tract. 3. p. 2. c. 17. pag. 387. & Leandrus diſp. 4, q. 14.* Et obijciunt: Sacrificium Miſſæ eſt

eſt infiniti valoris: ergo æqualitèr prodeſt omnibus, pro quib⁹ fuerit applicatum, ſive vi huius tituli, (nempè iuſtitiæ ſub qua Sacerdos tenetur Miſſam applicare pro integrum ſtipendiũ largiẽte) ſive illius ſcilicet gratitudinis, charitatis, &c. Patet conſequentia ex eo, quod infinitum non minuitur per ablationem cuiuſcunque finiti, aut non exhauritur eius valor per abſtractionem cuiuſcunque illius partis finitæ. Reſp. diſtinguendo antecedens: in ſe concedo, ut applicatum a miniſtro, nego, iuxta dicta c. 5. à n. 13. Et ideo negatur conſequentia: quia per primam applicationem nõ ſic exhauritur eius valor, ut nihil illius relinquatur applicandum pro alio: quia ut miniſter Eccleſiæ non poteſt facere niſi unam authoritatiuam applicationẽ, hoc eſt, per iſtam applicat totũ illũ fructum, qui vi huius numero Sacrificij accreſcit Eccleſiæ; & quem tantùm, nec amplius Sacerdos, ut miniſter Eccleſiæ, poteſt applicare ad nutum ſuæ voluntatis, & efficacitèr tamquam quid a Chriſto D. operatum. Itaque, etſi Sacerdos poſſit tamquam perſona alia particularis ſupplicare Deo pro quocumque neceſſitate interponendo merita omnia Chriſti D. ſeu rogando, ut propter illa merita Deus concedat illã petitionẽ: (quæ meritorũ Chriſti D. interpoſitio large applicatio meritorũ vocabitur) tamen ut miniſter Eccleſiæ, tantũ poteſt applicare illum fructum, qui ex diſpoſitione divina accreſcit Eccleſiæ vi huius numero Sacrificij ab ipſo Sacerdote oblati: qui fructus eſt finitus, & valdè limitatus. Sicut eſt finit⁹, & limitatus fructus ſpecialiſſimus, aut gratia ſanctificans, quæ ex opere operato confertur ipſi Sacerdoti vi receptionis Euchariſtiæ, quam facit in Miſſa.

18 Obi. 2. quod ſua opinio eſt favorabilius præceteris animabus purgatorij: ergo præferri debet alteri. Reſp. negando conſequentiam: quia illa opinio ſine fundamento affirmat, Sacerdotem fructuoſe poſſe applicare merita Chriſti D. pro omnibus, & ſingulis neceſſitatibus: etſi enim id poſſit per modum ſupplicantis per interpoſitionem illorum & alterius Sancti meritorum, (quod & facere poteſt quævis alia perſona) tamen ut miniſter Eccleſiæ, & per modum efficacis ſatiſfactionis, ſeu impetrationis ſolũ poteſt applicare illum fructum, qui ex opere operato accrevit Eccleſiæ vi huius numero Miſſæ ab iſto Sacerdote celebratæ.

DVB. VII.

19 PEtes 7. An Religioſus, qui vi ſuæ Regulæ, aut conſtitutionis tenetur certis diebus offerre Sacrificium Miſſæ pro defunctis ſui ordinis, aut

pro benefactoribus, aut alia neceſsitate, poſsit offerre idemmet Sacrificiũ pro alijs, à quibus ſtipendium accepit? Reſp. negativè. Quia id probant dicta *à n.16* idque defendere, tenẽtur Scotus & alij citati *c.15. à n.13.* ¶ Sed Leandrus *diſp. 4. q.15. ſecutus Philibertum* oppoſitum defendit, & objicit, quòd Sacerdos ſolùm prohibetur, offerre idem Sacrificiũ pro multis, quib⁹ ex iuſtitia ratione accepti ſtipendij tenetur; non tamẽ prohibetur offerre pro uno ex iuſtitia, & ſimul pro alio ex fidelitate, liberalitate, aut alia virtute. Reſp. diſtinguendo: Sacerdos nõ prohibetur &c. prohibitione Congregationis ex mandato Vrbani VIII. anno 1625. factæ, ommitto. Nego tamen, quod non teneatur vi receptionis integri ſtipendij: eò enim quòd illud accipit, manet obligatus ad applicandum pro integrum ſtipendium largiente totum illud, quod Eccleſiæ accreſcit ſpecialiter vi huius numero Miſſæ Sacrificij. (quod vocant fructum ex opere operato: & quod Sacerdos tamquã Eccleſię miniſter pro libito poteſt offerre) Quarè relinquitur quidem Sacerdoti facultas obſecrandi pro alijs neceſsitatibus, & interponẽdi pro ſuæ petitionis conſequutione merita in ipſa Miſſa oblata; non tamen ut miniſter Eccleſiæ, ſed tãquã perſona particularis. Sicq; orat in *Memento* Miſſæ pro quacumque neceſsitate.

DVB. VIII.

20 PEtes 8. An Sacerdos, qui liberalitèr promiſsit alteri unum Sacrificium animo ſe obligandi peccet mortaliter promiſſum non adimplendo? Reſp. negativè. Quia obligatio abſtrahit à levi, & gravi. Sed nõ conſtat, iſtum voluiſſe ſe obligare ſub gravi obligatione: (ut ſuppono: etenim ſi voluit, manet obligatus: cum enim hoc pẽdeat ex ſua libertate, ad mẽſuram ſuæ voluntatis oritur ex promiſsione obligatio) ergo manet ſub minori, ſeu levi. Patet conſequẽtia: quia, ſicùt obligatio nõ eſt imponẽda ſine certo fundamẽto; ita neque maior obligatio. Ita *Sanchez lib. 1. de Matrim. diſp. 5. n. 25. Rodriguez Maldenus, Diana, Fagund. & Philibertus, quos citat, & ſequitur Leand. diſp. 4. q. 16.* ¶ Quarè non ſunt audiendi *Bonac. de Contract. diſp. 3. q. 11. puncto 1. n. 8. Petrus Navarra; & à fortiori* (inquit Leandrus) *Navarrus Martinus de Ledeſma, & noſter Corduba.* Pro quibus objicies: materia hæc eſt gravis: ergo gravitèr obligat adimplere promiſsũ. Reſp. (ommiſſo antecedẽti) negãdo conſequentiã: etſi enim ſuper materiã leuẽ nequeat cadere gravis obligatio: (ut ſuppono ex tractatu de Legibus) tamen ſuper

ſuper materiam gravem poteſt cadere obligatio levis, ſeu tantùm venialitèr obligās. (ut etiā ſuppono) Pendet autem ex voluntate legiſlatoris, gravitèr, aut levitèr obligare. Quare quotiès non conſtat, voluiſſe graviter obligare, ſolùm levitèr obligat. Et cùm alias promittens ſit legiſlator reſpectu ſui ipſius, ſeu ſibi ipſi legem imponat; dùm apertè non conſtet, ſe voluiſſe graviter obligare, ſub levi tantùm obligatione manet obligatus.

DVB. IX.

21 PEtes 9. An peccet mortaliter Sacerdos, qui, accepta eleemoſyna, diu differt Miſſæ celebrationem? Reſp. affirmativè. Quia damnum infert illis, pro quibus Miſſa eſt celebranda, præcipuè ſi ſit celebrādum pro aliquo defuncto aut pro ſalute alicuius infirmi. Ita communiſsimè AA. ¶ Differunt tamē in declarādo, quodnam temporis intervallum ſit notabilis detentio, ut quis dicatur, Miſſarum dilationē peccaminoſam ſubiiſſe. Dixerunt aliqui, poſſe Miſſas abſque peccato mortali detineri per unius menſis ſpatium. ¶ Alij verò per ſpatium duorum menſium. Ita *noſter Villal. 1. p. tract. 8. diſſ. 18. n. 2. Philibertus, & Diana apud Leandrum diſp. 4. q. 18* Ipſe verò Leandrus hoc extendit ad ſpatium trium menſiū. Quia putat hoc temporis ſpatiū modicum in hac materia reputari.

DVB. X.

22 PEtes 10. An poſsit Miſſa celebrari pro illo, qui poſteà Miſſam primò poſtulabit; aut pro primo eleemoſynā daturo. Reſp. affirmativè. Quia licita eſt ſolutio, aut ſatiſfactio anticipata. Secundò quia applicatio fruct⁹ Sacrificij, quā tunc facit Sacerdos, non eſt vaga, aut incerta: certiſsimè enim ſcit Deus, (cuius ſcientiæ ſe cōformat Sacerdos anticipatè offerens) quiſnam ſit, qui primò daturus eſt ſtipem, & pro quo Sacerdos tempore, in quo celebrat, applicat fructum Sacrificij, quin expectet ad hanc applicationem tēpus, in quo recepturus eſt ſtipēdium. Si enim tunc applicaret, fruſtranea eſſet applicatio. Sacrificium quippe Miſſæ inſtar Sacramentorum præſtat effectum, nempè dum perficitur: ſi autem tranſit, iam non habet effectum: atque adeò non eſt in poteſtate miniſtri tūc eius fructum applicare. Ita *Bonacina diſp. 4. q. ult. puncto 7. §. 5. n. 3. citans Aragonium, Reginaldū, Fraxinellum, Navar. Rodrig. Henriq. Molfeſium, & Congregationem Pœnitentiariæ Medislanenſis.* Additque, id inſinuare Vazq. Ita etiam *Vega lib. 2. c. 41. caſu 5. & Maure p. 3. c. 5. §. 9. n. 5.*

atque ſic ſenſiſſe Theologos Salmanticenſes, teſtatur Hēriq. *lib. 9. c. 21. n. 2.*

23 Sed oppoſitū defendunt *Philibertus Cenedo, Ægid. Barboſa, Leſſius, Machad. Fagund. Cordub., Filliucius, Suar. & alij, quos citat & ſequitur Leandrus diſp. 4. q. 29.* notans, Philibertum malè citaſſe pro noſtra ſententia Reginaldum. Sed, quidquid ſit de hoc, miror ego ipſū Leādrum probaſſe, hanc ſuam ſententiam eſſe ferè certiſſimam: Cum alias noſtra nō deſtituatur graviſſimorum Auctorum unanimine; nitaturque ſatis ſolidis rationibus num. præced. adductis. ¶ Sed obijcit, quod ſacra Congregatio Tridentini ex mandato Clem. VIII. die 15. novembris anno 1605. declaravit nō poſſe Miſſas anticipatè celebrari. Reſp. (omitto diſcernere, non eſſe authenticam) loqui de celebrante anticipatè reſervando effectus applicationem ad tempus, in quo recepturus erat ſtipendium. Quod nos etiā fatemur: ut in probatione noſtræ concluſionis notabamus. Nec aliud potuit Congregatio illa determinare: cùm noſtra ſentētia nulli afferat præjudicium; nec vaga ſit applicatio: ſitque utiliſſima anticipata ſolutio non ſolùm reſpectu debiti contracti, (ut ſi ſolvere debebam intra unum annum, ſolvoque intra unum menſem) ſed etiam contrahendi, aut nondùm contracti, ut cùm Rex militi dat arma, equum &c pro ſervitio futuro: & ego dare poſſum medico pecuniā pro curatione infirmitatis mihi imminentis.

24 Id autem, quod notavit Bonac. nempè hanc noſtrā ſententiam non eſſe practicandā, non capio. Quia, ut benè expēdit Leandrus citatus, ſi res illa eſt juſta, & hæc noſtra ſententia probabilis, cur non poterit in praxi ſequi? Minus autē capio, dicere, quòd uſus hujus noſtræ ſententiæ ſapiat avaritiam. Semel enim ſtatuto, quod pro Miſſæ celebratione juſtè accipitur ſtipēdium, etiam à Sacerdote divite: (*ex n. 2. & 4.*) quid magis avaritiā redolere poteſt hoc, quod ſtipendium illud recipiatur ante, aut poſt Miſſæ celebrationem? Minoris adhùc momenti ſunt nonnulla alia, quæ expendit præcitatus Bonacina.

De celebrante pro illo, qui ſolet mihi commendare Miſſas.

25 EX quibus à fortiori cōſtat, validè, & licitè me poſſe celebrare pro illo, qui mihi ſolet Miſſas commendare: (ſacriſta v.g. aut Miſſarū collectore) ut tenēt *Leādrus diſp. 4. q. 20. Fagund. Machado, Vazq. & alij. (contra Ledeſmam)* Qui adverterunt, me debere eſſe moraliter certum illū & Miſſas habere collectas; necnon & intentionem formaſſe. In noſtra autem ſen-

ſententia primum nō eſt neceſſarium: cùm poſsim celebrare pro Miſſas ſacriſtę oblaturo. Secundum autem fere non eſt neceſſarium. Prælatus enim, (ſi pro illius intentione celebratur) aut Sacriſta ſemper habent intentionem exonerandi ſe à Miſsis receptis, & quidem eo ordine, & antelatione, quam in receptione, aut collectione habent ipſæ Miſſæ.

De capellano, qui tenetur Miſſas celebrare.

26 Colliges etiam à fortiori, prædictum Capellanum poſſe Miſſarum celebrationem anticipare: v.g. ſi hebdomada ſequenti debet dicere duas aut tres Miſſas vi ſuæ capellaniæ, poteſt illas in præſenti hebdomada celebrare. Quia licita eſt anticipata ſolutio. Ita *Lugo diſp. 21. num. 44. Reginald. Barboſa, & multi alij, quos citat, & ſequitur Leãdrus diſp. 4. quæſt. 21.* contra paucos.

DVB. XI.

27 Petes 11. An liceat, exequias ante mortem celebrare? Viget apud pios aliquot conſuetudo, ut quis tamquam iam mortuus ſit, præſe, & corã ſe, erecto tumulo Miſſas, & vigilias exequi faciat) Reſp. affirmative: immo addecum Leandro *diſp. 4. quæſt. 23.* hoc eſſe certiſsimum, & hanc conſuetudinem omnibus modis eſſe laudandam. Tum quia maximè ad mundi contemptũ, ad excitandum cæleſtium rerũ deſiderium, & ad liniendum mortis dolorem deſervit. Tum quia a B. Alberto Magno, non ſolum pio, ſed etiam doctiſsimo factum fuiſſe, refert Ferdinandus Caſtillo *in hiſtor. gen. S. Dominici p. 2. lib. 2. cap. 46.* Atque ab alijs pijs viris, & ſanctis ante aliquot ſæcula factitatum legimus. (Inquit Leandrus ibi) ſic *Navarrus lib. 3. conſ. li. 6. de cæleb. Miſſ. Zerola, Barboſa, Hom. ob. Pinellus, & Philibertus, quos citat, & ſequitur Leandrus ibi.* (Contra Layman dicente, hoc eſſe ſuperſtitioſum) Additque quod notant Navarrus, & Zerola, in hoc caſu non debere dici orationes, quæ monſtrãt, aliquem eſſe mortuum: ut v.g. *Inclina Domine* ubi dicitur, *quem de hoc ſæculo migrare iuſsiſti* quia committeretur mendacium in oratione.

28 Ego autem id non omninò credo: cùm hæ orationes poſſent verificari de Petro v.g. vivo quidem in realitate; mortuoque in repræſẽtatione. Qua ratione Eccleſia in officio Paraſceve Chriſtum D. quaſi tunc morientem veneratur, & alloquitur non ſemel, tamquã tunc patientem: ut in prædicto officio paſsim reperitur. Sufficiat nobis illa antiphona tertij pſalmi primi

mi nocturni: *Deus meus eripe me de manu peccatoris*: & in hymno *Luſtris ſex* dicitur: *Agnus in crucis levatur immolandus ſtipite*. Et *Mite corpus perferatur: ſanguis unda profluit*. Atque multa alia huius generis: quæ ſolùm per repræſentationē ſunt vera. Et in alijs officijs & feſtivitatibus idem paſsim reperitur. Vt patet in hymno *O glorioſa Domina* ubi dicit. Eccleſia glorioſiſsimā Virginem alloquens. *Quod Heva triſtis abſtulit, Tu reddis almo germine*. Et in officio Nativitatis B. Virginis. *Hodie nata eſt B. Virgo* & iterum: *Nativitas eſt hodie*. Et in officio Aſſumptionis quaſi tunc aſcendētem ad cœlos alloquitur, dicēs. *Virgo prudentiſsima, quo progrederis*? Igitur, ſicut iſta, & multa alia ſolū per repræſentationem ſunt vera; poterit abſque mendacio & ſolùm per repræſentationem dici, mortuum eſſe Petrum v.g. dū tamquam mortuum ſe prę-ſentat Sacerdoti pro illo tamquam pro mortuo ſupplicanti. Verumque erit dicere, quòd Deus iuſſerit, illius animā migrare repræſentativè, non realitate.

29 Ex ratione noſtræ concluſionis cōſtat, utilius eſſe, has exequias in vita, quàm poſt mortem celebrare. Quia ſcilicèt, ſic excitatur homo ad mundi contemptum, & cæleſtium rerum deſiderium. Adde, quòd id extendēdum eſt ad Miſſas. Itaque utilius eſt Miſſas celebrari ante mortē, quàm poſt mortē. Quia hoc etiam excitat utiles affectus, nempè contemptum terrenorum, memoriam mortis, deſiderium cœleſtium.

De celebrante in Eccleſia aut altari determinato.

DVBIVM. XII.

30 PEtes 12. An Sacerdos, qui ex capellania, aut alio titulo tenetur, Miſſas celebrare in altari, aut Eccleſia determinata, peccet mortaliter alibi celebrando? Reſp. diſtrahi AA. Affirmāt enim *Henriq. Navarrus Sotus, Azor, & multi alij apud Leandrum diſp. 4. quæſt. 24. Ipſe vero cùm* Lugo *diſp. 21. num. 36. Philiberto, & alijs* utitur diſtinctione. Nam, ſi altare, aut Eccleſia determinatur ob cultum alicuius ſancti; vel propter populi commoditatem; vel propter memoriam ſuæ familiæ, ad quam illa Eccleſia, vel altare pertinet: tenetur quidem Sacerdos ſub gravi obligatione ibi celebrare, (uno vel alio die excepto ex rationabili intentione fundatoris, aut Miſſas cōmendantis: aut ſaltèm ex levitate materię) ſecùs autē ſi nihil tale intenderit fundator, aut Miſſas commendans. Non autem declarāt hi AA. quomodò ſit cognoſcenda mens fundatoris, aut illius, qui Miſſas cōmen-

mendat, quando eam ipſe non expreſsit. Et fortè exiſtimabũt, (me ita ſentiẽte) hoc viri prudentis iudicio fore relinquendum.

31 Ego autem aliundè exiſtimo, rem iſtã eſſe determinandam, nempè ex accremẽto ſtipendij. Quarè dico primo. Sacerdos, cui pingue ſtipendium datur, ut Miſſam in determinato altari, aut Eccleſia celebret, tenetur ſub mortali ſtare promiſsis: eò enim quod tale ſtipẽdiũ ſub illo onere recipit, promittit, (ſaltèm implicitè, aut interpretativè) ſe Miſſam ibi celebraturum: ergo non ſolùm ratione promiſsionis, ſed etiã ratione accrementi ſtipendij (quod ſuppono, eſſe materiã ſufficientem ad conſtituendum mortale in materia furti: aliàs ſolùm erit veniale gravius vel levius ad menſuram maioritatis, vel minoritatis quantitatis accrementi ſtipendij) tenetur ibi celebrare: ob hoc enim accrementum illud ſtipendij illi confertur. Sicùt ſtipẽdium cõmune confertur ob Miſſam celebrãdam. Vnde fit, quòd, ſicùt Sacerdos, qui Miſſam non celebrat pro illo, à quo commune ſtipendium accepit, tenetur reſtituere illud. Ita qui pingue ſtipendiũ accepit onere celebrãdi in altari, aut Eccleſia determinata, ſecùs faciẽs tenetur ad reſtitutionem illius ſtipẽdij accrementi. Quia ad utrumque æquè tenebatur vi ſtipendij accepti.

32 Dico 2. Sacerdos, cui cõmune ſtipẽdium datur, ut Miſſam celebret in altari, aut Eccleſia determinata, non peccat mortalitèr alibi celebrando. Quia ſolũ tenetur ratione promiſsionis: quàm non obligare ſub mortali Sacerdotem, qui liberalitèr Miſſã promiſit; (& conſequentèr neque illum, qui promiſit hic, vel ibi celebrare, nullo ob hoc accepto ſtipendij accremento) diximus *num*.20. Vndè conſequentèr eſt dicendum, iſtum ad nullam reſtitutionem teneri. Quia pro communi ſtipẽdio recepto ſufficiẽtèr ſatisfecit Miſſa ubique celebrata.

33 Et iuxta hanc reſolutionem duplici præcedenti concluſione poſitam intelligendũ eſt id, quod diſputat Leandrus *diſp*.1.*quæſt*.25. nempè, An, qui celebraturus erat hic determinatè, & alibi celebravit, teneatur iterùm celebrare? Affirmãt *Azor p*.1.*lib*.10.*cap*.24.*quæſt*.7. *& alibi, Riccius, & Fagund*. ¶ Negant verò *Poſsivinus, Barboſa Fraxinellus, Bonacina, Philibertus, & Machadus, quos citat, & ſequitur* Leandrus *ibi*. ¶ Nobis autem dicendum eſt conſequentèr ad duas præcedentes concluſiones, teneri quidem illum, qui pingue ſtipendium accepit. Quia ob hoc datum fuit illi accrementum ſtipendij: & conſe-

conſequentèr iniuſtè retinet illud ſtipendij accrementum, cùm in prædicto altari, aut Eccleſia determinata non celebrat, & conſequentèr debet iterum ibi celebrare. Ille autem, qui commune ſtipendium accepit, non tenetur. Quia, licèt fregerit fidem, (in quo venialitèr peccavit iuxta dicta *num* 20. Addo, quod, etſi in tali fractione mortaliter peccaſſet) tamē adequatè ſatisfecit per Miſſam ubique celebratam. Cum commune ſtipendium debeatur illi.

DVB. XIII.

34 PEtes 13. An, quandò altare, vel Eccleſia deſignata à teſtatore eſt ita impedita, ut nequeat ibi celebrari, teneatur Sacerdos alibi celebrare? Reſp. affirmativè. Quia illa determinatio altaris, vel Eccleſiæ appoſita fuit in gravamē Sacerdotis recipientis eleemoſynam. Quarè ibi fuerunt duæ conventiones (ſaltèm implicitæ, & interpretativæ) intèr fundatorem aut dantèm eleemóſynam ex una parte, & Sacerdotem illam recipientem ex aliâ. Prima fuit: do tibi commune, aut debitum ſtipendium, ut pro mea intentione celebres. Secunda fuit: do tibi accrementū ſtipendij, ut celebres in tali altari, vel Eccleſia. Vndè conſtat, quod, etſi proptèr impedimentum altaris, vel Eccleſiæ determinatæ non teneatur, ibi celebrare vi ſecundæ conventionis; tamen vi primæ tenetur alibi celebrare pro ſtipendium pingue largiente. ¶ Si autem cōmune tantum ſtipēdium detur, abſque dubio videtur dari, & recipi ſub hac conditione implicita. Nemo enim vellet, Sacerdotem, cui dat eleemoſynā, ut celebret Miſſam ſub aliquo gravamine, (v. g. celebrandi in altari, aut Eccleſia determinata) Miſſam non celebrare proſe, ceſſante gravamine. Hāc concluſionem defendunt *Sa v. Miſſa num. 47. Azor. bon. Naldus, & Maur. apud Leandr. diſp. 4. queſt. 26*. Quarè non ſunt audiendi *ipſe Leandrus, Galletus, Barboſa, Phil. b...us, & Lug.* 30 qui dicunt, non teneri prædictum Sacerdotē, ſi fundator, aut eleemoſynam dans intendit determinare altare, aut Eccleſiam in cultum alicuius ſancti, aut loci. Secùs autem ſi intenderet ſuctum, aut cultum Dei. (In dubio autem, addunt, ultima intentio eſt præſumenda.) Igitur hi nō ſunt audiendi, quia determinatio illa poſita fuit in gravamē celebrantis. Quarè numquam eius ceſſatio debet cedere in bonum illius, ita ut liberetur à principali, & ſubſtantiali obligatione celebrandi.

35 Vndè à fortiori infertur, quòd, ſi determinatio fuit talis ut in eadem Eccleſia poſſit ſuppleri, (v. g. ſi dans eleemoſynā de-

determinavit hoc altare, quia erat privilegiatum pro liberatione animæ a Purgatorio) debet ſuppleri, celebrando in alio privilegiato eiuſdem Eccleſiæ; ſi forte adſit. Quia ſub hac conditione implicita videtur data, & recepta eleemoſyna.

De Sacerdote diſtribuente minora ſtipendia alijs.

DVB. XIV.

36 Petes 14. An liceat aliquid ſtipendij accepti retinere, dùm Sacerdos Miſſas ſibi commiſſas alijs Sacerdotibus dicēdas diſtribuit? Reſp. negativè. Quia id prohibet Congregatio Cardinalium ex mandato Vrbani VIII. anno 1625. Sicque ante declarationem prædictam tenuerunt *Mai. Viguerius P. Ledeſma Navarrus, & noſtri Corduba, Lucius. Sic etiam Maure, & Machado apud* Leandrum *diſp.* 4. q. 6. ¶ Quarè non ſunt audiendi *Vazq. Naldus, Homobonus, Fraxinellus, Sa, Hurt. Granados, & Bonacina*, qui affirmabant, hoc licere cum hac conditione, quod Sacerdos priùs in ſe Miſſarum dicendarum à ſe onus ſuſcepiſſet. ¶ Neque ſunt audiēdi *Suar. Sotus, & alij*, qui id concedebant, loquendo non de omnibus, ſed de curatis. ¶ Neque audiēdi ſunt alij, qui omnibus id concedebant. De quo legatur Leandrus ibi: ubi notat, quòd Bordonius *in Conſiſt. Regular. reſol. 25. num.* 28. poſt decretū Vrbani VIII. docet, non eſſe mortale celebrare per tertium, retinendo ſibi partem ſtipendij.

CAP. XVIII.

De præcepto audiendi Miſſam.

1 Qvamvis materia huius præcepti diſputationis ad tertium Decalogi præceptū pertinere videatur: quoniam præcipua pars Sanctificationis feſtorum, prout in Eccleſia obſervatur, in Miſſæ auditione poſita ſit. Tamen aliqualitèr ad tractatum præſentem de Miſſæ ſacrificio pertinere, non poteſt negari: cùm aſſiſtentes, ſeu audientes Miſſam etiam ſacrificium Miſſæ offerant, iuxta dicta *cap. 13. à num. 11.* Ideoque inter RR. conſuevit in præſenti de præcepto audiendi Miſſam diſputare. Præſertim legantur *Suar. diſp. 88. Lugo diſp. 22. & G. Hurt. diſp. 5.* Cum quibus ſequentia dubia ſubijcio.

(*.)

DV-

DVB. I.

2 PEtes 1. Quænam ſint certa in præſenti? Reſp. primò eſſe certũ, dari præceptum audiendi Miſſam in diebus feſtis. Quod habetur *in cap. Omnes fideles & cap. Miſſas De Conſecrat. diſt.* 1. & nullus Catholicus negat. ¶ Secundo eſt certum, quod, quamvis ibi ſolùm fiat mentio diei Dominici, tamen ſub eo quodlibet feſtum obſervendum comprehenditur. ¶ Notat tamen Lugo, & G. Hurt. ibi, quod quamvis ſit certum, dari prædictũ præceptum; hoc tamen non eſt de fide certum. (Vt dixerunt *Suar. diſp.* 88. *ſect.* 1. *Fagund. & alij*) Quia Deus id non revelavit. ¶ Tertiò eſt certum, (ex convenientiam Theologorum contra Angelũ verbo *Feriæ num.* 42.) hoc præceptum graviter obligare: quia ſic eſt receptum: & aliàs materia eſt gravis: ut conſtat in vovente audire Miſſam: quem à culpa gravi in tranſgreſsione voti nemo excuſavit. ¶ Quartò eſt certum, hoc præceptum obligare omnes baptizatos habentes uſum rationis: non autem amentes, aut parvulos, qui aſsiſtentiam humanam (hoc eſt liberam, ſeu ſpontaneam) habere non poſſunt. Nec obligat cathecumenos: quia nõ dum ſunt intra Eccleſiam.

3 Quintò eſt certum, quòd nomine audiendi Miſſam (quæ auditio ab Eccleſia præcipitur) intelligitur aſsiſtentia corporalis, & moralis. Quam habet, qui corporalitèr, & humano modo aſsiſtit Miſſæ; ſive ipſam celebrando; ſive audiendo, ſive videndo celebrantem; vel ſaltẽ concomitando, ſeu ſociando alios videntes, aut audientes (quamvis ſit extra Eccleſiam: ut contingit, quando locus, in quo Miſſa celebratur non capit multitudinem confluentium ad audiendam Miſſam) ita ut ex geſtu, vel ex ſignis aliqua Miſſæ colligere poſsit, & ad multitudinem aſsiſtentiũ cenſeatur moralitèr pertinere. (inquit G. Hurt. *diſp.* 5. *diff.* 1.)

4 Sextò eſt certum, nomine Miſſæ intelligi veram Miſſam, illam ſcilicêt, in qua fit conſecratio quocunque ritu permiſſo à Romano Pótifice celebrata, ſive Latinorum ſivè Græcorum, ſivè Syriorum, ſivè Mozarabum. Vndè excluditur officiũ feriæ ſextæ in Paraſceve: nec nõ & Miſſa ſicca. (Sic vocãt quę dici ſolet in mari) quia ibi non fit conſecratio.

5 Septimò eſt certum in auditione Miſſæ dari parvitatem materiæ. Sed difficile eſt, eam determinare (inquit, & meritò, Auſonius *verb. Miſſam audire num.* 15.) Quarê quid AA. dixerint, ex prædicto Auſonio refero.

ro. Igitur Coninch *de ſacram. q. 83. ar. 6 dub. unico num. 285.* cum aliis putat, ommiſsionem Miſſę ab initio uſquè ad evangeliũ excluſivè eſſe parvitatem materiæ. ¶ Henriq. vero *lib. 9. c. 25. num. 7.* uſque ad Evangeliũ incluſivè. Quam opinionẽ Turrianus *ſelect. p. 2. diſp. 31. dub 28.* iudicat improbabilem. Sed immeritò: cum modò eam doceat Lugo *de Euch diſp. 22 ſect. 1. n. 3. cum aliis*. ¶ Laymã *lib. 4. tract. 7. cap. 3. num. 3.* refert, Amalarium *lib. 1. de Eccleſiaſticis officiis cap. 36.* ſignificare, non eſſe gravis culpæ damnandos, qui ab offertorio uſque ad benedictionem interſint, ſed hæc omm iſſio videtur notabilis: (inquit prædictus Auſonius ex Diana.) ¶ Sed an cenſeatur parva quãtitas cõſecratio, ut eius ommiſſio nõ ſit grave peccatum? Negative reſpondet Marchantius *reſol. poſt. tract. 4. cap. 6. quæſt. 4.* Affirmativè Hurtado *diſp. 5. de Sacrific. diff. 1.* Et prima opinio verior eſt per principia intrinſeca. Quia ſacrificium conſiſtit in conſecratione, tamquam in parte eſſentiali. Secunda autem in praxim deduci poteſt: quia ſub opinione poſitum eſt, An eſſentia ſacrificii cõſiſtat in cõſecratione, aut in comunione?

DVB. II.

6 PEtes 2. An ad ſatisfaciendum præcepto audiendi Miſſam ſit neceſſaria attẽtio interna ad Miſſam? Reſp. negativè. Itaque ſatisfacit pręcepto audiendi Miſſam, qui ſacro aſsiſtit præſentia corporali, & cum extrinſeca reverẽtia, & attentione, hoc eſt ſine confabulatione, dormitione, &c. quamvis alias voluntariè ſit internè diſtractus, Quia Eccleſia, cum ſit viſibilis, nequit præcipere actus merè internos, aut illos vitare. Cui⁹ ratio eſt quod nemo poteſt præcipere, aut vitare, quod non poteſt cognoſcere, aut iudicare. Sed Eccleſia extra confeſsionem non poteſt cognoſcere, aut iudicare actus internos: ergo nequit, eos præcipere, aut vitare. Ita *G. Hurt. diſp. 5. diff. 2. citans Silveſtrum, & Laymam. Ita etiã probabiliter Coninch de ſacram. quæſt. 83. art. 3. n. 297. & Ioan. Præpoſitus in 3. p. q. 83. art. 6. dub. 5. num. 225. & noviſsimè Lugo diſp. 12. à num. 26.* Et hoc defendere tenentur, qui affirmant, ſatisfacere horis canonicis eum, qui internè diſtractus voluntariè recitat. Hi autẽ ſunt *Durand Silveſter, Medina, Angelus, D. Antoninus, Roſela, Palud. Ægid Coninch & Ioan. Valenus. Et probabiliter Leſsius, Henriq. Victorellus, & Layman: quos citat, & ſequitur Diana 2. p. tract. 12. Reſ. 2.* ¶ Vndè conſtat, immeritò dixiſſe Turrianũ, (apud Dianam *4. p. tract. 4. Reſ. 107.*) hanc ſententiam eſſe improbabilem, & pernitioſam Sed iam monui

monuì (inquit Lugo *ibi num. 26.*) hunc Auctorem excedere in huiuſmodi cenſuris.

7 Oppoſitam ſententiā defendunt *Thomas Sanchez in opuſculis t.2.lib.7.c.2.dub.28. Suar. Vazq. Sotus, Navarrus, Medina, & alij innumeri, quos refert Diana 2.p.tract.12.Reſ.2 & ex ipſo Lugo diſp.22.num.26.* Et objiciunt: Eccleſia præcipit verum actum orationis (dùm præcipit audire Miſſam) ſed,qui voluntariè diſtract⁹ interiùs aſsiſtit Miſſæ, non orat: ergo non implet præceptum. Probatur minor : quia oratio eſt colloquiū cùm Deo: ergo requiritur attentio interna. Patet hæc cōſequentia: quia ſine iſta prolatio verborum eſt merus ſonus vocalis. Reſp. negandò minorem. Ad probationem nēgo conſequētiam: quia, cùm Petrus v.g ſit interne volūtariè diſtractus dùm orat, verè colloquitur cum Deo. Quarè merè voluntariè dicitur, quòd talis oratio eſt purus ſonus verborum: cùm re verâ ſit. Eſt enim orare loqui cum illo, quē oramus, repræſentando ei noſtra deſideria. Poſſum autē ego ſubſtantialiter loqui cum aliquo repræſentādo ei mea deſideria cùm actuali vagatione volūtaria. (Ait, & probat Lugo *diſp. 22.num.31.*) Vndè conſtat, decipi AA. oppoſitæ ſententiæ, quatenùs ſibi omninò perſuadent, non poſſe conſiſtere ſubſtantialiter orationem cum interna diſtractione voluntaria; ſeu(quod idem eſt) ad ſubſtantialem conſiſtentiam orationis internam attētionem (ſaltē interpretativā, aut virtualē) eſſe omninò inſupplebiliter neceſſariam.

8 Igitur, qui liberè interiùs diſtractus, & mente liberè vagans ad alia, aſsiſtit Miſſæ, quāvis fortè peccet venialitèr cōtra ius naturale Religionis; quia id forte ſit contra reverētiam Deo debitam (inquit G. Hurt. *diſp.5.diff.1.*) ſatisfacit tamen præcepto audiendi Miſſam, ſi humano modo exteriori aſsiſtit, id eſt, ſi aſsiſtit nō diſtractus exteriùs, ſeu non occupatus exteriori occupatione mō alitèr incompoſſibili, ſeu difficillimè compoſſibili cum attētione exteriori ad celebrationem Miſſæ, & ad alias res divinas. Quia eo præcepto nō præcipitur(neque præcipi poteſt) attentio interior. Si vero aſsiſtat etiā abſque modo exteriori humano, non ſatisfacit dicto præcepto: quia eo præcipitur aſsiſtentia exterior humana id eſt, moralitèr compoſſibilis cum attētatione interiori. Ac proinde, qui aſsiſtit celebrationi Miſſæ ſimul ſcribendo, aut docēdo, nō ſatisfacit præcepto audiendi Miſſam: & multò minùs qui aſſiſtit dormiendo quia non ſolū dormiens nō aſsiſtit modo exteriori humano; (ut patet) ſed neque ſcribens, nec docēs: quia

neu-

neuter poteſt moraliter ad Miſſam, nec ad alias res divinas attendere. Et etiam, qui, dùm Miſſæ exteriùs aſsiſtunt, confabulantur profundè; aut hùc, & illuc circumſpiciunt, non ſatisfaciunt præcepto audiẽdi Miſſam: quia non poſſunt moraliter ad Miſſam, neque ad alias res divinas attendere exteriùs modo humano. Satisfaciũt tamen, qui, dùm aſsiſtunt, ſe veſtiũt: quia facilè poſſunt ad Miſſam, vel ad alias res divinas interiùs attendere. Et etiam qui, dum aſsiſtunt Miſſæ, recitant, aut roſarium, aut horas canonicas: immò & qui eas legit: quia etiam poteſt interiùs attendere ad Miſſam, vel ſaltèm ad alias res divinas. Quod etiam ſufficit ad ſatisfaciendum præcepto audiendi Miſſam: & ſimul etiã ſatisfaciet voto, aut præcepto Eccleſiæ recitãdi horas; & voto, aut præcepto Confeſſarij recitandi roſarium, aut aliam orationem Quia audire Miſſam non eſt moraliter incõpoſsibile cum attentione interiori ad recitationẽ, vel ſaltẽ ad alias res divinas Quod ſuffi cit. Hucuſq; G.Hurt. *diſp.5. diff.* 1.

DVB. III.

8 PEtes 3. An ad implendũ præceptũ audiendi Miſſam requiratur animus, ſeu intentio ſatisfaciendi? Reſp. negativè Ita què qui ignarus præcepti, aut immemor, hodiè eſſe obligatum audire Miſſam, eã audit, adimplet præceptum taliter, ut de obligatus maneat aliam Miſſam audire. Quia rem præceptã imponit. Neque præceptum fuerat, habere animum ſatisfaciendi. Quarè, etſi quis haberet expreſſum animum nõ ſatisfaciendi per hanc Miſſam, quam modò audit, ſed per aliã, quàm poſtea decernit auditurus, verè ſatisfacit per priorẽ. Quia rem præceptam imponit: animus autẽ ſatisfaciẽdi, vel nõ ſatisfaciendi eſt quid accidẽtarium, & concomitans ad impletionem, præcepti. Ita *Sanch. in ſumma tom.1. lib.1. c.13. n.18. Vazq. Suar. Valentia, Henriq. Azor, G.Hurt. & Leſsius, quos citat, & ſequitur Diana 3.p. tract.6. Reſ.77.*

10 Vndè benè infert, accedentem ad Eccleſiam animo meditãdi res divinas, ſi Sacerdos interim celebret Miſſam, ſatisfacere præcepto audiendi Miſſam; licèt cùm primum acceſsit, ſeu ſe applicuit ad meditandum res divinas, non habuerit animum audiendi Sacrum. Ita *prædictus Diana cũ Caſtro Paleo t.1. tract.3. diſp. 1. puncto 17. n.7. contra Sanch. & Bocinam ab ipſo citatos.* ¶ Quod extendendum puto ad recitantẽ horas canonicas, aut quidquam aliud ex voto, aut ex præcepto confeſſoris; atque ad facientem

quidquam aliud moralitèr cõpatibile cum auditione Miſſæ. Hic enim verè ſatisfacit præcepto audiendi Miſſam, etſi ſatisfaciendi non habuerit intentionem: immò etſi expreſſam intentionem habuerit nõ ſatisfaciendi. Quia revera poſuit rẽ præceptam cum debita reverẽtia exteriori; & aliàs animus ſatisfaciendi non cadit ſub prçceptum: & conſequentèr quòd adſit, vel non adſit, immo & quòd adſit animus contrarius, ſeu non ſatisfaciendi, eſt quid accidentarium.

11 *Medina Cod. de Orat, q. 16. Ledeſma, & Nugn° citati à Hurt. diſp. 5. diff. 3.* docent, eum, qui audit Miſſam abſque intentione ſatisfaciendi præcepto (ut ſi, dùm audit, ignoret, eſſe diem feſtum) non ſatisfacere prçcepto. Pro qua ſententia citatur Suar. *de Relig. t. 2. lib. 4. de horis Canon. c. 26. n. 8.* ubi exiſtimat, non ſatisfieri voto, vel iuramẽto audiendi Miſſam ſine animo ſatisfaciendi. Sed fortè immeritò citatur Suar. pro hac ſententia: quia eò putat, non ſatisfieri voto, aut iuramẽto audiẽdi Miſſam, cùm Miſſa ſine animo ſatisfaciendi auditur; quia, qui audit Miſſam intendens, non ſatisfacere voto, vel iuramento per illam Miſſam, ſed per aliam, tacitè videtur prorogare votum, vel novum votum facere: quia cum ab illo dependeat obligatio voti, poterit pro libito, illã ſibi de novo imponere. Quæ ratio non currit in auditione Miſſæ ex præcepto; etenim iſtã obligationem non ſibi impoſuit, qui audit Miſſam, nec illam poteſt prorogare. Et ideò pro noſtra ſententia Diana ibi, & G. Hurt. *diſp. 5. diff. 3.* citãt Suar. *diſp. 88. ſect. 3.* ¶ Sed, quidquid ſit de mente Suar. obijcitur pro ſententia Medinæ, & aliorũ. Præcepto audiendi Miſſam præcipitur actus obedientiæ. Sed qui non intendit implere præceptum, non exercet actum obedientiæ: ergo nõ ãmplet præceptum, ſeu nõ ſatisfacit obligationi ortæ ex virtute obedientiæ. Reſp. diſtinguẽdo maiorem, & minorem, & negando conſequentiam. Itaque prçcepto illo (& quovis alio regulariter loquendo) præcipitur quidem actus obedientiæ materialitèr, ſeu qui eſt materia obedientiæ: non autẽ formaliter, ſeu non præcipitur formalis actus virtutis obedientiç: qui tunc reperitur, cùm ex motivo obediẽtiæ aliquid operor.

DVB. IIII.

12 PEres 4. An præceptũ audiendi Miſſam impleatur, illam audiendo à duobus? (ab unoquoque dimidiã) Reſp. affirmativè. Quia illæ duæ medietates verè faciunt unam integram. Ita *Maior in 4. d. 12. & 45. q. 2. Sotus, Navarrus, Medina, Suar. Ægid. Regin. Bonac. & communi-*

muniter DD. quos citat, & ſequitur G. Hurt. diſp. 5. q. 4.

13 Sed oppoſitum defendũt *Suar. diſp. 88. ſect. 2 Fagund. Coninch, Azor, Toletus, & alij, quos citat, & ſequitur Lugo diſp. 22. n.* 8. & obijciunt. Ex illis duabus partibus non fit unum integrũ Sacrificium, immò neque Sacrificium: ergo non ſatisfit præcepto audiendi Miſſam, aut aſſiſtendi Miſſæ Sacrificio. Probatur antecedens: quia Sacrificium Miſſæ poſtulat, omnes ei⁹ partes ab eodẽ Miniſtro poni. Reſp. negando antecedens: etenim & ponitur Sacrificium, & ponitur integrũ. Ad probationem dico, omnino gratis peti, quòd idẽ Sacerdos ponat omnes, & ſingulas partes eiuſdem Sacrificij. Aliàs Eccleſia non iuberet, quòd (moriente, aut infirmante Sacerdote poſt conſecrationem) alter perficiat Sacrificiũ. Recolantur dicta *c.* 16. *n.* 177. ¶ Alia autẽ, quæ obijcit Lugo ibi aut nulli⁹ ſunt momenti, aut ſoluta manẽt ex his, quæ ad rem iſtam annectit Auſonius *verbo Miſſam audire n.* 13. & iam ſubijcio.

14 Sed hic sũt duo dubia. Primũ, an poſſit prius audiri pars Miſſæ poſterior? Secundum, an poſſit audiri ſimul & eodẽ tẽpore, quando ſcilicèt ex duob⁹ Sacerdotibus alter Miſſam inchoaret; altero conſecrante? Quoàd primũ notat Turrianus *Selectarum p. 2 diff. 16. dub. 7.* nõ paucos viros doctos excuſare à mortali eũ, qui ſic in feſto Miſſã audiret. Et ſanè nec ego dãnarẽ. Quia præceptũ quoad ſubſtantiam impletur: & ſolùm invertitur ordo: quod in ſatisfactione horarum canonicarum dicunt DD. non eſſe mortale. ¶ Quoàd ſecundum Turrianus *ibidem* negativè reſpondet: & contrariam ſententiã appellat improbilem. Sed nimis audax eſt in cenſurandis aliorum opinionibus. Igitur contraria opinio *Bonacinæ apud Hurtadum, & Hurtado de Sacram. t. 2. de Miſſæ Sacrif. diſp. 5. diff. 4.* nõ eſt improbabilis. Nam, quod pertinet ad attentionẽ, poteſt quis ad utrũque animũ intendere. (ait Azorius *p. 1. lib 7. c. 3. q. 3.*) Et ideò docuerat Maior *in 4. d. 12. q. 8. dub. 1.* & poſt ipſum docuit etiã Fauſt⁹ *de Euch. lib. 2 q. 389.* obligatum eodẽ die tres Miſſas audire, (unã ex præcepto, alterã ex voto, aliã ex pœnitentia iniuncta) ſatisfacere, ſi illas ſimul tempore à tribus Sacerdotibus audiat. Hucuſque Auſonius.

DVB. IV.

15 PEtes 5. An aliqui excuſentur ab audiendo Sacrũ diebus feſtivis? Reſp. affirmativè. Quia cõmune eſt omnibus præceptis (ſaltèm humanis) non obligare, quando adeſt iuſta non implendi cauſa: ut patet in præceptis ieiunandi, re-

Digitized by Google

recitandi officium: immò & in præcepto divino integré confitendi, &c. Et quamvis conſpirent omnes in hoc, quòd præceptum iſtud (ſicùt & alia, ſaltèm humana) non obligat impotentes impotentia phyſica, aut morali: & cōſequentèr, docti, & prudentis iudicio remittendos eſſe caſus particulares, ſeu determinare, an hic & nunc quis dicatur habere impotentiā audiendi Miſſam? & per conſequēs ab impletione huius præcepti eſſe deobligatum? Tamē, ut hoc iudicium faciliùs formetur, quid AA. in aliquibus caſibus dixerint, duximus proponendum, præſertim ex Auſonio, & G. Hurtado.

16 Igitur Auſonius *verbo Miſſam audire n.15*. ſic loquitur. Excuſantur primò incarcerati, & infirmi: etiam ſi habeant privilegium audiendi Miſſam in Oratorio domus: quia hoc privilegium derogat ius commune; & non poteſt obligationem inducere. Ita *Suar. in 3. p. q. 83. art. 6. diſp. 88. ſect. 6. & alij contra Sotum in 4. d. 13. q. 2. art. 1. P. 4. tract. 4. Reſ. 80.* Item interdicti. Qui nec tenentur, uti privilegio cruciatæ. ¶ Rurſùs excuſantur excōmunicati, qui Miſſam audire non poſſunt. (ſed in dubio, an ſint excommunicati? poſſunt. Ita *Cornejo in 1. 2. art. 8. q. 19. diſp. 4. dub. 2. P. 4. tract. 3. Reſ 66.*) Neque enim tenentur ex vi huius præcepti reconciliari, & fieri habiles ad audiendum Sacrum cùm nō tanti momenti ſit, ut obliget ad tàm remotam diſpoſitionem. Vndè, ſi excommunicati maneant ob culpam ſuam; quia nolūt recōciliari, non obid peccant non audiēdo Miſſam in feſtis. Sicùt, qui culpa ſua detinentur in carcere, & nolunt ſolvere, cū aliàs deberent, quamvis peccent cōtra iuſtitiam; nón tamen peccant non audiendo Sacrum. Ita *Layman lib. 2. tract. 5. p. 2. c. 2. n. 3. P. 5. tract. 9. Reſ. 88.* Hucuſque Auſonius ad unguem.

17 Sed audiamus G. Hurt. *diſp. 5. diff. 6.* ſic rem noſtram tractantem. Conveniunt DD. eos excuſari ab audiendo Miſſam in die præcepti, qui ſine gravi, ſeu conſiderabili ſuo, aut alieno incommodo nequeunt Miſſam audire. Quia evitatio incommodi gravis, adhùc alieni, maioris ponderis eſt, quàm obſervatio dicti præcepti. Vndè excuſantur mater, aut nutrix, aut famula, quæ nequit puerum ad Eccleſiam ferre abſque prudente timore perturbationis, aut moleſtiæ conſiderabilis celebrantis, aut adſtantium: neque illum domi relinquere abſque prudente timore dāni conſiderabilis. ¶ Et paſtores, qui abſq; prudente timore gravis dāni, aut periculi gregis nequeunt Miſſam audire.

¶ Et

¶ Et qui non poteſt domo ſe-curus exire. ¶ Et famulus, & vxor timentes rixas, aut verbe-ra, ſi Miſſam audiat. ¶ Et fœmina honeſta, quæ caret veſte ſibi cōueniēte; & ſi abſq; ea exeat, gravi pudore afficietur. ¶ Et fœmina ex occulta fornicatio-ne prægnans, ne ſe prodat, vel ne pudore afficiatur. ¶ Et fa-mula, quæ in oppido, ubi tan-tùm Miſſa celebratur, remanet domi: quia neceſſaria eſt ad cu-ſtodiendam domum, vel ad ci-bos parandos. ¶ Et iter agēs, qui, ſi audiat Miſſam, amittet neceſſarios ad iter agendum; vel quia viam ignorat, vel quia timet latrones. ¶ Et; qui, ſi audit Miſſam, negotiū præter-mittet, quod abſque gravi in-commodo differri nequit. Et ex hoc titulo excuſantur curſo-res, & nautæ, & muliones, qui nequeunt immorari in au-dienda Miſſa abſque gravibus expenſijs.

18 Et, aliquib[9] interpoſitis, ſic proſequitur. Cōveniūt ter-tio DD. ob conſuetudinem re-gionis poſſe aliquem excuſari. Quia conſuetudo nō minus po-teſt præceptum, & legem abro-gare, quam inducere: immò illud poteſt faciliùs. Vndè ex-cuſatur vidua, quæ, mortuo ma-rito, ad certum tempus nō exit domo, ubi hæc conſuetudo vi-get. ¶ Et etiam excuſatur puel-la nobilis, quæ non conſuevit, aut non permittitur, Miſſam audire, donec nuptui tradatur, ubi etiam hæc conſuetudo vi-get. ¶ Et etiā excuſantur fœ-minæ, quæ poſt partum domi ſe continent; ubi etiam hæc cō-ſuetudo viget. Id tamen non eſt faciendum intentione ſervandi ritum Moſaycum purificatio-nis. Hæc ad litteram G. Hurt.

19 Ex quibus coniunctis cū his, quæ ex Auſonio Dianæ cō-pendiatore retulimus non ſo-lùm conſtabit, quid in enume-ratis caſibus ſit agendū: ſed etiā vir prudēs, quid in alijs quibuſ-cumque agere oporteat, à ſimi-li adinveniet facilè.

Et hęc de univerſo venera-bilis Euchariſtiæ myſterij tra-ctatu comprehendente omnia, quæ de illa non ſolùm quate-nùs eſt Sacramentum; ſed etiā quatenùs eſt Sacrificiū hac no-ſtra tempeſtate diſputantur, di-xiſſe ſufficiat ad laudem omni-potentis Dei; Immaculatæ Matris; Seraphici Parentis noſtri D. Franciſci, omniumque Sā-ctorū. A-men.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Alphabeticus, copioſè referens, quæ hoc volumine de Euchariſtia continentur.

Notæ iſtæ c. caput, & n. numerum marginalem denotant.

A.

Accidens. Producitur, & conſervatur actione diſtincta, à qua ſubſtantia. cap. 7. n. 73. Advenit ſubſtantiæ iam cõpletæ cap. 8. n. 29. & 52.

Acetum. Non eſt vinum. cap. 5. n. 44. Ad vinum comparatũ eſt uti corpus mortuũ. Ibid.

Acolytus. V. *Euchariſtia* §. 13.

Actio. Actiones ſunt ſuppoſitorum denominativè tantùm, non elicitivè. cap. 10. n. 21. Nova neceſſario eſt fieri novæ rei. cap. 7. n. 33. Productiva eſt diſtincta a cõſervativa: Ibi n. 34. Immanẽs imperfectio abſoluta. cap. 9. n. 10. *Creativa*. V. *Creatio*. *Annihilativa*. V. *Euchariſtia* §. 10.

Actus Cognoſcendi. V. *Cognitio*. Infernus. V. *Eccleſia*.

Addiſco. V. *Diſco*.

Adoratio. Triplex. cap. 1. n. 7. Imaginis eſt inferior adoratione prototypi. Ibid. Simplices in fide Eccleſiæ; Docti diſtinctè adorãt. cap. 7. n. 66. Alia V. *Euchariſtia*. §. 9.

Æthiopes. Qua forma utantur ad conſecrandum. cap. 6. n. 31. Alia. V. *Euchariſtia* §. 4.

Affirmare. V. *Propoſitio*.

Affrica. In Eccleſia affricana bis olim celebrabatur Miſſa die Sãcto Iovis. cap. 3. n. 2. & cõmunio ſumebatur poſt cœnã Ibi n. 1.

Agẽs, agere. Accidẽs nõ poteſt generare ſubſtãtia neq; ut cauſa principalis, neq. ut inſtrumẽtalis. cap. 10. n. 20. impeditum agit, ſi poteſt, reflexè. cap. 9. n 46. Ad agẽdum corporeè neceſſaria extẽſio quãtitativa. Ibi à n. 4.

Agreſta. Nõ eſt vinũ. cap. 5. n. 43

Alexander. 4. Primus ſedit ad ann. 121. c. 5. n. 63. Alexãder Severus vixit ad ãn. 220

Alimentum. Quantum alimenti quotidie inſumendũ ab homine. V. *Stomachus*.

Alteratio. Ad alterationem datur per ſe motus. cap. 7. n. 72.

Amens. Amenti ab infantia poteſt concedi communio, excluſo

cluſo irreverentiæ periculo. cap. 2. n. 82. Vtentibus aliquotiès vſu rationis quandoque concedatur. Ibi n. 83. Vtriſq. dari poteſt, immò ſub obligatione debet dari vltra articulum mortis, quotānis, vel dari poteſt multotiès intra annū, quod melius eſſet. Ibi à n. 85.

Amylum. V. *Euchariſtia*. §. *Euchariſtiæ materiæ*.

Anacletus. Electus anno 103. cap. 16. n. 147.

Angelus. Loquitur alteri Angelo imprimendo illi ſpeciē, aut loquutionem rei. cap. 9. à n. 2. Se extendit per ſpatium cap. 8. n. 49.

Anni. Pubertatis cap. 2. n. 80.

Anima. Rationalis, etſi indiviſibilis per corpus ſe extēdit. cap. 8. n. 49. & n. 52. Alia V. *Creatio*.

Apparitiones. V. *Euchariſtia*.

Aqua. Quæ fluxit è latere Chriſti, naturalis. cap. 5. n. 67. & n. 70.

Aquarij. Eorū error. cap 5. n. 41

Armeni. Eorum error. cap. 5. n. 54 57. 60. 62.

Artotyritæ. Eorum error. cap. 5. n. 9.

Attritio. Adhùc cognita non ſufficit ad vivorū ſacramenta. cap. 3. à n. 166.

Auctores. Illorum multitudini prævalet ratio cap 2. n. 89.

Augmentatio. Datur ad illā per ſe motus. cap. 7. n. 72.

D. *Auguſt*. Vixit ad annū 420.

Azymi. V. *Iudæus*.

C.

Caietanus.

Eius chimerica, & ſubdola impoſtura in Scotum circa inſtitutionem Euchariſtiæ. cap. 2, n. 22, & 26.

Calix. V. *Euchariſtia*. §. 2.

Callixtus. *Papa*. Vixit ad ann. 220.

Calviniſtæ. Quidam corū error. cap. 5. n. 54.

Capellanus. V. *Euchariſtia*. §. *Euchariſtiæ communio*.

Cardinales. Conceſſum illis celebrare ante auroră. c. 16. n. 31.

Cataphrygæ. Eorum error. cap 5. n. 9.

Cathecumenus. V *oratio*.

Catinus. V. *Euchariſtia*. §. 2.

Cauſa. Cauſæ efficienti accidit inhærere ad cauſandum cap. 10. num. 25. diſcrimen inter efficientem, & cognoſcentem, quoad vires. cap. 9. n. 30. Effectus ſecundarius cauſæ formalis impediri poteſt, non primarius. cap. 8. num. 49. Moralis poteſt cauſare, prævila, vt futura. cap. 11. n. 12.

Cœleſtinus. Sedit ad annum. 424. cap. 14. n. 10.

Centeno. V *Euchariſtia*. §. 5.

Ceremoniæ. V. *Rubricæ*.

Certitudo V. *Probabilitas*.

S. *Cryſoſtomus*. Vixit ad annum 400. cap. 3. n. 11. Explicatur. cap. 14. n. 20.

Chriſtus D. Eius nativitas. V. *Euchariſtia. §. Miſſæ Sacrificium.* Ad vnguẽ ſervavit legem Moſaicam. cap. 2. num. 10. Eius meritum ſummum. Ibi num. 215. Tempus patiẽdi vocat ſuum. Ibi num. 16. Effudit Sanguinem ad vſque vltimã guttam. cap. 8. num. 40. Aqua è latere naturalis. cap. 5. num. 67. & num. 70. Nihil certum affirmari poteſt de præputij reaſſumptione, necne. cap. 8. num. 5. Nõ reaſſumpſit in reſurrectione Sanguinem remanentem in inſtrumentis paſsionis. cap. 8. num. 41. & 43. Et quare? ibi num. 43. Sanguis effuſus in triduo manſit congelatus. cap. 8. num. 46. Alia V. *Incarnatio.*

Chriſtiani V. *Catholici.* V. *Euchariſtia. §.* 16. & 21. &c.

Cibus V. *Stomacnus.*

Circumſtãtia. Quid. cap. 16. num. 103. Alia V. *Peccatum.*

Claudius Sainctes.

Convincitur falſitatis. cap. 12. num. 51.

Clericus. Clerici publicus, & notorius percuſſor non debet vitari ante ſententiam iudicis. cap. 16 n. 53.

Cognitio. Cognoſcere.

Cognitio alterius à me cognita non eſt ratio cognoſcendi reſpectu mei, ſeu eſt obiectum cognitum. cap. 9 num. 33. Alia V. *Viſio intuitiua.*

Comedere. V. *Manducare.*

Comprehendere. Comprehenſio. V. *Deus.*

Concipere. V. *Deus.*

Conceptus. Plura V. *Verbum.*

Concilium. Cartaginenſe primum Provinciale tempore S. Silveſtri circa annum 320. cap. 4. num. 27. Elibertinum celebratum in Hiſpania, circa tempora S. Silveſtri 1. & Cõcilij Nizeni. cap. 2. num. 107. Celebratum circa ann. 336. cap. 2. n. 107. Laudicẽſe celebratum ad ann. 364. c. 3. num. 11. Mileuitanũ Provinciale tempore Innocentij I. ſedentis ad annum 402. cap. 4 num. 27. Bracharenſe I. ſub Honorio I. ad ann. 639. cap. 14 n. 20. Toletanum. 7. ad ann. 640. cap. 3. num. 11. Sexta Synodus generalis. tertia Conſtantinopolitana celebrata anno 680. cap. 3. n. 11. Remẽſe ſub Leone 3. anno 813. cap. 4 num. 37 & n. 41. Triburienſe celebratum anno 895. cap. 5. num. 75. & cap. 16. num. 88 Romanum ad ann. 1057. & 1073. Lateranenſe 2 anno 1215. Quare magnum. cap. 5 n. 2. & c. 7. num. 45. Conſtãtienſe poſt ann. 1406. cap 3. n. 11. Florẽtinum ſub Eugenio 4. electo an. 1431. Vormatienſe fuit Provinciale. cap. 5. num 58. Baſilienſe fuit Schiſmaticũ. c. 2. n. 132. Concilij Tridentini ſeſsio XX. celebrata anno 1562. cap. 12. num. 44.

Con-

Concretum. Subſtantiale, & accidentale quomodo multiplicentur ad multiplicationem formarum. c.1.n.27.

Condenſatio. V. *Quantitas*.

Conjugati V. *Matrimonium*.

Confeſsio. Multa V. *Pœnitentia ſacramentum*.

Confeſſarius. Diſcrimen inter ipſum, & patrem ſpiritualem. cap.2.num.222. Quando deſit copia confeſſarij cap.3.à num.111.

Confirmatio. Diſtinctio eius ab Euchariſtia. cap.1.num.30.

Conſuetudo. Introducitur animo ſe obligandi. cap.16.num 86 Et num.155. In dubio, an ita ſit introducta, non obligat. Ibi num.155. debet probari animus ſe obligandi in principio. cap.5.num.52. Vim habet præcepti. cap.2.num.54. Rationabilis, etſi nova, excipi debet. Referuntur nonnullæ antiquæ abrogatæ. cap.2.num.88.

Converſio. Quid, & quæ requirat. cap.7. à num.1. Et cap.10. num.44. Poteſt dari totalis converſio ſine mutatione in termino ad quē quantum ad abſolutū. c.7.n.20. A creatura in Deum nequit fieri converſio, neque è contrario. Ibi à n.13. Quælibet creatura poteſt in aliam converti, etiam ſpiritus in corpus, & è contrario c.7.à n 6 Multa V. *Euchariſtia §. Tranſubſtantiatio*. V. *Miſsio*.

Cor. Cordis ſecreta. V. *Dæmones*.

Corpus. Corpus eſſe in loco definitivè, & circūſcriptivè quid. c.8.n.70. Idē poteſt per potētiam Dei eſſe ſimul in pluribꝰ locis. Ibi à n.65. Vel circumſcriptivè, vel definitivè. Ibi n.68. Et circumſcriptivè in locis adæquatis. Ibi n.69. Alia V. *Forma*.

Corporeitas. V. *Forma*.

Creatio. Quæ creentur. c.10.à n.32. Anima rationalis creatur. cap.7.num.71.

Cruciata. V. *Bulla*.

D. Cyprianus. Exponitur. c.5.n.58

D.

Defunctus. V. *Purgatorium*.

Dæmon. Non poſſet cognoſcere naturaliter incarnationem, etſi certò cognoſceret, naturam humanam carere naturali perſonalitate. cap.9.n.35. Naturaliter poſſet cognoſcere Euchariſtiam, & alia myſteria gratiæ, ac ſecreta cordium, ni impediretur. Ibi num.34.

Deus. Immenſitas tribuit Deo, eſſe neceſſario vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. cap.8.num.72. Multa poteſt, quæ non concipimus. Ibi num.52. & 67. Ad negandum aliquid potētiæ Dei demonſtrari debet apertè repugnantia. cap.9.num.16. Laus Dei quid. c.12.num.3.

Dies

Dies. Diei naturalis duratio. c. 2. num. 12. dies veneris, ac Sabbati Sancti: V. *Euchariſtia*. §. *Euchariſtiæ communio*.
Dieta. Eſt ſpatium duarum leucarum. c. 16. num. 136. Vel ſeptem, aut decem leucarũ. Ibi num 139.
S. *Dionyſius*. Exponitur. cap. 7. num. 43.
Diſcere, Diſcipulus. Prius format conceptum coclusionis, quã illi demonſtretur. c. 6. n. 63.
Diſpenſatio. Solum neceſſaria in cauſa dubia. c. 16. à n. 123. & num. 127.
Doctores Eccleſiæ. V. *Theologi*.
Dubium, V. *Voluntas*.

E.

Ebionitæ. Eorum hæreſis. cap. 5. num. 10.
Eccleſia Catholica. Nequit inſtituere novum ſacrificium c. 12. n. 64. Non poteſt præcipere actus merè internos c. 18. num. 6. Filiorum ſuorum auctoritatem curat conſervare. c. 7. n. 94. Quo ſpirituoret pro omnibus non baptizatis in Paraſceve. c. 14. à num. 3.
Non polluitur per ſepulturam nominatim interdictæ perſonæ. c. 16. n. 53. Neque per ſepulturam nominatim excommunicati non denuntiati, aut hæretici. Ibid. Ex deſtructa noviter coſtructa eget conſecratione: no ita Eccleſia benedicta nova benedictione. Ibi n. 54. Conſecrata ſolùm poteſt reconciliari ab Epiſcopo: benedicta à ſimplici Sacerdote per aſperſionẽ aquæ benedictæ. Ibi num. 55. Vel ſufficit ad recõciliationẽ, quòd ſemel bona fide ſit celebratum in ea. Ibid. Quid faciendum, ſi contingat violatio, Sacerdote celebrante. Ibi num. 56.
Celebrans in eccleſia violata peccat mortalitèr, ſine vla cẽſura, aut pœna. c. 16. n. 46. Solùm violatur conſecrata, aut benedicta. Ibid. Quinque modis violatur. Ibi à n. 47. Vt violetur per ſãguinis effuſionem, requiſita. Ibi n. 48. Vt violetur homicidio. Ibi à n. 49. Vt fiat cum lethali Ibi n. 50. Violatur, ſi Iudex reum occidat; vel aliquis ſe ipſum in eccleſia. Ibi n. 50. No violatur per copulam conjugalẽ. Ibi n. 51. Ad eccleſiæ pollutionem requiritur notorietas publica facti, immò denunciatio iudicis. Ibi à n. 52.
Eccleſia Græca non miſcet à quã cum vino. c. 5. num. 57. Alia. V. Patres. V. Regulares. V. *oratio*.
Efficiens, Effectus. V. *Cauſa*. Ex opere operato, vel operãte. V. *Sacramentum*.
Eleemoſyna. Plus affectus, quàm cenſus æſtimatur in ea. c. 15. à n. 15. Nõ eſt mortale negare illam de ſuperfluis in cõmuni-

munibus neceſſitatibus c.2. n.182.
Elementum. V. Miſtio.
Elibertinum. V. Concilium.
Energumenus. V. Euchar.
Epiſcopus. Iter facientibus conceſſum celebrare ante auroram. cap. 16. num. 31.
Eſſentiæ. Conſiſtūt in indiuiſibili. cap. 6. num. 34.
Et. Valet aliquando *Vel.* c. 2. n. 40. Et 124.
Eterogeniæ. V. *Heterogeniæ.*
Etiopes. V. Æthiopes,

Eucharistia.

§. I.

Eucharistiæ quidditas. Quid ſignificet. c. 1. n. 2. Quid ſit. Ibi a n. 4. Conſiſtit in ſolis ſpeciebus conſecratis. Ibi a n. 6. Et n. 15. Varia epitheta ei attributa. Ibi n. 2. Et n. 48. Et c. 11. à n. 1. Cur bona gratia? c. .. n. 2. Quarê appellatur panis? c. 7. n. 49. Quo pacto loquendū de ea. cap 7. n. 93. Et 95. Quo ſenſu verum, manducari Patrem, & Spiritum S. quando manducatur ſacramentum. c. 8. n. 58. Germē gloriæ quo ſenſu. c. 11. àn. 38. Et qua ratione. Ibi num. 39.

§. II.

Eucharistiæ inſtitutio.
Quo anno, quo mense, Qua hora, quo die inſtituta ſit. c. 2. n. 1. Qua luna. Ibi à n. 10. Prima die azymorum. Ibi à n. 10 Hora cœnæ, in qua domo Ibi n. 1. Nocte traditionis poſt cœnam legalem, & vſualem. Ibi n. 2. Quo anno mortuus Chriſtus. Ibi à num. 6. Ad veſperam decimæ quartæ ad finem eius. Ibi a n. 18. in azymo. Ibi n. 21. Poſt lotionem pedum, factam inter cœnam vſualem, & ſacramentalem. c. 2. n. 21. Præſente Iuda, & communicāte cum alijs. Ibi. Quo catino, mappis, ac calice. c. 1. n. 32. Potuit inſtitui ante præſentiā circumſcriptivam corporis Chriſti. c. 2. à num. 22.
Vtramque ſpecies integrat vnū ſacramētum ſpecie athoma. c. 1. à n. 20. In vnica Hoſtia vnicum ſacramētū. c. 8. n. 15. Multiplicatur ſacramentum ad multiplicationem hoſtiarū, vel particulæ, vel vini. c. 1. a n. 24. Vnitas Euchariſtiæ ſumenda ex vnitate, vel pluralitate ſpecierum. Ibi n. 26. etſi ab eodem eadem actione conſecratæ. c. 12. a 54. diſtinguitur a confirmatione. c. 1. num. 30.

§. III.

De Miniſtro conficiente, & porrigente.
Tranſubſtantiatio quid cap 7. à n. 15. Virtute tantū diuina poteſt fieri. Ibi n. 16. Quid requirat. Ibi a n. 1. Et a n. 17.

Fi-

Dies. Diei naturalis duratio. c. 2. num. 12. dies veneris, ac Sabbati Sancti: V. *Euchariſtia*. §. *Euchariſtiæ communio*.
Dieta. Eſt ſpatium duarum leucarum. c. 16. num. 136. Vel ſeptem, aut decem leucarũ. Ibi num 139.
S. *Dionyſius*. Exponitur. cap. 7. num. 43.
Diſcere, Diſcipulus. Priùs format conceptum cõcluſionis, quã illi demonſtretur. c. 6. n. 63.
Diſpenſatio. Solum neceſſaria in cauſa dubia. c. 16. à n. 123. & n num. 127.
Doctores Eccleſiæ. V. *Theologi*.
Dubium, V. *Voluntas*.

E.

Ebionitæ. Eorum hæreſis. cap. 5. num. 10.
Eccleſia Catholica. Nequit inſtituere novum ſacrificium c. 12. n. 64. Non poteſt præcipere actus merè internos c. 18. num. 6. Filiorum ſuorum auctoritatem curat conſervare. c. 7. n. 94. Quo ſpirituoret pro omnibus non baptizatis in Paraſceve. c. 14. à num. 3.
Non polluitur per ſepulturam nominatim interdictæ perſonæ. c. 16. n. 53. Neque per ſepulturam nominatim excommunicati non denuntiati, aut hæretici. Ibid. Ex deſtructa noviter cõſtructa eget conſecratione: no ita Eccleſia benedicta nova benedictione. Ibi n. 54. Conſecrata ſolùm poteſt reconciliari ab Epiſcopo: benedicta à ſimplici Sacerdote per aſperſionẽ aquæ benedictæ. Ibi num. 55. Vel ſufficit ad recõciliationæ, quòd ſemel bona fide ſit celebratum in ea. Ibid. Quid faciendum, ſi contingat violatio, Sacerdote celebrante. Ibi num. 56.
Celebrans in eccleſia violata peccat mortaliter, ſine vlla cẽſura, aut pœna. c. 16. n. 46. Solùm violatur conſecrata, aut benedicta. Ibid. Quinque modis violatur. Ibi à n. 47. Vt violetur per ſãguinis effuſionem, requiſita. Ibi n. 48. Vt violetur homicidio. Ibi à n. 49. Vt fiat cum lethali Ibi n. 50. Violatur, ſi Iudex reum occidat, vel aliquis ſe ipſum in eccleſia. Ibi n. 50. Nõ violatur per copulam conjugalẽ. Ibi n. 51. Ad eccleſiæ pollutionem requiritur notorietas publica facti, immò denunciatio iudicis. Ibi à n. 52.
Eccleſia Græca non miſcet à quã cum vino. c. 5. num. 57. Alia. V. Patres. V. Regulares. V. *oratio*.
Efficiens, Effectus. V. *Cauſa*. Ex opere operato, vel operãte. V. *Sacramentum*.
Eleemoſyna. Plus affectus, quàm cenſus æſtimatur in ea. c 15. à n. 15. Nõ eſt mortale negare illam de ſuperfluis in cõmuni-

munibus neceſsitatibus c.2. n.182.
Elementum. V. Miſtio.
Elibertinum. V. Concilium.
Energumenus. V. Euchar.
Epiſcopus. Iter facientibus conceſſum celebrare ante auroram. cap.16.num.31.
Eſſentiæ. Coſiſtūt in indiuiſibili. cap.6.num.34.
Et. Valet aliquando *Vel.* c. 2.n. 40. Et 124.
Eterogeniæ. V. *Heterogeniæ.*
Etiopes. V. Æthiopes,

Euchariſtia.

§. I.

Euchariſtiæ quidditas. Quid ſignificet. c.1.n.2. Quid ſit. Ibi a n.4. Conſiſtit in ſolis ſpeciebus conſecratis. Ibi à n.6. Et n.15. Varia epitheta ei attributa. Ibi n.2. Et n.48 Et c.11. à n.1. Cur bona gratia? c. n. 2. Quarê appellatur panis? c.7.n.49. Quo pacto loquendū de ea. cap 7.n.93. Et 95. Quo ſenſu verum, manducari Patrem, & Spiritum S. quando manducatur ſacramentum. c.8.n.58. Germē gloriæ quo ſenſu c.11 à n.38. Et qua ratione. Ibi num.39.

§. II.

Euchariſtiæ inſtitutio.

Quo anno, quo menſe, Qua hora, quo die inſtituta ſit. c.2.n.1. Qua luna. Ibi à n.10. Prima die azymorum. Ibi à n.10 Hora cœnæ, in qua domo Ib n.1. Nocte traditionis poſt cœnam legalem, & vſualem. Ibi n.2. Quo anno mortuus Chriſtus. Ibi à num.6. Ad veſperam decimæ quartæ ad finem eius. Ibi a n.18. in azymo. Ibi n.21. Poſt lotionem pedum, factam inter cœnam vſualem, & ſacramentalem. c.2.n.21. Præſente Iuda, & communicāte cum alijs. Ibi. Quo catino, mappis, ac calice. c.1.n.32. Potuit inſtitui ante præſentiā circumſcriptivam corporis Chriſti. c.2. à num.22.
Vtramque ſpecies integrat vnū ſacramētum ſpecie athoma. c.1. à n.20. In vnica Hoſtia vnicum ſacramētū. c.8.n.15.
Multiplicatur ſacramentum ad multiplicationem hoſtiarū, vel particulæ, vel vini. c.1. à n.24. Vnitas Euchariſtiæ ſumenda ex vnitate, vel pluralitate ſpecierum. Ibi n.26. etſi ab eodem eadem actione conſecratæ. c.12. à 54. diſtinguitur a confirmatione. c.1. num.30.

§. III.

De Miniſtro conficiente, & porrigente.

Tranſubſtantiatio quid cap 7. à n.15. Virtute tantū diuina poteſt fieri. Ibi n.16. Quid requirat. Ibi à n.1. Et a n.17.

Fit

Fit præſens Chriſtus in Euchariſtia per actionem adductivam. Ibi à n.19. Per hãc adductivã fit Euchariſtia captu facilior. Ibi num.2. Potuit fieri in corpus Chriſti exiſtens in cœlo. Ibi à n. 37. Si conſecratio fieret tempore paſsionis, poneretur ex vi verborum ſanguis effuſus, & effundendus. c.8. à n. 42 Sed vtraque pars nõ eſſet viſita. Ibi à n.44. Plura V. converſio. In Eccleſia Greca cum Epiſcopo conſecrante ſemper conſecrat Præsbyter celebrans. c.4. à n.3. In Romana ordinandus cum Epiſcopo; Epiſcopus ordinandus cum Epiſcopo ordinante ſimul conſecrat. Ibi. Oppoſitũ ſervabat olim Moguntina. Ibi num.5.

Recordatus nõ eſſe ieiunũ (adhùc ceſſante ſcandalo) poteſt finire miſſam. c.3.n.61. Immò debet in quocumque ſtatu Miſſæ. Ibi n. 62. Advertẽs infuſum calici ſolam aquam poteſt deglutire, ac vinum noviter conſecratum ſumere: immò debet. Ibi n.59. niſi adſit nota. Ibi n.60. Ieiunus tenetur finire miſſam inceptam ab alio poſt conſecrationem. Ibi n.66. Immò etiã non ieiunus. Ibi n. 63. poteſt non ieiunus celebrare in neceſsitate pro viatico tribuẽdo infirmo c. 2. à n.49. Poteſt aliquando bucellam cõſecrare pro infirmi viatico extra miſſam ſine veſtibus, ceremonijs, &c. præcius verbis, &c. c.3 à n 54.

Sacerdos poteſt extra miſſam ſe communicare, etiam præſente alio Sacerdote. c.4 n. 45. Nec veniale eſt ſe comunicare ſine ſtolla. Ibi à n 64.

Diaconus poteſt ſe cõmunicare, abſente Preſbytero, extra neceſsitatem. Ibi n.46. Qui poteſt illam adminiſtrare in defectu Sacerdotis. Ibi num. 34. Qua auctoritate. ibi à numero. 42. vſque ad 46. incluſivè. In neceſsitate, nedum extrema, poteſt ſæcularis & ſibi, & alijs porrigere euchariſtiam. Ibi à n. 36. Sęculares, etiam fæminę, deferebãt antiquitùs Euchariſtiam in domum accipiendam Ibi n.37. Hoc quo ordine fieret. Ibi à n. 40. Sæcularis tenetur miniſtrare infirmo in articulo mortis, defectu miniſtri. Ibi à n.38. Idem infirmus poteſt tempore peſtis propria manu accipere Euchariſtiam. Ibi n.51.

Parochus tenetur miniſtrare illam in peſtilẽtia, etiam cum vitæ periculo. c.4. à n.7. Non licet in articulo mortis cõmunicare e manu hæretici, Schiſmatici, excommunicati nõ toleratorum. Ibi à num. 67. Ni in aliquo ſingulari eventu. Ibi n.68. Excommunicatur miniſtrans ſæculari vtramque ſpeciem, & ipſe more laica cõmunicans pecca-

caret lethaliter vtramque ſumendo.c.2.n. 138. Niſi ex conſuetudine, vel privilegio. Ibi. n.139. Nec veniale eſt, miniſtrare illam in mortali. c.4.n.57. Non eſt lethale miniſtrare illam ſine ſuperpellicio. Ibi. à n.60 Neq; ſine ſtola. ibi. à n.61. Ommiſsio luminis, confeſsionis generalis; & c. in porrectione eſt ſolùm veniale. Ibi. n.63.

§. IIII.

Euchariſtiæ forma.

Verba effectiua Euchariſtiæ sũt eius forma, quo ſenſu. c.1.n. 13 Relatio ſigni, quæ eſt forma Euchariſtiæ, eſt vna, quaſi compoſita ex duplici partiali. Ibi. n.23. Quę ſint eſſentialia ad conſecrationem. c.6. à n.26. Verbis Chriſti in forma vtitur Eccleſia Romana. c.6. à n.2. Quæ ſint hæc. Ibi. à n.17. Proferuntur à Miniſtro ſignificativè, & hiſtoricè. Ibi. n.20. & à n.48. Habent duplicem ſenſum. c.7. à n.62. Quis ſenſus formæ corporis, & ſanguinis. c.6. à n.55. Ly *enim* nõ eſt de neceſſitate. Ibi à n.21. Ommittere illã veniale. Ibi. n.22. Ly *enim* vſus Chriſtus. Ibi. n.24. Salva veritate verborum poſſet ſubſtantia panis, & vini conſeruari ſimul cũ corpore, & ſanguine Chriſti Ibi. à n.62. Deſtructio panis, & poſitio corporis, aut ſanguinis per accidens coniunguntur. c.7. à n.70. Subſtãtia panis, & vini annihilãtur per tranſubſtantiationem. c. 7. à n.67. Oppoſitum problema apud Scotum. Ibi. n.68.

Non valet hæc forma, *Hoc eſt corpus Chriſti*. c.6.n.35. Valet, *Hic eſt corpus meum*. Ibi. n.36. Non valet, *Ecce corpus meum*. Ibi. n.37. Valet, *Hæc eſt caro mea*. Ibi n.38. Sub opinione, an teneat, *Hoc ſit, fiat*, aut *ſit corpus meum*. Ibi n.39. Nõ valet, *Ego conſecro hunc panem in corpus meum*, vel *ego cõficio corpus meũ ex pane*. Ibi n.40. Neque iſta, *Hoc corpus meum*. Ibi n.41. Neque *Hæc eſt ſubſtãtia mea*, vel *Hic eſt cibus meus*. Ibi n.42. Valet, *Iſtud eſt corpus meum*: non ita, *Illud eſt corpus meum*. Ibi n.43. Tenet *Meum eſt hoc corpus*, aut *hoc corpus eſt meum*. Ibi n.44. Commutata m. in n. *meum*; vel *calis* pro *calix*, tenet. Ibi. n.45. Tenet, *Hic eſt calix, novum teſtamentũ in meo ſanguine*. Ibi. n.46. *Hoc* demonſtrat indiuiduum entis vniuerſaliſsimi. ibi à n.67 Ly *Hic* ſumitur ſubſtantivè. ibi. à n 75. Alia V. *Æthiopes*.

Conſecratio ſolũ moraliter ponit ſanguinem, &c. Sub ſpeciebus c.8.n.44. Ponitur ex vi verborum, quod verba ſignificant. ibi. n.54. Quid ponatur ex vi verborũ ſub accidẽtibus panis. ibi. à n.19. Ex vi verborum ponitur in calice totus ſanguis. ibi. à n.39. Modo ponitur, quẽ habet Chriſt-

Google

in cœlo, non qui non fuit reaſſumptus in reſurrectione. ibi.n.41. Quãtitas non ponitur in ea ex vi verborum, ſed per concomitantiam.ibi à n. 54. Cenſura contra negãtes, accidentia abſoluta Chriſti poni in Euchariſtia. ibi. à n. 47. Diuinitas, & perſonalitas ſunt, per concomitantiã. ibi.à n. 56. Verbum diuinum eſt per concomitantiam immediatam. ibi. n.59. At aliquando fuit ex vi verborum. ibi.n.60.

§. V.

Euchariſtiæ materia.

In quavis magna, vel parva materia moraliter præſente conſecratur.c.5.à n.109. Imperceptibilis ab aliquo ſenſu exteriori nõ cõſecratur.ibi.à n. 113. Sufficit, quod ſit expoſita viſui, etſi non videatur. ibi n. 89. Non ſufficit fieri certiorem Sacerdotem de materia præſenti ex alterius relatione.ibi.n.91. Præſens eſt, etſi diſtet per 30. paſſus. ibi.n.94. Poteſt conſecrari hoſtia exiſtẽs in ſacrario. ibi n. 90. Debet manutenere miniſter materiam ante faciem. ibi n.95. Intendens conſecrare materiam præſentem, abſolutè, & abſentem conſecrat, ibi num.96. Ex decem præſentibus, v.g. intendens conſecrare octo, nullam conſecrat. ibi à n.97. Proferens verba ſuper duas formas, exiſtimans vnã eſſe, vtramque conſecrat. ibi n.100. Formulæ appoſitæ in Sacriſtia, atque ex oblivione extra aram, ſed intra altare collocatæ, non conſecrantur. ibi.n.102. Neq. appoſitæ ab alio intra corporale, inſcio miniſtro.ibi n. 103. Non cõſecrata admiſſa conſecratis poteſt ita cõſecrari, volo cõſecrare ex his quidquid non eſt conſecratum tantummodo.ibi.à n.105. An guttæ ſeparatæ in calice à quantitate conſecrentur, problema. Intendat miniſter conſecrare coniunctas, non ſeparatas. ibi à n.107.

Errores contra panem vſualem. cap. 5.à n.9 Eſt materia panis azymus, vel fermentatus. ibi à n.30. Sacerdos Eccleſiæ Romanæ in gravi neceſsitate poteſt conſecrare in fermentato.cap.5.n.34. Latinus degens apud Græcos, & contrariò tenetur conformare ſe cũ Eccleſia domicilij. ibi. n. 35. Vel eligere, ſi ad ritus ſuos habeat opportunitatẽ. ibi n.36. Etſi peregrinus tranſeat. ibi à n.37.

Eſt materia panis azymus, vel fermentatus.c.5.à n. 30. Tipha, i. centeno, eſt materia. ibi.à n.16. etiam ſpeltra. i. avena.ibi n 19. Et ſiligo ibi n. 20. & far.ibi num.21. Non eſt materia maiſium. ibi. n. 22. Neque amylum. ibi à n.23. Neque maſſa cruda.ibi.n.25.

Ne-

Neque maſſa frixa oleo, &c. an. lixa.ibi.n.26. Neque panis aqua roſacea, &c. confe-ctus.ibi n. 27. Aut cinnabro. i.oblea.ibi n.28.

Oblatio panis,& vini ſolita fieri ante conſecrationem, non fiebat in Eccleſia primitiva. c.12.n 29. Muſtum eſt materia.c.5.à n.46.Et vinum congelatum.ibi.à n.48.Admiſtio aquæ cum vino non eſt de neceſsitate Sacramenti. ibi à n. 57.Sed de pręcepto humano. ibi à n.61. A quo impoſitum. ibi n.63.Poſſet celebrari ſine miſtione aquæ in neceſsitate non nimis vrgente.ibi n.65. Quarè adhibenda modicisſima.Ibi.n.67. Vino admiſta, in vinum non converſa tempore conſecrationis,non cõvertitur in ſanguinem. ibi à n.72.& à n.81.Quid faciendũ in defectu vini coſecrati; apposita alia materia loco vini?c.15.à n.178. Quid ſi venenũ incidat in calicem? ibi. n. 180.

§. VI.

Species Sacramentales.

Non eſt de iure diuino vtramq; ſimul conſecrare. c.3. n. 56. Dictum ſit iuxta aliorum mẽtem. ibi n.60.& c.12 à n. 44. Chriſtus fit præſens ſpecieb' per intrinſecam præſentiam realem.c.7.à n.74. Hæc præſentia non acquiritur per mutationem localem.ibi à n.76. Eſt diuiſibilis extenſiuè, nõ entitativè.ibi n.78. Pertinet ad vbi.ibi n.80. Habet Chriſtus cum eis ſolum moralem vnionem intimam,& infallibilem ex pacto Dei. c. 7. à n. 83.Totus in tota hoſtia,& totus in qualibet parte. c.8.à n. 9. In qualibet hoſtia dantur infinitæ præſentiæ Chriſti. ibi.a n.5.Quæ præſentiæ infinitæ non continuantur.ibi.n. 16. Totus Chriſtus in indiuiſibilibus ſpecierum. ibi à n. 17. Fracta hoſtia ponitur Chriſtus de novo ſine coſecratione in indiuiſibilibus noviter reſultantibus. ibi. n. 18. Ad continentiam per concomitantiã præter localẽ præſentiam requiritur etiam naturalis coniunctio.ibi n.5. Partes Chriſti non ſunt in Euchariſtia confuſæ, neque mutuò propriè ſe penetrant. ibi à n. 50.Neque corpus eius codẽſatur.ibi. n. 51. Habet figurã entitatiuã ibi.n.53. Ad euendum cum alio ſufficit connexio.ibi n.57.

§. VII.

Operationes Chriſti in ſpeciebus actiuæ, & paſsiuæ.

Vt Chriſtus exiſtit in ſpeciebus nequit exercere actiones immanentes ſenſuum exteriorum.c.9.n.4.Poteſt immanẽtes internas potentiarũ ſenſitivarũ.ibi à n.5. Infuſa oculis, vel auribus ſpecie, vel impreſſa,

Digitized by Google

preſſa, vel expreſſa poteſt videre, &c. Chriſtus prout in ſpeciebus. c.8.à n.8.

Chriſtus nequit directè moueri ad formam abſolutam: poteſt per concomitãtiam. c.9.à n. 13. Nequit agere actione corporea, nec pati ab agente naturali. ibi à num. 14. Mouetur motu locali proprio, & intrinſeco. ibi à num. 17. A Deo phyſicè, moraliter à mouente ſpecies. ibi à n. 19. Intellectus viatoris nequit naturaliter cognoſcere corpus Eucharisticum: at poteſt in ſtatu ſeparationis. ibi à n. 22. Vt Euchariſticũ non ſpectat ad obiectum beatificum. ibi n. 27. Corpus nequit videri naturalitèr oculo corporeo: poteſt ſupernaturalitèr. ibi. à n. 39. vti vidit B. Virgo. ibi. n. 40. Modꝰ indiuiſibiliter exiſtendi non poteſt videri oculo corporeo, adhuc glorioſo, nec de potentia Dei. c.9.à n. 41.

§. VIII.

Permanentia Chriſti ſub ſpeciebus, & earum nutritio.

Chriſtus ſolùm ſubſtituitur loco ſubſtantiæ, quæ eſſet naturaliter ſub ſpeciebus. c.10.n. 34. Perſeuerat Chriſtus ſub ſpeciebus, dùm non corrumpuntur, & è contrario. c. 9. à n. 55. Idem de ſpeciebus vini. ibi à n. 59. Et ſi miſceantur cũ vino, nouiter infuſo, vel alterius coloris, vel ſpeciei. ibi. n° 60. Non corrumpuntur ſpecies vini, etiŭ vnica gutta miſceatur cum oleo, &c. ibi. n. 61. In hoc caſu non poſſet cõſumi quidquam huius dolij à laico, niſi in quadam ſuppoſitione. ibi. n. 62. Si gutta aquæ poſt conſecrationem admiſceatur cõſecratis ſpeciebus, ſub illa non erit ſanguis, adhùc in ſuppoſitione, quod aqua admiſta convertatur in uinum. ibi n. 63. Quanto ſpatio temporis durent ſpecies in ſtomacho indigeſtæ. ibi à n. 66.

Aliquomodo mutatur Chriſtus cũ deſinit eſſe ſub ſpeciebus. c.9. n. 65. Deſitio Chriſti ſub ſpeciebus eſt conuerſio vera in ſubſtantiam ſibi ſuccedentem, ideſt, amittit vnionem habitam cum ſpeciebus corruptis. c.10. n. 44. Pars quantitatis per rarefactionem, & condẽſationẽ deperdita creatur, & annihilatur à Deo. ibi. à n. 31. Cum ſuccedit ſpeciebus corruptis vermis, v. g. vel ignis, à Deo creatur materia prima, ex qua educitur forma ignis, & c. ibi. à n. 35. Vel potiùs reproducitur eadẽ numero. ibi n. 41.

Quomodo nutriamur ſpeciebus ſacramentalibus. c. 10 à n. 42. Non ſunt alimentum immediatum, nec mediatũ, ſed occaſionaliter. ibi n. 43. Nutrire, & c. competens formis panis,

nis,

nis, & vini ſupplet Deus in ſpeciebus.c.7.n.58.

§. IX.

Apparitiones Chriſti, & adoratio eius.

Dupliciter fieri poteſt apparitio.c.9.à n.47. Regulæ iudicandi de apparitionibus Euchariſticis.ibi à n.48.Quo ſine fiant.ib. n.49. Sæpe videtur caro, & ſāguis in ſe ipſis. ibi à n.50.Nulla eſt deceptio ex parte Chriſti variè apparentis videnti.ibi n.51. Manet Chriſtus in apparitionibus ſanguis, & carnis, &c.dūmodo mutatio non corrumpat panis ſubſtantiam ibi à n. 52.Cum apparet ſpecie carnis, &c.poſſumus, ſed nō tenemur videntes conſumere. ibi n.53.Si ſervandę ſint ſpecies proter apparitiones ſanguinis, &c. non tenemur apponere novam materiam.c. 9.n.54.Alitèr dicendum, ſi appareant ſpecies venenatę, ex alia ratione.ibi n.54.

In caſu dubij de aſsiſtētia Chriſti in prædictis apparitionibus debent adorari ſpecies. c.9.n.54.Adoratio ſolū terminatur ad corpus, & ſanguinem.c 5.n.74.ſpecies coſecratæ, vt præſcindunt à ſuo ſignificato, ſeu à corpore, & ſanguine, adorandæ ſunt latria participata.c.1,num.7

§. X.

Miſſæ ſacrificium.

Eſt verum ſacrificium.c.12.à n. 26.Sacramentum, teſtamentum, & ſacrificium. ibi n 18. Victima, & Hoſtia. ibi n.20. Panis, & vinum non pertinent ad ſacrificium. ibi à n. 20. Vnicum ſacrificium. ibi n.21.Et à n 46.Et n.63. Hoc ſacrificium conſiſtit in conſecratione.ibi à n.22.Et n.45 Actiones intervenientes in miſſæ ſacrificio.ibi n.23.Ad miſſæ ſacrificium non phyſica, ſed myſtica immutatio requiritur.ibi n.35. Chriſtus D. in cœna nō fregit panem conſecratum. ibi n.32. Non requiritur ad eſſentiā ſacrificij conſecratio vtriuſq. ſpeciei. ibi à n.40. Non tamen ſufficit conſecratio vini.ibi à n.41. At ſufficit, & eſt neceſſaria cōſecratio panis. ibi à n.41. In Paraſceve non fit ſacrificium. ibi à n. 49.Graviter peccaret ſacrificans in Paraſceve.c. 12.n.50. Licet ſacrificare Sabbato Sāto. ibi d. Alia §.12.Quo pacto differat à cruento, & in cruento Chriſti. ibi à n.51. Eſt propitiatorium.ibi n.59.Eſt honoratorium, laudatorium, & impetratorium. ibi à n .54. Et c.13.n.1.Plures formulæ ab eodem conſecratæ eadē conſecratione ſunt plura ſacrificia.ibi à num.54.

§. 11.

Miſſæ Oblatio, & applicatio.

Chriſtus mediatè, Sacerdos immediatè offert c. 5.n. 14. Et c.

13.à n.3.Et n.11.*In* cruentũ, ècontrario cruentum. c.12. an,52.Offerunt omnes fideles remotè. c. 13. n. 11. Diſpoſitiones requiſitæ in eo, pro quo offertur.cap.15.n.7. Solùm prodeſt ex opere operato illi, pro quo offertur.ibi à n,5.Minus prodeſt pluribus oblatum.ibi à n.13.Non tam attenditur valor rei oblatæ, quam affectus offerentis.ibi n.13.Applicatio Prælati valet contra applicationẽ ſubditi Contrarium probabile. c. 13.an.8. Invalidè offertur pro non baptizãtis.Contrarium probabile.c.14.à n. 4.Quoad meritum operantis poteſt offerri pro nõ baptizatis.ibi à n.6. Validè offertur pro hæreticis,& ſchiſmaticis; ſed infructuoſe. ibi n. 8. Et illicitè, adhuc ſecluſa excommunicatione. ibi à n. 9.Offertur indirectè pro quocumq;adhùc non baptizato: & quæ hæc oblatio.ibi n.13. Et Sacerdos vt perſona privatio poteſt offerre pro eiſdem directè.ibi n.14.Si quem Sacerdos, ut Eccleſiæ miniſter excluderet à fructu ſacrificij, non valeret excluſio: ſecus ſi affectu perſonæ priuatæ. ibi n.15. Offertur pro ſanctis honorarium; ſed non ad ipſos proximè colendos. ibi n.27. Poteſt pro eiſdem offerri; ut impetratorium gloriæ accidentalis. ibi num 28 Prodeſt defunctis ex infalibili lege, Chriſti.c.17.n.34. Laudabile, & vtilius eſt, miſſas exequiales ante mortẽ præmittere.ibi à n 27.Non offertur pro paganis, Iudæis,nec Cathæcumentis.c. 14.n.3 Nec licitè offertur pro excõmunicato tolerato: Oppoſitum probabile .ibi à num.11.

§. XII.

Miſſæ celebratio,

Tenetur Sacerdos ſub morali ſemel in tota vita celebrare. c.16.n 6.Non poteſt Sacerdos in natiuitate domini cõmunicare ſemel, aut bis, ac vlteriùs ſemel, aut bis celebrare. ibi n. 12. Prohibitio plures celebrandi eſt de iure tãtùm eccleſiaſtico.ibi n.23. Celebrari poſſunt plures eadem die à Parocho ob neceſſitatẽ.ibi à n.14. Vel ob vnius perſonæ auditura neceſsitatem, adhuc in die pro feſto. ibi n.15. Et ob alias neceſsitates.ibi à n.16.Et ex privilegio, vt Affricani. V. *Miſſa.* Poteſt Sacerdos inieiunus, ſi ieiunus nõ adſit, nec formæ, cõſecratę, celebrare pro viatico infirmi ibi num.21,

§. XIII.

Miſſæ celebrandæ neceſſaria.

Acolytus repræſentat in ſuo miniſtrio perſonã eccleſiæ.c.16 à n.146.Et 154.No licet abſque Acolyto celebrare ſine neceſsitate. ibi.n.147. Oppoſitum mihi probabile, ibi à n.152.Quę neceſsitates ſufficiant.ibi à num.150.Poteſt abſ

abſque neceſsitate miniſtrare Sacerdoti fœmina prætcrquã vrceolos, aquã manib⁹, & vinum, & aquã calici infundendam ibi n.158. Poteſt fœmina miniſtrare in omnibus abſolutè in neceſsitate, & quæ iſtæ ibi à n. 160. Non eſt veniale omittere orationes ante miſſæ celebrationem. ibi. n.162. Neq; poſt celebrationem canticum *Benedicite*. Regulæ ad cognoſcendum, quãdo obligent mortaliter, vel venialiter prædictæ ceremoniæ. c.16. à n. 166. Sufficit, o · periatur altare duabus mappis. c.16. n.74. Celebrare cũ vna mappa, & corporali, eſt veniali: cum ſolis corporalibus mortale. ibi n.75. Nulla eſt culpa celebrare cum mappis non benedictis. ibid. Corporale plicatũ poteſt fieri ex quocumq; linteo albo, & decente. ibi n 76. Palla coopertoria calicis poteſt eſſe ſerica, vel aurea. ibi. n 77. Purificatorium non eget benedictione. ibi n.78. Si deficeret lumen, deberet Sacerdos perficere inceptam quocumque ſtatu. c. 16. n.79. Nulla culpa celebrare cum vno lumine, extra neceſsitatẽ. ibi n.80. Neq; cum candela ex oleo, aut adipe. ibi à n.81. Neq; abſque miſſali in vrgentiſsima neceſsitate, etſi Sacerdos ob memoriæ defectũ timeat, omiſſurũ partem notabilẽ canonis. ibi à n. 84. Neq; vlla eſt culpa, ſi Sacerdos tenacis memoriæ, & ſine periculo omittẽdi aliquid celebret ſine libro extra neceſſitatẽ. ibi a n.84. & n 87.

Sine cruce celebrare nulla culpa. c. 16. à n.86. Vſus calicis à Chriſto D. cœpit. ibi. n. 88. Calicis materia. ibi à n. 89. Non decurare cuppã erit veniale; etſi ſit ex argento, neq; veniale; neq; ſi deauratio perdita non reſtauretur. ibi. n.95. Non licet celebrare cũ calice, & patena non cõſecratis, etſi deſervierint aliàs ad ſacrificium. c.16. n.97. Non amittunt conſecrationem per fractionem, & partes idoneæ poſſunt vlteriùs deſervire. ibi à n.98. Neq; calix novitèr inauratus amittit conſecrationẽ. ibi à n.99. Pixis debet benedici, & poteſt à Sacerdote ſimplici. cap.16. n.104 Nulla obligatio collocandi pixidẽ ſuper arã cõſecratã. ibi. n.106

In graviſsima neceſsitate poteſt celebrare ſine veſtib⁹ omnibus. v.g. ad porigendũ viaticũ deceſſuro ſine eo. c.16. n. 111. Celebrare ſine manipulo, cingulo, & ſtola extra neceſsitatẽ non eſt mortale. ibi n.112. Oppoſitum ſentio de celebrante ſine amictu, alba, & planeta. ibid. Vti extra neceſsitatem veſte non benedicta, quęcũq; ſit, eſt veniale. ibi n.113. Vti cingulo non benedicto, nulla culpa. ibi à n. 114.

Partes veſtium ruptarum non amittunt benedictionē.c.16. n.117. Vti poſſumus illis iam ruptis; ſed decentibus. ibi. à n.118. Et partibus cinguli nexis abſq; nova benedictione.ibi n. 119. Nudis pedibus celebrare,eſt veniale. ibi n. 120 Et cum cauſa probabili, & ſine diſpenſatione, cooperto capite.ibi à n.123. Sine cauſa ita celebrare eſt ſolum veniale.ibi.n.125. Circa hoc ſolus Papa diſpenſat hac tēpeſtate.ibi.n.126. Cauſæ diſpenſandi.ibi n.127. Priuilegia ad conſecrandum calices, veſtes ſacras,&c. V. *Regulares.*

§.XIV.

Celebrādi dies hora, altare, & locus.

Poſſumus celebrare die Sancto Iovis ante miſſam ſolemnē. c.16.n.6. Et die Sabbati Săcti. ibi à n.7. Quo introitu celebrāda hæc miſſa.ibid. De die veneris Săcto. V. *Euchar.* §.10. A qua hora in matutino poſſit incipere miſſa.c.16.à n.26 Poſſunt celebrari ante auroram tres miſſæ in natiuitate Chriſti D.ibi n.13. In neceſsitate licet ſtatim poſt mediam noctē ibi n.32. Et in Paraſceve pro viatico infirmi quaq; hora diei, ac noctis.ibi. n.32. Epiſcopis,& Cardinalibus cōceſſū celebrare ante aurorā. c.16.n.31. Regularibus duab⁹ horis à media noctē. ibi n.30. Poſt meridiē vna hora integra. ibi n.34. Inceptio differri poteſt vſq. ad nonā incluſivē, id eſt,vſq. ad horam tertiā poſt meridiē.ibi à n.35. Et præter ius commune, extat pro Regularibus priuilegium.ibi n. 37. Die Sabbati Săcti ſolita olim celebrari circa initiū noctis.. ibi à n.25. Ad celebrādū in altari viatico loci ſacri non eſt opus priuilegio. c.16.n.58. Sacerdos obligatus celebrare in determinato altari . quando peccet, vel nō,& ad reſtituendū teneatur.c.17. à n.30. De altari,& de eius benedictione. Multa V. *Altare.*

Poteſt celebrari cū neceſsitate extra Eccleſiā,in caſtris,in littore,&c.c.16.à n 40. De mari.ibi à n.43. Regulares poſſunt abſq; ſufficiēti cauſa celebrare per privilegia extra Eccleſiā, ibi à n.41. Sacerdos obligatus celebrare in determinata Eccleſia quando peccet,vel nō,omittēs,& ad reſtitutionē teneatur.c.17.à n. 30. Licet hodie navigātibus deferre ſecū Euchariſtiā.c.16 n.44. Plura. V. *Eccleſia.*

Ritus celebrandi.

Non eſt veniale,quocūq; die duplici,etiā Dominico,celebrare miſsā votiuā, vel de requiē intellige etiā loco ſolemnis miſſæ.c.16 à n.170. Ommittere credo, gloriā , vel aliquē ſanctū in canone, eſt veniale, ibi n.173. Nō eſt veniale, non legere in miſſa ſolēmni epiſtolā,& Evāgeliū. ibi n.174.

§. XVI.
Audiendi præceptum.

Quota pars in auditione ſit parva omiſsio, c. 18. n. 5. Non petit hæc obligatio neceſſariò attentionem internã. ibi. à n. 6. Audiẽs cum animo expreſſo, non ſatisfaciendi præcepto, ſatisfacit. ibi. à n. 9. Impletur audiẽdo ab vno Sacerdote poſteriorem dimidiam, ac poſt dimidiam priorẽ miſſæ ab alio. ibi n. 14. Impletur præceptum, votũ, &c. ſimul audiendo tres ex triplici obligatione. ibi. n. 14.

Excuſati ab auditione in feſto. c. 18. à n. 16. Incidente alio feſto in Paraſceve, non tenẽtur fideles intereſſe ſacro. c. 16. n. 10. Non tenentur audire excommunicati, incarcerati debitores, etſi negligentes in ſe habilitando. c. 18. n. 18. Excuſatur vidua ob mortem mariti, vbi eſt conſuetudo. ibi n. 18.

§. XVII.
Miſſæ ſtipendium, & celebrandæ dilatio.

Non poſſunt accipi plura ſtipẽdia pro vna miſſa. c. 17. à n. 7. Nec duo ſtipendia applicans Sacerdos alteri partem ſuam ibi à n. 12. Poteſt Sacerdos augere ſtipendium, coactus, vt celebret, emere ornamenta, &c. Ibi n. 15. Religioſus celebrans pro defunctis ſui ordinis non poteſt ab alio accipere ſtipendium. ibi n. 19. Quito tẽpore differri poſsit miſſæ celebrandæ adimpletio? ibi n. 21. Poteſt celebrari pro primo eleemoſynam porrecturo. ibi. à n. 22.

§. XVIII.
Communio.

Non eſt neceſſaria neceſsitate medij, neque in re, neque in voto. c. 2. à n. 28. Formulæ cõſecratæ debent remanere in altari ſuper aram, quouſque miſſa finiatur, vel potiùs quouſque hoſtia magna cõſumatur. c. 16. n. 70. Non licet laico abſque mortali cõmunicare ſub vtraque ſpecie, neq; Sacerdoti extra miſſæ celebrationem. c. 2. n. 38. Niſi ex conſuetudine, vel priuilegio. ibi n. 39. Caſus, in quibus liceat laicis abſque priuilegio ſumere ſanguinem ibi n. 40. Laici Bohæmi communicabant, ſub vtraque ſpecie. ibi. n. 32. Clemens VI. conceſsit Reginæ Galliæ communicare, ſub vtraque. c. 17. n. 23. Infirmis quando liceat, imò, & teneantur. c. 2. à n. 141. Plus gratiæ recipitur ex participatione vtriuſque ſpeciei, ibi à n. 134. Quibus cauſis mota ſit Eccleſia ad denegandum laicis communionem vtriuſque ſpeciei. ibi nu. 135. Infantes ſunt capaces gratiæ Eucharisticæ. ibi n. 73. Prohibitũ plu-

riès quotidiè communicare ad repræſentandum vnitatē paſsionis Chriſti. ibi à n.216. Fuit mos in Eccleſia dādi ſingulis panem conſecratum, in domum deferendum in calice. c.3. n.3.

§. XIX.

Præceptum communionis.

Ex vi præcepti divini ſufficit communicare ſemel in vitâ, aut tempore ſalutis, aut extremę infirmitatis c.2. à n 43 & à n.55. Præceptum Eccleſiaſticum communicandi impletur quocumque anni die. ibi à n.4?. Præcepto Eccleſię tenemur cōmunicare mortis articulo, vel periculo. ibi. n.54. Non eſſe mortale omittere cōmunionem articulo mortis docent D. Bonauentura, Caietanus, &c. Ibid. Tenemur cōmunicare in articulo, vel periculo mortis, etſi communicaverimus in Paſchate. ibi à n.55. Alij oppoſitum tuentur. ibi n. 56. Paulo ante ex devotione communicans non tenetur iterū in articulo, vel periculo mortis ſuperveniētē. ibi à n.57. Cōmunio facta octo, vel quindecim diebus ante articulū, vel periculum mortis reputatur paulo ante facta. ibi n.62. Nō tenetur recipere, etſi poſt viaticum peccaverit mortaliter in eadem infirmitate. ibi n. 64. Indignè cōmunicans implet præceptum Eccleſiaſticum, imò etſi ſit diuinum. ibi à n.65. Elapſo præcepti tempore non tenemur illud implere: at qui in Paſchate non communicavit, tenetur vſq; ad vltimum anni terminum. c.2. à n.67. Præuiſo impedimento communionis, nō tenemur anticipare. ibi à n. 6. At præuiſo impedimento vltimæ diei obligationis tenemur præuenire. ibi n.71.

Pueri attingentes ætatē diſcretionis tenentur pręcepto annuæ cōmunionis. c.2. à n.74. Non priùs ad cōfeſsionem, quàm ad cōmunionē obligātur prædicti. ibi n 76. Porrigendū viaticū puero ſub dubio capacitatis. Ibi à n.77. Imo tenetur. Ibid. Miniſtri, & parentes impedientes peccāt mortaliter. ibi n.79. Pueri omittentes communionē paſchatis non ligantur pœnis canonicis ante pubertatem. ibi à n. 80. Surdi, & muti poſſunt communicare, & tenentur in Paſcha ibi. n.91. Et in periculo, & articulo mortis. ibid. De excommunicatis *V. Excommunicatus.*

Non baptizati non tenentur præcepto divino cōmunicādi. c.2. à n. 95. Damnatus ad mortem tenetur, etiam poſt ſumptum cibum. ibi à n. 93. Nec judex tenetur differre ſupplicium, vt Ieiunus communicet. ibi n.98. At tenetur

ſub mortali concedere tempus ad communicandum. ibi à n. 99. Poteſt communicare ipſa die mortis. Ibi. n. 102. Vna hora ante ſuppliciū. ibi n. 103. Energumeni poſſunt communicare. ibi n. 107.

Papa tenetur communicare ſemel in anno vi directiua. c. 2. à n. 106. Implēdum hoc præceptum in propria Parochia. ibi n. 109. Non in cathedrali. ibi n. 110. In dubio, an ſæculares die Paſchatis communicent in Eccleſijs Regularium pro implēdo præcepto, necne, admittendi ſunt. ibi à n. 114. Vi privilegiorum poſſūt implere hoc præceptum in Regularium Eccleſijs. ibi à n. 118. Quilibet ſimplex Sacerdos poteſt miniſtrare Euchariſtiam moribundo in abſentia Parochi, vel eo nolente. ibi n. 116. Idem dicendum de communione pro adimplendo præcepto. Ibi. n. 117. Alia V. *Regulares*. V. *Bulla Cruciata*. V. *Euchariſtia*. §. 3.

§. XX.

Communis diſpoſitio.

Eſt Sacramentum viuorum. c. 11. n. 3. Neceſſaria mūditia, ac diſpoſitio eſt carentia à lethali. c. 2. à n. 160. Carēs mortali poteſt communicare, in conſulto confeſſario. ibi à n. 219. Perfectius erit, licentiā petere. ibi à n. 220. Iudicium hac in re confeſſarij præferē-dum ſenſui pœnitentis. ib. n. 222. Communicans debet eſſe ieiunus. c. 3. à n. 1. Non eſt præceptum diuinum; ſed Eccleſiaſticum ibi à n. 4. Olim cōmunio fiebat in feria 5. poſt cœnam. ibi à n. 1. Rationes hoc ieiunium imponēdi. ibi n. 7. A temporibus Apoſtolorum introductum. ibi n. 3. & à n. 8. Debet eſſe naturale, & de eius cōditionibus. ibi à n. 12. Frangitur mortaliter, vel per leuiſſimam cibi ſumptionem. ibi. n. 14. Fœminæ terram comedētes ob delectationem ieiunæ ſunt ad communionē ibi. n. 20. Item qui oſsicula fructuum, vel amigdalam cum cortice deglutiunt. Ibi n. 21.

Non impedit bucella ante 12. horam noctis impoſita ori, ac poſt modum deglutitā. c. 3. n. 23. Nec muſca caſu traiecta. ibi. n. 22. Idem de ſaccaro ante mediam noctem ori impoſito, partim ante, & partim poſt illam traiecto. ibi n. 24. Etſi ſumpſerit animo trās glutiēdi poſt mediam noctē. ibi n. 25. Comeſtibile mandens poſt mediam noctem, & poſtea illud euomens nequit communicare. ibi n. 27. Dubitans de ieiunio communicet. ibi n. 28. Et manducans dubius de duodecima noctis. ibi à n. 29. Idem ſentias de ſimilibus dubijs. Ibid. Et caſu, quo alij ſonuiſſe affirment,

alij negent. ibid. Ex duobus horologijs ad poſterius licet recurrere pro hora communionis.ibi.n.31. Vſque ad vltimum pulſum.ibi à n.32. etiam in quadrantibus.ibi. n. 33. In Sabbatho Sācto comeſta carne ad pulſum prioris horologij, recurrere licet pro hora communionis ad poſterioris ſonum. Ibi à n.34.

Infirmi in articulo mortis, pueri in dubio rationis, amentes non perpetuò, & perpetuò, ſemi fatui, ſurdi, & muti poſſunt communicare inieiuni. c.3.à n.41. Et infirmi, recepto viatico, ob deuotionē intra eandem infirmitatem. c. 3.à n.43. Etiam quotidiè.ibi. n.45. Nō ita, ſi periculoſa nō eſt infirmitas.ibi à n. 46 Et ſecundum me, etſi ægrotet non periculosè.ibi n.47. Nō eſt deferenda Euchariſtia infirmo, vt ſolùm illā adoret. ibi.n.48. Poteſt laicus inieiunus, deficiente Sacerdote, ex morte, & caſu grauis neceſsitatis.c.3.n.68. Particulæ inuentæ, vel in altari, vel vaſe, poſſunt dari illi poſt ſumptam ablutionem. ibi à n.75. Poteſt ſumi in ieiunè ad vitandam infamiam, & ſcandalum, &c. Et aliquando eſt obligatio. ibi. à n.77. Licet communicare ante ſomnū, & cibum digeſtum.ibi. n.79. Et ſtatim manducare poſt cō munionem.ibi n.80. Et excipere ſtatim.ibi.num. 81.

Poteſt Sacerdos ſumere reliquias repertas ad finē miſſæ, & ſi magnas.c.3 n.69. Immò & conſumere repertas in calice, ac corporalibus, adhuc in Sacriſtia ſacris induus.ibi n.70. Idem dicendum de particulis ab alio Sacerdote derelictis.ibi à n.72. Poteſt non ieiunus ſumere particulas relictas in vaſe ex communionibus laicorum.ibi.n.74.

§. XXI.

Confeſsio ad communionem.

Poſt mortale cuicumq; etſi certiſsimè contrito neceſſaria priùs confeſsio.c.3.à n. 104. Etſi de mortali dubius ſit.ibi n.106. Frangens hoc præceptum, vnicum committit peccatum.ibi.n.189. Quando nō obliget.ibi à n. 110. Poſitus ad altare pro communione, ac recordatus mortale poteſt communicare, adhuc ſecluſa nota: ex mente aliorum. ibi à n.133. & à n 142. Idē ſentias de ſacerdote.ibi à n.135. & à n.142. Poſſum communicare non confeſſus pro cōmunione paſchali ex defectu confeſſarij. Ibi à n.138. Sacerdos aſſociatus cum Diacono, &c. in altari, & recordatus lethalis non tenetur ibi confiteri.ibi. n.144. Poteſt ſacerdos, cui deeſt confeſſarius, celebrare contritus pro viatico adminiſtrando, etſi deſit nota ibi.

à

à n. 149. Et vt alter impleat præceptũ annuæ cõmunionis. ibi n. 151. Et Parochus, vt in feſto alij interſint miſſæ, etiã ſine nota. ibi à n. 152. idẽ ſentiendũ de Sacerdote non Parocho: ibi à n. 154. Idem vt ipſe impleat præceptũ audiẽdi miſſam. ibi à n. 156. & vt celebret pro defuncto. ibi à n. 158. Et Capellanus ex obligatione. ibi à n. 160. Et Sacerdos pauper. ibid. Et cõmunicans ſpe vberioris gratiæ. Ibi. à n. 162. Aut ſpe magni iuvaminis contra peccatũ. ibi n. 164. Communicaturus, vel Sacerdos, vel laicus, & recordatus mortalis, per oblivionẽ ommiſsi in præmiſſa, confeſsione, non tenetur elicere cõtritionẽ. ibi n. 173. Idẽ dicendũ de eliciente dolorẽ omnium peccatorũ, nullo determinato, quia nullius conſcius. ibi n. 174. Celebrans contritus ex defectu confeſſarij, non cogitur præcepto poſtea cõfiteri. ibi à n. 176. Graviùs peccat communicando cum peccatis ſpiritualibus, quàm cũ carnalibus. ibi n. 98.

§. XXII.

Indiſpoſitiones ad communionem.

Licet cõmunicare ante ſomnũ, & cibum digeſtum. c. 3. n. 79. Et patienti fluxum ſanguinis, & menſtruatæ. ibi n. 83. Celebrare non lotis manibus, eſt veniale. ibi n. 84. Laicũ communicare manibus non lotis, aut facie, non eſt veniale; ſecùs de Sacerdote conficiente non lotis manibus ſolum. c. 2. n. 174. Graviùs peccat indignè communicans infidelis, vel hæreticus, quàm fidelis, c. 3. à n. 97. Licet communicare cum mortali in aliquibus caſibus. ibi à n. 101. Non peccat venialitèr cõmunicans cũ venialibus. c. 2. à n. 160. Communicans ex inani gloria veniali duplex veniale cõmittit. ibi n. 162. Non peccat venialiter communicans diſtractus volũtariè. ibi à n. 167. Praxis cõſulẽdi diſtractis volũtariè, & involuntariè. ibi. n. 168. Non eſt veniale communicare die pollutionis habitæ voluntariè. ibi à n. 169. Lex erat antiquitùs, ne cõmunicarent fœminæ poſt partum, matrimonij vſum, pollutionẽ, neq; menſtruatæ aliquibus diebus. ibi n. 170. Pollutione, aut fornicatione fœdatus, nec venialitèr peccat communicando eodem die, poſt confeſsionẽ. cap. 2. à n. 172. Neque cõmunicare die habitæ copulæ cõiugalis. Ibi à num. 175. Conſulendum coniugatis, vt à copula abſtineant ante communionem. ibi à num. 184. Habita copula non ſunt prohibendi. ibi numero 185. Perfectius eſt communicare cu m mi-

by Google

minori advertẽtia ex conſuetudine, quã abſtinẽre. Ibi à num. 192. præcipuè n. 194. Votum non communicandi die copulæ conjugalis, vel præteritæ pollutionis nocturnæ inculpabilis, vel ex veniali ortę, vel propter voluntarias diſtractiones, vel venialia, invalidum eſt. Ibi à n. 201.

§. XXIII.

Communionis frequentia.

Exiſtentibus in gratia, ac ieiunis indifferenter conſulenda. cap. 2. à n. 143. & n. 211. etſi imperfectis. Ibid. & ibi à n. 204. Immo ſuadẽda. Ibid. Præcipuè luxuria exagitatis. Ibi n. 205. Et a n. 211. Perfectior vita requiritur in Sacerdotibus ad communicandum: nonnulli aliter ſentiũt. Non debet abſtinere, etſi ſe imperfectum agnoſcat. Ibi n. 157. Profectus communicantiũ frequentèr, Ibi n. 156. Quas virtutes exerciant regulariter comunicantes. Ibi n. 154. Conſulenda, quã primum ad vſum rationis accidentibus. Ibi n. 208. Nec deneganda ſemifatuis. Ibi n. 90. Suadenda laborantibus in periculo, vel articulo mortis. Ibi n. 63. Non poteſt imponi in pœnitentiã abſtinere à communione. Ibi n. 207. Neque adhuc acceptata debet impleri. Ibid. Non denegan-da cauſa mortificationis. Ibi n. 209.

§. XXIIII.

Fructus, & effectus communionis.

Oportet, offeratur ex quadruplici fine ad vberiorem cultum, & fructum. cap. 12. à n. 61. Decreta circa collationẽ gratiæ, atq. effectus eius. cap. 1. à n. 1. Cauſat effectus gratiæ abſolutè ex opere operato; alios effectus ſub conditione. cap. 15. n. 3. Antidotus præſervans à mortalibus, & liberans à venialibus. cap. 2. n. 27. & cap. 12. n. 2. Ex opere operato efficaciter ex ſe. Ibi à n. 26. Vi ſuæ receptionis abſque actuali devotione cõfert augmentum gratiæ. Ibi à n. 4. Hoc indicat inſtitutio in alimento. Ibi n. 6. Nullũ veniale, etſi concomitans impedit augmentum gratiæ in ea conferendæ. Ibi à n. 8. cõmunicans recipit gratiam in vltimo inſtanti manducationis, aut potationis. Ibi à n. 10. Cauſatio gratiæ durat, quarto tẽpore ſpecies Sacramentales in ſtomacho, vt cibus nutrit, dum durat. Ibi à n. 13. Dummodo repetatur noviter devotio ſumentis, ſecundum aliorum ſentẽtiã. Ibid. Aliquando confert primam gratiam cum ſola attritione. c. 3. n. 54. & c. 11. à n. 18. accidentibus bona fide. Ibi à n. 20. præcipuè n. 22. Per accidens c. 4. n. 39. Vtraq. ſpecies maio-

maiorem cõfert gratiam. c. 11. à n. 23. Diminuit fomitem, & debilitat motus carnis, & excitat contrarios. Ibi n. 29. delet ex opere operato venialia. Ibi à n. 30. per ſolã eius receptionem ſine complacentia venialiũ. Ibi n. 32. Delet omnia ibi n. 33. quoad totam pœnã, vel ſaltẽ quoad partẽ. Ibi à n. 38. Inter Chriſtum D. & communicantem matrimonium ſpirituale. Ibi n. 40. Multiplicem effectum corporalem operatur, & alia multa, ſalutem corporis, &c. c. 2. n. 143. & cap. 11. n. 2. & à num. 38.

Eugenius. III. Electus anno 1145. c. 16. n. 90. IIII. Electus anno 1431. c. 5. n. 32.

Excommunicatus. Toleratus licitè adminiſtrat Sacramenta exigenti. c. 3. n. 51. Toleratus qui. c. 14. n. 11. Poteſt, vrgente neceſsitate, etiam non toleratus, celebrare non abſolutus. c. 3. à n. 122. Non tenetur quærere abſolutionẽ pro præcepto adimplendo. cap. 2. à num. 92. Alia V. Euchar. V. *Clerici* publicus percuſſor.

Exequiæ. V. *Euchariſtia.*

Exiſtentia. Identificatur cum eſſentia ſua. cap. 7. num. 59.

Extenſio.

Entitativa, & quantitativa. V. *Quantitas.*

Extrema vnctio.

V. *Sacramentum.*

F.

Facere. V. *Cauſa efficiens.*

Falſitas. V. *Propoſitio.*

Fama. Lex naturalis defendendi famam in neceſsitate præferenda præcepto communicandi. cap. 3. a n. 102. & num. 123. & 128. Grauis admiratio coniuncta eſt cum infamia. ibi à n. 129.

Fames. Appetitus calidi, & ſicci. cap. 8. n. 83.

Fatui. V. *Amentes.*

Fides diuina. Auctoritas, cui innititur, ex quib⁹ integretur. cap. 12. n. 11. Miſteria fidei debet proponi ſub explicationibus captu facilioribus. c. 7. n. 22. Simplices adorant in fide Eccleſiæ, docti diſtinctius ibi n. 22.

Fideles. V. Euchariſtia.

Figura.

Corporea entitatiua, & quantitatiua. cap. 8. n. 53.

Forma.

Ex pluralitate, prædicatorum non rectè colligitur pluralitas formarum. cap. 8. n. 50. Corporeitatis formæ neceſsitas, & fundamentum ponendi illam. Ibi n. 25. Ad quid neceſſaria. ibi num. 27. Valdè vtilis, & neceſſaria ad fidei myſteria reſeranda. ibi. à num. 19. Datur in ſolis viuentibus. Ibi num. 21. Conſtituit corpus partem compoſiti ſubſtantialis. Ibid.

Tunc

Tunc primum introducitur, cum ex non viuente generatur viuens. Ibid. Corrumpitur, quando ex cadauere generatur aliud totum. Ibid. & n. 55. Diuerſam formam corporeitatis habet quælibet pars hetherogenia, vt caro, os, neruus, &c. Ibi n. 22. Hæ formæ ſpecificè incompletæ differunt. Ibid. Effectus eius erga partes ſubſtantiæ. Ibi a num. 50.

Miſti formæ effectus erga partes ſubſtantiæ. cap. 8. n. 50.

G.

Generatio. Quid præciſè petat. cap. 7. num. 2. ordo eius c. 8. num. 29. Alia V. *Viuens*.

Gnoſtici. Eorũ ſpurciſsimus error. cap. 5. n. 9. & alius pudẽdus. Ibi num. 41.

Gratia. Eſt vita ſpiritualis animæ. c. 11. n. 3. Præſeruãs quo differat à Sanctificante. Ibi n. 2. Cõfert Deus vnicuique auxilia ſufficientia ad ſalutem. Ibi num. 28.

Græci. Recentiorum error. cap. 6. num. 13. Græcorum antiquæ liturgiæ quid ommittãt in forma calicis, Ibi num. 31. Qua forma in conſecratione corporis vtantur, Ibi n. 51. Si non poſſent panis, ſumebant ſpeciem vini. cap. 2. n. 141. Alia V. *Eccleſia*.

Guardinus.

V. *Regulares Prælati*.

H.

Habitus. Accidit habitui inhærere ad cauſandum. cap. 10. num. 25. Generantur ex frequentatione actuum. cap. 2. num. 194. Supernaturales fidei, &c. creantur, vel annihilantur. cap. 10. n. 33.

Hæreticus. Intelligitur nomine fidelium in c. *Omnes vtriuſq. ſexus*. cap. 16. n. 54. Alia V. *Eccleſia*. V. *Euchariſtia*. §. 3. & §. 22. V. *oratio*.

Heterogoniæ. V. *Partes*.

S. *Hieronymus*. Explanatur. cap. 7. num. 44.

Holocauſtum. V. *Sacrificium*.

Homo. Quanto cibo reficiendus quotidiè. V. *Stomachus*.

Homogeneus. V. *partes*.

Honorius III. Electꝰ anno 1216. cap. 16. num. 11.

Hoc. Pronomen. V. *Interrogatio*.

Horæ canonicæ. Recitãs illas repræſentat Eccleſiam. c. 16. n. 54. Recitans cum expreſſo animo non implendi præceptum, implet. cap. 18. à n. 9. Inuerſio horarum omniũ nõ eſt mortalis. Ibi n. 14. Recitans voluntariè diſtractus implet. Ibi à n. 6. Nec veniale eſt, celebrare Miſſam, non recitatis matutino, & laudibus. cap. 16. num. 165. & num. 169.

Horologium. Vltimus pulſus eſt determinatè ſignum horæ. c. 3. à num. 32.

Hoſtia. V. *Sacrificium*.

Hurtado. V. *Thomas*.

I.

Imago. V. *Adoratio.*
Immanens. V. *Actio.*
Immolatio. V. *Sacrificium.*
Impubeses. V. *Pueri.*
Impreſſa. V. *Species.*
Incarnatio. Ad quid terminetur. cap. 7. n. 30. Non potuit Angelus cognoſcere naturaliter hoc myſterium, etſi certò cognoſceret, naturam humanam carere naturali ſubſiſtentia cap 9. n. 35.
Individuum. V. *Singulare.*
Indiviſsibile. Separatum nequit movere ſe, cap. 9. n. 46. Oppoſitum probabile. Ibid.
Indulgentia. Confeſſus ad lucrãdum indulgẽtiam, oblituſq. mortalis non tenetur iterum confiteri. cap. 3. n. 148. Alia V. *Purgatorium.*
Infamia. V. *Fama.*
Infideles. Pro omnibus orat Eccleſia publicè in Paraſceve: quo ſpiritu. cap 14. à n. 3.
Innocens. V. *Euchariſtia.* §.
Innocentius. Primus ſedit ad annum 402. aut 408. cap. 16. n. 7. Innocent. III. electus anno 1198. cap. 7. n. 48. & cap. 16. n. 11. Partim carpitur & partim exponitur. cap. 14. n. 23.
Intellectus, intelligere.
Obiectũ ereati omne ens creatum, vel increatum. cap. 9. à n. 25. Non efficit ſpecies impreſſas, ſed recipit ab obiecto. ibi n. 31. Intellectio noſtra tenuis. V. Deus. Impotentia Intelligẽdi. multa pro hoc ſtatu pœna peccati. ibi n. 26. Intellectus viatoris nequit cognoſcere naturaliter Euchariſtiam; ſpoteſt ſeparatus. ibi à n. 22. Alia V. *cognoſcere, cognitio.*
Intẽtio. Virtualis ſufficit ad munera virtutum. cap. 2. n. 198.
Interdictum, interdictus.
Interdicti tempore tenentur fideles ad communionem annuam. cap. 2. n. 108. Non tenentur quærere ſolutionem ad implendum præceptum. ibi à n. 92. Alia V. *Eccleſia.*
Interrogatio. Supponit aliquid notum, & aliquid ignotum. cap. 6. à n. 68.
Intueri, intuitio. V. *cognitio.* V. *viſio.*
Irritare. V. *Regulares.*
D. Iſidorus. Hiſpalenſis vixit ad annum 630. cap. 3. n. 11.
Iubileum. V. *Indulgentia.*
Iudas. Cõmunicavit noctæ cœnæ. cap. 2. n. 21.
Iudæi. Martius erat primus mẽſis anni apud eos, annos computantes per motum lunæ. c. 2. n. 7. Duplex feſtum Iudæorum agni, atq. azymorum; & quarè cum diſcriminis annotatione. ibi n. 7. Celebrabant feſta a veſpera vſq. ad veſperam. ibi à n. 9. Luna 14. celebraverunt paſcha anno mortis Chriſti. ibi à n. 14. Nõ incipiebat apud ipſos vſus azymorum ante diem 15. ibi n. 18. Alia V. *oratio.*

Iudex. Ad quid teneatur pro reo, communionem ſuſcepturo. V. *Euchariſtia*
Iuramentum. V. *Regulares.*

L.

Laicus. V. *Boemus.* V. Euchariſtia.
Lateranenſe. V. *Concilium.*
Latio V. *Vbi.*
Laudicenſe. V. *Concilium.*
Laus Dei. Quid. cap. 12. n. 3. Leo IX. Electus anno. 1049.
Leo X. Electus anno 1513.
Leonis moralis ſignificatio. c. 5. num. 54.
Lex. Eius finis non cadit ſub legem. cap. 2. n. 66. Hoc axioma explicatur. cap. 3. n. 79. In dubio lex eſt in poſſeſsione. c. 2. à n. 77. Quid ſit vis coactiva, & directiva. ibi n. 106. Lex vetus, etſi Dei, Moyſis applicatur, quia promulgavit, cap. 3. n. 109.
Libamen. V. *Sacrificium.*
Libertas. V. poſſeſſor. V. *voluntas.*
Locus. Eſſe circunſcriptivè, & definitivè in loco quid. cap. 8. n. 70. Res ſpiritualis habẽt præſentiam veram definitivam ad locum. cap. 9. n. 18. Alia V. *Corpus.*
Loqui, locutio. Dupliciter ſumitur. cap. 8. n. 82. Alia V. *Angelus.* V. *Verbum.*
Ludobicus. V. *Turrianus.*
Lutherus. Lutherani. Eius error. cap. 7. n. 46. Lutheranorum error. cap 5. n. 54.

M.

Maguntia. V. *Eccleſia.*
Maiſum. V. Euchariſtia. § 5.
Manducare. Quid includat. cap. 11. n. 11. eſt de genere ſucceſsivorum. Ibid.
Manichæi. Spurciſsimus eorum error. cap. 5. n. 9. Alius. cap. 8. n. 66.
B. V. Maria. Vidit oculis corporeis ex privilegio corpus Chriſti latentis ſub Euchariſtiæ velamine, cap. 9. n. 40.
Mathematica. In Mathematicis non eſt finis, nec motus, nec bonum. cap. 10. n. 22.
S. Matthæus. V. *Miſſa.*
Matrimonium. Quia contractus, tenet inter abientes. c. 5. n. 84. Vſus eius ex fine captãdi voluptatẽ non eſt venialiter peccaminoſus, c. 2. à n. 178. Multo minùs fine vitãdi cõcupiſcentiam. ibi n. 182. Cõſulendi con iugati de abſtinentia copulę ante ſumptionem Euchariſtiæ. Ibi n. 184. Secus iam habita copula. ibi à num. 185.
Mendicantes. In eorum Eccleſijs poſſunt peregrini implere præceptum annuæ confeſſionis. c. 2. n. 111. Et ſæculares ex præſumpta rationabili ſuorum Parochorum. ibi à n. 112. Alia V. Regulares.
Meridies. Quæ pars temporis. c. 16. num. 33.
Metaphyſica. Subtilis debet relegari à rebus moralibus. c. 16. num. 99.

Mi.

Minoritæ. Eorum Prælatis conceſſum diſpenſare cum debilibus in nuditate pedum, & itineratione ſine arcta neceſſitate.c. 4. n. 29. Poſſunt miniſtrare Euchariſtiam ægrotantibus quovis tempore extra cœnobia, excepto die paſchatis.cap.2.n. 121.

Miſſa. Miſſæ Ætiopum. auctor S. Matthæus.c.6.n. 31. olim bis celebrabatur feria 5.apud Affricanos.cap.3.n.2. Satisfacit Sacerdos pro ſtipendio vnius miſſæ applicando danti partem, Sacerdoti correſpondentē: ex mente P. Leãdri.cap.3.n. 38. Prævidēs nō poſſe audive Sacrū hora vndecima, tenetur anticipare auditionem. c.2.à n.70. Plurima V. Euchariſtia §. 12. & §. 16.

Miſſale. V. Euchariſtia.

Myſterium. V. *fides*.

Miſtio. Sub opinione, an aqua vino infuſa convertatur in ipſum? cap.5.n.71.& à n. 74.

Miſtum. V. *Forma*.

Modus. Nequit eſſe ſine re ſua; poteſt ècontrario.c. 8. n. 33. Modꝰ intrinſecꝰ. V. *ſubſtātia*.

Monachus. V. *Regularis*. V. *Benedictinus*.

Monaſteria. Eorum privilegia. V. *privilegiū*.

Moralis. V. *Metaphyſica*. V. *res*.

Mortuus. V. *Purgatorium*.

Motus. Ad quæ datur per ſe motus.c.7.n.72. Qui movet aliquid per ſe, movet per accidens quidquid eſt in illo, falſa eſt. Vide ſimilia.c.9.n.20. Motus localis. V. *vbi*.

Moyſes. V. *Lex*.

Mutatio. V. *Motus*, & V. *vbi*.

Muſtum. Eſt verum vinum. cap. 5.à n.46.

Mutus. V. *Euchariſtia*.

N.

Nativitas. Chriſti. V. Euchariſtia.

Natura. Si vna natura, & actio erit vna; exponitur. cap. 10. n.27. Omnem naturæ impotentiam ſupplet Deus in neceſsitate.ibi n.26. Pluralitas in naturalibus releganda. c. 7.n.51.

Naturale. V. *Præceptum*.

Negare. V. *Propoſitio*.

Nicolaus II. Ad annum 1057. c. 7.à n.46.

Nona. Eſt hora tertia poſt meridiem c.16.n. 35.& 37.

Nutrire. V. *Euchariſtia*.

Numerus. V. *Pluralis*.

O.

Occidi. Dupliciter ſumitur.p.8. num. 84.

Oblatio. Quid.c.12.n. 3. Alia V. *Sacrificium*.

Obligatio. V. *Horæ canonicæ*. V. Euchariſtia. V. *Præceptum*.

Ophitæ. Eorum colubrinus error.cap.5.num.9.

Opinio. Licitè operor cum probabili contra ſuperioris probabilitatem.c.3.à n.36. Alia V. Probabile. V. *Sacramentum*.

Opus.

Opus. Operans, & opus operatum. V. *Sacramentum*.

Oracula. Vivæ vocis. V. *Regulares*.

Oratio. Cum mortificatione ſociata efficacior. cap. 2. n. 185. Conſiſtit vera cum interna voluntaria diſtractione. cap. 18. à n. 7. in attenta eſſentialiter peior eſt furto. cap. 3. n. 93. Orare diſtractè eſt veniale irreligioſitatis. c. 2. n. 167. Quare publica offeratur in Paraſceve pro omnibus non baptiçatis? cap. 14. à n. 3. & n. 9. Non autem offertur publica pro eiſdem alio tẽpore. ibi à n. 9. Oppoſitum probabile. ibi, num. 10. Sacerdos proprio nomine poteſt orare in miſſa pro excommunicatis, & non baptizatis. ibi n. 14. Alia V. Euchariſtia. §. V. *Horæ Canonicæ*. Oratio verbalis. Plura V. *Verbũ*. Alia V. *propoſitio*.

Organizatio. Corporea entitativa à quo proveniat. cap. 8. n. 50. 53. & 55.

Oza. Eius peccatum quale. c. 2. n. 183.

P.

Pagani. V. *oratio*.

Phaſe. Nominis Hebraici notiones. cap. 2. n. 8.

Panis. Vnde dictus. c. 5. à n. 3.

Papa. V. Euchariſtia. §.

Paraſceve V. *Euchariſtia*. §. 10. & §. 16. V. *oratio*.

Parochus. V. Euchariſtia. §. 3. & §. 12. & §. 18. & §. 21.

Partes. Homogeneæ ab Heterogenijs quò differãt. c. 8. n. 42.

Paſcha. Nominis Chaldaici ſignificationes. c. 2. n. 8. Iudæi celebraverunt paſcha anno mortis Chriſti Luna 14. cap. 2. à num. 14.

Pater. Spiritualis. V. *Confeſſarius*.

Patres. Eccleſiæ ſæpe hyperbolicè locuti, ac piè interpretandi, vel ſi opus eſt, defendendi aliquando cap 2. à n. 181.

Pauperes. De Lugduno. V. *Vraldenſes*.

Peccatum. Nullum eſt ſine legis fractione. cap. 16. n. 8. & n. 152 Quid ſit. ibi num. 152. & 162. & n. 165. & à n. 169. Nocumentum ex eo ſecutum nõ ſpectat ad eius gravitatẽ eſſentialem. c. 3. n. 92. Non tenemur explicare in confeſſione circunſtantias notabiliter aggravãtes. c. 3. 99. Peccatum reſervatum. V. *Pœnitentia Sacramentum*.

Veniale nequit impedire augmentum gratiæ. cap. 11. à n. 8. Venialis habitualis macula conſiſtit in obligatione ſolvendi pœnam ibi n. 35. Oppoſitũ probabile. ibi n. 36

Pœnæ. *Eccleſiaſticæ*. V. *Furti*.

Pœnitentia Sacramentum.

Ex præcepto divino ſolùm tenemur confiteri ſemel in vita, vel tempore ſalutis, vel extremæ neceſſitatis. c. 2. n. 43. Hoc præceptum omnia cõfitendi aliquoties nõ obligat. cap. 3. à n. 56. & 101. Poteſt

ceſt regularis communicare cum conſcientia reſervati abſque prævia confeſsione non habens cōfeſſariū, quādo fratres communicant ex conſuetudine. *ibi* n. 131. Ecclesiaſticum confitendi impletur quocumq. anni die c. 2. à n. 49. Implēs in periculo, vel articulo mortis, ſi relabatur in mortale, non tenetur iterare Sacramentum. cap 2. n. 64. Non priùs ad cōfeſsionem; quàm ad communionē obligantur pueri: nec minor ad illam, quàm ad iſtā requiritur prudentia. ibi n. 76. Recipienda eſt confeſsio pueri ſub dubio capacitatis. ibi n. 77. Immo eſt obligatio. Ibid. Tenemur ſubijcere clavibus peccatum dubium. ibid. prohibētes pueros accedere peccant lethaliter. ibi n. 79. Impuberes, omittentes confeſſionem non ligantur pœnis. ibi à n. 80.

Neq; vrgente præcepto, neq; in articulo mortis tenemur cōfiteri per interpretem. c. 3. n. 127. Aliquid pœnæ temporalis remittitur in ſacramento. c. 11. à n. 36. etiam in repetitis confeſsionibus eorūdem peccatorum. ibid. dolor non pars eius, ſed connotatū eſt. c. 1. n. 19. Habens mortalia non reſervata, & reſervata, etſi adſit approbatus, ſed hæc non habens abſolvendi poteſtatem, dimidiare non poteſt confeſsionē, neq copiam habet. c. 3. à n. 116. Oppoſitu probabile iuxta alios. Ibi à n. 120. ex ſcientia habita in confeſsione negari non poteſt pœnitenti ſuffragiū. c. 2. n. 89. Negata a Prælato facultate abſolvendi à reſervatis, poteſt pro illa vice abſolvi ſubditus a quovis. c. 3. à n. 124.

Pœniteus. V. *Pœnitentia Sacramētum.*

Pentecoſte. Iudaicum incidit die ſabbati anno mortis Chriſti. cap. 2. a num. 12.

Percuſſor. V. *Clericus.*

Peregrini. Non tenētur; ſed poſſunt ſe conformare ſpecialibus legibus locorum ſui trāſitus, etſi contrarijs propriæ patriæ. c. 5. à num. 37.

Petrus. Paludanus vixit anno. 1330. cap. 5. n. 33.

Pepuziani. Eorum immanis error. cap. 5. n. 9.

Pluralis, pluralitas. Numerꝰ pluralis pro ſingulari. cap. 12. n. 48. Pluralitas ſine neceſsitate releganda. c. 7. n. 51.

Poſſeſsio. Tenet in omni materia, *in dubio melior eſt conditio* poſsidentis. cap. 2. n. 8.

Potatio. V. *Manducatio.*

Potentia. Corporea nihil poteſt percipere, niſi localiter extenſum. c. 9. a n. 41. Potentia Dei. V. *Deus.* Potentia viſiva, auditiva. V. auditus, tactus, &c. V. *viſio.* V. *Quantitas.*

Pubertas. V. *Annus.* V. *pueri.*

Pueri. Non ligantur pœnis impuberes.c.2 à n.80. Excommunicatio lata ab homine in impuberes, valida, ſed in iuſta & ibi n.81. Occidens impuber, non incurrit irregularitatem. Ibi n. 81.

Purgatorium. Suffragia communia proſunt animabus omnibus, & ſingulis. c. 14. n. 29. Particularia ſolis particularibus.ibi à n.30. Per ſuffragia aut plena fit remiſsio, aut pœna tolerabilior. ibi n. 19. Indulgẽtias cõcedi pro animabus ita certum, vt oppoſitum ſit error. ibi n. 33. Gregorius Papa cõceſsit primus Indulgentias pro animabus ibid. Quam certum prodeſſe defunctis Indulgentias ibi n. 34. Hæ Indulgentiæ non requirunt ſtatum gratiæ in lucrãte viatore.ibi n.35. Sacerdos celebrans in lethali conſequitur Indulgentiam. ibi n.8. Poteſt Sacerdos carens confeſſario celebrare cõtritus de mortali ad ſuccurrendum animabus atrociſsim cruciatis.cap.3.n.158.

Præceptum. Divinum impletur etiam cũ mortali. c. 2. n. 65. elapſo eius tempore non tenemur. ibi à n. 67. Præviſo impedimento implectionis non tenemur anticipare. ibi à n.69. Nonnulla non obligant ſæpè c. 3. à n. 56 & à n. 101. Divinum præferendum cuiq. non divino, ſi occurrãt in cõpatibiliter ibi à n. 118. Præcepta præmittendi confeſsionem ad cõmunionẽ eſt divinum ibi à n. 107. Quando non obliget. ibi à n. 110. Obligant eo ſenſu, quo recipiũtur. ibi n. 147. Verba imperativa præciſe non inducunt præceptum. ibi à n.177. Pœnalia reſtringenda c. 2. n. 43. & c.16 n.4. Super materiam levẽ nequit cadere gravis obligatio.c.17.n 20. Præcepto ſatisfacit rem præceptam efficiens, etiam cum expreſſo animo non ſatisfaciẽdi.c. 18. à n. 9. Animus ſatisfaciendi non cadit ſub præceptum.ibi à n.9. Alia V. *Pœnitentia Sacramẽtũ* V. *Scãdalũ*.

Prælati. V. *Opinio*. V. *Regulares*.

Prædeſtinatio. Vult Deus efficaciter ex ſe, omnes ſalvos fieri.cap.15.n.3.

Præputium. V. *Chriſtus*.

Præſervans. V. *Gratia*.

Præſentia. V. *Vbi*

Principium. Quæ ſunt eadem vni tertio, &c. non tenet in medio illimitato. c.8.n 74.

Privilegiũ. Non teneor vti meo privilegio.c.16 n.12. Neque ad implẽdũ præceptũ. c. 18. n.16. Privilegia Põtificũ ſæpè cõtinẽt declarationẽ alicuius poteſtatis, quam nouã conceſsionem c.4. n.29. cõceſsũ vni monaſterio ad alia extenduntur, etũ in eis non inveniantur eædem cauſæ.c. 2.n.118. Plura V. *Regulares*.

Pro-

Digitized by Google

Probabile. Certitudo probabilis ſufficit ad prudenter, & abſque formidine operandum. cap.5.num.74.
Promiſsio. Vt ſic nō obligat ſub mortali.c. 17.n.32.
Pronomen hoc.V.*Interrogatio*.
Propoſitio. Sæpè ſunt veræ ex intentione loquentis.c.7.n.65. de veritate propoſitionum multa V. *Verbū*. de intrinſeca ratione Categoricæ eſt ſignificare affirmando, vel negando: veritas, vel falſitas eſt accidēs.c.6.n.65. Propoſitio affirmās, vel negans eſt quaſi reſpōſio aliqua.ibi n.68
Prudentia. Regula virtutum. c. 5.n.74.
Prudentius. Poeta Chriſtianus minus prudenter exceſsit calore poetico aliquando. cap. 14.num.22.

Q.

Quantitas. Advenit compoſito ſubſtantiali iā conſtituto.c.8. n.29.& 33. Subiectatur in toto incompleto ex materia, & forma corporeitatis prius copleto toto ſpecifico.ibi n. 55. Nequit organizare, ſed extendere partes. Ibi n. 33. & n 50.53.& 55. Extēſio ſubſtantiæ ad locum eſt effectus ſecundarius eius impedibilis. Ibi à n.49.& à n.53. Extenſio entitativa à quo. Ibi à n. 50. & n.53. Ab ea impenetrabilitas aptitudinalis, & actualis. Ibi n.53. Eadē perſeverat in corpore mortuo, ac vivo. ibi n.55. Ad agendum, vel patiendū corporeè requiritur extēſio.c.9. à n.14. Nullū obiectū percipi poteſt à potentia corporea, niſi quantitativè extenſum. Ibi a n.41. Hæc extenſio eſt conditio ad illud percipiendū. Ibi n.43.& c.10.n.9. Obiectū non quātū nequit videri.c. 9.n. 44. Quantitas abſq. qualitate non eſt activa c. 10. n.23. Agens naturale nō generat, niſi ex materia quāta. c.10.n.37.& à n.39.
In cōdēſatione amittitur pars, non tota, & in rarefactione nova pars acquiritur ſine deſtructione totius quantitatis præexiſtētis.c.10.n.30. Quid de hoc apud Scotū. ibi n. 31.
Qualitas. Figura exterior, ſpecies qualitatis fundatur in actuali extenſione.c. 8. n. 53. Poteſt eſſe ſine ſubiecto divinitus. c. 10. à n.8. ſeparata à quantitate eſt ſenſibilis remote. Ibi à n.9.

R.

Rarefactio.V. *Quantitas*.
Regulares. Prælati poſſunt irritare vota, & iuramenta ſubditorum.c.15.n. 9. Negata à Prælato facultate abſolvēdi à reſervatis, poteſt ſubditus abſolvi illa vice à quovis. c. 3. à n.121. Statuta ſegovienſa fecerunt anno 1621.
Poſſunt Prælati conſecrare Eccleſias, altaria, etiam noviter facta, chriſmate, ſacro a quocumq. Epiſcopo. c. 16. num.140. Poſſunt omnes re-

Pueri. Non ligantur pœnis impuberes. c. 2 à n. 80. Excommunicatio lata ab homine in impuberes, valida, ſed in iuſta & ibi n. 81. Occidens impuber, non incurrit irregularitatem. Ibi n. 81.

Purgatorium. Suffragia communia proſunt animabus omnibus, & ſingulis. c. 14. n. 29. Particularia ſolis particularibus. ibi à n. 30. Per ſuffragia aut plena fit remiſsio, aut pœna tolerabilior, ibi n. 19. Indulgētias cōcedi pro animabus ita certum, vt oppoſitum ſit error. ibi n. 33. Gregorius Papa cōceſsit primus Indulgentias pro animabus ibid. Quam certum prodeſſe defunctis Indulgentias ibi n. 34. Hæ Indulgentiæ non requirunt ſtatum gratiæ in lucrāte viatore. ibi n. 35. Sacerdos celebrans in lethali conſequitur Indulgentiam. ibi n. 8. Poteſt Sacerdos carens confeſſario celebrare cōtritus de mortali ad ſuccurrendum animabus attrociſsim cruciatis. cap. 3. n. 158.

Præceptum. Diuinum impletur etiam cū mortali. c. 2. n. 65. elapſo eius tempore non tenemur. ibi à n. 67. Præviſo impedimento impletionis non tenemur anticipare. ibi à n. 69. Nonnulla non obligant ſæpè c. 3. à n. 56. & à n. 101. Diuinum præferendum cuiq; non diuino, ſi occurrāt incōpatibiliter ibi à n. 118. Præcepta præmittendi confeſsionem ad cōmunionē eſt diuinum ibi à n. 107. Quando non obliget. ibi à n. 110. Obligant eo ſenſu, quo recipiūtur. ibi n. 147. Verba imperativa præciſè non inducunt præceptum. ibi à n. 177. Pœnalia reſtringenda c. 2. n. 43. & c. 16. n. 4. Super materiam levē nequit cadere gravis obligatio. c. 17. n. 20. Præcepto ſatisfacit rem præceptam efficiens, etiam cum expreſſo animo non ſatisfaciēdi. c. 18. à n. 9. Animus ſatisfaciendi non cadit ſub præceptum. ibi à n. 9. Alia V. *Pœnitentia Sacramētū* V. *Scādalū.*

Prælati. V. *Opinio.* V. *Regulares.*

Prædeſtinatio. Vult Deus efficaciter ex ſe, omnes ſalvos fieri. cap. 15. n. 3.

Præputium. V. *Chriſtus.*

Præſervans. V. *Gratia.*

Præſentia. V. *Vbi*

Principium. Quæ ſunt eadem vni tertio, &c. non tenet in medio illimitato. c. 8. n. 74.

Privilegiū. Non teneor vti meo privilegio. c. 16. n. 12. Neque ad implēdū præceptū. c. 18. n. 16. Privilegia Pōtificū ſæpè cōtinēt declarationē alicuius poteſtatis, quam nouā conceſsionem c. 4. n. 29. cōceſsū vni monaſterio ad alia extenduntur, etſi in eis non inveniantur eædem cauſæ. c. 2. n. 118. Plura V. *Regulares.*

Pro-

Probabile. Certitudo probabilis ſufficit ad prudenter, & abſque formidine operandum. cap.5.num.74.
Promiſsio. Vt ſic nō obligat ſub mortali.c. 17.n.32.
Pronomen hoc.V.*Interrogatio*.
Propoſitio.Sæpè ſunt veræ ex intentione loquentis.c.7.n.65. de veritate propoſitionum multa V. *Verbū*. de intrinſeca ratione Categoricæ eſt ſignificare affirmando, vel negando: veritas, vel falſitas eſt accidēs.c.6.n. 65. Propoſitio affirmās, vel negans eſt quaſi reſpōſio aliqua.ibi n.68
Prudentia. Regula virtutum. c. 5.n.74.
Prudentius. Poeta Chriſtianus minus prudenter exceſsit calore poetico aliquando.cap. 14.num.22.

Q.

Quantitas. Advenit compoſito ſubſtantiali iā conſtituto.c.8. n.29.& 33 Subiectatur in toto incompleto ex materia, & forma corporeitatis prius cōpleto toto ſpecifico.ibi n. 55. Nequit organizare, ſed extendere partes. Ibi n.33. & n 52.53.& 55.Extēſio ſubſtantiæ ad locum eſt effectus ſecundarius eius impedibilis. Ibi à n.49.& à n.53.Extenſio entitativa à quo. Ibi à n. 50. & n.53. Ab ea impenetrabilitas aptitudinalis, & actualis. Ibi n.53. Eadē perſeverat in corpore mortuo, ac vivo. ibi n.55. Ad agendum, vel patiendū corporeè requiritur extēſio.c.9. à n.14. Nullū obiectū percipi poteſt à potentia corporea, niſi quantitativè extenſum. Ibi à n.41. Hæc extenſio eſt conditio ad illud percipiendū. Ibi n.43.& c.10. n.9. Obiectū non quātū nequit videri.c. 9.n. 44. Quantitas abſq. qualitate non eſt activa c. 10. n.23. Agens naturale nō generat, niſi ex materia quāta. c.10.n.37.& à n.39.
In cōdēſatione amittitur pars, non tota, & in rarefactione nova pars acquiritur ſine deſtructione totius quantitatis præexiſtētis.c.10.n.30. Quid de hoc apud Scotū. ibi n. 31.
Qualitas. Figura exterior, ſpecies qualitatis fundatur in actuali extenſione.c. 8. n. 53. Poteſt eſſe ſine ſubiecto divinitus. c. 10. à n.8. ſeparata à quantitate eſt ſenſibilis remote. Ibi à n. 9.

R.

Rarefactio.V.*Quantitas*.
Regulares. Prælati poſſunt irritare vota, & iuramenta ſubditorum.c.15.n. 9. Negata à Prælato facultate abſolvēdi à reſervatis, poteſt ſubditus abſolvi illa vice à quovis. c. 3. à n.123. Statuta Segovienſa fecerunt anno 1621.
Poſſunt Prælati conſecrare Eccleſias, altaria, etiam noviter facta, chriſmate, ſacro à quocumq. Epiſcopo. c. 16. num. 140. Poſſunt omnes re-

Digitized by Google

conciliare aqua à ſe benedi- cta Eccleſias pollutas. Ibi n. 136. Etiam loca conſecrata ibid. Poſſunt advocare Epiſcopos alienæ diœceſis ad cõſecrãdas ſuas Eccleſias, & ad alia, &c. renuente Diœceſano. Ibi à n. 137. Poſſunt, etiã locales corporalia benedicere, etiam ſæcularium. Ibi n. 134. Et calices, & patenas, etiam extraneorũ: & in eorũ abſentia vicarij, vel quilibet Sacerdos, habẽs ſpeciale cœnobij regimen. Ibi n. 135. Poſſunt ipſi, & Vicarij eorũ, & quilibet habens prædictum regimen benedicere caſulas, &c. pro ſuis, & pro ſæcularibus vſibus. Ibi a n. 132. Idem poſſunt ſimplices Sacerdotes regulares, exceptis ſolum corporalibus. Ibi n. 133. Poſſunt per privilegia celebrare ſine neceſsitate extra Eccleſiam in altari viatico, quin poſsint prohiberi ab Epiſcopo, &c. Ibi à n. 42. & n. 58. Duab⁹ horis poſt mediam noctẽ poſſunt incipere celebrare Miſſam. Ibi n. 30. Inceptio Miſſæ differri poteſt vſq; ad horam tertiã incluſivè à meridie. Ibi n. 35. & præter ius cõmune extat pro regularibus privilegium. Ibi n. 37. Alia V. *Euchariſtia*. §. 14. Poſſunt miniſtrare Euchariſtiã ſuis actu inſervientibus, etiã cõjugatis, quovis tẽpore. c. 2. à n. 22. Multa habent conceſſa privilegia, non neceſſaria, & in re de iure cõmuni licita, & quare. c. 16. à n. 37. Privilegia noſtra cõtẽta in iure non ſunt revocata à Tridentino. Ibi n. 42. Quæ abrogentur à Tridẽtino. Ibi n. 140. Et revocatis vti poſſumus in conſcientiæ foro. Ibid. & n. 144. de vivæ vocis oraculis, quæ revocata, quæ verò non multa. Ibi à n. 141. Nulla vivæ vocis oracula (vnico excepto) extant revocata; immo ſunt iam bullis privilegiata. Ibi n. 134.

Regulares interſe ſe invicẽ cõmunicant privilegia c. 2. n. 118. Alia V. *Minoritæ* Omnes religioſi, etiã non mendicãtes participãt in privilegijs. c. 16. n. 30. Alia V. *Privilegia*. V. *Mendicantes*.

Colant Religioſi ex cõſuetudine virtutes. c. 2. n. 169.

Religio. Tribuit ſoli Deo ſupremum cultũ latriæ. c. 12. n. 8. Plures habet actus ſpecie diverſos. Ibi n. 7. Alia V. *Virt⁹*.

Relatio. Pendet à termino, vti à cõditione, & à fũdamẽto reſultat. c. 7. n. 81. Nequit conſervari abſq; termino. Ibi n. 82. Relationes identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis ſumunt nomina à fundamẽtis. Ibi num. 35.

Remenſis. V. *Concilium*.

Res. Moralis. V. *Metaphyſica*.

Reſervatũ. *Peccatum* V. *Pœnitentia Sacramentum*.

Romana. V. *Conciliũ*. V. *Eccleſia*.

Rubricæ. Quando obligent ſub læ-

Digitized by Google

æthali, vel non.c.16.à n.166.
Rupertus Abbas. Error ei attributus.cap.7.n.46.

S.

Sabbathũ Sanctum. V.*Eucharistia*
Sacerdotes. Vice Chriſti, ac legati Dei ſunt.c.13.an.7. & 11. Tenetur celebrare miſſā ſemel in vita.c.16.à n 4. Offerat ex quadruplici fine ad vberiorem cultum, & fructum. c.12.à n.61. Iuxta aliquorum opinionem, non indiget tanta perfectione ad frequentādum, ac ſæculares. cap. 2. n. 157. Alia V. *Clericus*. V. *Eucharistia*. § 23. V. *Purgatorium*.
Sacramentum. Sacramenti, & ſacrificij diſcrimen.c.15. n.5. Relatio ſigni conſtitutiua formaliter cuiuslibet Sacramenti eſt quaſi vna compoſita ex multiplici partiali.c.1.n.23. Quo ſenſu verba effectiua ſacramentorum dicuntur eorū formæ.ibi n.13. Nihil inſenſibile poteſt eſſe pars, aut quid intrinſecū cum Sacramentis. ibi n.19. Quo ſenſu verba formæ proferantur.c.6.n. 20. & à n.48. Formæ nō tenent, niſi ſub conſuetis nominibus. ibi n.35. Standum eſt praxi Eccleſiæ Romanæ ad decernendū de formis, &c. Sacramentorū. ibi n.31. Cauſant quod ſignificant.c.11.n.23. Cauſare ex opere operato, & ex opere operantis, quid.c.15. à num 2. Quo ſenſu ſacramenta ſunt ſicut agentia naturalia.c.11.n. 14. Eorum effectus non ponūtur ad vſq; vltimum inſtās ſui eſſe.ibi n.12. A re ſacramētali debet relegari ſubtilis Metaphyſica. Quinque ſacramēta vivorum.c.11.n.3. Aliquando conferunt primam gratiam per accidens. c.3. n. 166. & cap.11.à n.18. Si bona accedamus fide.ibi à n.20. Sacramēta mortuorū baptiſmus, & pœnitentia.ibi n.3. Sacramenta informia.c.1.n.15. In adminiſtratione ſacramenti ſimpliciter neceſſarij debeo vti opinione certa.c.3. n. 39. Extremæ vnctionis effectus ex opere operato in duplici differentia.cap.15.num.3.
Sacrificium. Eius etymō, & quidditas.c.12.à n. 1. diſtinguitur ab alijs operibus, & actibus religionis virtuoſis.ibi à n.6. & n.10. Vnicum in ſpecie ſacrificium in lege gratię.ibi n. 7. Loco vitæ noſtræ Deo debitæ immolatur animal, aurum, &c. ibi n.10. Animalia offerebantur in oſtio tēpli ligata.ibi n.13. Exhibetur Deo ratione omnipotētię.ibi n.11. Si Deus nō dediſſet nobis vitam, propriè non ſacrificaremus ei.ibi n.12. Multiplex diviſio eius, ac nomina. c.12. à n.13. Diviſio ex fine. ibi n.60. Diſcrimen ſacrificij, & ſacramēti.c.15.n.5. Hoſtia, & victima quid c.12.à n.13. Immolatio vnde, & quid. Ibid. libamē. Ibid. Holocauſtum. ibi n. 14. Hoſtia pro peccato, & paciſi-

Digitized by Google

cifica.ibid.Miſſa verũ ſacrificiũ.ibi à n. 16. Quæ oblatio ſit ſacrificium ibi à n 29. Plũ de ſacrificio. V. Euchariſtia. §.10. Diſcrimẽ novi à veterib*.ibi n.59. Immolatio,ſeu actio ſacrificiũ proprie.ibi & de applicatione.§.11.n 46.

Sanguinis. Non informatur anima.c.8.n.78.Alia V.*Chriſtus*.

Satisfactio.Opus, vt ſatisfactorium applicari poteſt alteri. c.17.num.14.Alia.V.*Euchariſtia*.§.11.

Scandalum.Præceptum naturale non ſcandalizandi præferendum divino dignè communicãdi,c.3.n.103.Et à n.122. Et 128.

Schiſmatici.V.*Euchrariſtia*.§.11. Et §.22.

Scriptura Sacra. Eadẽ res poteſt boni,& mali eſſe index. c.5. n.54.Verba eius explicanda, quãtum fieri poteſt, proprie. ibi n.70.Dummodo ab ſit inconueniens. c.7.n.42. Non extrahenda à propria ſignificatione abſque Vrgente neceſsitate.c.6.num.78.

Scotus. Vixit ad annum 1308.c. 5.n.32.Et c.12.n. 44. Exponitur c.7.n.53.Ei falſum impoſitum.c.7.n.52. Aliud. ibi n.54.Vẽdicatur à ſiniſtra ſuarij interpretatione circa obligationem Sacerdotis confitendi poſt celebrationem ſine prævia confeſsione.c.3. n.131.Et ab impoſtura Dianæ circa præceptum communicãdi in ieiunio,ibi num.5.

Secreta.Cordis.V. *Dæmonis* Segovieñſia ſtatuta.V.*Regulares*.

Senſibile. Dependẽtia ſenſibilis communis à proprio in cauſando.c. 10.n.23. Senſibile proprium imprimit ſpeciẽ; ſenſibile cõmune ſolùm cõducit ad modum immutãdi ſenſũ.ibid.Alia V. *Quãtitas*.

Senſus.Externi egẽt neceſſariò quantitate ad operandum.c. 9.n.4.Ideſt, extenſio quantitatiya ſolùm requiritur ad acquirendũ noviter ſpecies, non ad operandum immanẽter.ibi à n.9. Nec poſſunt percipere, niſi obiecta localiter extenſa, ibi à n. 42. Alia V. *Viſus auditus*,*tactus*,&c.

Severus.V.*Alexander*,

Significare ſignificatio.V.*Scriptura*.V.*Propoſitio* V. *Verbum*.*Siligo*.V.*Euchariſtia*.§.5.

Singulare.Prædicati vniverſaliſſimè ſumpti.c 6.à n.67.

Soter.Papa electus anno 175.c. 16.n.147.

Species. Speciei iam completæ adveniunt omnia accidẽtia. c.8.num.29.

Species intentionalis. Nõ efficiũtur,ſed recipiuntur ab obiecto.c.9.n.31.Accidit eis inhærere ad cauſandũ.c 10.n.25.

Speltra.V.Euchariſtia.§.5.

Spiritus.V.*Angelus*.Spiritualis. V.*Pater*.

Statuta Min ritarũ.V.*Regulares*.

Stomachus.Duas vncias cibi cõſumit ſingulis horis iuxta antiquorum opinionem.c.9,n. 70.Quadraginta, & octo vnciæ

ciæ alimenti inſumēdæ ſunt quotidie ex dicta ſententia. ibid.

Stola. Inſigne Sacerdotale. c.4. a n.61. Nec veniale eſt, communicare Sacerdotem abſq. ſtolla: ibi à n.64.

Subſtantia. Perſeitas eſt modus intrinſecus eius, conſtituens ipſam. c. 10. n. 13. Producitur, & conſervatur diſtincta actione, ac accidēs. c.7, n.73. Completa eſt prior omni accidente. c.8. n. 20. Corporea extenſio eius entitativa, à quo, & à quo extenſiva. ibi à n.49. Ex ſe habet partes entitativas, & vnam extra aliam. ibi à n.50. Et n. 53. Eſt quaſi vehiculum accidenſiū. c. 10. n.18, Et 20. Nulla poteſt educi ex quantitate ibi n.37. Neque generari, niſi comitante corruptione. ibi à n.19. Nulla poteſt corrūpi, niſi ab alia ſubſtantia, præterquam diſpoſitivè ab accidēte. ibi n.26.

Superiores. V. *Prælatus*. V. *Regulares*.

Suppoſitum. Actiones ſunt ſuppoſitorum. V. Actio.

Surdus. V. *Pœnitentia ſacramētū*.

Synecdoche. A parte intelligit totum, vel è contrario. cap. 8. num. 40.

Synodus. Sexta V. *Concilium*.

T.

Tempus Duo tempora, vel duæ partes temporis nequeunt ſimul eſſe. c.9. n.68.

Theologi. Cōtendit Eccleſia cōſervare eorum auctoritatem cap.7 num.64.

Tertullianus. Vixit ad annū 220. Exponitur. c. 7. n.43. Et cap. 14 num.6.

Tipha. V. *Euchariſtia*. §. 5.

P. *Thomas Hurtado*. Intemperāter pronus ad cenſurandum opiniones. c.3. n.25.

Totum. Phyſicum diſtinguitur à ſuis partibus, ſimul ſumptis, ac vnitis; non ita Metaphyſicum, & accidentale, aut morale. cap.1. num.23.

Triburienſe. V. *Concilium*.

Tridentinum. V. *Concilium*.

Turrianus. Audaciæ, & temeritatis notatur in cenſurando aliorū opiniones. c. 18. n. 14.

V.

Vbi. Ad vbi datur per ſe motus. c.7. n.72. Et 76. Communitèr non eſt vnica actio. ibid. Præſentia eſt relatio mutua. ibi n.77. Præſentia Euchariſtica pertinet ad vbi. ibi à n. 80. Vbi entitativum Angeli in loco eſt diviſibile extenſivè non entitativè. ibi num. 78. Et 81.

Veniale, V. *Peccatum*.

Veneris dies. V. *Euchariſtia*. §. 10. Et §. 16.

Verbum. Poteſt proferri ſignificativè, & recitativè. c. 6. n. 20. Et à num. 48. Significat cum tempore. ibi à n. 59. Et n.61. Significat compoſitionem extremorum. ibi n.58, Niſi apponatur reſtrictionis. ibi n.61, Ordo prioritatis inter

terorationem, & eius veritatem. ibi n.63. Conceptus formatur poſt completam prolationem totius orationis.ibid.

Veritas.Scandalum potiùs permittendum,quàm veritas deferatur.cap.2.n.142. Alia V. *Propoſitio*, V.*Verbum.*

Veſpera.Eius acceptio. c. 2.n.9.

Victima.V.*Sacrificium*,

Videre.Viſio.Viſus. Viſus cognoſcit tenebras, quo ſenſu.c.9. n.35 & 45.:Viſio ſumitur dupliciter.c.8.n.85. Nõ poteſt videri obiectum carens quãtitate.c.9. à n.44. Viſio intuitiva ſolùm requirit realẽ præſentiam obiecti abſtrahendo à modo extenſionis, vel in extenſionis. ibi n.43. Obiectum realiter præſens videri poteſt ſine morali,quẽ habet. ibi n.51. In diviſibile videtur confuſe in quanto. ibi n.46.Color ſupernaturalis creatus videretur à potẽtia viſiva viatoris. ibi num. 30.Alia.V-*Potentia*. V. *Senſus.*

Vinum.Omnia vina ſunt eiuſdem ſpeciei.c.9.n.6. Vinum cum aceto comparatum eſt veluti corpus vivum, c,5.n. 44. Pars principalis alimenti quoad potũ.ibi n.40.Gutta vini immiſſi dolio, v.g.alterius vini nigri, vel albi nen corrumpitur.c.9.n.61.Alia V.*Euchariſtia.*

Vivens.Ordo ac ſeries ſuæ cõſtitutionis.c.8.n.29. Quanto cibo reficiendus homo quotidie V.*Stomachus.*

Virtus. Virtutes conſuetudine colendæ.c.2.n.195.Gravius peccatur contra virtu.em religionis, quam contra cæteras morales.c.3.à num.91.

Vnctio extrema.V.*Sacramentum.*

Vnio. Phyſica ſolùm reperitur in extremis naturali neceſſitate coniunctis.c.9.num.19.

Volaterranus,Arguitur falſitatis in hiſtoria.cap.12.num.45.

Voluntas.Plùs affectus, quã cenſus attenditur in oblatione .c.15.a n.15.In dubio melior conditio poſſidentis. Et tutior pars eſt eligenda. c.16. num.167.Alia *V.Poſſeſsio*,

Votum. Certus de voto, dubius de ſeptennio non tenetur.p. 3.n.30.Alia V.*Regulares.*

Vrbanus I.Sedit ad annum 227. Ex Platina,Panvino, & varonio.*Vſus*.V.*Conſuetudo.*

Valdenſes,V valdenſiũ hæreſic orũ impietas.c.16.n 129.

Z.

Zephyrinus. Papa ſedit ad annũ 203.cap.16 num.90.

Zacharias.Papa ad annum 742. cap.16.num.121,

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google